NOtandum quod omnis sacra scriptura quadriformi ratione distinguitur siue exponitur. Aut enim in historico vel literali intellectu aut allegorico: aut anagogico: aut tropologico vel morali solet accipi. ¶ Historia nanq; est quando res aliqua quomodo secundum literam dicta vel facta sit plano sermone refertur: vt cum dicitur. Populus israel ex egypto saluatus tabernaculum domino fecit Et dicitur ab histerō idest videre vel cognoscere: quia anti-

quitus nemo scribebat historiam nisi qui vidisset: et sic quando dictiones intelliguntur simpliciter vt sonant: est sensus literalis vel historicus. ¶ Allegatoria autem est cum verbis aut rebus misticis presentia Christi ⁊ ecclesie sacramenta signantur. Verbis videlicet: vt ait Esa. Egredietur virga de radice iesse. quod aperte est dicere. Nascetur virgo maria de stirpe Dauid: et de ea christus nascetur. Rebus misticis: est populus israel ab egyptiaca seruitute per sanguinem agni liberatus. Allegorie ecclesiam signat que per passionem christi a demoniaca seruitute liberata est. Et nota q allegoria multis modis exponitur. Quãdoq; a persona: vt isaac signat: christum. Quandoq; a re et nõ persona: vt aries occisus significat christi carnẽ passam. Quandoq; a loco: vt christus predicaturus ascendit in montem: vbi eminentia loci signat eius sapientiam ⁊ excellentiam. Quandoq; a numero: vt apprehenderunt septem mulieres virum vnum: idest septem dona gratiarum christi. Quandoq; a negotio vel facto: vt interfectio Golie a Dauid interfectionem diaboli a Christo signat. ¶ Anagogia autem ad superiora est ducens locutio que de premio futuro et de ea quem celis est vita futura apertis siue misticis sermonibus disputat. Apertis: vt cum dicitur. Beati mundo corde Misticis: vt cũ dicitur. Beati qui lauant stolas suas: vt sit illis potestas in ligno vite: et per portas intrãt ciuitatem. quod sic exponitur anagogice. Beati qui mundant cogitationes suas et actus vt sit illis potestas videndi dominum nostrum iesum christũ qui dicit. Ego sum via vita et veritas: et per doctrinã ⁊ exẽpla precedentium patrum intrant in regna celorum. Et sic est differẽtia inter allegoriam et anagogiam: quia allegoria est misticus sensus pertinens ad militantem ecclesiam in qua sumus: sed anagogia est apertus sensus pertinens ad ecclesiam triumphantem: que est communitas sanctorum tam triumphans ⁊ regnans. ¶ Tropologia vero est moralis locutio que ad instructionem ⁊ correctionem animorũ misticẽ siue aperte respicit. Misticẽ: vt ait Salomon. Omni tẽpore sint vestimẽta tua candida: ⁊ oleum de capite tuo non deficiat: quod est dicere. Omni tẽpore sint opera tua munda: ⁊ charitas de corde tuo non deficiat. Aperte: vt Joannes dicit. Filioli non diligamus verbo neq; lingua: sed opere ⁊ veritate. Et vt breuiter habeas.

Historia docet factum.
Tropologia faciendum.
Allegoria credendum.
Anagogia appetendum.

Unde versus.

Litera gesta docet: quid credas allegoria.
Moralis quid agas: quo tendas anagogia.

¶ Hec patent in dictione hierusalem. Historice enim est nomen ciuitatis Tropologice est typus anime fidelis. Allegorice figura ecclesie militantis. Anagogice typum gerit ecclesie triumphantis.

Unde versus.

Sicut hierusalem polis est terrena fidelis.
Constans ecclesia mons fortis patria summa.

¶ Diuisio totius Biblie.

DIligenter consyderãdum est quod scriptura diuina potest diuidi in octo partes principales secundũ octo modos docendi quos assumit. ¶ Docet namq; polytice. ⁊ legislatiue in prima sui parte. i. in Pentateucho.

¶ Docet vero secundo cronice seu historice ⁊ enarratiue in altera sui parte videlicet in decem libris Josue: iudicum: ruth: regum: paralipomenon: esdra: tobia: iudith: hester: et Machabeorũ.

¶ Docet vero tertio hymnidice: et quasi Poetice et decantatiue. in altera sui parte: videlicet in tribus libris psalmorum: trenorum: et canticorum. ¶ Docet vero quarto prophetice et declaratiue quasi per modum omiliarum: sermonum ⁊ predicationum: in alia sui parte videlicet in sex libris Esaie: Hieremie: Baruch: Ezechiel: Daniel: ⁊ lib. xij. prophetarum. ¶ Docet vero quinto dialectice ⁊ disputatiue: in alia sui parte scilicet in duobus libris Job et ecclesiaste. in vtroq; namq; disceptatiue: concionatiue et disputatiue proceditur. ¶ Docet vero sexto monastice seu Ethice et consultatiue: in alia sui parte videlicet in tribus libris. in prouerbijs: sapientia et ecclesiastico. Et sic sub istis sex modis docendi comprehenduntur omnes libri veteris testamenti. ¶ Docet vero septimo testimonialiter et affirmatiue eo modo quo notarij de veritate assueti sunt informare homines: et hoc in prima parte noui testamenti: videlicet in euangelijs.

¶ Docet vero octauo epistolariter et destinatiue: et hoc in secunda parte noui testamenti videlicet in quatuor libris. In decem Pauli epistolis et in actibus qui liber fuit epistola ad Theophilum missa sicut in principio patet. Primum quidem sermonem feci de omnibus o Theophile. Igitur et in libro. vij. canonicarum. Et vltimo in libro apocal. qui liber est Epistolaris missus septem ecclesijs. vnde in principio dicitur apocalypsis Jesu christi: quam dedit deus palã facere seruis suis mittens per angelum suum seruo suo Joanni. Et statim sequitur Epistolare exordium cum sua salutatione. Joannes septem ecclesijs que sunt in Assia gratia vobis ⁊ pax ab eo qui est: et qui erat: et qui venturus est ⁊c. Et sequitur narratio. Ego Joannes frater vester et particeps ⁊ socius in tribulatione. Fui in insula que vocatur Pathmos: et fui in spiritu dominica die: et audiui post me vocem magnam ⁊c. ¶ Est autem consyderandum q in istis octo partibus occurrit liber sacri canonis: quasi varia domus dei: vt bene dicatur in verbo proposito. Venite ascendamus ad montem dñi: ⁊ ad domum dei iacob: ⁊ docebit nos vias suas. ¶ Occurrit autem vt domus lapidea in parte legislatiua ratione grauitatis legis: cuius pondus ⁊ onus vix filij israel potuerunt vnquam portare: a quo onere liberauit nos christus. ¶ Quasi domus lignea in parte narratiua ratione equitatis: nam ibi diuina iustitia super obseruatores ⁊ transgressores legis qualiter se habuit enarratur. ¶ Ut domus eburnea in parte decantatiua ratione voluptatis ⁊ suauitatis: vt patet in psalmis ⁊ canticis. ¶ Quasi domus nubea in parte declaratiua in libris prophetarus ratione obscuritatis: tenebrosa enim aqua in nubibus aeris: profunda intelligentia in prophetis ẽm Greg. super ezechie. ¶ Quasi domus aurea in parte cõsultatiua in libris sapientialibus ratione honestatis ⁊ sapiẽtie que ibi docetur. ¶ Quasi domus bellica in parte disceptatiua: ratiõe diuersitatis ⁊ contrarie probabilitatis: sicut patet in Iob vbi est conflictus varius rationum. ¶ Quasi domus celi in parte attestatiua quatuor euangeliorum: ratiõe maiestatis christi: que ibi presentialiter exhibetur: quasi in celis. ¶ Quasi domus rotida in parte destinatiua epistolarum ⁊ librorum epistolarum: rigauerũt enim in libris illis apostoli: ⁊ secundauerunt ecclesiam doctrinis suis. Venite ergo ⁊ ascendamus ad domum domini ⁊c. Ascendamus inquam ad domum lapideam ad libros regulatiuos ⁊ docebimur de vijs timoris. Lex enim illa vt lex lapidea lex timoris: vt scriptum est. Domus cum edificaretur: de lapidibus dolatis edificata est. Et in alio loco dicit. Venite filij audite me timorẽ domini docebo vos. ¶ Venite secũdo ascẽdamus ad domum dei ligneam: ad libros enarrationis: ⁊ docebimur de vijs rigoris: vbi enim manifestatur dei iustitia in punitionibus hominũ qui discesserunt ab eo: vtpote saulis: hieroboam: achab: ⁊ exaltationibus aliorum qui tenuerunt cum eo samuelis: vt dan: ezechie: iosie. vnde scriptum est. iij. Regum. vj. quod edificauit salomon partes domus intrinsecus: ⁊ operuit lignis cedrinis. Et de hac doctrina per viam rigoris habetur in psal. Disciplina tua correxit me in finem: ⁊ disciplina tua ipsa me docebit. ¶ Ascendamus tertio ad domum eburneam: ad libros decantatiuos: ⁊ docebimur de vijs dulcoris: vnde scriptum est psal. xliij. Myrra ⁊ gutta ⁊ casia a vestimẽtis tuis a domibus eburneis: ex quibus delectauerunt te filie regum in honore tuo. Et de hac materia per modum dulcoris scribitur Prouerb. xxiij. Comede fili mel: quia bonum ⁊ fauum dulcissimum gutturi tuo. Sic doctrina anime tue. ⁊c. Paralip. xxv. dicitur quod eruditebant canticum domini cuncti doctores. ¶ Ascendamus quarto ad domum dei bellicam ad libros disceptatiuos: ⁊ docebimur de vijs vigoris inuestigare: id est cũ multo vigore ratione diuinorum iudiciorũ: sicut patet in libro Job. Et hec est domus de qua scriptum est. ij. Regũ. iij. quod erat longa concertatio inter domum dauid ⁊ domũ saulis. Domus aũt saulis deficiebat quotidie. Nam inter Iob ⁊ amicos ipsius fuit longa concertatio: donec amici Iob cõuicti sunt ⁊ defecerunt. Et similiter in Eccle. legitur longa cõcertatio inter stultum ⁊ sapientem virum: quorum pars salomon vicissim mouet quasi concionator. De hoc autem modo docendi per modum vigorosum ⁊ bellicum decantabat prophera. Docet manus meas ad prelium: ⁊ digitos meos ad bellum. psal. cxliij. ¶ Ascendamus quinto ad domum dei auream ad libros cõsolationis ⁊ docebimur de vijs decoris. Scriptum est namq; iij. Regum. vj. quod nihil erat in domo quod non auro tegeretur. Et de doctrina decentissima librorum sapientialium ad literam. arg. Sapiẽ. viij. quod doctrix est discipline dei ⁊ electrix operum illius. Qua qui docti fuerunt: ⁊ in libris sapientialibus eruditi fulgebant quasi splendor firmamenti: ⁊ quasi stelle in perpetuas eternitates: sicut promittit angelus Dan. xij. ¶ Ascendamus sexto ad domum dei nubeam: ad libros declamationis omnium prophetarum: ⁊ docebimur de vijs splendoris. Scriptum est enim. ij. Paralip. v. quod domus dei impleta est nube. ⁊. iij. Regum. viij. dicitur quod nebula impleuit domũ domini: ⁊ non poterant sacerdotes propter nebulam ministrare. In libris namq; prophetalibus nebulosis non patet de facili intellectus: vt homo possit explicare: nisi quod splendores aliqui et refulgentie Jesu Christi apparent in eis aliquando sicut radius solaris in nube. Et per istum splendorem docebimur in libris prophetalibus: nam aliter clausi essent omnino sermones Joan. vij. Ascendit diluculo in templum ⁊ docebat. ⁊ Joan. viij. Perrexit iesus in montem olyueti: ⁊ diluculo iterum venit in templum: ⁊ omnis populus venit ad eum: ⁊ sedens docebat eos. ¶ Ascẽdamus septimo ad domum dei celicam ad libros attestationis quatuor euangeliorum et ibi docebimur de vijs amoris. Hec est enim illa domus super quam Jacob post iustum somnium admiratur. Gen. xxviij. dicens. Vere dominus est in loco isto: et ego nesciebam. et sequitur. Non est hic aliud nisi domus dei ⁊ porta celi: ⁊ ideo qui docentur in hac domo: docentur amorose a deo ⁊ modo filiali: sicut scriptum est. Erunt omnes docibiles dei. Joan. vj. ⁊. Esa. lviij. Ponam iaspidẽ propugnacula tua: ⁊ omnes terminos tuos in lapides desiderabiles vniuersos filios tuos doctos a domino. ¶ Ascendamus vltimo ad domũ dei rotundam: ad libros salutatiõis ⁊ epistolares: ibi docebimur de vijs secundatiui ⁊ negatiui humoris: sicut scriptũ est: fons egredietur de domo domini. Johe. iij. ⁊ zacha. xiij. Erit fons patens domui dauid ⁊ habitatoribus hierusalem. Ex qua domo oritur illa sapientia ⁊ doctrina que proloquitur Eccle. xxiiij. dicens. Ego sapientia

Universidad de Deusto
Biblioteca

effudi flumina: dirt. Rigabo ortum plantationum et inebriabo partus mei fructum: quoniam doctrinam quasi antelucanum, omnibus illumino. ¶Sic igitur in octo scholis: et in octo domibus supradictis docet nos dominus vias suas. De qua quidem inexplicabili doctrina in istis octo domibus cõprehensa: z vijs inscrutabilibus sapientie que in istis libris docetur. Hieronymus per modum cuiusdam breuis epilogi loquitur in proemio super ps. et ait. Quid hic non inueniatur q̃ faciat ad vtilitatem: aut edificationem humani generis: conditionis sexus: etatis. Habet enim hic infans quid lactet: puer quid laudet: adolescens quid corrigat: iuuenis q̃ sequatur: senior quod precetur. Hic discet femina pudicitiam: pupilli inuenient pietatem: vidue iudicem: pauperes protectorem aduene custodem. Hic inuenient reges quid audiant: iudices quid timeant. Hic tristem cõsolatur: letum temperat: iratum mitigat pauperem recreat: diuitẽ vt se agnoscat increpat: omnibus se suscipientibus apta medicamenta tribuit nec peccatorem despicit: sed remedium ei per penitentiam ingerit: post hec deus ostenditur: simulacra irritantur: fides asseritur: perfidia repudiatur: iustitia ingreditur: prohibetur iniquitas: misericordia laudatur: crudelitas abdicatur: veritas requiritur: mendacium damnatur: dolus accusatur: predicatur penitentia: pax sequenda promittitur: spes nostra nutritur. Et (quod his omnibus est excellentius) christus sacramenta laudantur. Hec Hieron.

¶Incipit epistola beati Hieronymi ad Paulinum presbyterum de omnibus diuine hystorie libris: que a nonnullis Prologus Galeatus dicitur. Capitulum. j.



Rat ambrosius tua mihi munuscula pferens detulit simul et suauissimas litteras q̃ a principio amicitiarum fidẽ probare taz fidei z veteris amicitie noua preferebãt. Vera esñ illa necessitudo est et Christi glutino copulata quam non vilitas rei familiaris: non presentia tantum corporum: non subdola et palpans adulatio: sed dei timor et diuinarum scripturarum studia consiliant. ¶Legimus in veteribus hystoriis quosdam lustrasse prouincias nouos adisse populos: maria transisse vt eos quos ex libris nouerant coram quoq; viderent. Sic Pithagoras Memphiticos vates: sic Plato egyptum et architam tarentinum: eamq; oram ytalie que quondam magna grecia dicebatur: laboriosissime peragrauit: vt qui athenis magister erat et potens: cuiusq; doctrinam achademie gymnasia personabant: fieret peregrinus atq; discipulus: malens aliena verecunde discere q̃ sua impudenter ingerere. Denicq; cum literas quasi toto orbe fugientes persequitur: captus a pyratis et venundatus etiam tyranno crudelissimo paruit: ductus: captiuus: vinctus: et seruus: tamen quia philosophus maior emente se fuit. Ad rium latium lacteo eloquentie fonte manantem: de vltimis hispanie: galliarumq; finibus quosdam venisse nobiles legimus: et quos ad contemplationem sui roma non traxerat vitius hominis fama perduxit: habuit illa etas inauditum omnibus seculis: celebrandumq; miraculum vt vrbem tantam ingressi aliud extra vrbem quererent. Apollonius sine ille magus (vt vulgus loquitur) sine philosophus (vt pitagorici tradunt) intrauit persas: pertransiuit caucasum: albanos: scythas: massagetas: opulentissima indie regna penetrauit: et ad extremum latissimo phison amne transmisso peruenit ad brachmanas: vt hiarcham in throno sedentem aureo et de tantali fonte potantem: inter paucos discipulos de natura: de motibus: ac de cursu: dierum et syderum audiret docẽtem. Inde per claustra: babylonios: caldeos: medos: assyrios: parthos: syros: phenices: arabes: palestinos: reuersus alexandriam perrexit ad ethiopiam vt gymnosophistas z famosissimam solis mensam videret in sabulo. Inuenit ille vir vbiq; quod disceret et semper proficiens semper se melior fieret, scripsit super hoc plenissime octo voluminibus philostratus. Caput. ij.

Act. ix. e

Quid loquar de seculi hominibus cum apostolus Paulus vas electionis z magister gentium qui de cõscientia tanti in se hospitis loquebatur dicens. An experimentum queritis eius qui in me loquitur christ⁹. Post damascum: arabiamq; lustratam ascendit hierosolymam vt videret petrum: et mãsit apud eum diebus. xv. Hoc enim mysterio hebdoadis z ogdoadis futurus gentium predicator: instruendus erat rursumq; post annos. xiiij. assumpto barnaba: et tito exposuit cum apostolis euangelium ne forte in vacuum curreret: aut cucurrisset. Habet enim nescio quid latentis energie viua vox: et in aures discipuli de auctoris ore trãffusa fortius sonat. Unde z eschines cum rhodi exularet z legeretur illa demosthenis oratio quam aduersus eum habuerat nurantibus cunctis atq; laudantibus suspirans ait. Quid si ipsam audisses bestiam sua verba resonantem? Caput. iij.

ij. Corin. xiij. a. Gal. j. d.

Nec hoc dico q̃ si aliquid in me tale: quod vel possis a me audire: vel velis discere: sed quo ardor tuus et discendi studium etiam ab⁹ nobis per se probari debeat. Ingenium docile et sine doctore laudabile est. Non quid inueniatur: sed quid queras consyderamus. Mollis cera et ad formandum facilis: etiam si artificis et plastre cessent manus: tamẽ virtutis totum est quicquid esse potest. Paulus apostolus ad pedes gamalielis legem moysi z prophetas didicisse se gloriatur vt armatus spiritualibus telis postea doceret confidenter. Arma enim nostre militie nõ carnalia sunt sed potentia deo ad destructionem munitionum cogitationes destruentes z omnem altitudinem extollentem se aduersus scientiam dei et captiuantem omnem intellectum ad obediendum christo: et paratus subiugare omnẽ inobedientiã. Ad Timotheum scribit ab infantia sacris literis eruditum et hortatur ad studium lectionis ne negligat gratiam que data sit ei per impositionem manus presbyterij⁹. Tito precipit vt inter ceteras virtutes episcopi quem breui sermone depinxit: scientiã quoq; non negligat scripturarum. Obtinentẽ (inquit) eum qui sm doctrinam est fidelem sermonem vt potens sit exhortari in doctrina sana: z contradicentes reuincere.

act. xvij. a
ij. cor. x. b
ij. Timo. iij. b.
Tit. j. b.
Malac. j. c. ij.
Deuter. xxiij. a
Psal. j.
dañ. xij. b
Ibidem.
Act. ix. c.
Mat. viij. b.
Act. iij.
Jo. viij. c.
Luc. xj. f.
Cor. xj. b.
Jo. j.

Caput. j ij.

Sancta quippe rusticitas solum sibi prodest et quãtum edificat ex vite merito ecclesiam christi tantum nocet si destruentibus non resistat. Malachias prophetat: imo per malachiã dominus interrogauit sacerdotes legẽ. In tantum sacerdotis officium est interrogatũ respondere de lege. z in Deuter. legibus. Interroga patrem tuum z annuntiabit tibi seniores tuos et dicent tibi. In psal. quoq; cxviij. Cantabiles mihi erãt iustificationes tue in loco peregrinationis mee. Et in descriptione iusti viri cum eum arbori vite dauid que est in paradiso comparauerit inter ceteras virtutes hoc etiam intulit. In lege domini voluntas eius: et in lege eius meditabitur die ac nocte. Daniel in fine sacratissime visionis ait iustos: fulgere quasi stellas: z intelligentes id est doctos quasi firmamentum. Vides quãtum inter se distẽt iusta rusticitas et docta iustitia. Alij stellis alij celo comparantur. Quamq; iuxta hebraicam veritatem vtrumq; de eruditis possit intelligi. Ita enim apud eos legimus. Quamq; iuxta hebraicam veritatem vtrũq; de eruditis possit intelligi. Ita est apud eos legimus. Qui autem docti fuerint fulgebunt quasi splendor firmamenti: z qui ad iustitiam erudiunt multos quasi stelle in perpetuas eternitates. Cur dicitur paulus apostolus vas electionis? Nepe quia vas legis z scripturarum sanctarum erat armarij⁹. Pharisei stupent in doctrina domini: z miranter in petro et ioanne quomodo legem sciant cũ literas non didicerint. Quicquid enim alijs exercitatio z quotidiana in lege meditatio tribuere solet illis hoc spiritussanctus suggerebat. Et erant iuxta q̃ scriptum est docibiles deo. xij. annos saluator impleuerat et in templo sedens de questionibus legis interrogans magis docet dum prudẽter interrogat. Nisi forte rusticum Petrũ. rusticum Joannem dicamus: quorum vterq; dicere poterat: z si imperitus sermone non tamen scientia. Joannes rusticus piscator: indoctus: et vnde illa vox obsecro. In principio erat verbum et verbũ erat apud deum z deus erat verbũ. Logos grece multa significat. Nam et verbum est et ratio et supputatio: et causa vniuscuiusq; rei per quã sunt singula que subsistunt: que vniuersa recte intelligimus in Christo. Caput. v.

Act. ix. c
ij. Cor. iij. c.
Act. xix. c.
Mat. xiij. b.
Act. xiij. c.
Abd. j. a.
Esaie. xxix. c.
j. Corin. j. c. ij.
Col. ij. a
Rom. j. a
j. Re. ix. b
Jo. viij. g
Ezec. j. a.
ps. cxviij
Ro. vij. c.
ij. Cor. iij. d.
Apo. v. a
Esaie. xxix. d.
apo. iij. b.
act. viij. c.

Hoc doctus Plato nescivit: hoc Demosthenes eloquẽs ignorauit. Perdam (inquit) sapientiã sapientium: z prudentiam prudentium reprobabo. Vera sapiẽtia perdet falsam sapiẽtiam. Et quamq; stultitia predicationis in cruce sit: tamen paulus sapientiam loquitur inter perfectos. Sapientiam autem non seculi huius nec principum seculi istius qui destruuntur: sed loquitur dei sapientiam in mysterio absconditã quã predestinauit deus ãte secula. Dei sapiẽtia christus est. Christus enim dei virtus z dei sapiẽtia. Hec sapiẽtia in mysterio absconditus est: de qua z noni psalmi titulus prenotatur pro occultis filij in quo sunt omnes thesauri sapientie z scientie dei abscõditi. Et qui in mysterio absconditus erat predestinatus est ante secula: predestinatus autem et prefiguratus in lege et prophetis: vnde z prophete appellabantur videntes: quia videbant eum quem ceteri non videbant. Abraam vidit diem eius et letatus est. Aperiebantur celi ezechiel qui populo peccatori clausi erant. Reuela (inquit Dauid) oculos meos z consyderabo mirabilia de lege tua. Lex enim spiritalis est z reuelatione opus est vt intelligatur ac reuelata facie gloriã contẽplemur. Liber in Apocalypsi septem sigillis signatus ostenditur: quem si dederis homini scienti literas vt legat: respondebit tibi. Non possum. Signatus est eis. Quanti hodie putant se nosse literas et tenent signatum librum: nec aperire possunt nisi ille reseranerit qui habet clauẽ Dauid qui aperit et nemo claudit: claudit et nemo aperit. ¶ In acubus apostolorum sanctus eunuchus inouit (sic enim eũ scriptura cognominat) cum legeret et Esaiam prophetam interrogatus a philippo. Putasne intelligis q̃ legis? respondit q̃. Quomodo possum nisi aliq̃s me docuerit? Ego vt de me loquar interim nec sanctior sum hoc eunucho: nec studiosior qui de ethiopia: id est de extremis finibus mundi venit ad rẽplũ: reliquit aulã regiã z tãtus amator legis diuinarum scientie fuit vt etiã in vehiculo literas legeret sacras. Et tñ cũ libri teneret z verba dñi cogitatione cõciperet lingua volueret: labijs personaret ignorabat eũ quẽ in libro nescies venerabat. Venit phi-

Uppus: ostendit ei Jesum qui clausus latebat in litera. O mira doctoris virtus. Eadem hora credidit eunuchus: baptizatur: fidelis ⁊ sanctus ac magister de discipulo efficitur plus in deserto fonte ecclesie q̄ in aurato synagoge templo reppererit. Hec a me perstricta sunt breuiter (neq; enim epistolaris angustia euagari longius patiebatur) vt intelligeres te in scripturis sacris sine preuio ⁊ monstrante semitam non posse ingredi. Cap. vj.

Taceo de grammaticis ⁊ rhetoribus: philosophis: geometris: dialecticis: musicis: astronomis: astrologis: medicis: quorum scientia mortalibus satis vel vtilissima est: ⁊ in tres partes scinditur: in doctrinam: rationem et vsum. Ad minores artes veniam: ⁊ que non tam lingua quam manu administrantur. Agricole: cementarij: fabri metallorum: lignorumq; cesores: lanarij quoque et fullones ⁊ ceteri qui variam suppellectilem: et vilia opuscula fabricant: absque doctore esse non possunt quod cupiunt. Quod medicorum est promittunt medici: tractant fabulas fabri. Sola scripturarum ars est quam sibi passim omnes vendicant. Scribimus indocti doctiq; poemata passim. Hanc garrula anus: hanc delyrus senex: hanc sophista verbosus: hanc vniuersi presumunt: lacerant: docent antequam discant. Alij adducto supercilio grandia verba trutinantes inter mulierculas de sacris literis philosophantur. Alij discunt prohpudor a feminis quod viros docerent. Et ne parum hoc sit quadam facilitate verborum: imo audacia ediderunt alijs quod ipsi non intelligunt. Taceo de meis similibus qui si forte ad scripturas sanctas post seculares literas venerint: et sermone compositio aures populi mulserint quicquid dixerint: hoc legem Dei putant. Nec scire dignantur quid prophete: quid apostoli senserint: sed ad sensum suum incongrua aptant testimonia: quasi grande sit ⁊ non vitiosissimum dicendi genus deprauare sententias: et ad voluntatem suam scripturam sacram trahere repugnantem. Quasi non legerimus Homerocentonas et Virgilio centonas: ac non sic etiam ⁊ maronem sine christo possimus dicere christianum quia scripserit. Jam redit et virgo redeunt saturnia regna. Jam nova progenies celo demittitur alto. Et patrem loquentem ad filium. Nate mee vires mea magna potentia solus. Et post verba saluatoris in cruce. Talia perstabat memorans fixusq; manebat. Puerilia sunt hec ⁊ circulatorum ludo similia docere quod ignores: imo (vt cum stomacho loquar) nec hoc quidem scire quod nescias. Capitulum vij.

Sess. j. ij. r. ⁊. xlvj.

Exo. ix. r. xj. ⁊. xij.

Numi. xx. xxiij et xxxiij.

j. Corinth. xiij. d.

Job. ix. d

Jo. iij. vij ⁊. xiiij. vl qz ad xxiij Esa. xvj. a. j. re. iiij. c Jbi. xxxj. d. iiij. viij. ⁊. iij. reg. iij. a. iiij. regū. xxiiij. iij. re. xij. iiij. re. vij.

Osee. j. ij et iij.

Joye. j. ⁊ ij.

Ephe. j. c

Videlicet manifestissima est Genesis: in qua de creatura mundi de exodio generis humani: de diuisione terre: de confusione linguarum: de descensione vsque ad egyptum gentis scribitur hebreorum. Pater exodus cum decem plagis: cum decalogo: cum mysticis diuinisq; preceptis. In promptu est leuiticus liber in quo singula sacrificia: imo singule pene syllabe ⁊ vestes Aaron: ⁊ totus ordo leuiticus inspirant celestia sacramenta. Numeri vero nonne totus arithmetice: et prophetie balaam: et. xlij. mansionum per eremum mysteria continent? Deuteronomium vero secunda lex et euangelice legis prefiguratio nonne sic ea habet que priora sunt: vt tamen noua sint omnia de veteribus? Hucusque Moysen: huc usque pentateuchus quibus quinque verbis loqui se velle apostolus in ecclesia gloriatur. Job exemplar patientie que non mysteria suo sermone complectitur. Prosa incipit versa labitur: pedestri sermone finitur: omnesq; leges dialectice propositione: assumptione: confirmatione: conclusione determinat. Singulam ro verbi plena sua sensibus alia vt de ceteris sileam resurrectionem corporum sic prophetat. vt nullus de ea vel manifestius: vel cautius scripserit. Scio (inquit) quod redemptor meus viuit: et in nouissimo die de terra resurrecturus sum: et rursum circumdabor pelle mea: et in carne mea videbo deum: quem visurus sum ego ipse: et oculi mei conspecturi sunt et non alius. Reposita est hec spes mea in sinu meo. Etiam ad Jesum nauy qui typum domini non solum in gestis verum etiam in nomine portat. Transit iordanem: hostium regna subuertit: diuidit terram victori populo et per singulas vrbes: vicolos: montes: flumina: torrentes: atque confinia ecclesie celestisque hierusalem spiritalia regna describit. In iudicum libro: quot principes populi tot figure sunt. Ruth moabitis. Esaie expleri vaticinium dicentis. Emitte agnum domine dominatorem terre de petra deserti ad montem filie syon. Samuel in helkana et in occisione Saul veterem legem abolitam ostendit. porro in silo ⁊ nobe atque dauid noui sacerdotij nouiq; imperij sacramenta testatur. Malachim. j. iij. et iiij. regum liber a Salomone vsq; ad iechoniam: ⁊ a hieroboam filio nabath vsq; ad Osee qui ductus est in assyrios regnum iuda ⁊ regnum describit israel. si historiam respicias: verba simplicia sunt: si in litera sensum latentem inseraris: ecclesie paucitas et hereticorum contra ecclesiam bella narrantur. Duodecim prophete in vnius voluminis angustia coartati multo aliud quam sonant in litera prefigurant. Ozee crebro nominat effraim: samariam. Joseph: Jezrael: et vrorem fornicariam: et fornicationis filios: et adulteram cubiculo clausam mariti multo tempore sedere viduam: et sub veste lugubri viri ad se reditum prestolari. Johel filius Phatuel describit terram. xij. tribuum: erucha: bruchо: locusta rubigine vastante consumptam: ⁊ post euersionem prioris populi effusum iri spiritum sanctum super seruos Dei et ancillas: id est super centum vinginti credentium nomina: ⁊ effusum iri in cenaculum syon. Qui centum viginti ab vno vsq; ad. xv. paulatim: et per incrementa surgentes. xv. graduum numerum efficiunt qui in psalterio mystice continentur. Amos pastor: et rusticus et ruborum mora distringens pauca verbis explicari non potest. Quis enim digne expromat tria et quatuor scelera damasci ⁊ gaze ⁊ tyri: et idumee ⁊ filiorum ammon et moab: ⁊ in septimo et octauo gradu iude et israel? Hic loquitur ad vaccas pingues que sunt in Samarie monte et rupturam domum maiorem minoremq; testatur. Ipse cernit fictorem locuste et stantem dominum super murum litum vel adamantinum et vncinum pomorum attrahentem supplicia peccatoribus et famem in terra non famem panis: nec sitim aque: sed audiendi verbum Dei. Abdias qui interpretatur seruus domini perstrinat cōtra edom et sanguineum terrenumq; hominem: fratris quoq; iacob semper emulum hasta percutit spiritali. Jonas pulcherrima columba naufragio suo passionem domini prefigurans mundum ad penitentiam reuocat et sub nomine niniue gentibus salutem nuntiat. Micheas demoniorum coheres christi vastationem annuntiat filie latronis et obsidionem ponit contra eam: quia maxillam percusserit iudicis israel. Naum consolator orbis increpat ciuitatem sanguinum: et post euersionem illius loquitur. Ecce super montes pedes euangelizantis et annuntiantis pacem. Abacuch luctator fortis et rigidus stat super custodiam suam et figit gradum super munitionem vt christum in cruce contempletur ⁊ dicat. Operuit celos gloria eius: et laudis eius plena est terra. Splendor eius vt lux erit: cornua in manibus eius. Ibi abscondita est fortitudo eius. Sophonias speculator et archanorum Dei cognitor audit clamorem a porta piscium: et eiulatum a secunda: et contritionem a collibus. Indicit quoq; vlulatum habitatoribus pile: quia conticuit omnis populus chanaan disperierunt vniuersi qui inuoluti erant argento. Aggeus festiuus et letus qui seminauit in lachrymis vt in gaudio meteret: destructum templum edificat: Deumq; patrem inducit loquentem. Adhuc vnum modicum et ego commouebo celum et terram: et mare: et aridam: ⁊ mouebo omnes gentes: et veniet desideratus cunctis gentibus. Zacharias memor domini sui multiplex in prophetia Jesum vestibus sordidis indutum: et lapidem oculorum septem: candelabrumq; aureum cum totidem lucernis: quot oculis duas quoq; oliuas a sinistris lampadis cernit: et a dextris vt post equos nigros: rufos varios et albos et dissipatas quadrigas ex effraim: et equum de hierusalem: et pauperē in regem vaticinetur et predicet sedentem super pullum filium asine subiugalis. Malachias aperte et in fine omnium prophetarum: de abiectione israel et vocatione gentium. Non est mihi ait voluntas in vobis dicit dominus exercituum: et munus non suscipiam de manu vestra. Ab ortu enim solis vsq; ad occasum magnū est nomen meū in gentibus: et in omni loco sacrificatur et offertur nomini meo oblatio munda. Estam hieremiā: ezechielem: et danielem: quis potest vel intelligere vel exponere? Quorum primus non prophetiam mihi videtur texere: sed euangelium. Secundus virgam nuceam et ollam succensam a facie aquilonis et pardum spoliatum suis coloribus: et quadruplex diuersis metris nectit alphabetum. Tertius principia et finem tantis habet obscuritatibus inuoluta: vt apud hebreos ipse partes cum exordio geneseos ante annos. xxx. non legantur. Quartus vero qui et extremus inter quatuor prophetas temporum conscius: et totius mundi philistoros lapidem precisum de monte sine manibus et regna omnia subuertente claro sermone pronuntiat. Dauid simonides noster pindarus et alceus: flaccus quoq; catullus atq; serenus christum ipse personat: et in decachordo psalterio ab inferis excitat resurgentem. Salomon pacifice et ambitis: domini templo coniuge: naturam docet: ecclesiam iungit: et christum sanctarumq; nuptiarum dulce canit epithalamium. Hester in ecclesie typo populum liberat de periculo et interfecto aman qui interpretatur iniquitas partes conuiuij et diem celebrem mittit in posteros. Paralipomenon liber j. instrumentum veteris epitome: tantus ac talis est vt absque illo si quis scientiam scripturarum sibi voluerit arrogare seipsum irrideat. Per singula quippe nomina iunctureque verborum et que pretermisse in regum libris tanguntur historie et innumerabiles explicantur euangelij questiones. Esdras ⁊ Neemias adiutor. videlicet et consolator a domino in vnum volumen coarctantur instaurant templum muros extruunt ciuitatis: omniq; illa turba populi redeuntis in patriam ⁊ descriptio sacerdotum leuitarum. israel: proselitorum: ac per singulas familias murorum ac turrium opera diuisa: aliud in cortice preferunt aliud in medulla retinent. Vernile scripturarum amore raptū excessisse modum epistole: et tamen non impleſſe quod volui. Audiamus tantum quid nosse: quid cupere debeamus vt et nos quoque possimus debere. Concupiuit anima mea desiderare iustificationes tuas in omnino tempore. Ceterum illud socraticum impletur in nobis. Hoc tantum scio quod nescio. Tangam ⁊ nouum breuiter testamentum. Matthеus: Marcus: Lucas ⁊ Joannes quadriga domini: et verum cherubin: quod interpretatur scientie plenitudo per totum corpus oculati sunt: scintille emicant: discurrunt fulgura: pedes habent rectos ⁊ in sublime tendentes terga pennata: ⁊ vbiq; volitantia tenent se mutuo: sibi que perplexi sunt: et quasi rota in rota tam voluuntur et pergunt quocumq; eos flatus spiritus sancti perduxerit. Paulus apostolus ad septem scribit ecclesias octaua enim ad hebreos: a plerisq; extra numerum ponitur timotheum

Amos. j et ij.

Jbid. iiij vj. ⁊. viij.

Abd. ca. vnico.

Jon. ij. et iij.

Mich. v.

Naū. j. ⁊ ij. ⁊. iij.

Abac. j. ij et. iij.

Hippala ge est. Ps. cxxv

Soph. j.

Agg. j. et

zacha. j. ij. vj. ⁊. ix.

Malac. j.

Hier. j. c. ⁊ xlij. a. c xl. vsq; in ij.

Bas. ij. ix. et xj.

In pue. in eccla incēctis best. vij.

Esdr. iij.; Neem. iij vsq; ad. j vij.

ps. xviij

Ephe. b.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ad Colo.iij.d
ij. Corin. vij.

instruit ac titum ꝛ phylemonem pro fugitiuo famulo deprecatur su-
per quo melius tacere puto quam pauca scribere. ¶ Actus apostolorum nudam quidem videntur sonare historiam ꝛ nascentis ecclesie infantiam texere: sed si nouerimus scriptorem eorum lucam esse medicum: cuius laus est in euangelio: animaduertimus pariter omnia verba illius anime languētis esse medicinam. ¶ Jacobus: Petrus: Joannes: Judas septem epistolas ediderunt tam mystycas quam succinctas ꝛ breues pariter ac longas: breues in verbis: longas in sententijs: vt rarus sit qui non in earum cecutiat lectione. ¶ Apocalypsis Joannis tot habet sacramenta quot verba. Parum dixi: ꝛ pro merito voluminis laus omnis inferior est. In verbis singulis multiplices latent intelligentie. Sto te frater charissime inter hec viuere: ista meditari: nihil aliud nosse: nihil aliud quere. Nonne tibi videtur iam hic in terris regni celestis habitaculum ē? Nolo vt offendaris in scripturis sanctis simplicitate et quasi vilitate verborum: que vel vitium interpretum: vel de industrias sic parate sunt: vt rusticam concionem facilius instruerent: et in vna eadēq; sententia aliter doctus: aliter sentiret indoctus. Non sum tam petulans et hebes: vt hec me nosse dolleam: et eorum fructus carpere in terra: quorum radices in celo fixe sunt: sed velle fateor: sedenti me prefero magistrum renuens comitem spondeo. Petenti datur: pulsanti aperitur: querens inuenit. Discamus in terris quorum scientia nobis perseueret in celo. Obuijs te manibus excipis: ꝛ vt inepte aliquid: ac de hermagore tumiditate effantiam: quicquid quesieris tecum scire conabor. Habes hic amantissimum tui fratrem eusebium: qui literarum tuarum mihi gratiam duplicauit: referens honestatem morum tuorum: contemptum seculi fidem amicitie: amorem ebusti. Nam prudentiam ꝛ eloquij venustatem etiam absq; illo ipsa epistola pręferebat. Festina queso te: ꝛ herenti in salo nauicule finem magis precide q̄m solue. Cap.v ū.

Eccle.l. in fi.

Mat.vī. b. Lu.vj.b.

NEmo renunciaturus seculo bene potest vendere que contempsit vt venderet. Quicquid in sumptus de tuo tuleris pro lucro computa. Antiquum dictum est: Auaro deest tam quod habet: quam quod non habet. Credenti totus mundus diuitiarum est. Infidelis autem etiā obolo indiget. Sic viuamus quasi nihil habētes ꝛ omnia possidentes. Ulcus atq; vestitus diuitie christianorum sunt. Si habes in potestate rem tuam vende: si nō habes proijce. Tollenti tunicam et pallium relinquendum est. Scilicet nisi tu semper recrastinans et diem de die trahens caute: et pedetentim mas possessiunculas venditeris non habet christus vnde alat pauperes suos. Totum deo dedit qui se obtulit. Apostoli tantum nauem et retia reliquerunt. Uidua duo era misit in gazophylacium: et prefertur cresi diuitijs. Facile contemnit omnia qui se semper cogitat esse moriturum.

ij Corin. vj. Mat.v.g

Ibid.iiij. d Mat.xij d. Lu.xxj.a

¶ Explicit epistola ad Paulinum.

¶ Incipit prefatio sancti Hieronymi presbyteri in pentateuchum Moysi.

OEfydenij mei desyderatas accepi epistolas qui quodam prefagio futurorum cum Daniele sortitus est nomen obsecrantis vt translatum in latinam linguam de hebreo sermone pentateuchum vestrorū auribus traherent. Periculosum opus certe ꝛ obtrectatorū meorum latratibus patens qui me asserunt in.lxx. interpretum suggillationem noua pro veteribus cudere: et tra ingenium quasi vinum probantes: cum ego sepissime testatus sim me pro virili portione in tabernaculo dei offerre que possim: nec opes alterius aliorum paupertate fedari. Quod vt auderem Origenis me studium prouocauit qui editioni antique translationem Theodotionis miscuit asterisco et obelo: id est stella ꝛ veru omne opus distinguens: dum aut illucescere facit que minus ante fuerant aut superflua quęq; iugulat ꝛ confodit: ꝛ maxime que euangelistarum et apostolorum authoritas promulgauit. In quibus multa de veteri testamento legimus que in nostris codicibus non habentur. vt est illud. Ex egypto vocaui filium meum ꝛ quoniam nazarenus vocabitur: et videbunt in quem compunxerunt: et flumina de ventre eius fluent aque viue: et que nec oculus vidit: nec auris audiuit: nec in cor hominis ascēdit que preparauit deus diligentibus se: et multa alia que nouum fyntagma desiderant. Interrogemus ergo eos vbi hec scripta sint: ꝛ cum dicere non potuerit de libris hebraicis proferamus. Primum testimonium est in osee: secundum in esaia: tertium in Zacharia: quartum in prouerbijs: quintum eque in Esaia: quod multi ignorantes apocryphorum delyramēta sectantur: et iberas nenias libris autenticis preferunt. Causas erroris non est meum exponere. Judet prudenti factum dicunt esse cōsilio ne ptolomeus vnius dei cultor etiam apud hebreos duplicem diuinitatem deprehenderet. Quod maxime idcirco faciebant: quia in platonis dogma cadere videbatur deinceps vbicunq; sacratum aliquid scriptura testatur de patre ꝛ filio ꝛ spiritu sancto: aut aliter interpretati sunt: aut omnino tacuerunt vt et regi satisfacerent: et arcanum fidei non vulgarēt. Et nescio quis primus author. lxx. cellulas Alexandrie mendacio suo extruxerit quibus diuisi eadem scripturarum: cū aristeus eiusdē ptolomei hyperaspites ꝛ multo post tēpore Josephus nihil tale retulerint: sed in vna basilica congregatos contulisse scribāt: non prophetasse. Aliud est enim esse vatem: aliud interpretem. Jhū spiritus ventura predicit: hic eruditio et verborum copia ea intelligit q̄ trāsfert. Nisi forte putandus est Tullius economicum xenofontis et platonis Pythagoram ꝛ demosthenis pro Ctesiphonte affatus rethorico spiritu transtulisse. Aut aliter de eisdem libris per. lxx. interpretes: aliter per apostolos spiritus sanctus testimonia retulit vt quod illi tacuerunt: hi scriptum esse mēriti sunt. Quid igitur ē? Dānamus veteres? Minime. Sed post priorum studia in domo domini quod possumus laboramus. Illi interpretati sunt ante aduentum christi: et quod nesciebant dubijs protulere sententijs: nos post passionem et resurrectionem eius non tam prophetam quam historiam scribimus. Aliter enim audita: aliter visa narrantur. Quod melius intelligimus: melius et proferimus. Audi igitur emule: obtrectator auscultа. Non damno: non reprehendo. lxx. sed confidēter cunctis illis apl̄os pfero. Per istorū os mihi christus sonat quos ante prophetas inter spiritualia charismata positos lego in quibus vltimum penegradum interpretes tenent. Quid luuore torqueris? quid imperitorum animos contra me concitas? Si cubi in translatione tibi videor errare: interroga Hebreos diuersarum vrbium magistros consule. Quod illi habent de christo tui codices non habēt. Aliud est si contra se postea ab apostolis vsurpata testimonia probauerunt: ꝛ emendatiora sunt exemplaria latina quam greca: greca quam hebraica. Uerum hec cōtra inuidos. Nūc ꝛ precor Desyderi charissime: vt quia me tantum opus subire fecisti ꝛ a Genesi exordium capere oriationibus tuis quos possim eodem spiritu quo scripti sunt libros in latinos eos transferre sermonem.

Mat. iij. Dbi.ij.d

Jo xix.e Jo.vij. Iscā.b Osee.xj. a. Esa.xl a zach xij. c. Prouer. v.c. Esaie.l. liij.b

ij. Corin. xij.d

¶ Explicit prefatio in Pentateuchum.

Yo Pedro Gallin fuy puesto en Carcel por Juez Comissario en virtud de medina del Campo Recibida dicha Su dia 20 mesis octubris quinto anni 1555.

Pedro Moreno
Juez Comissario

Juan Bap.a Barnabas Gō
mro Capitano

Esta espurgado por comision de Juan Lopez de Cacalla
del Gran Alcalde Gal.o de 1640



Liber Genesis: Hebraice Beresith.

Capituli Summarium. De creatione mundi. Cap. j.

A

In principio creauit deus, celum ⁊ terram. Terra autē erat inanis ⁊ vacua, ⁊ tenebre erāt super faciem abyssi: ⁊ spiritus dei ferebatur super aquas. Dixitq; deus. Fiat lux. Et facta est lux. Et vidit deus lucē ꝙ esset bona: ⁊ diuisit lucem a tenebris. appellauitq; lucem, diem: ⁊ tenebras, noctē. factumq; est vespere ⁊ mane dies vnus. Dixit quoq; deus. Fat firmamētū in medio aquarum: ⁊ diuidat aquas ab aquis. Et fecit deus firmamentum, diuisitq; aquas que erant sub firmamento, ab his que erant super firmamentum. Et factū est ita. Vocauitq; deus firmamētum, celum: et factum est vespere ⁊ mane dies secūdus. Dixit vero deꝰ. Congregentur aque que sub celo sunt, in locum vnum: et appareat arida. Et factum est ita. Et vocauit deus aridā, terram: cōgregationesq; aquarum appellauit, maria. Et vidit deus ꝙ esset bonum: ⁊ ait. Germinet terra herbam virentem ⁊ facientem semen, ⁊ lignum pomiferum faciens fructum iuxta genus suum, cuius semen in semetipso sit super terram. Et factum est ita. Et protulit terra herbam virentem, ⁊ facientem semē iuxta genus suum, lignumq; faciens fructum, ⁊ habens vnūquodq; sementem scōm speciem suam. Et vidit deus ꝙ esset bonū. Et factū est vespere ⁊ mane dies tertius. Dixit autem deus. Fiant luminaria in firmamento celi, ⁊ diuidant diem ac noctem: ⁊ sint in

Hebre. xj. a.

Psalm. cxxxv. a. Hiere. x. b.

Psalm. cxxxv. b. ⁊. lxxxviij. b.

B

Psalm. xxxv. b.

Universidad de Deusto
Biblioteca

figna ⁊ tempora,⁊ dies ⁊ annos: vt luceant in firmamento
celi,⁊ illumnẽt terram. Et factum est ita. Fecitq; deus duo
luminaria magna: luminare maius, vt preesset diei: ⁊ lumi
nare minus, vt preesset nocti: ⁊ stellas. ⁊ posuit eas deus in
firmamento celi, vt lucerent super terrã, ⁊ preessent diei ac
nocti, ⁊ diuiderent lucem ac tenebras. Et vidit deus q̃ es-
set bonũ. Et factum est vespere ⁊ mane dies quartus. Di-
xit etiã deus. Producant aque reptile anime viuẽtis, ⁊ vo
latile super terrã sub firmamẽto celi. Creauitq; deus cete
grandia, ⁊ omnẽ animã viuentẽ atq; motabilẽ, quam pro-
duxerant aque in species suas: ⁊ omne volatile ſm genus
suũ. Et vidit deus q̃ esset bonum, benedixitq; eis, dicens.
Crescite ⁊ multiplicamini, ⁊ replete aquas maris: auesq;
multiplicẽtur super terrã. Et factũ est vespere ⁊ mane dies
quintus. Dixit quoq; deus. Producat terra aiam viuẽtẽ
in genere suo: iumenta ⁊ reptilia ⁊ bestias terre ſm species
suas. Factũq; est ita. Et fecit deus bestias terre iuxta spẽs
suas, ⁊ iumenta ⁊ omne reptile terre in genere suo. Et vidit
deus q̃ esset bonũ: ⁊ ait. Faciamus hoiem ad imaginẽ ⁊ si-
militudinẽ nostrã: ⁊ preſit piscibꝰ maris, ⁊ volatilibꝰ celi,
⁊ bestijs, vniuersęq; terre, omniq; reptili q̃ mouetur in ter
ra. Et creauit deus hominẽ ad imaginẽ suã, ad imaginem
dei creauit illum, masculum ⁊ feminam creauit eos. Bene-
dixitq; illis deus, ⁊ ait. Crescite ⁊ multiplicamini, ⁊ reple
te terrã, ⁊ subijcite eã, ⁊ dominamini piscibꝰ maris, ⁊ vola-
tilibus celi, ⁊ vniuersis animãtibus q̃ mouentur sup terrã
Dixitq; deus. Ecce dedi vobis omnẽ herbã afferentẽ se-
men super terrã, ⁊ vniuersa ligna que habent in semetipsis
sementẽ generis sui, vt sint vobis in escã, ⁊ cũctis anima-
tibus terre, omniq; volucri celi, ⁊ vniuersis q̃ mouenť in ter
ra, ⁊ in quibus est anima viuens, vt habeant ad vescendũ.
Et factum est ita. Viditq; deus cuncta que fecerat: ⁊ erant
valde bona. Et factum est vespere ⁊ mane dies sextus.

¶ Capituli Summarium. Homo plasma dei. Cap. ij.

Igitur perfecti sunt celi ⁊ terra, ⁊ ois ornat⁹ eo-
rum. Cõpleuitq; deus die septimo opus suum,
q̃ fecerat: ⁊ requieuit die septimo ab vniuerso
op⁹ere q̃ patrarat. Et benedixit diei septimo, ⁊
sanctificauit illũ: q̃ in ipso cessauerat ab omni ope suo, q̃
creauit deus vt faceret. Iste sunt generationes celi ⁊ terre,
quãdo create sunt, in die quo fecit dñs deus celũ ⁊ terrã, et
omne virgultũ agri ante q̃ oriretur in terra, omnẽq; her-
bam regionis priusq; germinaret. Nõ enĩ pluerat dñs deꝰ
super terrã: ⁊ homo nõ erat qui operaretur terrã: sed fons
ascendebat e terra, irrigans vniuersam superficiem terre.
Formauit igitur dñs deus hoiem de limo terre: ⁊ inspira-
uit in faciẽ eius spiraculũ vite: ⁊ factus est homo in animã
viuentẽ. Plãtauerat aũt dñs deus paradisum voluptatis
a principio: in quo posuit hominẽ quẽ formauerat. produ-
xitq; dñs deus de humo omne lignũ pulchrũ visu, ⁊ ad ve
scendũ suaue: lignũ etiã vite in medio paradisi, lignũq; scie
tie boni ⁊ mali. Et fluuius egrediebat de loco voluptatis
ad irrigandũ paradisum: qui inde diuiditur in quatuor ca
pita. nomẽ vni Phison: ipse est qui circũit omnem terram
Euilath, vbi nascitur aurũ, ⁊ aurũ terre illius optimũ est,
ibiq; inuenitur Bdellium, ⁊ lapis Onychinus. Et nomẽ flu
uij secũdi, Geon: ipse est qui circũit omnẽ terram Ethiopie.
Nomen vero fluuius tertij, Tigris: ipse vadit ꝯtra Assy
rios. Fluuius aũt quartus, ipse est Euphrates. Tulit ergo
dñs deus hominẽ, ⁊ posuit eũ in paradisum voluptatis, vt
operaret⁹, ⁊ custoditet illũ. precepitq; ei, dicẽs. Ex omni li-
gno paradisi comede: de ligno aũt scientie boni ⁊ mali, ne
comedas. In quocũq; enĩ die comederis ex eo, morte mo-
rieris. Dixit quoq; dñs deus. Nõ est bonũ hominẽ esse so-
lũ: faciamus ei adiutoriũ simile sui. Formatis igitur dñs
deus de humo cunctis animãtibꝰ terre ⁊ vniuersis volatili
bus celi, adduxit ea ad Adã, vt videret q̃d vocaret ea. Oẽ
enim q̃ vocauit Adã aĩe viuẽtis, ipsum est nomen eius.
Appellauitq; Adã nomibus suis cuncta animantia, ⁊ vni-
uersa volatilia celi, ⁊ oẽs bestias terre: Ade vero nõ inue-
niebatur adiutor similis eius. Immisit ergo dñs deus sopo
rem in Adã: cumq; obdormisset, tulit vnam de costis eiꝰ,
⁊ repleuit carnem pro ea. Et edificauit dñs deus costã quã
tulerat de Adã, in mulierem: ⁊ adduxit eã ad Adam. Di
xitq; Adam. Hoc nũc os ex ossibus meis, ⁊ caro de carne
mea: hec vocabitur virago, q̃m de viro sumpta est. Quam
obrem relinquet homo patrem suũ ⁊ matrem: ⁊ adherebit
vxori sue: ⁊ erunt duo in carne vna. Erat autẽ vter q; nu
dus. Adam scilicet ⁊ vxor eius: ⁊ non erubescebant.

¶ Ca. Sũ. De hominis preuaricatione ⁊ pena. Cap. iij.



Sed ⁊ serpẽs erat callidior cũctis animantibus
terre que fecerat dñs deꝰ. Qui dixit ad mulie-
rẽ. Cur p̃cepit vobis deꝰ vt nõ comederetis ex
oi ligno paradisi? Cui rñdit mulier. De fructu
lignorum que sunt in paradiso, vescimur: de fructu vero li
gni q̃ est in medio paradisi, p̃cepit nobis deꝰ ne comedere
mus, ⁊ ne tangeremus illud ne forte moriamur. Dixit aũt
serpens ad mulierẽ. Nequaq̃ morte moriemini. scit enim
deus q̃ in quocũq; die comederitis ex eo aperientur oculi
vestri: ⁊ eritis sicut dij scientes bonum ⁊ malum. Vidit igi
tur mulier q̃ bonũ esset lignũ ad vescendũ, ⁊ pulchrũ ocu-
lis, aspectuq; delectabile: ⁊ tulit de fructu illi⁹, ⁊ comedit:
deditq; viro suo qui comedit. Et apti sunt oculi amborũ.
Cumq; cognouissent se esse nudos, consuerũt folia ficus, ⁊
fecerũt sibi perizomata. Et cũ audissent vocẽ dñi dei de-
ambulantis in paradiso, ad auram post meridiẽ, abscondit se
Adam ⁊ vxor eius a facie dñi dei in medio ligni paradisi.
Vocauitq; dñs deꝰ Adã, ⁊ dixit ei. Ubi es? Qui ait. Vo-
cem tuam audiui in paradiso, ⁊ timui: eo q̃ nudus essem,
⁊ abscõdi me. Cui dixit. Quis enĩ indicauit tibi q̃ nudus
esses, nisi q̃ ex ligno, de quo preceperã tibi ne comederes,
comedisti? Dixitq; Adã. Mulier quã dedisti mihi sociã,
dedit mihi de ligno, ⁊ comedi. Et dixit dominus deus ad
mulierem. Quare hoc fecisti? Que rñdit. Serpens decepit
me, ⁊ comedi. Et ait dñs deus ad serpentem. Quia fecisti
hoc, maledictus es inter oia animãtia ⁊ bestias terre: sup
pectus tuũ gradieris, ⁊ terrã comedes cunctis diebus vite
tue. Inimicitias ponam inter te ⁊ mulierẽ: ⁊ semẽ tuum et
semen illius: ipsa cõteret caput tuũ, ⁊ tu insidiaberis calca
neo eius. Mulieri q̃q; dixit. Multiplicabo erumnas tuas
et conceptus tuos: in dolore paries filios, ⁊ sub viri potẽ
eris, ⁊ ipse dñabitur tui. Ade vero dixit. Quia audisti vocẽ
vxoris tue: ⁊ comedisti de ligno ex quo preceperam tibi ne
comederes, maledicta terra in ope tuo: in laboribus come
des ex ea cũctis diebꝰ vite tue. spinas ⁊ tribulos germina-
bit tibi, ⁊ comedes herbas terre: in sudore vultꝰ tui vesce-
ris pane, donec reuertaris in terram, de qua sumptus es:
quia pulvis es, ⁊ in pulverem reuerteris. Et vocauit Adã
nomẽ vxoris sue, eua: eo q̃ mater esset cunctorũ viuentiũ.
Fecit q̃q; dñs deus ade ⁊ vxori eius tunicas pelliceas, et in
duit eos. Et ait. Ecce Adã quasi vnus ex nobis factus est,
sciẽs bonũ ⁊ malũ. nũc ergo ne forte mittat manũ suã, ⁊ su
matet iã de ligno vite ⁊ comedat ⁊ viuat in eternũ. Et emi-
sit eũ dñs deus de padiso voluptatis, vt operaret⁹ terrã, de q̃
sumptus est. Eiecitq; adã: ⁊ collocauit ante paradisum vo
luptatis cherubin, ⁊ flammeũ gladium atq; versatilem ad

custodiendam

Ecclesi. xxxiij.c. Marci vij.d. A Exodi xx.b. Hebre. iij.b. B J.Corint. xv.f. Ecclesi. xxiij.c. C D Watth. xix.a. Marci x.a. Sap.ij.d ⁊.x.a. Ecclesi. xvij.a. Tobie viij.b. Infra. viij.c. ⁊.ix.a. Ecclesi. xxxix.c. Marci vij.d. A

VIxit aūt Sara cētū vigīti septē annis. Et mortua ē i ciuitate Arbee, q̄ ē Hebrō, iterra Chanaā: venitq; Abrahā vt plāgeret & fleret eam. Cūq; surrexisset Abrahā ab officio funeris, locut⁹ ē ad filios Heth, dicēs: Aduena sū & pegrin⁹ apud vos: date mihi ius sepulchri vobiscū, vt sepeliā mortuum meū. Rūdentq; filij Heth, dicētes, Audi nos dñe p̄nceps dei apō nos: i electis sep̄lchris nr̄is sepeli mortuū tuū, nullusq; te p̄hibere poterit q̄n monumēto ei⁹ sepelias mortuū tuū. Surrexit abrahā, & adorauit pp̄l⁹ terre, filios vez heth: dixitq; ad eos, Si pl̄s aīe vr̄e vt sepeliā mortuū meū audite me, & itercedite p me apō Ephrō filiū Seor: vt det mihi spelūcā dn̄ plicē quā hz i extrema pte agri sui: pecunia digna tradat eā mihi corā vob̄ i possessionē sep̄lchri. Habitabat aūt Ephrō i medio filior̄ Heth: rūditq; Ephrō Hethea ad abrahā cūctis audiētib⁹ q̄ ingredieb̄ portā ciuitat⁹ illi⁹, dicēs, Neq̄q̄ ita fiet dñe mi. sz tu magis ausculta q̄ loq̄r, Agrū trado tibi, & spelūcā q̄ ieo est p̄tib⁹ filijs pp̄li mei, sepeli mortuū tuū. Adorauit Abrahā corā dño & populo trē. Et locut⁹ ē ad Ephrō circūstāte plebe ei⁹, Quaeso vt audias me, Dabo pecuniā p agro, suscipe eā, & sic sepeliā mortuū meū in eo. Rūditq; Ephron, Dñe mi. audi me: Terra quā postulas q̄drigētos siclos argēti vz: istō ē p tiū inter me & te, sz q̄ tū ē hoc: sepeli mortuū tuū. Q̄d cū audisset Abrahā, appēdit pecuniā quā Ephrō postulauerat, audiētib⁹ filijs Heth, q̄drigētos siclos argēti p bate mōete publice. Cōfirmat⁹ q̄z ē ager q̄dā Ephrōis i q̄ erat spelūca duplex respiciēs ad Mabre: tā ipe q̄q; spelūca, & oēs arbores ei⁹ i cūctis fīnib⁹ ei⁹ p circuitū Abrahe i possessionē, videntib⁹ filijs heth, & cūctis q̄ ingrediebāt portā ciuitat⁹ illi⁹. Atq; ita sepeliuit abrahā Sarā vxorē suā i spelūca agri duplici q̄ respiciebat Mabre, h̄ ē hebrō i tra chanaā: & confirmat⁹ ē ager & ātrū q̄d erat i eo, abrahe i possessiōez mōumēti a filijs heth.

¶ Rebecca a Mesopotamia adducit vxor Jacob. Cxxiiij.

ERat aūt Abrahā senex dierūq; multor̄: & dñs in cūctis bñdixerat ei. Dixitq; ad seruū seniorē domus sue, q̄ p̄erat oībus q̄ hēbat, Pone manū tuā subter femur meū: vt adiurē te p dñz deū celi & terre, vt nō accipias vxorē filio meo de filiab⁹ Chananeor̄, inter q̄s habito: sz ad terrā & cognationē meā p̄ficiscaris & inde accipias vxorē filio meo Jsaac. Rūdit seru⁹, Si nolnerit mulier venire mecū i terrā hāc, nūq̄d reducer̄ debeo filiū tuū ad locū de q̄ tu egress⁹ es? Dixitq; Abrahā, Cane neq̄ reducas filiū meū illuc. Dñs de⁹ celi & terre, q̄ tulit me de domo p̄ris mei, & de terra natiuitat⁹ mee, q̄ locut⁹ est mihi & iurauit mihi, dicēs, Semini tuo dabo terrā hāc, ipe mittet ag̈elū suū corā te, & accipies inde vxorē filio meo. Si aūt mulier noluerit leq̄ te, nō teneberis iuramēto: filiū meū tm̄ ne reducas illuc. Posuit q̄q; seru⁹ manum sub femore Abrahā dñi sui & iurauit illi sup sermone hoc. Tulitq; decē camelos de grege dñi sui, & abijt, ex oīb⁹ bonis ei⁹ portās secū: profectusq; venit i Mesopotamiā vrbē Nachor. Cūq; camelos fecisset accūbere extra oppidum iuxta puteū aq̄ vespe, eo tpe q̄ solent mulieres egredi ad hauriēdā aquā, dixit, Dñe de⁹ dñi mei Abrahā, occurre obsecro mihi hodie, & fac miaz cū dño meo abrahā. Ecce ego sto ppe fōtē aq̄, & filie habitator̄ huius ciuitat⁹ egredient ad hauriēdā aquā. Jgit puella cui ego dixero, Inclina hydriā tuā vt bibā: & illa rūderit: Bibe, q̄n & camel tuis dabo potū: ipa est quā pparasti seruo tuo Jsaac, & p hoc intelligā q̄ fecer̄ misericordiā cū dño meo. Necdū itra se verba cōpleuerat: & ecce Rebecca egrediebat filia Bathuel filij Melche vxor̄ Nachor frīs Abrahā, hūs hydriā i scapl̄a sua: puella decora nimis, virgoq; pulcherrima: & incognita viro. descēderat aūt ad fontē, & ip̄leuerat hydriā, ac reuertebat. Occurritq; ei seru⁹, & ait, Paurillū aq̄ mihi ad potandū p be ō hydria tua. Que rūdit, Bibe dñe mi. Celeriterq; deposuit hydriā sup vlnā suā, & dedit ei potū. Cūq; ille bibisset: adiecit, Quin & camel tuis hauriā aquā, donec cūcti bibāt. Effundēsq; hydriā i canalib⁹, recurrit ad puteū vt hauriret aquā: & haustā oīb⁹ camelis dedit. Ille aūt, cōtēplabat eā tacit⁹, scire volēs vtrū, p̄sperū iter suū fecisset dñs an nō. Postq̄ aūt bibēr̄t cameli, ptulit vir i aures aureas, appendētes siclos duos: & armillas totidē pōdo siclor̄ decē. Dixitq; ad eā, Cuj⁹ es filia, indica mihi. ē i domo p̄ris tui locus ad manendū: q̄ rūdit, Filia sū Bathuel filij Melche, quē peperit Nachor: & addidit, dicēs, palearū q̄z & feni plīmū ē apō nos & locus spatios⁹ ad manendū. īcliauit se hōr & adorauit dñz dicēs, bñdict⁹ dñs de⁹ dñi mei abrahā, q̄ n̄ abstulit miaz vī

Jac. ij. d.

Psal. cxliij. a. Luc. j. g.

D Eccle. xliij. d. Hebre. vj. c. j. Mac. ij. f. Luc. j. c. Act. iij. d. Eccle. xliij. d.

A

B

C

A

B

Supra. xij. e.

B

C

Universidad de Deusto
Biblioteca

tatē ſuā a dño meo, ⁊ feto itiere me pduxit i domū frīs dñi mei. Cucurrit itaq; puella, ⁊ nūtiauit in domū matris ſue oīa q̄ audierat. Habebat aūt Rebecca fratrē noīe Labā: q̄ feſtin⁹ egreſſ⁹ eſt ad hoīez vbi erat fōs. Cūq; vidiſſet ēiam res ⁊ armillas i mānib⁹ ſororis ſue, ⁊ audiſſet cūcta verba referētis, Hec locut⁹ eſt mihi hō: venit ad virū q̄ ſtabat iuxta camelos ⁊ ppe fontē aq̄, dixitq; ad eū, Ingredere bñdicte dñi: cur foris ſtas? pparaui domū ⁊ locū cāelis tuis. Et introduxit eū i hoſpitiū: ac deſtrauit cāelos, deditq; paleas et fenū, ⁊ aquā ad lauādos pedes cāelorū, ⁊ viroꝝ q̄ venerāt cū eo. Et appoſit⁹ eſt i cōſpectu ei⁹ panis. Qui ait. Nō comedā, dōec loq̄r ſermōes meos. Rñdit ei, Loq̄re. At ille, Seru⁹, ait, Abrahā ſū. Et dñs bñdixit dño meo valde magnificatuſq; eſt: ⁊ dedit ei oues ⁊ boues ⁊ argentū ⁊ aurū, ſeruos ⁊ ācillas, cāelos ⁊ aſinos. Et pepit Sara uxor dñi mei filiū dño meo in ſenectute ſua, deditq; illi oīa q̄ habuerat. Et adiurauit me dñs me⁹, dicēs, Nō accipies uxorē filio meo de filiab⁹ Chananeoꝝ, in quoꝝ terra habito: ſed ad domū pr̄is mei pges, ⁊ de cognatione mea accipies uxorem filio meo. Ego vo rñdi dño meo, Quid ſi noluerit venire mecū mulier? Dñs, ait, in cui⁹ ⁊ſpectu ābulo mittet angelū ſuū tecū, ⁊ dirriget viā tuā: accipies q̄ uxorē filio meo de cognatiōe mea, ⁊ de domo pr̄is mei. Innocens eris a maledictione mea cū veneris ad primos meos, ⁊ nō dederīt tibi. Veni q̄ hodie ad fontē aq̄, ⁊ dixi, Dñe deus dñi mei Abrahā, ſi direxiſti viā meā in q̄ nūc ābulo, ecce ſto iuxta fōtē aq̄, ⁊ virgo q̄ egrediet ad hauriēdā aquā, audierit a me, Da mihi paululū aq̄ ad bibēdū de hidria tua: ⁊ dixerit mihi, Et tu bibe, ⁊ camelis tuis hauriam: ipſa eſt mulier quam ꝑpara uit dñs filio dñi mei. Dumq; hec tacitus mecū voluerē, apparuit Rebecca veniēs cū hydria quam portabat in ſcapula: deſcēditq; ad fontē, ⁊ hauſit aquā. Et aio ad eā, Da mihi paululū bibere. Que feſtinās depoſuit hydriā de humero, ⁊ dixit mihi. Et tu bibe, ⁊ camelis tuis tribuā potū. Bibi, ⁊ adaq̄uit camelos. Interrogauiq; eā, et dixi, Cui⁹ es filia. Que rñdit, Filia Bathuelis ſum filij Nachor quē pepit ei Melcha. Suſpēdi itaq; inaures ad ornādā faciē ei⁹, ⁊ armillas poſui in manib⁹ ei⁹. Pronuſq; adoraui dñz, bñdicēs dño deo dñi mei Abrahā, q̄ pduxit me recto itinere, vt ſumerē filiā frīs dñi mei filio eius. Quā ob rē ſi facit⁹ miaz ⁊ vitatē cū dño meo, indicate mihi. ſin aūt aliud plz: ⁊ hoc dicite mihi, vt vadā ad dexterā, ſiue ad ſiniſtrā. Rñderūtq; Labā ⁊ Bathuel, a dño egreſſus eſt ſermo: nō poſſum⁹ extra placitū ei⁹ q̄cq̄ aliud loqui tecū. En Rebecca coꝝ te eſt, tolle eā ⁊ pficiſcere, ⁊ ſit uxor filij dñi tui, ſicut locut⁹ eſt dñs. Q̄ cū audiſſet puer Abraham, pcidēs adorauit in terrā dñm. Prolatiſq; vaſis argēteis, ⁊ aureis, ac veſtib⁹, dedit ea Rebecce p munere: fratrib⁹ q̄z ei⁹, ⁊ mr̄i dona obtulit. Initoq; conuio veſcentes pariter ⁊ bibētes, māſerūt ibi. Surgēs aūt mane locut⁹ eſt puer, Dimitte me, vt vadā ad dñm meū. Rñderūtq; frēs ei⁹ ⁊ mr̄. Maneat puella ſaltē decē dies apud nos: ⁊ poſt ea proficiſcetur. Nolite, ait, me retinere, q̄ dñs direxit viā meā: dimittite me vt pgā ad dñm meū. Et dixerūt, Vocemus puellā, ⁊ q̄ram⁹ ipſi⁹ voluntatē. Cūq; vocata veniſſet, ſciſcitati ſūt, Vis ire cū hoīe iſto? Que ait, Vadā. Dimiſerūt g̃ eā ⁊ nutricē illi⁹. Funiq; Abrahā, ⁊ comites eius imprēcates pſpa ſoroꝝ ſue, atq; dicētes, Soror nr̄a es, creſcas in mille milia, ⁊ poſſideat ſemē tuū portas inimicoꝝ ſuoꝝ. Igit⁹ Rebecca, ⁊ puelle illi⁹ aſcēſis camelis ſecute ſūt virū: q̄ feſtin⁹ reuertebat ad dñm ſuū. Eo aūt tpe deābulabat Iſaac p viā q̄ ducit ad puteū cui⁹ nomē eſt Adinētis ⁊ videtis: habitabat enī in terra auſtralī. Et egreſſus fuerat ad meditādū i agro, iclinata iā die: cūq; eleuaſſet oculos vidit camelos venientes procul. Rebecca q̄z ⁊ſpecto Iſaac, deſcēdit de camelo, ⁊ ait ad puerū, Quis eſt ille hō q̄ venit p agrū in occurſum nobis? Dixitq; ei ipſe eſt dñs meus. At illa tollēs cito pallū ſnū, opuit ſe. Seru⁹ aūt cūcta q̄ geſſerat narrauit dño ſuo Iſaac. Qui introduxit eā in tabernaculum Sare mr̄is ſue, ⁊ accepit eā uxorē, ⁊ intrā dilexit eā, vt doloꝝ q̄ ex morte mr̄is ei⁹ acciderat, tēperaret.

¶ Capitu. Summarium. Mortuo Abraham Rebecca gemellos diſcordes peperit. Caput. xxv.

Abrahā vero aliā duxit uxorē noīe Cetura: q̄ peperit ei zamrā, ⁊ Jecſan: ⁊ Madā, ⁊ Madiā: ⁊ Jeſboc, ⁊ Sue. Jeſcā q̄z genuit Saba ⁊ Dadā. Filij Dadā fuerūt Aſſuri ⁊ Latuſij, ⁊ Laomim. Et uō ex Madiā ortⁱ ē Epha, ⁊ Epher, ⁊ Enoch, ⁊ Abida, ⁊ Eldaa. oēs hi filij Ceture. Deditq; Abrahā cūcta q̄ poſſederat, Iſaac: filius aūt cōcubinarū largit⁹ eſt mūera, ⁊ ſeparauit eos ab Iſaac filio ſuo dū adhuc ipſe viueret, ad plagā orientalē. Fuerūt aūt dies vite Abrahe centū ſeptuaginta q̄nq; anni. Et deficiēs mortu⁹ ē in ſenectute bona puecteq; etatⁱ, ⁊ plen⁹ dierū: cōgregatuſq; ē ad ppl̄z ſuū. ⁊ ſepelierūt eū Iſaac ⁊ Iſmahel filij ſui in ſpelūca duplici, q̄ ſita ē i agro Ephrō filij Seor Hethei, e regiōe Mambre quā emerat a filijs Heth ubi ſepult⁹ eſt ipe, ⁊ ſara uxor ei⁹. Et poſt obitū illi⁹ bñdixit deus Iſaac filio ei⁹, q̄ habitabat iuxta puteū noīe Vinētⁱ, ⁊ videntⁱ. Hec ſunt gñatiōes Iſmahel filij Abrahe quē pepit ei Agar egyptia, famula Sare: ⁊ hec noīa filioꝝ ei⁹ in vocabulis ⁊ gñatiōibus ſuis. Primogenit⁹ Iſmahelis Nabaioth, deīde Cedar, ⁊ Adbeel, ⁊ Mabſam, ⁊ Maſma q̄z, ⁊ Duma, ⁊ Maſſa, Hadad, ⁊ Thema, ⁊ Jet, ⁊ Naphis, ⁊ Cedma. iſti ſunt filij Iſmahel: ⁊ h noīa p caſtella ⁊ oppida eoꝝ, duodecim pncipes tribuū ſuarū. Et facti ſunt ānī vite Iſmahelis cētū triginta ſeptē: deficiēſq; mortu⁹ eſt, ⁊ appoſitus ad ppl̄z ſuū. Habitauit aūt ab Euila uſq; Sur, q̄ reſpicit Egyptū itroeūtibus Aſſyrios. coꝝ cūctis fratrib⁹ ſuis obiit. Hec q̄z ſunt gñatiōes Iſaac filij Abrahā. Abrahā gēnit Iſaac: q̄ cū q̄dragita eēt ānoꝝ, duxit uxorē Rebeccā filiā Bathuelis Syri de Mdoſopotamia, ſororē Labā. Deprecatusq; ē Iſaac dñz pr uxore ſua, eo q̄ eēt ſterilis: q̄ exaudiuit eū, ⁊ dedit cōceptū Rebecce. Sz collidebanⁱ i utero ei⁹ parunli: q̄ ait, Si ſic mihi futurū erat q̄d neceſſe fuit me cōcipere? Perrexitq; Rebecca vt cōſuleret dñz. Qui rñdēs, ait, Due gētes ſunt in utero tuo, ⁊ duo ppli ex vētre tuo dividentⁱ populusq; ppl̄z ſuperabit, ⁊ maior ſeruiet minori. Jā tps pariendi aduenerat, ⁊ ecce gemini in utero ei⁹ reperti ſūt. Qui primus egreſſ⁹ eſt, ruf⁹ erat, ⁊ tot⁹ i morē pellis hiſpid⁹: vocatuſq; eſt nomē ei⁹ Esau. Protin⁹ alt egrediēs, plātā ffis tenebat manu: ⁊ ideirco appellauit eū Jacob. Sexagenari⁹ erat Iſaac q̄n nati ſunt ei parunli. Quib⁹ adultis, factⁿ eſt esau vir gnar⁹ venādi, ⁊ hō agricola: iacob aūt vir ſimplex hitabat in tabernaculis. Iſaac amabat esau, eo q̄ de venatiōib⁹ illi⁹ veſceret: ⁊ rebecca diligebat Jacob. Coxit aūt Jacob pulmētū, ad quē cū venſſet esau de agro laſſus, ait, Da mihi de coctiōe hac rufa, q̄z oppido laſſus ſuz. Quā ob cām vocatū eſt nomē ei⁹ Edō. Cui dixit Jacob. Vēde mihi pmogenita tua. Ille rñdit, En morior, q̄d mihi prōderūt pmogenita? Ait iacob, Jura q̄ mihi. Jurauit ei esau, ⁊ vēdidit pmogenita. Et ſic accepto pane ⁊ lētis edulio comedit, ⁊ bibit, ⁊ abijt: pupēdēs q̄ primogenita vēdidiſſet.

¶ C. S. Peregrinatur Iſaac in geraris cū uxore. Caput. xxvj.

Orta aūt fame ſup terrā poſt eā ſterilitatē q̄ acciderat i dieb⁹ Abrahā, abijt iſaac ad Abimelech regē Paleſtinoꝝ i Gerara. Apparuitq; ei dñs, ⁊ ait, Ne deſcēdas in Egyptū, ſz geſce i terra quā dixero tibi. Et pegrinare i ea, eroq; tecū, ⁊ bñdicā tibi: tibi enī ⁊ ſemini tuo dabo omnes regiones has, cōplēs uramentū quō ſpopōdi abrahā pr̄i tuo. Et multiplicabo ſemē tuū ſicut ſtellas celi: dabooq; poſteris tuis omnes regiōes has: ⁊ bñdicentⁱ i ſemīe tuo oēs gētes terre, eo q̄ obedierit abrahā voci mee, ⁊ cuſtodierit pcepta ⁊ mādata mea, ⁊ ceremonias legeſq; ſuas. Mānſit itaq; iſaac i gerarīs. Qui cū interrogaret a viris loci illi⁹ ſup uxoꝝ ſua, rñdit. Soror mea ē. timuerat enī pfiteri q̄ ſibi eēt ſociata cōiugio: reputās ne forte iſficerēt eū pp illi⁹ pulchritudinē. Cūq; ptrāſiſſent dies plurimi, et ibidē moraret, pſpiciens Abimelech rex Paleſtinoꝝ p feneſtram, vidit eū iocantē cū rebecca uxore ſua.

A
B
C
D
E
F
G
H
I
K
L
M
N
O
P
Q
R
S
T
V
X
Y
Z
AA
BB
CC
DD
EE
FF
GG
HH
II
KK
LL
MM
NN
OO
PP
QQ
RR
SS
TT
VV
XX
YY
ZZ
AAA
BBB
CCC
DDD
EEE
FFF
GGG
HHH
III
KKK
LLL
MMM
NNN
OOO
PPP
QQQ
RRR
SSS
TTT
VVV
XXX
YYY
ZZZ

J. Perali pomenō j.c.

Supra xxiij.c. ſupra vj.d j. Paralī. j.b.

Roma. x.c.

Osee xij.a. D

Mat j.a

Abd j.a

Hebre. xij.o.

Supra xxj.d

Supra xxj.b.et xiij.d.et xv.b.

B

supra xxj.d

re sua. Et accersito eo ait, Perspicuum est q̄ vxor tua sit: cur mētit⁹ es eā sororē tuā esse? Rñdit. Timui ne morerer ꝓpter eā. Dixitq; Abimelech, Quare imposuisti nobis? potuit coire q̄spiā de pp̄lo cū vxore tua, & induxeras super nos grāde pctū. Precepitq; oī populo, dicēs, Qui tetigerit hois huj⁹ vxorē, morte morietur. Seuit aūt Isaac in terra illa, & inuenit in ipso anno cētuplū: bñdixitq; eis dñs. Et locupletat⁹ est hō, & ibat pficiēs atq; succrescēs: donec magn⁹ vehemēter effect⁹ est habuitq; possessiōes ouiū & armētor⁹ & familie plurimū. Ob hoc inuidētes ei Palestini oēs puteos q̄s foderāt serui pris illius Abrahā, illo tpe obstruxerūt ip̄lētes humor⁹ tū vt ipse Abimelech diceret ad Isaac, Recede a nobis, q̄m potētior nobis fact⁹ es valde. Et ille discedēs, vt venret ad torrētē Gerare, habitaretq; ibi: rursū fodit alios puteos, q̄s foderāt serui pris sui Abrahā, & q̄s illo mortuo oli obstruxerant Philisthiim: appellauitq; eos eisdē noīb⁹ q̄b⁹ añ pr̄ vocauerat. Foderūtq; in torrēte, & reperūt aquā viuā. Sed & ibi iurgium fuit pastorū Gerare aduers⁹ pastores Isaac, dicētū, Nra est aq̄. Q̄ ob rē nomē putei ex eo q̄ acciderat, vocauit Calūniā. Foderūt aūt & aliū: & pro illo q̄z rixati sūt, appellauitq; eū inimicitias. Profectusq; inde fodit aliū puteū, p q̄ nō cōtenderūt: itaq; vocauit nomē ei⁹, Latitudo: dicens, Nūc dilatauit nos dñs & fecit crescere sup terrā. Ascēdit autem Isaac exillo loco in Bersabee, vbi apparuit ei dñs in ipa nocte, dicēs, Ego sum de⁹ Abrahā pris tui, noli timere, qa ego tecū sum: & bñdicā tibi, & multiplicabo semē tuū p̄pter seruū meū Abrahā. Itaq; edificauit ibi altare: & inuocato noīe dñi extendit tabernaculū: p̄cepitq; seruis suis vt foderēt puteū. Ad quē locū cū venissēt de Gerar⁹ Abimelech, & Ochozath amic⁹ illi⁹, et Phicol dux militū, locut⁹ est eis Isaac. Quid venistis ad me hoiez quē odistis, et expulistis a vobis? Qui rñderūt, Vidim⁹ tecū esse dñz: & idcirco nūc dixim⁹, Sit iuramētū iter nos, & ineamus fedus: vt nō facias nobis q̄q̄ mali, sicut & nos nihil tui⁹ attigim⁹, nec fecim⁹ q̄d te lederet, sed cū pace dimisim⁹ auctū bñdictiōe dñi. Fecit ergo eis q̄uiuiū: & post cibū & potū surgentes mane, iurauerūt sibi mutuo: dimisitq; eos Isaac pacifice in locū suū. Ecce autē venerūt in ipso die serui Isaac annūtiātes ei de puteo q̄ fodera̅t, atq; dicētes Inuenim⁹ aquā. Vñ appellauit eū Abūdātiā: & nomē vrbi ipositū ē Bersabee vsq; in p̄sētē diē. Esau vo q̄dragenari⁹ duxit vxores, Judith filiā Beeri Hethei, & Basemath filiaz Elō eiusdē loci, que ābe offēderāt animū Isaac & rebeccę.

¶ C. S. Jacob subrepta paterna benedictione, conscendit in Aram. Cap. xxvij.



Senuit aūt Isaac & caligauerūt oculi eius, & videre nō poterat, vocauitq; esau filiū suū maiorē, & dixit ei, Fili mi: Qui rñdit, Adsum. Cui pr̄, vides (iqt) q̄ senuerī, & ignorō diē mortis mee. Sume arma tua, pharetrā & arcū, & egredere foras. Cūq; venatu aliq̄d appr̄hēderis, fac mihi īde pulmentū, sicut velle me nosti & affer vt comedam: & bñdicat tibi aīa mea anteq̄ moriar. Qō cū audisset Rebecca, et ille abiisset in agrū vt insonē pr̄is impleret, dixit filio suo Jacob audiui pr̄em tuū loquētē cū Esau fratre tuo, & dicētem ei, Affer mihi de venatiōe tua, & fac cibos vt comedā, & bñdicā tibi cor̄a dño añq̄ moriar. Nūc g̃ fili mi acquiesce cōsilijs meis: & pgēs ad gregē, affer mihi duos edos optimos: vt faciā ex eis escas pr̄i tuo, q̄b⁹ libēt vescit: q̄s cū tulerīs & cōederit, bñdicat tibi priusq̄ moriat. Cui ille respōdit, Nosti q̄ Esau fr̄ me⁹ hō pilos⁹ sit: & ego lenis. Si attrectauerit me pr̄ me⁹, et senserit, timeo ne putet me sibi voluisse illudere, et inducat sup me maledictionē p̄ bñdictione. Ad quē mr̄, Jn me sit (ait) ista maledictio fili mi: tātū audi vocē meā: & pgēs affer que dixi. Abijt: & attulit: deditq; mr̄i: parauit illa cibos sicut velle nouerat pr̄es illius. Et vestib⁹ Esau valde bonis: q̄s apud se habebat domi, induit eū: pelliculasq; hedorū circūdedit manib⁹ & colli nuda p̄texit. Deditq; pulmentum: et panes q̄s coxerat: tradidit. Quibus illatis, dixit Pr̄ mi: Et ille rñdit, Audio. Quis es tu fili mi? Dixitq; Jacob, Ego sū p̄mogenit⁹ tu⁹ Esau: feci sicut p̄cepisti mihi: surge, sede, & comede de venatiōe mea, vt bñdicat mihi aīa tua. Rursūq; Isaac ad filiū suū, Quō (iqt) tā cito inuenire potuisti fili mi? Qui rñdit, Voluntas dei fuit vt cito occurreret mihi q̄o volebā. Dixitq; Isaac, Accede huc vt tāgā te fili mi, & p̄bē vtrū tu sis fili⁹ me⁹ Esau, an nō. Accessit ille ad patrem: & palpato eo, dixit Isaac: Vox qdem, vox Jacob est: sed man⁹, man⁹ Esau sunt. Et non cognouit eū: q̄ pilose man⁹ similitudinē maioris expressērat. Bñdicens g̃ illi, ait: Tu es fili⁹ me⁹ Esau? Rñdit: Ego sum. At ille, Affer mihi, inqt: cibos de venatiōe tua fili mi, vt bñdicat tibi aīa mea. Quos cū oblatos comedisset: obtulit ei & vinū, quo hausto: dixit adeū, Accede ad me, & da mihi osculum fili mi. Accessit: & osculat⁹ est eū. Statiq; vt sensit vestimētorū illi⁹ fragrātiā: bñdicens illi ait, Ecce odor fili mei sicut odor agri ꝑ leni, cui bñdixit dñs. Det tibi deus de rore celi: & de pinguedine terre abundātiā frumēti, vini, et olei. Et seruiāt tibi pp̄li: & adorēt te trib⁹: esto dñs fratrū tuorū, & incuruent añ te filij matris tue. q̄ maledixerit tibi: sit ille maledict⁹: & q̄ bñdixerit tibi: benedictionib⁹ repleat. Vix Isaac sermonem implenerat: & egresso Jacob foras, venit Esau coctosq; de venatione cibos intulit pr̄i: dicēs: Surge pr̄ mi, comede de venatiōe filij tui: vt benedicat mihi aīa tua. Dixitq; illi Isaac: Quis ei es tu? Qui rñdit: Ego sum fili⁹ tu⁹ p̄mogenit⁹ Esau. Expauit Isaac stupore vehemēti: & vltra q̄ credi pōt admirās, ait: Quis igit̄ ille ē q̄ dudū captā venationē attulit mihi: & comedi ex oīb⁹ pr⁹ q̄ tu venires bñdixitq; ei: et erit bñdict⁹. Auditis Esau sermonib⁹ pr̄is: irrugit clamore magno: & cōsternat⁹ ait: Bñdic etiā & mihi pr̄ mi. Qui ait. Venit german⁹ tuus fraudulenter: & accepit benedictionē tuā. Et ille subiūxit: Juste vocatū est nomē ei⁹ Jacob: supplantauit enī me en altera vice. p̄mogenita mea añ tulit: & nunc ecce surripuit bñdictionē meā. Rursūq; ad patrē: Nūq̄d nō seruasti, ait, & mihi benedictionē? Respōdit Isaac dñm tuū illū cōstituī: & oēs fr̄es ei⁹ p̄stituti illi⁹ subiugauī: frumento & vino et oleo stabilīui eū: & tibi posthec fili mi vltra qd faciā? Cui Esau: Num vnā: inqt: tm̄ bñdictionē habes pr̄: mihi q̄s obsecro vt bñdicas. Cūq; eiulatu magno fleret: mot⁹ Isaac dixit ad eū: In pinguedine terre: & in rore celi desuper erit benedictio tua. Vives in gladio: & fr̄i tuo seruies: tpsq; veniet cum excutias & solues iugū eius de cervicibus tuis. Oderat ergo semper Esau Jacob ꝑ benedictione q̄ benedixerat ei pr̄: dixitq; in corde suo: Venient dies luct⁹ pr̄is mei: & occidā Jacob fratrē meū. Nūtiata sunt hec Rebecce: que mittēs et vocans Jacob filium suū: dixit ad eū: Ecce Esau frater tu⁹ minat vt occidat te. Nunc g̃ fili mi, audi vocē meā & cōsurgēs fuge ad Labā fratrē meū in Harā: habitabisq; cū eo dies paucos: donec regescat furor fratr̄is tui: & cesset indignatio ei⁹: obliuiscatq; eor̄ q̄ fecisti in eū: postea mittā: & adducā te inde huc. Cur vtroq; orbabor filio i vno die? Dixitq; Rebecca ad Isaac: Tedet me vite mee ꝓpter filias heth: si acceperit Jacob vxorē de stirpe huius terre: nolo viuere.

¶ C. S. Transit Jacob in Mesopotamiam. & somnians videt deum in Bethel. Caput. xxviij.

B
Hebre. xj. d.
Supra xxvj. d.
Hebre. xj. d. et xij. e.
Abd. j. c.

VOcauit itaq; isaac iacob: bñdixit eū: ꝑceptq; ei dicēs. Noli accipe ꝙiugē de gñe chanaā: sz vade: ꝙficiscere i mesopotamiā syrie ad domū bathuel pr̄z mr̄is tue: et accipe tibi inde vxorē ō filiab⁹ labā auūculi tui. Deꝰ aūt oipotēs bñdicat tibi et crescere te faciat atq; multiplicet vt sis i turbas ppl'oꝝ: et det tibi bñdictiones abrahe, ⁊ semini tuo post te vt possideas terrā pegrinatiōis tue, quā pollicit⁹ est auo tuo. Cūq; dimisisset eū isaac, pfect⁹ puenit in mesopotamiā syrie ad labā filiū bathuel syrū ffrem rebecce mr̄is sue. Videns aūt esau q̄ bñdixisset pr̄ su⁹ iacob, ⁊ misisset eū i mesopotamiā syrie vt inde vxorē duceret: ⁊ q̄ post bñdictionē ꝑcepisset ei dicēs: nō accipies vxorē ō filiab⁹ chanaā: q̄q; obediēs iacob patrēt⁹ suis isset i syriā, pbās q̄z q̄ nō libēter aspiceret filias chanaā pr̄ su⁹ iit ad ismahelē ⁊ duxit vxorē absq; ijs q̄s ꝑius hēbat. mabeleth filiā ismahel filij abrahā sororē nabaioth. Igit egress⁹ iacob de bersabee, pgebat harā. Cūq; venisset ad quēdā locū ⁊ vellet i eo requiescere post sol' occubitū tulit ō lapidib⁹ q̄ iacebāt, ⁊ supponēs capiti suo, dormiit in eodē loco. Viditq; in somnis scalā stantē sup terrā: et cacumē ill⁹ tāgēs celū, angelos q̄z dei ascendētes ⁊ descēdētes p eā, ⁊ dñm innixū scale, dicentē sibi. Ego sum dñs deꝰ abrahā pr̄is tui: deꝰ isaac. Terrā in q̄ dormis tibi dabo ⁊ semini tuo. eritq; semē tuum q̄si pulvis terre. Dilataberis ad orientē ⁊ occidentē ⁊ septētrionē ⁊ meridiē, ⁊ bñdicentur in te ⁊ in semine tuo cūcte tribus terre. Et ero custos tuus quocunq; preteris, ⁊ reducā te in terrā hāc, nec dimittā nisi cōpleuero vniuersa q̄ dixi. Cūq; euigilasset iacob de somno ait. Vere dñs est in loco isto, ⁊ ego nesciebā. Pauensq; q̄ terribilis est (inq;t) locus iste. Nō est hic aliud nisi domus dei ⁊ porta celi. Surgēs q̄ iacob mane tulit lapidem quem supposuerat capiti suo et erexit in titulum fundens oleum desup. Appellauitq; nomē vrbis bethel, q̄ prius luza vocabat. Vouit etiā votū dicēs, Si fuerit deꝰ mecū ⁊ custodierit me in via p quā ego ambulo, ⁊ dederit mihi panē ad vescēdū, ⁊ vestimētū ad induēdū reuersusq; fuero ꝑspe ad domū pr̄is mei erit mihi dñs in deū, ⁊ lapis iste quē erexi in titulū vocabitur domus dei, cunctorumq; que dederis mihi decimas offeram tibi.

¶ Capituli Summarium. Venit Jacob ad Laban, ⁊ seruiunt pro duabus vxoribus. Caput. xxix.

PRofectꝰ q̄ iacob venit in terrā orientalē: ⁊ vidit puteū in agro, tres q̄z greges ouiū accubantes iuxta eū. Nā ex illo adāq̄bant pecora ⁊ os eius grādi lapide claudebat. Solitq; erat vt cūctis ouib⁹ congregat̄ devolueret lapidē, ⁊ refect̄ gregib⁹ rursus sup os putei poneret. Dixitq; ad pastores, Ffres vñ estis: Qui rñderūt ō harā. Quos iterrogās, Nūqd (ait) nost̄ laba filiū nachor: Dixerūt, Nouim⁹. Sanꝰne est: ingt. Valet, inq̄t, ⁊ ecce rachel filia ei⁹ venit cū grege suo. Dixitq; iacob, Adhuc mltū diei sup est: nec est tps vt reducant ad caulas greges. Date aī potū ouib⁹: ⁊ sic eas ad pastū reducite. Qui rñderūt, nō possum⁹ donec oia pecora congregētur ⁊ amoueam⁹ lapidē de ore putei vt adaq̄mus greges. Adhuc loq̄bant: ⁊ ecce rachel veniebat, cū ouib⁹ pr̄is sui. Nā gregē ipa pascebat. Quā cū vidisset iacob ⁊ sciret cōsobrinā suā ouesq; labā auūculi sui: amouit lapidē q̄ puteus claudebat. Et adaq̄to grege, osculat⁹ est eā: ⁊ elevata voce flenit: ⁊ indicauit ei q̄ frater esse pr̄is sui ⁊ filius rebecce. At illa festinās nūtiauit pr̄i suo. Qui cū audisset venisse iacob filiū sororis sue: occurrit obuiā et: cōplexusq; eū: in oscula ruēs: duxit i domū suā. Auditis aūt causis itineris: rñdit, Os meum es: ⁊ caro mea. Et postq̄ ipleti sunt dies mēsis vni⁹ dixit ei, Nū q̄ frat meꝰ es, gratis seruies mihi: Dic q̄d mercedis accipias. Hēbat vo duas filias. Nomē maioris lia: minor vo appellabat rachel. Sed lia lippis erat oculis, rachel decora facie ⁊ venusto aspectu. Quā diligens iacob: ait, Seruiā tibi p rachel filia tua minore septē annis. Rñdit labā, Melius est vt eā tibi dē q̄ alteri viro: mane apud me. Seruiuit ḡ iacob p rachel septē annis: ⁊ videbātur illi pauci dies pre amoris magnitudine. Dixitq; ad laban, Da mihi vxorē meā: q̄: iam tps ipletū est vt ingredi ar ad illā. Qui vocat̄ multis amicoꝝ turbis ad ꝙuiuiū fecit nuptias: ⁊ vespe liam filiam suā introduxit ad eū: dans ancillam filie zelphā nomine. Qd quam cū ex more Jacob fuisset ingressus: facto mane vidit liam, ⁊ dixit ad socerum suū. Quid est quod facere voluisti: Nonne pro rachel seruiui tibi: Quare imposuisti mihi: Rñdit laban. Non est in loco nostro consuetudinis vt minores ante tradamus ad nuptias. Imple hebdomadā dierum huius copule: et hanc q̄z dabo tibi pro opere quo seruaturus es mihi septē annis alijs. Acquieuit placito ⁊ hebdomada trāsacta rachel duxit vxorē. Cui pater serua balan tradiderat. Tandēq; potit⁹ optatis nuptijs amorē sequētis prioris ptulit: seruiens apud eum septem annis alijs. Videns autem dñs q̄ despiceret liam aperuit vulvā eius sorore sterili permanente. Que concepit, genuit filium: vocauitq; nomē eius ruben: dicens: vidit dominus humilitatem meā. Nunc amabit me vir meus. Rursumq; cōcepit ⁊ peperit filium ⁊ ait. Quoniam vidit me dominus haberi contēptui dedit etiā istū mihi. Vocauitq; nomē ei⁹ symeō. Concepitq; tertio et genuit aliū filiū. Dixitq;. Nūc q̄z copulabit mihi maritus meus eo q̄ peperim ei tres filios. Et idcirco appellauit nomen eius leui. Quarto cōcepit ⁊ pepit filiū ⁊ ait. Confitebor dño. Et ob hoc vocauit eū iudā. Cessauitq; parere.

¶ S. Jacob ancillas vxorē filij copulat, deinde expostulat cum Laban de mercede. Caput. xxx.

GErnēs aūtem rachel q̄ infecunda esset invidit sorori sue: ⁊ ait marito suo. Da mihi liberos alioquin moriar. Cui iratus rñdit Jacob. Nū pro deo ego tum qui priuauit te fructu vētris tui: At illa, Habeo (inquit) famulā balam: ingredere ad illā vt pariat sup genua mea ⁊ habeam ex illa filios. Deditq; illi balā in coniugiū. Que ingressio ad se viro cōcepit ⁊ peperit filiū. Dixitq; rachel. Judicauit mihi dominus: ⁊ exaudiuit vocem meā dans mihi filiū. Et idcirco appellauit nomen eius dan. Rursumq; bala concipiens peperit alterū: pro q̄ ait rachel. Comparauit me dñs cum sorore mea, ⁊ inualui. Vocauitq; cū nephthalim. Sētiēs lia q̄ parere desiisset zelphā ancillā suā marito tradidit. Que post cōceptū edēte filiū dixit, Felicit. Et idcirco vocauit nomē ei⁹ gad. Peperitq; zelpha alterū. Dixitq; lia, Hoc plitudine mea. Beatā q̄ppe me dicēt oēs mulieres. Propterea appellauit eū aser. Egressus aūt rubē tpe messis tritice in agrū repperit mādragoras: q̄s mr̄i lie detulit. Dixitq; rachel. Da mihi partē de mandragoris filij tui. Illa rñdit, Parūne tibi vr̄ q̄ ꝓripueris maritū mihi: nisi etiā mādragoras filij mei tuleris. Ait rachel. Dormiat tecū hac nocte p mādragoris filij tui. Redeūtiq; ad vesperā iacob de agro egressa est in occursum ei⁹ lia: ⁊ ait. Ad me, inq̄t, intrabis: q̄ mercede conduxi te p mādragoris filij mei. Dormiuitq; cū ea nocte illa, ⁊ exaudiuit deꝰ pces eius. Concepitq; ⁊ pepit filiū q̄ntū, ⁊ ait, Dedit deus mercedem mihi: q̄ dedi ancillā meā viro meo. Appellauitq; nomē ei⁹ issachar. Rursum lia ꝙcipiēs peperit sextū filiū: ⁊ ait, Dotauit me deꝰ dote bona. Etiā hac vice mecū erit marit⁹ meꝰ eo q̄ genuerim ei sex filios. Et idcirco appellauit nomen ei⁹ zabulon. Postq̄ pepit filiā noīe dinā. Recordat⁹ quoq; dñs rachelis exaudiuit eā ⁊ aperuit vulvā eius. Que cōcepit ⁊ pepit filiū dicēs. Ablstulit deus opprobriū meum. Et vocauit nomē eius ioseph: dicēs. Adidat mihi dñs filiū alterū. Mato aūt ioseph: dixit iacob socero suo. Dimitte me vt reuertar i patriā meā ⁊ ad terrā meam. Da mihi vxores ⁊ liberos meos p quibus seruiui tibi vt abeā. Tu vo nosti seruitutem qua seruiui tibi. Dixit illi laban. Inueniam gr̄am in ꝙspectu tuo. Experimento didici: q̄: benedixerit mihi deꝰ ꝓpter te. Constitue mercedē tuā quā dem tibi: At ille rñdit. Tu nosti quō seruierim tibi: et q̄ta in manibus meis fuerit possessio tua. Modicū habuisti ante q̄ venirem ad te: ⁊ nunc dives effectus es: bñdixitq; tibi deꝰ ad introitū

Osee xij. d.

Deuter. xxij. c. et xxv. c.

E mtroitū meū: iustum est igitur vt aliqū puidea etiā domi-
mee. Dixitq; labā. Quid tibi dabo? At ille ait. Nihil vo-
lo sed si feceris qō postulo iterū pascā, & custodiaz pecora
tua. Gyra oēs greges tuos, & separa cūctas oues varias,
& sparsō vellere: & quodcūq; fuluū & masculosuz, variūq;
fuerit, tā i oulb⁹ q̄ in capris erit merces mea. Rūdebitq;
mihi, cras iustitia mea q̄ placiti tps aduenerit corā te:
& oia q̄ nō fuerint varia, & maculosa, & fulua, tā in ouibus
q̄ in capris, furti me argues. Dixitq; labā, Gratum ha
beo qō petis. Et se spauit die illa capras & oues, hircos &
arietes varios, atq; maculosos. Cunctū aūt gregē vni co
lorē idest albi aut nigri velleris, tradidit in manu filiorum
suoū. Et posuit spatiū itineris triū dierū inter se & generū
q pascebat reliquos greges eius. Tollēs ergo iacob vgas
ppleas virides, & amygdalinas, & platanis, ex parte de
corticauit eas: detractisq; corticib⁹ in bis q̄ spoliata fue-
rant, candor apparuit: illa vo que integra fuerant, viridia
permānserūt: atq; in būc modū color effectus est vari⁹. Po
suitq; eas i canalib⁹, vbi effundebāt aqua: vt cū venissent
greges ad bibendū, añ oculos haberēt vgas, & in aspectu
earū cōciperēt. Factūq; est vt in tpo caloze coitus oues in-
tuerēt vgas, & parerēt maculosa, & varia, & diuerso coloze
reipsa. Diuisitq; gregē iacob, & posuit vgas in canalibus
añ oculos arietū: erāt aūt alba & mgraqueq; laba: cetera
vo, iacob: separatis iter se gregib⁹. Igit q̄n primo tpe ascen-
debāt oues, ponebat iacob vgas in canalib⁹ aquarū ante
oculos arietū & ouium, vt in eax cōtēplatione cōciperent.
Q̄n vo serotina admissura erat, & cōcept⁹ extremus, nō po
nebat eas: factaq; sunt ea que erant serotina, laba: & q̄ pri
mi tpis, iacob. Ditatus q̄z est homo vltra modū, & habuit
greges multos, ancillas & seruos, camelos & asinos.

¶ Cap. Summa. Laban persequitur Jacob fugientem,
& expostulat cum eo. Caput. xxxj.

A Audiit aūt audiuit vba filioū labā dicētiū: Tu
lit iacob oia q̄ fuerūt pris nri, & de illi⁹ faculta-
te ditat⁹, fact⁹ ē iclyt⁹: animaduertit q̄z faciē labā
q̄ nō eēt erga se sicut heri & nudiustertiꝰ, maxie
dicēte sibi dño, Reuertere i terrā patrū tuoū: & ad gnatio-
nē tuā, & ego tecū, misit iacob, & vocauit rachel & lia ī agrū,
vbi pascebat greges, dixitq; eis: Video faciē pris vri, q̄
nō sit erga me sicut heri & nudiustertiꝰ: deus aūt patris mei
fuit mecū. Et ipe nostis q̄ totis viribꝰ meis seruieri pri vro.
Sz & pr vester circūuenit me, & mutauit mercedē meā de-
cē vicib⁹: & tū non dimisit eū de⁹ vt noceret mihi. Si q̄n di-
rit, Varie erūt mercedes tue: pariebāt oēs oues varios fe-
tus, q̄n vo e2uo ait, Alba q̄q; accipies pro mercede: oēs
greges alba peperūt. Tulitq; de⁹ substātiā pris vri, & dedit
mihi. Postq; eīn cōcept⁹ ouiū tps aduenerat, leuaui ocu
los meos, & vidi in sōnis ascēdētes mares sup feminas, va
rios & maculosos, & diuersoū coloꝝ. Dixitq; ā gel⁹ dei ad
me in sōnis, Jacob: Et ego rūdi. Adsū. Qui ait, Leua o-
culos tuos, & vide vniuersos masculos ascēdētes sup femi
nas, varios, maculosos, atq; respsos. Vidi eīn oia q̄ fecit
tibi laba. Ego sū de⁹ bethel, vbi vnxisti lapidē, & votū vo
uisti mihi. nūc q̄ surge, & egredere de terra hac, reuertēs in
terrā natiuitatis tue. Rūderūtq; rachel, & lia, Nūqd habe
mus residui qcq̄ in facultatib⁹, & hēditate dom⁹ pris nri:
Nōne q̄si alienas reputauit nos, & vēdidit, comeditq; p̄tiū
nr̄m: Sz de⁹ tulit opes pris nri, & eas tradidit nobis ac fi-
liys nris: vñ oia q̄ precepit tibi deus, fac. Surrexit itaq; ia-
cob: & posit⁹ liberꝫ, ac 2iugib⁹ suis sup camelos, abijt. Tu
litq; oēs substātiā suā, & greges, & q̄cq̄d i mesopotamia acq
sierat, pergēs ad isaac pr̄em suū in terra chanaā. Eo tpe ie-
rat laba ad tondendas oues, & rachel furata est idola pris
sui. Noluitq; iacob 2siteri socero suo q̄ fugeret. Cūq; ab-
isset tā ipse q̄ oia q̄ uaris sui erāt: & ammetrās mīsso pgeret
ꝫ montē galaad: nūtiatū est labā die tertio q̄ fugeret ia-
cob. Qui assumptꝫ fratrib⁹ suis, psecut⁹ est eū diebꝰ septē:
& cōprehendit eū in monte galaad. Uiditq; in somnis di-
centē sibi dñm, Cane ne q̄q̄ aspe loq̄ris ꝫ iacob. Jāq; ia-

cob extēderat in mōte tabernaculū: cūq; ille consecut⁹ fuis-
set eū cū fratrib⁹ suis i eodē mōte galaad fixit tētoriū. Et
dixit ad iacob, Quare ita egisti, vt clam me abigeres filias
meas q̄si captiuas gladio: Cur ignoraīte me fugere volui-
sti, nec indicare mihi: vt psequerer te cū gaudio, & canticis, et
tympanis, & citharis: Nō es passus vt osculārer filios me-
os & filias: Stulte opat⁹ es. Et nūc qdem valet man⁹ mea
reddere tibi malū. sed de⁹ pris vri heri dixit mihi, Caue
ne loq̄ris ō iacob qcq̄ duri⁹. Esto, ad tuos ire cupiebas, &
desyderio erat tibi dom⁹ pris tui: cur furat⁹ es deos me-
os: Rūdit iacob, Q̄ō insciote pfect⁹ sum timui ne violē-
ter auferres filias tuas. Q̄ō aūt furti me arguis: apō quē-
cūq; inueneris deos tuos, necē corā frib⁹ nris. scrutare. qc-
qd tuoū, apō me inuener̄, aufer, hec dicēs, ignorabat q̄ ra
chel furata esset idola. Ingress⁹ itaq; laba tabernaculū ia
cob, & lie, & vtriusq; famule, nō inuenit. Cūq; itrasset tētoriū
rachelis, illa festinās absondit idola subter stramēta ca-
meli, & sedit desup: scrutātiq; oē tentoriū, & nihil inuenien-
ti, ait, Ne irascatur dñs me⁹, q̄ corā te assurgere nequeo: q̄
iuxta ꝫsuetudinē feminarū nunc accidit mihi. sic delusa so
licitudo q̄rētis est. Tumēsq; iacob, cū urgio ait, Quā ob
culpā meā, & ob q̄ peccatū meū sic exarsisti post me, & scru-
tatus est oēm supellectilē meā: Quid inuenisti de cuncta
substātia domus tue: pone hic corā fratrib⁹ meis, & fratri-
bus tuis, & iudicent inter me & te. Idcirco viginti annis fui
tecum, oues tue & capre steriles non fuerunt, arietes gregis
tui non comedi: nec captū a bestia ostendi tibi, ego dānum
omne reddebā: quicqd furto perīt, a me exigebas: die no-
ctuq; estu vrgebar, & gelu, fugiebatq; somnus ab oculis
meis. Sic p vigīti annos in domo tua seruiui tibi, q̄tuor-
decim p filiab⁹, & sex pro gregib⁹ tuis: immutasti q̄z merce
dem meā decē vicib⁹. Nisi deus patris mei abrahā & timor
isaac affuisset mihi, forsitan modo nudū me dimisisses: af-
flictionē meā & laborē manuū mearū respexit de⁹, & arguit
te heri. Rūdit ei laban, Filie mee & filiæ greges tui, & oia
que cernis, mea sunt: quid possum facere filijs & nepotibus
meis: Uenī ergo, & ineamus fedus: vt sit testimonium in-
ter me & te. Tulit itaq; iacob lapidē, & erexit illū in titulū.
Dixitq; fratrib⁹ suis, Afferte lapides. Qui 2gregantes
fecerūt tumulū, comederūtq; sup eū. Quē vocauit laba, tu
mulū testis: & iacob, acerui testimonij: vterq; iuxta ppri-
etatē ligue sue. Dixitq; laba, Tumulus iste erit testis inter
me & te hodie: & idcirco appellatū est nomē eius Galaad,
id est tumulus testis. Et adiecit laba. Intueat & iudicet do-
minus inter nos q̄n recesserim⁹ a nobis, si afflixeris filias
meas & si introduxeris alias vxores sup eas: null⁹ sermo-
nis nostri testis est absq; deo, qui presens respicit. Dixitq;
rursus ad iacob, Ecce tumulus hic & lapis quem erexi inter
me & te, testis erit. Tumul⁹ inq̄ iste & lapis sunt in testimo-
nium, si aut ego trāsiero illum pergēs ad te: aut tu preterie-
ris, malū mihi cogitās. Deus abrahā & deus nachor iudi
cet inter nos, deus patris eorum. Juraut ergo iacob p ti-
morē patris sui isaac: immolatisq; victimis in mōte voca
ut fratres suos vt ederēt panem. Qui cū comedissent mā-
serunt ibi. Laban vero de nocte q̄surgēs osculat⁹ est filios
& filias suas & benedixit illis, reuersusq; est in locum suum.

¶ Capitulū Summariū. Mittit Jacob nūcios ad Esau
& luctatur cum angelo. Caput. xxxij.

A Iacob aūt abijt in itinere qō cepat: fueruntq; ei
obuiā angeli dei. Quos cū vidisset, ait, Castra
dei sūt hec. & appellauit nomē loci illi⁹ mahanaī,
idest castra. Misit aūt & nūtios ante se ad esau
fratrem suū i terrā seir regionis edō, p̄cepitq; eis, dicens, Sic
loquimini dño meo esau. Hec dicit frater tu⁹ Jacob, Apud
laba peregrinat⁹ sum & fui vsq; in p̄sēte diē. Habeo boues &
asinos & oues & seruos & ancillas: mittoq; nūc legationē ad
dñm meū vt inueniā gratiam in conspectu tuo. Reuersiq; sunt
nūtij ad iacob, dicētes, Uenim⁹ ad esau fratrem tuū: & ecce p
perat in occursum tibi cū q̄dringētis viris. Timuit Jacob
valde, & pterrit⁹ diuisit pplm q̄ secū erat: greges q̄z & oues

E Exodi. xxij. b.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Supra. xxxj.c.

ꝛ boues ꝛ camelos in duas turmas, dicẽs, Si venerit esau ad vnã turmã, ꝛ percusserit eã, alia turma q̃ relinq̃tur ẽ, saluabit. Dixitq; iacob, Deꝰ pris mei abrahã: ꝛ deꝰ pris mei isaac: dñe q̃ dixisti mihi, Reuertere in terrã tuã, ꝛ in locũ natiuitatis tue, ꝛ bñfaciã tibi: minor sum cũctis miserationib⁹ tuis ꝛ veritate tua quã expleuisti seruo tuo. in baculo meo transiui iordanẽ istũ: ꝛ nũc cũ duabus turmis regredior: erue me de manu ffris mei esau, q̃ valde eũ timeo: ne forte veniẽs percutiat me ꝛ matres cũ filijs. Tu locutꝰ es q̃ benefaceres mihi, ꝛ dilatares semẽ meũ sicut arenã maris, q̃ pre multitudine numerari non põt. Cumq; dormisset ibi nocte illa, separauit de his q̃ habebat, munera esau fratri suo, capras ducentas, hircos viginti, oues ducẽtas, arietes viginti, camelos fetas cũ pullis suis triginta, vaccas quadraginta, ꝛ tauros viginti, asinas viginti, ꝛ pullos earũ decẽ. Et misit per manus seruorũ suorum singulos seorsum greges, dixitq; pueris suis, Ãñcedite me, ꝛ sit spatiũ inter gregẽs ꝛ gregẽ. Et pcepit priori, dicẽs, Si obuiũ habueris fratrẽ meũ esau, ꝛ interrogauerit te, Cuiꝰ es: aut, Quo vadis: aut, Cuiꝰ sunt ista q̃ sequris: rñdebis, Serui tui iacob, munera misit dño suo esau: ipse q̃s post nos venit. Similr dedit mãdata scõo ꝛ tertio: ac cũctis q̃ sequẽbãtur greges, dicẽs, Misdẽ vbis loquimini ad esau cũ inueneritis eum, ꝛ addetis, Ipse q̃s seruus tuꝰ iacob, iter nostrũ insequitur: dixit enim, Placabo illũ muneribus q̃ pcedũt, ꝛ postea videbo illũ, forsitã ppitiabit mihi. Precesserunt itaq; munera añ eũ, ipse vo mansit nocte illa in castris. Cumq; mane surrexisset, tulit duas vxores suas ꝛ totidẽ famulas cũ vndecim filijs, ꝛ trãsiuit vadũ iaboch. Trãsductisq; oibꝰ que ad se ptinebãt, mãsit solus: ꝛ ecce vir luctabat cũ eo vsq; mane. Qui cũ videret q̃ eũ superare nõ posset, tetigit neruũ femoris eiꝰ, ꝛ statim emarcuit. Dixitq; ad eũ, Dimitte me, iam enim ascendit aurora. Rñdit, Non dimittã te nisi bñdixeris mihi. Ait ergo, Qõ nomen est tibi: Rñdit Jacob. At ille Nequaq̃ (inq̃t) iacob appellabit nomẽ tuũ, sed israel: q̃m si ꝺ deũ fortis fuisti q̃ tomagis ꝺ homines pualebis: Interrogauit eũq; iacob, Dic mihi, quo appellaris noĩe: Rñdit. Cur queris nomen meũ, qõ est mirabile: Et bñdixit ei in eodẽ loco. Vocauitq; iacob nomẽ loci illius phanuel, dicẽs, vidi deum facie ad faciẽ, ꝛ salua facta est aĩa mea. Ortusq; est ei statim sol postq̃ transgressus est phanuel: ipse vero claudicabat pede. Quam ob causam non comedunt neruum filij israel qui emarcuit in femore iacob, vsq; in presentẽ diem: eo q̃ tetigerit neruum femoris eius ꝛ obstupuerit.

¶ L.S. Jacob ꝛ Esau in itinere cõueniunt. Ca. xxxiij.

Leuãs aũt iacob oculos suos, vidit venientem esau, ꝛ cũ eo quadringẽtos viros: diuisitq; filios lie ꝛ rachel, ambarũq; famularũ: ꝛ posuit vtrãq; ancillã ꝛ liberos earũ in principio: liam vero, ꝛ filios eius in scõo loco: rachel aũt, ꝛ ioseph nouissimos. Et ipse pgrediẽs adorauit pnus i terrã septies, donec appropinquaret frater eiꝰ. Currẽs itaq; esau obuiam fratri suo, ãplexatꝰ est eũ, stringẽsq; collũ eiꝰ, ꝛ obsculãs fleuit. Leuatisq; oculis vidit mulieres ꝛ pueros earũ, ꝛ ait, Quid sibi volũt isti: ꝛ si ad te pertineãt: Rñdit, Parvuli sunt q̃s donauit mihi deꝰ seruo tuo. Et appropinquantes ancille ꝛ filij earũ incuruati sunt. Accessit q̃z lia cum pueris suis: ꝛ cum silr adorassent, extremi ioseph ꝛ rachel adorauerũt. Dixitq; esau, Quenã sunt iste turme q̃s obuiã bũi: Rñdit, Ut inuenirẽ gr̃am coram dño meo. At ille ait, Habeo pl̃ma frater mi, sint tua tibi. Dixit iacob, Noli ita obsecro, q̃z si inem gr̃az in oculis tuis: accipe munusculũ de manibus meis. sic enim vidi faciẽ tuã, quasi viderim vultum dei: esto mihi ppitius, ꝛ suscipe bñdictionẽ quã attuli tibi, ꝛ quã donauit mihi deꝰ tribuẽs oia. Vix fratre cõpellente suscipiẽs ait. Gradiamur simul: eroq; socius itineris tui. Dixitq; iacob, Nosti dñe mi q̃ parvulos habeam teneros, et oues ꝛ boues fetas mecũ: quas si plus in ambulãdo fecero laborare, moriẽt vna die cuncti greges. Precedat dñs meus ante seruũ suũ, ꝛ ego sequar paulatim vestigia eius, si cut videro parvulos meos posse, donec veniã ad dñm meũ in seir. Rñdit esau, Oro te, vt de pplo q̃ mecũ est, saltẽ socij remaneãt vie tue. Rñ est (inquit) necesse: hoc vno tm̃ indigeo, vt inueniã gratiã in cõspectu tuo dñe m̃. Reuersus est itaq; illo die esau itinere quo venerat iter. Et iacob venit in socoth: vbi edificata domo ꝛ fixis tentoriis, appellauit nomen loci illius socoth, id est tabernacula. Trãsmutq; in salẽ vrbẽ sichimorũ, que est in terra chanaã, postq̃ reuersus est de mesopotamia syrie: ꝛ habitauit iuxta oppidum. Emitq; partem agri in qua fixerat tabernacula, a filijs emor patris sichem centum agnis. Et erecto ibi altari, invocauit super illud fortissimum deum israel.

¶ L.S. Ob Dine stuprum Sichimite interimuntur. Caput. xxxiiij.

Egressa est aũt dina filia lie, vt videret mulieres regiõis illi. Quã cũ vidisset sichẽ filiꝰ emor heuei. pnceps terre illi, adamauit eã: ꝛ rapuit: et dormiuit cũ illa, vi oppñẽs vginẽ. Et cogluti nata it ani ei cũ ea, tristẽq; delinuit blãdiis. Et pgens ad emor patrẽ suũ, Accipe (inqt) mihi puella hãc coniugẽ. Qõ cũ audisset iacob, absentib⁹ filijs, ꝛ i pastu pecorũ occupatis, siluit donec redirẽt. Egresso aũt emor pr̃e sichẽ, vt loqrẽt ad iacob, ecce filijei venebãt de agro: auditoq; qõ acciderat: irati sunt valde, eo q̃ fedã rẽ opatꝰ esset i israel, ꝛ violata filia iacob rẽ illicitã ppetrasset. Locutꝰ est itaq; emor ad eos, Sichẽ filij mei adhesit aĩa filie vr̃e: date eã illi vxorẽ. Et tũgam⁹ vicissim ꝓnubia: filias vr̃as tradite nobis, ꝛ filias nr̃as accipite. Et habitate nobiscũ, terra ampte vr̃a est, exercete negotiamini, ꝛ possidete eã. Sed ꝛ sichẽ ad patrẽ ꝛ ad fr̃es eiꝰ ait, Inueniã gr̃az coram vobis, ꝛ q̃cũq; statueritis dabo. augete dotẽ, ꝛ munera postulate, ꝛ lubẽter tribuã q̃ petieritis: tm̃ mihi date puellã hãc vxorem. Rñderũt filij iacob sichẽ ꝛ patri eiꝰ in dolo, senictes ob stuprũ sororis, Nõ possum⁹ facere q̃ petitis, nec dare sororẽ nr̃am hoi circũciso: q̃ illicitũ ꝛ nepharium est apud nos. Sed in hoc valebim⁹ federari, si voluerit is etiã nr̃i, ꝛ circũcidat in vobis oĩs masculini sexꝰ. Tũc dabim⁹ ꝛ accipiem⁹ mutuo filias vr̃as ac nr̃as, ꝛ habitabim⁹ vobiscũ, eri mus q̃z vnꝰ ppl̃s. Si aũt circũcidi nolueritis, tollemus filiã nr̃am, ꝛ recedem⁹. Placuit oblatio eorũ eiꝰ, ꝛ sichẽ filio eiꝰ. Nec distulit adolescẽs, q̃n statim q̃ petebat expleret: amabat enim puellaz valde, ꝛ ipse erat inclytus in omni domo pr̃is sui. Ingressiq; portã vrbis, locuti sunt ad ppl̃m. Viri isti pacifici sunt ꝛ volũt habitare nobiscũ: negotiẽt in terra, ꝛ exerceãt eã, q̃ spatiosa ꝛ lata cultoribus indiget: filias eoꝝ accipiemus vxores, ꝛ nostras illis dabimus. Vnũ est, quo differ̃ tm̃ bonũ, Si circũcidamus masculos nostros: ritũ gẽtis imitates. Et substãtia eorũ ꝛ pecora, ꝛ cũcta q̃ possidẽt, nr̃a erũt: tm̃ ihoc acquiescam⁹, ꝛ habitates simul, vnũ efficiam⁹ ppl̃m. Assensiq; sunt oĩs circũcisis cũctis maribꝰ. Et ecce, die tertio q̃n grauissim⁹ vulnerũ dolor est, arreptis duo filij iacob: simeõ ꝛ leui fr̃es dine gladijs, ingressi sunt vrbẽ cõfidẽter: interfectisq; oĩbus masculis, emor ꝛ sichem pariter necauerunt, tollẽtes dinã de domo sichem sororẽ suã. Quibꝰ egressis irruerũt super occisos ceteri filij iacob: ꝛ depopulati sunt vrbẽ i vltionẽ stupri. Oues eorũ, ꝛ armẽta, ꝛ asinos, cũctaq; vastãtes q̃ i domibꝰ ꝛ in agris erant: parvulos q̃z eorũ ꝛ vxores duxerũt captiuas. Quibꝰ ppetratis audacter, iacob dixit ad simeon ꝛ leui, Turbastis me, ꝛ odiosum fecistis me chananeis ꝛ pherezeis habitatoribus terre huius. nos pauci sumus, illi cõgregati pcutient me, ꝛ delebor ego ꝛ domꝰ mea. Rñderunt, Numq̃d vt scorto abuti debuere sorore nostra:

¶ L.S. Redit Jacob qui ꝛ israel per Bethel ad patrẽ, morituq; Rachel. Caput. xxxv.

Iterea locutꝰ est deus ad iacob, Surge ꝛ ascende de bethel, ꝛ habita ibi, faciq; altare deo qui apparuit tibi, q̃ fugiebas esau fratrem tuũ. Jacob vocõ cõuocata omni domo sua, ait, Abycite deos alienos q̃ in medio vestri sunt, ꝛ mundamini, ac mutate vestimenta

te vestimenta vestra. Surgite, & ascendam⁹ in Bethel, & faciamus ibi altare deo, qui exaudiuit me in die tribulatiõis mee, & soci⁹ fuit itineris mei. Dederunt ḡ ei oẽs deos alienos quos habebant, & inaures q̃ erant in auri⁹ eorũ: at ille infodit eas subter terebinthum, q̃ est post vrbẽ sichẽ. Cũq; pfecti essent, terror dei inuasit oẽs p circũitum ciuitates: et non sunt ausi psequi recedẽtes. Venit igit̃ Jacob luzã, q̃ est in terra chanaã, cognomento Bethel: ipse & oĩs pp̃ls cũ eo. Edificauitq; ibi altare: & appellauit nomen loci illius, domus dei: ibi eñ appuit ei dñs cum fugeret fratrẽ suũ. Eodẽ tẽpore mortua est debora nutrix Rebecce, & sepulta est ad radices Bethel subter quercum: vocatumq; est nomen loci illius, quercus fletus. Apparuit autem iterũ deus Jacob postq̃ reuersus est de mesopotamia Syrie, bñdixitq; ei, dicẽs. Nõ vocaberis vltra iacob, sed Jsrael erit nomen tuũ. Et appellauit eum Jsrael, dixitq; ei. Ego deus oĩpotens. Cresce: multiplicare: gentes, & pp̃li nationũ ex te erunt, reges de lumbis tuis egredient̃. Terrãq; quã dedi Abrahã & Jsaac, dabo tibi & semini tuo post te. Et recessit ab eo ille vero erexit titulum lapideum in loco quo locutus fuerat ei deus: libans super eum libamina, & effundẽs oleũ: vocãsq; nomen loci illius, bethel. Egressus autem inde venit vsque ad terrã q̃ ducit ephratam: in qua cum pturiret rachel, ob difficultatem partus periclitari cepit. Dixitq; ei obstetrix. Noli timere: q̃ & hunc habebis filiũ. Egrediẽte aũt aĩa pre dolore, & imminẽte iã morte, vocauit nomen filij sui benoni, idest filius doloris mei: pater vero appellauit eũ beniamin, idest filius dextre. Mortua est ergo rachel, et sepulta est in via q̃ ducit ephratã, hec est Bethlehẽ. Erexitq; Jacob titulũ sup sepulchrũ eius: hic est titulus monumẽti rachel, vsq; in pstẽ diẽ. Egressus inde fixit tabernaculũ trãs turrẽ gregis. Cũq; habitaret in illa regiõe, abijt rubẽ, & dormiuit cũ bala cõcubina patris sui: q̃ illũ minime latuit. Erãt aũt filij Jacob duodeci. Filij Lie: pmogenit⁹ rubẽ, & simeõ & leui & iudas & issachar & zabulõ. Filij rachel: Joseph & bẽiamĩ. Filij bale ancille rachel: dã & nepthali. Filij zelphe ancille Lie: gad & aser. hi sunt filij iacob q̃ nati sunt ei i mesopotamia syrie. Venit etiã ad Jsaac patrẽ suũ in mãbre ciuitatẽ arbee, hec est hebrõ: in qua peregrinat⁹ est abrahã et Jsaac. Et cõpleti sunt dies Jsaac cẽtũ octogita annor. Consumptus q̃z etate mortu⁹ est: et appositus est a pp̃lo suo senex & plenus dierũ: et sepelierũt eum esau & iacob filij sui.

¶ Capituli Summarium. Texitur genealogia Esau, et filiorum eius. Caput. xxxvj.

Hi sunt aũt gñationes esau, ipse est edom. Esau accepit vxores de filiabus chanaan: ada filiã elõ hethei, & oolibama filiã ane filie sebeõ heuei: basemath q̃z filiam ismahel sororẽ nabaioth. Peperit aũt ada, elipham: basemath genuit rahuel: oolibama genuit iebu⁹ & ihelom & core. hi filij esau qui nati sunt ei in terra chanaã. Tulit autem Esau vxores suas & filios & filias, & oẽm animã domus sue, & substantiam, & pecora, & cuncta que habere poterat in terra chanaan: & abijt in alteram regionem, recessitq; a fratre suo iacob. Diuites enim erant valde, et simul habitare non poterant: nec sustinebat eos terra peregrinationis eorum pre multitudine gregum. Habitauitq; Esau in monte Seir, ipse est edom. Hec autẽ sunt generationes Esau patris edom in monte Seir, & hec nomina filiorum ei⁹: Elipham filius ada vxoris Esau, rahuel q̃z filius basemath vxoris eius. Fueruntq; Elipham filij: theman, omar. Sepho, & gatham, & senem. Erat autem thamna, cõcubina eliphã filij esau, que peperit ei amalec. hi sunt filij ada vxoris Esau. Filij autez Rahuel: nahath et zara, Samma & Meza. Hi filij basemath vxoris Esau. Isti quoq; erant filij Oolibama filie ane filij Sebeon vxoris esau: quos genuit ei iehus & ihelon et core. Hi duces filiorum Esau. Filij eliphã primogeniti esau, dux theman, dux omar, dux Sephua, dux cenez, dux core, dux gatham, dux amalec. hi filij eliphã in terra edõ, & hi filij ade. Hi q̃z filij rahuel filij esau: dux nabath, dux zara, dux Samma, dux meza. hi aũt duces rahuel in terra edom: isti filij basemathvxoris esau. Hi aũt filij oolibama vxoris Esau: dux iebu⁹, dux ihelon, dux core. hi duces oolibama filie ane vxoris esau. Isti sunt filij esau, & hi duces eorũ: ipse est Edom. Isti sunt filij seir horrei, habitatores terre: loram & sobal & sebeon & ana & dison & eser & disan. hi duces horrei, filij Seir in terra edom. Facti sunt aũt filij lotan: hori, & hemã. erat autem soror lotã, thamna. Et isti filij sobal: aluan et manahath & ebal & sepho & onam. Et hi filij sebeon: aia et Ana. Iste est Ana qui inuenit aquas calidas in solitudine, cum pasceret asinas sebeon patris sui. Habuitq; filium disan: & filiã oolibama. Et isti filij disan: hamdã & eseban & iethrã & charan. Hi quoq; filij eser: balaã & zauã & acan. Habuit autem filios disan: hus, & aram. Hi duces horreorum: dux lotã, dux sobal, dux sebeõ, dux ana, dux dison, dux eser, dux disan. isti duces horreorum qui imperauerunt in terra seir. Reges aũt q̃ regnauerunt in terra edom, anteqũ haberent regem filij israel, fuerunt hi: bela filius beor, nomẽq; vrbis eius denaba. Mortuus est autẽ bela, & regnauit pro eo Jobab filius zare de bosra. Cũq; mortu⁹ esset iobab, regnauit pro eo husam de terra themanorũ. Hoc q̃z mortuo, regnauit p eo adad filiu⁹ badad q̃ percussit madiã in regiõe moab: & nomẽ vrbis eius auith. Cũq; mortu⁹ esset adad, regnauit p eo semla de maserecha. Hoc q̃z mortuo, regnauit pro eo Saul de fluuio Roboboth. Cũq; & hic obijsset successit in regnum Balanã filius achobor. Isto q̃z mortuo regnauit pro eo adar, nomẽq; vrbis eius Phau: & appellabat vxor eius meetabel, filia matred filie Mezaad. Hec ergo nomina ducũ Esau in cognationibus & locis & vocabulis suis: dux thãna, dux alua, dux iethetb, dux oolibama, dux Ela, dux Phinõ, dux cenez, dux Theman, dux Mabsar, dux Magdiel, dux Hiram: hi duces Edom habitantes in terra imperij sui, ipse est Esau pater idumeorum. Habitauit autem Jacob in terra chanaan, in qua pater suus peregrinatus est: & he sunt generationes eius.

¶ Capituli Summariũ. Joseph q̃ accusarit fratres & viderit somnia venditur Jsmaelitis. Caput. xxxvij.



Joseph cũ sedecim esset annorũ: pascebat gregẽ cũ ffrib⁹ suis adhuc puer: & erat cũ filijs Bale, et Zelphe vxorũ pris sui: accusauitq; fratres suos apud patrẽ crie pessimo. Jsrl aũt diligebat Joseph sup oẽs filios suos eo q̃ in senectute genuisset eum: fecitq; ei tunicã polymitã. Videntes aũt fratres ei⁹ q̃ a pre plus cunctis filijs amaret, oderãt eũ, nec poterãt ei qcq̃ pacifice loqui. Accidit q̃z, vt visum somnũ referret ffrib⁹ suis, q̃ cã maioris odij seminarũ fuit. Dixitq; Joseph fratrib⁹ suis. Audite somnium meũ qõ vidi. Putabam nos ligare manipulos in agro: & q̃si cõsurgere manipulũ meum, & stare vestrosq; manipulos circunstãtes adorare manipulũ meũ. Rñderũt fratres ei⁹. Nunquid rex noster eris: aut subijcie mur ditioni tue: Hec ergo cã somniorũ atq; sermonũ, inuidie et odij fomitẽ ministrauit. Aliud q̃z vidit somniũ, qõ narrãs fratrib⁹, ait. Vidi p somniũ q̃si solẽ, & lunã, & stellas vndecim adorare me. Qõ cũ pri suo et fratrib⁹ retulisset, increpauit eum pater suus, & dixit. Quid sibi vult hoc somnũ qõ vidisti: Nũ ego, & mater tua, & ffres tui adorabimus

Universidad de Deusto
Biblioteca

te sup terrā: Jnmdebāt eiꝝ igit ffes sui: pater vo rē tacitus cōsiderabat. Cūqꝫ fratres illius in pascēdis gregibꝰ pfis morarent in sichē: dixit ad eum Jsrael. Fratres tui pascunt oues in sichimis: veni, mittā te ad eos. Quo rūdente presto sum: ait. Vade ⁊ vide si cūcta ꝓspera sint erga ffes tuos et pecora ⁊ renūtia mihi qd agat. ꝛDissus de valle hebrō venit in sichē. Jnuenitqꝫ eū vir errantem in agro ⁊ interrogauit qd quereret. At ille rūdit, ffes meos qro. Jndica mihi vbi pascāt greges. Dixitqꝫ ei vir. Recesserūt de loco isto. Audiui autē eos, dicentes, Eamus in dothaim. Perrexit itaqꝫ Joseph post fratres suos, ⁊ inuenit eos in dothaim. Qui cū vidissent eū ꝓcul: anteq̄ accederet ad eos cogitauerunt illum occidere: ⁊ mutuo loq̄bant. Ecce somniator venit. Venite occidamus eū: ⁊ mittamus in cisternā veterem: dicemusqꝫ, fera pessima deuorauit eū. Et tūc apparebit qd illi ꝓsint somnia sua. Audiēs aūt hoc rubē: nitebat liberare eū de manibꝰ eorū: ⁊ dicebat. Non interficiamus animā eius: nec effundamus sanguinem, sed proijcite eum in cisternam hāc, que est i solitudine, manusqꝫ vestras seruate innoxias. Hoc aūt dicebat volēs eripe eū de manibꝰ eorū: ⁊ reddere patri suo. Cōfestim igit vt venit ad ffes suos, nudauerūt eū tunica talari ⁊ polymita: miserūtqꝫ eū in cisternam veterē q̄ nō habebat aquā. Et sedētes vt comederent panē viderūt ismahelitas viatores venire de galaad ⁊ camelos eorū portātes aromata: ⁊ resinā ⁊ stacten in egyptū. Dixit ergo iudas fratribꝰ suis. Quid nobis ꝓdest si occiderimus fratrē nostrum: ⁊ celauerimus sanguinem ipsius? melius est vt vendam⁹ ismahelitis, ⁊ manus nostre nō polluant. Frater eū ⁊ caro nostra est. Acqeuerūt ffes sermonibus illius: ⁊ ꝓtereuntibꝰ madianitis negotatoribus, extrahentes eum de cisterna vendiderunt eū ismahelitis viginti argenteis. Qui duxerūt eū in egyptū. Reuersusqꝫ rubē ad cisternā nō inuenit puerū ⁊ scissis vestibꝰ pgens ad fratres suos: ait, Puer nō cōparet: ⁊ ego quo ibo? Tulerūt autem tunicā eius ⁊ i sanguinē hedi quē occiderāt tinxerūt: mittentes qui ferrēt ad patrē ⁊ dicerent. Hanc inuenimus: vide vtrū tunica filij tui sit, an nō. Quā cum cognouisset ꝑ, ait, Tunica filij mei est. Fera pessima comedit eū: bestia deuorauit Joseph. Scissisqꝫ vestibus: indutus est cilicio: lugēs filiū suū multo tpe. Cōgregatis aūt cūctis liberis eius: vt lenirēt dolorem patris: noluit consolationem accipere: sed ait, Descendam ad filium meū lugens in infernum. Et illo perseuerante in fletu, madianite vendiderūt Joseph in egypto phutiphari eunucho pharaonis magistro militum.

¶ Capitulū Summarū. Judas pregnātem reddit Thamar nurum suam. Caput.xxxviij.

Post tpe descēdēs iudas a ffribus suis diuertit ad virū odollamitē noie hyrā. Uiditqꝫ ibi filiā hois chananei vocabꝰ Sua. Et accepta vxore ingressus ē ad eā. Que cōcepit ⁊ pepit filiū ⁊ vocauit nomē eius her. Rursumqꝫ ꝛcepto fetu natū filiū vocauit onan. Tertiū qꝫ pepit quez appellauit sela. Quo nato, parere vltra cessauit. ꝛDedit aūt iudas vxori primogenito suo her: noie thamar. Fuit qꝫ her primogenit⁹ inde nequā in ꝓspectu dñi. ⁊ ab eo occisus est. ꝛDixit q̄ iudas ad onā filiuz suū. Jngredere ad vxorē ffis tui ⁊ sociare illi vt suscites semē fratri tuo. Ille sciens nō sibi nasci filios introiens ad vxorē ffis sui: semē fundebat i terrā: ne liberi ffis nōe nascerent. Et idcirco ꝓcussit eū dñs: eo q̄ rē detestabilem faceret. Quā ob rē dixit iudas thamar nurui sue. Esto vidua in domo ꝑris tui donec crescat sela filius meus. Timebat enim ne ⁊ ipse moreret sicut ffres eius. Que abiit ⁊ habitauit in domo patris sui. Euolutis aūt multis diebꝰ mortua est filia vxor iude. Qui post luctū cōsolatione suscepta ascēdebat ad tōsores ouiū suarū, ipe ⁊ hiras opilio gregis odollamites, in thamnas. Illi nūtiatūqꝫ est thamar q̄ socer illius ascenderet in thānas ad tondendas oues. Que depositis viduitatis vestibꝰ, assumpsit theristrū, ⁊ mutato habitu sedit in biuio itineris quod ducit thamnam: eo q̄ creuisset sela ⁊ non eū accepisset maritum. Quam cum vidisset iudas: suspicatus est esse meretricē. Operuerat enim vultum suū ne agnosceret. Ingredi ꝯqꝫ ad eā: ait, Dimitte me vt coeā tecū. Nesciebat enim q̄ nurus sua esset. Qua rūdente qd dabis mihi vt frnaris cōcubitu meo: dixit, ꝛDittā tibi hedum de gregibꝰ. Rursumqꝫ illa dicente: patiar quodvis: si dederis mihi arrabonē donec mittas qō polliceris. Fuit iudas. Quid vis tibi ꝓ arrabone dari: Rūdit, Annulū tuū armillam ⁊ baculum quem manu tenes. Ad vnum igitur coitum mulier concepit. Et surgens abiit. Depositoqꝫ habitu quem sumpserat: induta est vidualitatis vestibus. ꝛDissit autem iudas hedum per pastorem suū odollamitē vt reciperet pignus quod dederat mulieri. Qui cū non inuenisset eam, interrogauit hoīes loci illius. Ubi est mulier que sedebat in bimio? Respondentibus cunctis: nō fuit in loco isto meretrix: reuersus est ad iudā: ⁊ dixit ei. Non inueni eā. Sed ⁊ hoīes loci illius dixerūt mihi: nunq̄ sedisse ibi scortum. Ait iudas, Habeat sibi. Certe mēdacij arguere nos nō poterit. Ego misi hedū quē promiseram: ⁊ tu non inuenisti eā. Ecce aūt post tres mēses nūtiauerūt iude dicentes. Fornicata est thamar nurus tua ⁊ videt vterus illius intumescere. Dixitqꝫ iudas. Producite eaz vt comburatur. Que cum duceret ad penā misit ad socerū suū dicēs. De viro cuius hec sunt concepi. Cognosce cuius sit annulus ⁊ armilla ⁊ baculus qui agnitis muneribus: ait Justior me est: quia nō tradidi eā sele filio meo. Et tamē vltra nō cognouit eā. Instante aūt partu apparuerūt gemini i vtero: atqꝫ in ipsa effusione infantiū vnꝰ protulit manū in qua obstetrix ligauit coccinum dicens. Iste egredietur prior. Illo vero retrahēte manum egressus est alter. Dixitqꝫ mulier. Quare divisa est propter te maceria? Et ob hāc causam vocauit nomen eius phares. Postea egressus est frater eius in cuius manu erat coccinum: quem appellauit zara.

¶ Capitulī Summarium. Joseph adulterij a domina accusatus carceri traditur. Caput.xxxix.

Sit ioseph ductꝰ est in egyptū: emitqꝫ eū phutiphar eunuchꝰ pharaonis princeps exercitus sui, vir egyptꝰ, de manu ismahelitarū: a quibꝰ productꝰ erat. Fuitqꝫ dñs cū eo: ⁊ erat vir i cūctis prospere agēs. Habitauitqꝫ in domo dñi sui q̄ optime norat dñm esse cū eo, ⁊ oia q̄ gereret ab eo dirigi in manu illi⁹. Jnuenitqꝫ ioseph gratiā coram dño suo: ⁊ ministrabat ei. Et q̄ ꝓpositꝰ oīb⁹ gubernabat creditaqꝫ sibi domū: ⁊ vniuersa q̄ ei tradita fuerant. Benedixitqꝫ dñs domui egyptij ꝓpter ioseph: ⁊ multiplicauit tā in edibus q̄ in agris cunctam eius substantiā. Nec quicq̄ aliud nouerat: nisi panez quo vescebat. Erat autem ioseph pulchra facie ⁊ decorus aspectu. Post multos itaqꝫ dies: iniecit domina sua oculos suos i ioseph: ⁊ ait, Dormi mecū. Qui nequaq̄ acquiescēs opi nepharto, dixit ad eā. Ecce dñs meꝰ oīb⁹ mihi traditis ignorat qd habeat in domo sua: nec q̄q̄ est qō nō in mea sit ptāte vel non tradiderit mihi ꝓter te que vxor eius es. Quō ergo possuz hoc malum facere: ⁊ peccare in deū? Huiuscemodi verbis p̄ singulos dies loq̄batur, ⁊ mulier molesta erat adolescēti: ⁊ ille recusabat stupꝝ. Accidit autem quadā die vt intraret ioseph domū: ⁊ operis quippiaz absq̄ arbitris faceret ⁊ illa apphēsa lacinia vestimenti eius diceret, Dormi mecū. Qui relicto i manu eius pallio fugit ⁊ egressus est foras. Cūqꝫ vidisset mulier vestē in manibus suis ⁊ se esse cōtēptā vocauit ad se hoies domꝰ sue: ⁊ ait ad eos. En introduxit virū hebreuz vt illuderet nobis. Jngressus est ad me vt coiret mecum. Cumqꝫ ego subclamassez ⁊ audisset vocē meā, reliqt pallium qō tenebat, ⁊ fugit foras. Jn argumētum ergo fidei retētū palliū ostendit maritore uertēti domū suā, ⁊ ait. Jngressꝰ est ad me seruꝰ hebreꝰ quē adduxisti vt illuderet mihi. Cūqꝫ audisset me clamare: reliquit palliū qō tenebat ⁊ fugit foras. His auditis dñs, et nimiū credulus verbis coniugis iratꝰ est valde: tradiditqꝫ ioseph in carcerē vbi vincti regis custodiebant: et erat ibi clausus. Fuit aūt dñs cum ioseph, ⁊ misertus est illius: et dedit ei gratiā in conspectu principis carceris. Qui tradi-

dit in

dit ī manu illi⁹ vniuersos victos q in custodia tenebañ: ⁊ q cqd fiebat, subipso erat. Nec nouerat aliqd cūctis ei creditis: dñs eñ erat cum illo, ⁊ omnia opera eius dirigebat.

¶ Capitu. Summa. Joseph in carcere eunuchorū somnia interpretatur. Capitu. xl.

A Ost ita q̄z gestis, accidit vt peccarent duo eunuchi, pincerna regis Egypti, et pistor, dño suo. Iratus q̄z cōtra eos Pharao (nā alter pincernis p̄erat, alter pistoribus) misit eos ī carcerē p̄cipis militū, in q̄ erat vinct⁹ ⁊ Joseph. Et custos carceris tradidit eos Joseph, q ⁊ ministrabat eis: aliq̄tulū tēporis fluxerat, ⁊ illi ī custodia tenebañ. Viderūtq̄z ābo somnium nocte vna, iurta iterp̄tationē cōgruā sibi. Aid quos cum introyisset Joseph mane, ⁊ vidisset eos tristes, sciscitatus est eos, dicēs, Cur tristior est hodie soluto facies vra? Qui rñderūt, Somniū vidim⁹, ⁊ nō est q iterp̄retet nobis. Dixitq̄z ad eos Joseph, Nūqd nō dei ē interp̄retatio: referte mihi qd videritis. Narrauit prior, p̄posit⁹ pincernarum somniū suū, Videbā cōā me vitē, in qua erāt tres p̄pagines, crescere paulatim ī gēmas, ⁊ post flores vuas maturescere: calicēq̄z Pharaonis in manu mea. Tuli q̄ vuas, ⁊ expressi ī calicē quē tenebā, ⁊ tradidi poculū Pharaōi. Rñdit Joseph, Hec est interpretatio somnij, Tres p̄pagines, tres adhuc dies sunt, post q̄s recordabit Pharao ministerij tui, ⁊ restituet te in gradū pristinū: dabisq̄z ei calicem iuxta officiū tuū, sicut añ facere cōsueueras. Tātū memento mei, cū tibi bñ fuerit, ⁊ facies mecū misericordiā: vt suggeras Pharaoni vt educat me de isto carcere: q̄z furtim sublat⁹ sum de terra Hebreorū, ⁊ hic innocēs lacū missus sum. Videns pistorū magister q̄ prudēter somniū dissoluisset, ait, Et ego vidi somniū. Q̄ tria canistra farine haberem sup caput meū: ⁊ in vno canistro q̄ erat excelsius, portare me putabā oēs cibos q fiūt arte pistoria, aues q̄z comedere ex eo. Rñdit Joseph, Hec est interpretatio somnij, Tria canistra, tres adhuc dies sunt: post quos auferet Pharao caput tuū, a cruce, ⁊ sup̄ figet te ī cruce, ⁊ lacerabūt volucres carnes tuas. Exide dies tertius natalitius Pharaonis erat: qui faciēs grāde q̄uiuiū pueris suis, recordat⁹ est inter epulas magistri pincernarū ⁊ pistorū p̄cipis. Restituitq̄z alterū in locū suū, vt porrigeret ei poculū: alterum suspēdit in patibulo, vt cōiectoris veritas p̄bareť. Et tū succedētibus prosperis, p̄positus pincernarū oblit⁹ est interp̄retis sui.

¶ Capitu. Summa. Joseph somnia Pharaonis interp̄retatur, ⁊ dominus Egypti constituitur. Cap. xlj.



A Dost duos annes vidit Pharao somniū, Putabat se stare sup fluuiū, de quo ascēdebāt septē boues: pulchre ⁊ crassissimis, ⁊ pascebantur in locis palustrib⁹. Alie q̄z septē emergebāt ō flumine, fede ⁊ macie: ⁊ pascebañ in ipsa amnis ripa in locis vrētib⁹. Deuorauerūtq̄z eas quarū mira spēs ⁊ habitudo corporū erat. Expergefactus Pharao, rursum dormiuit, ⁊ vidit alterū somniū, Septē spice pullulabāt in culmo vno plene atq̄z formosis: alie q̄z totidem spice tenues, ⁊ peusse vredine ouebāt, deuorātes omnē priorū pulchritudinē. Enigilans Pharao post quietē, ⁊ facto mane, pauore p̄territ⁹, misit ad oēs p̄fectores Egypti cūctosq̄z sapientes: ⁊ accersitis narrauit somniū, nec erat q iterp̄taret. Tūc demū reminiscēs pincernarū magister, ait, Cōfiteor peccatū meū, Iratus rex seruos suos, me ⁊ magistrū pistorū retrudi tussit in carcerē p̄cipis militū: vbi vna nocte vterq̄z vidimus somniū p̄sagiū futurorū. Erat ibi puer Hebre⁹, eiusdē ducis militū famulus: cui narrātes somnia, audiuimus q cqd postea rei p̄bauit euētus. Ego eñ reddit⁹ sum officio meo: ⁊ ille suspēsus est in cruce. Protinus ad regis imperū eductū de carcere Joseph totōderūt: ac veste mutata obtulerunt ei. Cui ille ait, Vidi somnia, nec est q edisserat: que audiuite sapientissime conijcere. Rñdit Joseph, Absq̄z me de⁹ dabit p̄spera Pharaōi. Narrauit ergo Pharao q̄ viderat: putabā me stare sup ripā fluminis, ⁊ septē boues de amne cōscēdere, pulchras nimis, ⁊ obesis carnib⁹: q ī pastu paludis vireta carpebāt. ⁊ ecce, has seq̄bañ alie septē boues, intātū deformes ⁊ macilēte: vt nunquā tales in terra Egypti viderim. Q̄ deuoratis ⁊ cōsumptis poul⁹, nullū saturitatis dedere vestigiū: sed simili macie et squalore torpebāt. Euigilās, rursus sopore depressus, vidi somniū, Septē spice pullulabāt ī culmo vno plene atq̄z pulcherrime, alie q̄z septē tenues ⁊ peusse vredine, oriebañ e stipula: q̄ priorū pulchritudinē deuorauerūt. Narraui p̄iectoribus somniorū, ⁊ nemo est q edisserat. Rñdit Joseph, Somniū regis vnū est: q̄ factur⁹ est de⁹, ostēdit Pharaoni. Septē boues pulchre, ⁊ septē spice plene: septē vbertatis anni sūt, eādēq̄z vim somnij cōprehēdūt. Septē q̄z boues tenues atq̄z macilēte, q̄ ascēderūt post eas, ⁊ septē spice tenues, ⁊ vēto vrēte peusse: septē āni vēture sūt famis. Qui hoc ordine cōplebunt. Ecce septē anni venīt fertilitatis magne ī vniuersa terra egypti: q̄s seq̄nt septē anni alij tāte sterilitatis, vt obliuiōi tradat cūcta retro abūdātia: cōsūptura est eñ fames oēm terrā, ⁊ vbertatis, magnitudinē p̄ritura est inopie magnitudo. Q̄ aūt vidisti secdo ad eādē rē ptinēs somniū: firmitatis, idiciū est, eo q̄ fiat sermo dei, ⁊ velociter impleat. Nūc q̄ prudeat rex virū sapiētē ⁊ industriū, ⁊ p̄ficiat eū terre Egypti. Qui cōstituat p̄positos p cūctas regiōes: ⁊ q̄ntas q̄rtē fructuū p septē annos fertilitatis, q iā nūc futuri sunt, cōgreget in horrea: ⁊ omne frumētū sub Pharaōis ptāte q̄dat, seruetur q̄z ī vrbib⁹. Et p̄placet future septē ānorū fami q̄ oppressura est Egyptū, ⁊ nō q̄sumeť terra inopia. Placuit Pharaoni q̄silium cūctis ministris ei⁹: locutusq̄z est ad eos, Nūquid inuenire poterim⁹ talē virū, q spū dei plen⁹ sit: Dixit q̄ ad Joseph, Quia ostēdit tibi de⁹ oīa q̄ locut⁹ es, nūqd sapiētior ⁊ similis tui inuenire potero: Tu eris sup domum meā, ⁊ ad tui oris ipiū cunctus p̄pl's obediet: vno tū regni solio te p̄cedā. Dixitq̄z rursū Pharao ad Joseph, Ecce, cōstitui te sup vniuersā terrā Egypti. Tulitq̄z annulū de manu sua, ⁊ dedit eum in manu eius: vestiuitq̄z eum stola byssina, ⁊ collo torquem auream circumposuit. Fecitq̄z eū ascendere super currum suum secundum, clamante p̄cone, vt omnes cora eo genu flecterent, ⁊ p̄positum esse scirent vniuerse terre Egypti. Dixit q̄z rex Egypti ad Joseph, Ego sum Pharao: absq̄z tuo ipio nō mouebit q̄s manū aut pedē in oī terra Egypti. Vertitq̄z nomē ei⁹, ⁊ vocauit eū lingua Egyptiaca, Saluatorē mundi. Deditq̄z illi vxorē Aseneth filiā Phutipharis sacerdotis Heliopoleos. Egressus est itaq̄z Joseph ad terrā Egypti (triginta annorū erat q̄n stetit ī p̄spectu regis Pharaōis) et circuiit oēs regiones Egypti. Uenitq̄z fertilitas septem annorū: ⁊ ī manipulos redacte segetes cōgregate sunt ī horrea Egypti. Ois etiā frugū abūdātia in singulis vrbib⁹ cōdita est. Tāta q̄z fuit abūdātia tritici, vt arenę maris coequaretur, ⁊ copia mēsuram excederet. Nati sunt aūt Joseph filij duo añq̄ veniret fames: q̄s peperit ei Aseneth filia Phutipharis sacerdotis Heliopoleos. Uocauitq̄z nomē primogēniti, Manasses, dicēs, Obliuisci me fecit de⁹ oīa labori meorū, ⁊ domus p̄tris mei. Nomē q̄s secdi appellauit Ephraim, dicēs, Crescere me fecit de⁹ ī terra pauptatis mee. Igitur trāsactis septē vbertatis ānis, q fuerāt ī Egypto, cepērūt venire septē anni inopie, q̄s p̄dixerat Joseph: ⁊ in vni-

Psalmo cliij. b.

Psalmo cxiij. d. Ja. Mac. q. f. Aeuum vij. b.

Psalmo lxxx. a.

Infra xlvij. c.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nerso orbe fames ꝓualuit, in cūcta aūt terra Egypti erat panis. Qua esuriēte clamauit ppls ad Pharaonē alimēta petēs. Quib⁹ ille rñdit, Ite ad Joseph: et qcqd ipse vobis dixerit, facite. Crescebat aūt qtidie fames in oi terra: apuitq; Joseph vniuersa horrea, et vēdebat Egyptijs: mā illos opp̄serat fames. Omnesq; puincie venebāt in Egyptum, vt emerent escas, et malum inopie temperarent.

¶ Capi. Summa. Expostulat Joseph cū fratribus suis in egyptum profectis. Capi. xlij.

A Actuum vij. b.

VIdēs aūt Jacob q; alimēta vēderent in Egypto, dixit filijs suis, Quare negligitis: audiui q; triticū venūdet in Egypto: descēdite, et emite nobis necessaria, vt possimus viuere, et nō cōsumamur inopia. Descēdentes igit fratres Joseph decē, vt emerēt frumēta in Egypto, Beniamin domi retēto a Jacob, q dixerat fratribus eius, Ne forte in itinere quicquam patiat malū ingressi sunt terrā Egypti cū alijs q̄ pgebant ad emēdū. erat aūt fames in terra Chanaan. Et Joseph erat p̄ceps in terra egypti, atq; ad ei⁹ nutū frumēta populis vēdebat. Cūq; adorassent eum fratres sui, et agnouisset eos, quasi ad alienos durius loqnebat, interrogans eos, Ūn venistis? Qui rñderūt, De tra Chanaā, vt emamus victui necessaria. Et tū fratres ipse cognoscēs, nō est agnitus ab eis. Recordatusq; somniorū q̄ aliq̄n viderat, ait ad eos, Exploratores estis: vt videatis infirmiora terre venistis. Qui dixerunt, Nō est ita dñe, sed serui tui venerūt vt emerēt cibos. Oēs filij vnus viri sumus: pacifici venimus, nec qcq̄ famuli tui machinant mali. Quib⁹ ille rñdit, Aliter est: immunita terre hui⁹ q̄ syderare venistis. At illi dixerūt, Duodeciz (inquūt) serui tui fratres sum⁹, filij viri vni⁹ in terra Chanaā: minim⁹ cū patre nr̄o est, alius nō est sup. Hoc est, ait, qđ locut⁹ sum, Exploratores estis: tā nūc experimētū vr̄i capiā: p salutē Pharaōis nō egrediemini hinc, donec veniat frat vester minim⁹. Mittite ex vobis vnū, et adducat eū: vos aūt eritis i vinculis, donec p bent q̄ dixiss vtrū vera an falsa sint: aliogn p salutē Pharaōis exploratores estis. Tradidit q̄ illos custodie tribus dieb⁹. Die aūt tertio eductis ō carcere, ait, Facite q̄ dixi, et viuetis: deū enī timeo. Si pacifici estis, frat vr̄ vn⁹ ligef in carcere: vos aūt abite, et ferte frumēta q̄ emistis in domos vr̄as: et fratrē vr̄m minimū ad me adducite, vt possim vestros pbare sermōes, et nō moriamini. Fecerūt vt dixerat, et locuti sūt ad inuicē, Mi. merito hec patimur, q̄ peccauim⁹ in frem nr̄z, videntes āgustias anime illi⁹ dū deprecaret nos, et nō audiuim⁹: idcirco venit sup nos ista tribulatio. Et quibus vn⁹, Rubē, ait, Nūqd nō dixi vobis, Nolite peccare i puerū: et nō audistis me? en sanguis ei⁹ exigit. Nesciebant aūt q̄ intelligeret Joseph: eo q̄ p interpretē loq̄rer ad eos. Auertitq; se parūp, et flenit: et reuers⁹ locut⁹ ē ad eos. Et assumens Simeō, et ligās, illis ptib⁹, iussit ministris vt implerēt eor̄ saccos tritico, et reponerēt pecunias singulorū in sacculis suis, et dari sup̄a cibaria i viatq; fecerūt ita. At illi portātes frumēta i asinis suis, pfecti sūt. Apertoq; vn⁹ sacco vt daret iumēto pabulū i diuersorio, cōtēplat⁹ pecuniā i ore sacculi, dixit fratribus suis, Reddita est mihi pecunia mea, en habetur in sacco. Et obstupefacti, turbatiq; mutuo, dixerūt, Quidnā est hoc qđ fecit nobis deus? Venerūtq; ad Jacob patrē suū in terra Chanaā, et narrauerūt ei oia q̄ accidissent sibi, dicentes, Locut⁹ est nobis dñs terre dure, et putauit nos exploratores esse prouincie. Cui rñdim⁹, Pacifici sum⁹, nec vllas mollimur insidias. Duodecim frēs vno p̄re geniti sum⁹, vn⁹ nō est sup, minim⁹ cū p̄renō ei i tra Chanaā. Qui ait nob, Sic ꝓbabo q̄ pacifici estis, frem vestrū vnū dimittite apud me, et cibaria domib⁹ vr̄is necessaria sumite, et abite, fratrēq; vestrū minimū adducite ad me, vt sciā q̄ nō sitis exploratores, et istū q̄ tenet in vinculis recipere possitis, ac deinceps q̄ vultis emēdi habeatis licēz. His dictis cū frumēta effunderēt, singuli repererūt in ore saccor̄ ligatas pecunias: exterritiq; filijs dixit p̄ Jacob, Ablq; liberis me esse fecistis, Joseph nō est sup. Simeō tenet in vinculis, et Bēiamin auferetis: in me hec oīa mala recidērūt. Cui rñdit Ruben, Duos filios meos interfice, si nō reduxero illū tibi: trade illū in manu mea, et ego eū tibi restituā. At ille, Nō descēdet, inquit, filius me⁹ vobiscū: frater ei⁹ mort⁹ est, et ipse solus remānsit. si qd ei aduersitatis acciderit in terra ad quā pergitis, deducetis canos meos cum dolore ad inferos.

¶ Ducit Bēiamin in egyptū vt liberet Symeō. Capitulū. B

RUrsū fames oēm terrā vehementer p̄mebat. Cōsūptisq; cibis quos ex Egypto detulerant, dixit Jacob ad filios suos, Reuertimini, et emite nob⁹ paululū escarū. Rñdit Judas, Denūtiauit nobis vir ille sub atte stationē iurisiurādi dicens, Nō videbitis faciē meā nisi frater vr̄m minimū adduxeritis vobiscū. Si ergo vis cū mittere nobiscū pgem⁹ pariter, et ememus tibi necessaria. Si aūt nō vis, non ibim⁹: vir enī vt sepe dixim⁹, denūtiauit nob⁹, dicēs, Nō videbitis faciē meā, Supra xlij. d. absq; fre vestro minimo. Dixit eis Jsrael, In meā hoc fecistis miseriā vt indicaretis ei et alij hre vos ffem. At illi rñderūt, Interrogauit nos hō per ordinem cognām pgeniē, si pater viueret, si haberem⁹ ffem et nos rñdim⁹ ei ꝓ sequēter iurta id qđ fuerat scisciatus: nūqd scire poteram⁹ qđ dicturus esset, Adducite ffem vr̄m vobiscū. Judas q̄z dixit p̄ fui⁹, Mitte puerū mecū, vt p̄ficiscamur, et possim⁹ viuere: ne moriamur nos et paruli nr̄i. Ego suscipio puerum: de manu mea requires illū nisi reduxero et reddidero eū tibi, ero peccati reus in te omni tpe. Si nō intercessisset dilatio, iaz vice altera venissemus. Igit Jsrl pater eorū dixit ad eos, Si sic necesse est, facite qđ vultis. sumite de optimis terre fructib⁹ in vasis vr̄is, et deferte viro munera: modicū resine et mellis, storacis, stactes, et terebinthi, et amygdalarū. Pecuniā q̄z duplicē ferte vobiscū: illā quā inuestinis in saccis, reportate, ne forte errore factū sit. Sed et fratrē vr̄m tollite, et ite ad virū. Deus aūt me⁹ ops faciat vobis cū placabilē: et remittat vobiscū ffez vr̄m quē tenet in vinculis, et hūc Bēiamin: ego aūt qđ orbat⁹ absq; liberis ero. Tulerūt q̄ viri munera, et pecuniā duplicē, et Bēiamin: descēderūtq; in Egyptū, et steterunt coram Joseph. Quos cū ille vidisset, et Bēiamin simul, p̄cepit dispēsatori dom⁹ sue, dicēs, Introduc viros domū, et occide victimas, et īstrue cibaria: quia hodie mecū sunt comesturi meridie. Fecit ille sicut sibi fuerat imperatū, et introduxit viros domum. Ibiq; exterriti, dixerūt mutuo (Propter pecuniā quā rettulim⁹ prius in saccis nr̄is, introducti sum⁹: vt devolnat in nos calūniā, et violenter subijciat seruituti et nos, et asinos nr̄os. Quā ob rē in ipsis foribus accedētes ad dispensatorē locuti sunt, Oram⁹ dñe, vt audias nos. Jā aūt descēdimus vt emerem⁹ escas. Supra xlij. e. Quib⁹ emptis, cū venissem⁹ ad diuersoriū apuim⁹ saccos nr̄os, et inuenim⁹ pecuniā in ore saccor̄, quā nūc eodē pondere reportauim⁹. Sed et aliā attulimus argentū vt emam⁹ q̄ nobis necessaria sūt: nō est in nr̄a sciētia qs posuerit eā in marsupijs nr̄is. At ille rñdit, Pax vobiscū, nolite timere: deus vester, et deus pr̄is vr̄i dedit vobis thesauros in saccis vr̄is. nā pecuniā quā dedistis mihi, ꝓbatā ego habeo. Ēduxitq; ad eos Simeō. Et introducti domū, attulit aquā, et lauerunt pedes suos, deditq; pabulū asinis eor̄. Illi vero parabāt munera, donec ingrederet Joseph meridie. audierāt enī q̄ ibi comesturi essent panē. Igit ingressus est Joseph domū suā, obtulerūtq; ei munera, tenētes in manib⁹ suis: et adorauerūt pr̄i in terrā. At ille clemēter resalutatis eis, interrogauit eos, dicēs, Sanusne est pater vester senex, de quo dixeratis mihi? Adhuc vivit? Qui respōderūt, Sospes est seru⁹ tuus pater noster, adhuc vivit. Et incurvati adorauerūt eū. Et tollens aūt Joseph oculos, vidit Bēiamin fratrē suū vterinū, et ait, Iste est frater vester parvulus, de q̄ dixerat⁹ mihi? Et rursum, Deus, fili, miserēat tui fili mi. Festinauitq; q̄ commota fuerāt viscera eius sup fratre suo, et erūpebāt lachrymē: et introiēs cubiculū fleuit. Rursūq; lota facie egressus, cōtinuit se, et ait, Ponite panes. Quibus appositis, seorsum Joseph, et seorsum fratri-

bus Egyptijs q̄qz q vescebām̄r simul: seorsum (illicitū est eū Egyptijs comedere cū Hebreis: z pphanū putāt hui/uscemodi cōuiuiū) sederūt ante eā eo ꝓmogenit⁹ iurta primogenita sua: z minimus iurta etatē suā. Et mirabant/ur nimis: sumptis partibus quas ab eo acceperant: maiorq̄z pars venit Beniamin: ita vt qnq; partibus excederet. Bi/beruntq; et inebriati sunt cum eo.

¶ Caput. Summarium. Scyphus argenteus subꝫcitur in saccum Beniamin. Capitu. xliij.

A Recepit aūt Joseph disp̄satorē dom⁹ sue: di/cēs, Imple saccos eoꝝ frumēto quātū possunt capere: z pone pecuniā singuloꝝ in summitate sacci. Scyphū aūt meū argēteū: z ptiū qō dedit tritici, pone i ore sacci iuniorꝭ. factūq; est ita. Et orto ma/ne, dimissi sūt cū asinis suis. Jāq; vrbē exierāt: z pcesserāt B paululū: tūc Joseph accersito disp̄satore dom⁹, ait, Sur/ge, ingt: z pseq̄re viros: z apphēsis dicito, Quare reddidi/stis malū p bono: Scyph⁹ quē furati estis: ipse est in q̄ bi/bit dn̄s me⁹: z in q̄ augurari solet: pessimā rē fecistis. Fecit ille vt iusserat. Et apprehēsis p ordinē, locut⁹ est. Qui rn̄/derūt, Quare sic loquit̄ dn̄s nr̄, vt serui tui tā flagitij com/miserint: Pecuniā quā inuenim⁹ i sūmitate saccoꝝ. repor/tauim⁹ ad te de terra Chanaā: z quō cōsequēs est vt fura/ti simus de domo dn̄i tui aurū vel argētū: Apud quēcūq; C fuerit inuētū seruoꝝ tuoꝝ qō q̄ris, moriat̄, z nos erimus serui dn̄i nr̄i. Qui dixit eis, Fiat iurta vr̄am sentētiā, apō quēcūq; fuerit inuētū, ipse sit seru⁹ me⁹, vos aūt eritis inno/xij. Itaq; festinato deponētes i terrā saccos, apuerunt sin/guli. Quos scrutat⁹, incipiēs a maiore vsq; ad minimū, in/uenit scyphū i sacco Bēiamin. At illi, scissis vestib⁹, one/ratisq; rursum asinis, reuersi sūt i oppidū. Primusq; Ju/das cū fratrib⁹ ingress⁹ est ad Joseph, necdū eū de loco ab D uerat: oēsq; aū eū parit̄ in terrā corruerūt. Quib⁹ ille ait, Cur sic agere voluistis: an ignoratis q̄ non sit similis mei i augurādi sciētia: Cui Judas, Quid rn̄debim⁹, ingt, dn̄o meo: vel qd loq̄mur, aut iuste poterim⁹ obtēdere: Deꝰ in/uenit ingtatē seruoꝝ tuoꝝ: en oēs serui sumus dn̄i mei, z nos z apō quē inuēt⁹ est scyph⁹. Rn̄ditq; Joseph, Absit a me vt sic agā: q furat⁹ est scyphū, ipe sit seru⁹ me⁹, vos āt E abite liberi ad patrē vr̄m. Accedēs aūt ppr⁹ Judas: cōfi/dēter ait, Oro dn̄e mi, loq̄t̄ seru⁹ tu⁹ verbū in auribꝰ tuis, Supra et ne ira scaris famulo tuo: tu es en̄ post Pharaonē dn̄s xliij.c. me⁹: Interrogasti pr̄: seruos tuos, Habet̄ patrē aut fra/trē: z nos rn̄dim⁹ tibi dn̄o meo, Est nobis pr̄ senex, z puer parunl⁹ q in senectute illi⁹ nat⁹ est, cui⁹ vterin⁹ frater mor/tu⁹ est, z ipm solū hz mater sua, pr̄ vero tenere diligit eū. Supra. Dixisti q; seruis tuis, Adducite eū ad me, z ponā oculos xliij.a. meos sup illū. Suggessim⁹ tibi dn̄o meo, Non potest puer relinq̄re patrē suum: si en̄ illū dimiserit, morie⁊. Et dixisti F seruis tuis, Nisi venerit fr̄ vr̄ minim⁹ vobiscū, non videbi/tis ampli⁹ faciē meā. Cū q̄ ascēdissem⁹ ad famulū tuū pa/trē nr̄m, narrauim⁹ ei oīa q̄ locut⁹ est dn̄s me⁹. Et dixit pr̄ nr̄, Reuertimini, z emite nobis parū tritici. Cui diximꝰ, Jre nō possum⁹: si fr̄ nr̄ minim⁹ descēderit nobiscū, profi/ciscemur simul: aliogn illo absēte, nō audem⁹ videre faciē Supra viri. Et ille rn̄dit, Vos scitis q duos filios genuerit mihi xxv.e. vxor mea. Egressus est vnus, z dixistis, Bestia deuorauit eū: z hucusq; nō cōparet. Si tulerit⁊ z istum, z aliqd ei in G via contigerit, deducetis canos meos cum merore ad infe/ros. Igitur si intrauero ad seruū tuū patrē nostrū, et puer defuerit, cum aīa illi⁹ ex hui⁹ aīa dependeat, videritq; eum nō esse nobiscū, morie⁊, z deducēt famuli tui canos ei⁹ cū Supra xliij.v. dolore ad inferos. Ego ppte seruus tu⁹ sim, q in meā hūc recepi fidē, z spopōdi, dicēs, Si illū reduxero eū, peccati reus ero in patrē meū omni tēpore. Manebo ita q; seruus tuus p puero in ministerio dn̄i mei, z puer ascēdat cū fratribus suis. Nō en̄ possum redire ad patrē absente puero, ne ca/lamitatis q̄ oppressura est patrem meum, testis assistam.

¶ Capit. Summarium. Joseph mittit fratres pro patre adducēdo. Capitu. xlv.

Non se poterat vltra cohibere Joseph multis coꝝ astantib⁹ vñ ꝓcepit vt egrederēt cūcti foras, z null⁹ interesset alien⁹ agnitioni mutue. Eleua/tusq; voce cū fletu: quā audierūt Egyptij oīsq; dom⁹ Pharaōis, z dixit fratrib⁹ suis, Ego sum Joseph, adhuc pr̄ me⁹ vivit: Nō poterāt rn̄dere fratres nimio ter/rore pterriti. Ad q̄s ille clemēt̄. Accedite, ingt, ad me. Et cū accessissent ppe, Ego sū, ait, Joseph frat̄ vester, quē vē/didistis i Egyptū. Nolite pauere neq; vobis durū esse vi/deat̄ q vēdidistis me i his regiōib⁹, p salute en̄ vra misit me deus ante vos. Biēnium est en̄ q cepit fames in terra esse: z adhuc q̄nq; anni restāt, q⁹ nec arari poterit, nec me/ti. Premisit q; me deꝰ vt reseruemini sup terrā, z escas ad vinēdū hēe possitis. Nō vro filio, iz de volūtate huc mis/sus sum: q fecit me q̄si patrez Pharaonis, dn̄m vniuerse dom⁹ ei⁹, ac ꝓcipē i tota Egypti. Festinate, z ascēdite ad patrē meū, z dicetis ei, Hec mādat filius tu⁹ Joseph, Deꝰ fecit me dn̄m vniuerse terre Egypti: descēde ad me ne mo/reris, z habitabis i terra Gessen: eris q; iurta me, tu, et filij tui, z filij filiorū tuoꝝ, oues tue, z armenta tua, z vniuersa que possides. Ibiq; te pascā (adhuc en̄ q̄nq; anni residui sunt famis) ne z tu pcas, z ois dom⁹ tua, z oīa q̄ possides. En oculi vri z oculi frīs mei Bēiamin vidēt q̄ os meū lo/quat̄ ad vos. Nūtiate pri mco vniuersā glām meā, z cūcta q̄ vidistis in Egypto: festinate z adducite eū ad me. Cūq; amplexat⁹ recidisset i collū Bēiamin frīs sui flenti: illo q̄z sil⁹ flēte sup collū ei⁹. Osculatusq; est Joseph oēs fratres suos, z plorauit sup singlos: post q̄ ausi sūt loq ad eū. Au/ditumq; est z celebri sermone vulgatū in aula regis, Vene/runt frēs Joseph: z gauisus est Pharao atq; oīs familia ei⁹. Dixitq; ad Joseph vt imperet fratribus suis, dicēs, Onerātes iumēta, ite in terrā Chanaā. Et tollite inde pr̄es vr̄m z cognatione, z venite ad me: z ego dabo vob oīa bo/na Egypti, vt comedatis medullā terre. Precipe etiam vt tollāt plaustra ō terra Egypti, ad subuectionē paruuloꝝ suoꝝ ac cōiugū: z dicito, Tollite pr̄em vr̄m z ppate quāto ocy⁹ venietes, nec dimittatis geq̄ⁿ de supellectili vra: quia oēs opes Egypti, vre erūt. Fecerūtq; filij Jsrl vt eis mā/datū fuerat. Quib⁹ dedit Joseph plaustra, sm Pharao/nis ipius: z cibaria i itinere. Singulis q̄z, pferri iussit binas stolas: Beniamin vō dedit trecētos argentos cū q̄nq; sto/lis optimis, tantūdē pecunie z vestū mittēs pri suo, addēs ei asinos decē, q subuehērēt ex oīb⁹ diuitijs Egypti, z to/tidē asinas: triticū in itinere: panesq; portantes. Dimisit q̄ frēs suos, z pficiscētib⁹ ait, Ne iratī camini i via. Qui a/scēdētes ex Egypto, venerūt i terrā Chanaā ad patrē suū Jacob, Et nūtiauerūt ei, dicētes, Joseph vivit: ipse dn̄a/tur i omni terra Egypti. Quo audito Jacob, q̄si de graui somno euigilās, tū nō credebat eis. Illi ecōtra referebant oēm ordinē rei. Cūq; vidisset plaustra et vniuersa q̄ mise/rat, revixit spiritus eius, z ait, Sufficit mihi si adhuc Jo/seph filius me⁹ vivit: vadā z videbo illum anteq̄ moriar.

¶ Capitu. Summa. Descendit Jacob cum filijs et nepo/tibus suis in Egyptum. Capi. xlvj.

Profectusq; Jsrael cū oīb⁹ q̄ habebat venit ad A puteū iuramēti: z mactatis ibi victimis deo pr̄is sui Jsaac, audiuit eū p visionē nocte vocātē se, z dicētē sibi, Jacob Jacob: Cui rn̄dit, Ecce ad/sum. Ait illi deꝰ, Ego sum fortissim⁹ deus patris tui, noli timere, iz descēde i Egyptū, q: in gētē magnā faciā te ibi. Ego descēdā tecū illuc, z ego ide adduca te reuertētē: Jo/seph q̄z ponet manꝰ suas sup oculos tuos. Surrexit Jacob a puteo iuramēti: tulerūtq; eū filij cū parunlis z vxoꝝbus suis in plaustris q̄ miserat Pharao ad portādū senē z oīa q̄ possederat i terra Chanaā: venitq; i Egyptū cū oi semi/ne suo, filij ei⁹ z nepotes filie z cuncta simul pgenies. Hec sunt aūt noīa filioꝝ Jsrael, q ingressi sūt in Egyptū, ipe cū liberis suis. Primogenit⁹ Ruben. Filij Ruben: Enoch et Phallu z Esrō z Charmi. Filij Symeō: Jamuel z Ja/min z Abod z Jachi z Saher, z Saul filius Chananitis

Actuum vij.b.

B Infra. l.c.

C

D

E

F

G

Actuum vij.b. Exo. j.a. Numer xxvj.a. B j. Paralip. v.a. Exodi vj.c j. Paralip. ij. j. o.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dis. Filij Leui: Gerson ⁊ Caath ⁊ Merari. Filij Juda: Her ⁊ Onan ⁊ Sela ⁊ Phares ⁊ Zara mortui sunt autē Her ⁊ Onan in terra Chanaan. Nati⁹ sunt filij Phares: Esron ⁊ Hamul. Filij Issachar: Thola ⁊ Phua et Job ⁊ Simerō. Filij Zabulō: Sared ⁊ Elon ⁊ Jahelel. Hi filij Lie quos genuit in Mesopotamia Syrie cum Dina filia sua. oēs anime filiorū eius ⁊ filiarū, triginta tres. Filij Gad: Sephon ⁊ Aggi ⁊ Esebon ⁊ Suni ⁊ Heri ⁊ Arodi et Areli. Filij Aser: Jemna et Jesua et Jesui et Beria, Sara quoq; sorore eorū. Filij Beria: Heber et Melchiel. Hi filij Zelphe, quam dedit Laban Lie filie sue: ⁊ hos genuit Jacob sedecim animas. Filij Rachel uxoris Jacob: Joseph ⁊ Beniamin. Nati⁹ sunt Joseph filij in terra Egypti, quos genuit ei Aseneth filia Phutipharis sacerdotis Heliopoleos: Manasses, ⁊ Ephraim. filij Beniamin: Bela ⁊ Hecbor et Asbel et Gera et Naaman et Echi et Ros, ⁊ Mophim, ⁊ Ophim, ⁊ Ared hi filij Rachel q̄s genuit Jacob, oēs anime quatuordecim. Filij Dan: Husim. Filij Nepthalim: Jasiel ⁊ Guni ⁊ Jeser ⁊ Sallem. hi filij Bale, quam dedit Laban Rachel filie sue: ⁊ hos genuit Jacob. omnes anime, septē. Cuncteq; anime que ingresse sunt cum Jacob in Egyptū, ⁊ egresse sunt de femore illi⁹, absq; uxoribus filiorū eius: sexaginta sex. Filij aūt Joseph qui nati sunt ei in terra Egypti, anime duo. Omnes anime domus Jacob que ingresse sunt in Egyptū, fuere septuaginta. Misit autem Jacob ludam ante se ad Joseph in Egyptum, ut nūciaret ei, ⁊ ille occurreret in Gessen. Quo cum pervenissent, iunctо Joseph curru suo, ascēdit obviam patri suo ad eūdē locū: vidēsq; eū irruit sup collū ei⁹, ⁊ inter amplexus fleuit. Dixitq; pater ad Joseph; Jam letus moriar, q̄ vidi faciē tuā, ⁊ superstite me te relinquo. At ille locutus est ad fratres suos, ⁊ ad omnem domū patris sui, Ascendā, ⁊ nuntiabo Pharaoni: dicāq; ei, Fratres mei ⁊ domus patris mei q̄ erant in terra Chanaā venerūt ad me: ⁊ sunt viri pastores ouū, curāq; habēt alēdorū gregū: pecora sua ⁊ armēta, ⁊ oia que habere potuerūt, adduxerunt secū. Cūq; vocaverit vos, et dixerit, Quod est opus vestrū: respōdebitis, Viri pastores sumus serui tui, ab infantia nostra vsq; in p̄sens ⁊ nos ⁊ patres nostri. Hec autem dicetis vt habitare possitis in terra Gessen: quia detestantur Egypti omnes pastores ouium.

¶ Cap. Summa. Jacob ducitur ad regnum Egypti et Egyptij omnia pro panibus expendunt. Cap. xlvij.

A Egressus ergo Joseph nunciauit Pharaoni, dicēs, Pater me⁹ ⁊ fratres, oues eorū ⁊ armēta ⁊ cūcta q̄ possidēt: venerūt de terra Chanaan: ⁊ ecce sunt in terra Gessen. Extremos quoq; fratrū suorū quinq; viros statuit corā rege: quos ille interrogauit, Quid habetis operis? Rnderūt, Pastores ouū sumus serui tui, ⁊ nos ⁊ patres nostri, ad peregrinādum in terrā tuā venim⁹: q̄m nō est herba gregibus seruorū tuorū, ingraueſcente fame in terra Chanaan: petimusq; vt esse nos iubeas seruos tuos in terra Gessen. Dixit itaq; rex ad Joseph, Pater tuus ⁊ fratres tui venerūt ad te. Terra Egypti in conspectu tuo est: in optimo loco fac habitare eos, et trade eis terrā Gessen. q̄ si nosti in eis esse viros industrios, cōstitue illos magistros pecorū meorū. Post hec introduxit Joseph patrē suū ad regē, ⁊ statuit eū corā eo: qui benedicens illi, ⁊ interrogatus ab eo, Quot sunt dies annorū vite tue? rndit, Dies peregrinatiōis vite mee centum triginta annorū sunt, parui ⁊ mali: ⁊ nō peruenerunt vsq; ad dies patrū meorū quib⁹ peregrinati sunt. Et benedicto rege egressus est foras. Joseph vero patri ⁊ fratrib⁹ suis dedit possessionem in Egypto in optimo terre loco Rameſſes, vt p̄ceperat Pharao. et alebat eos, ommemq; domū patris sui, prebēs cibaria singulis. In toto enī orbe panis deerat, ⁊ oppressérat fames terrā maxime Egypti et Chanaā. Equib⁹ omnē pecuniā cōgreganit p vēditiōe fruméti, ⁊ intulit eā in erariū regis. Cūq; defecisset empto ribus pretiū venit cūcta Egyptus ad Joseph, dicēs, Da nobis panes: quare morimur coram te, deficiēte pecunia? Quibus ille respondit, Adducite pecora vestra: et dabo vobis pecis cibos, si pecuniā nō habetis. Que cū adduxissent, dedit eis alimenta pequis ⁊ ouib⁹ ⁊ bob⁹ ⁊ asinis: fuitq; eos illo anno p̄ commutatione pecorū. Venerūt quoq; anno sēcdo, ⁊ dixerūt ei, Nō celam⁹ dñō nr̄o q̄ deficiēte pecunia, pecora simul defecerūt: nec clam te est q̄ absq; corporibus ⁊ terra nihil habeamus. Cur ergo moriamur te videēte: et nos, ⁊ terra nostra tui erimus: eme nos in seruitutē regiā, ⁊ prebe semina ne pereūte cultore redigatur terra in solitudinem. Emit igit⁹ Joseph omnē terrā Egypti vēdētibus singulis possessiones suas pre magnitudine famis. Subiecitq; ea Pharaoni, ⁊ cūctos populos ei⁹ a nouissimis terminis Egypti vsq; ad extremos fines eius: preter terrā sacerdotum que a rege tradita fuerat eis: quib⁹ ⁊ statuta cibaria ex horreis publicis p̄bebant, ideo nō sunt cōpulsi vēdere possessiones suas. Dixit ergo Joseph ad populos, Ecce (vt cernitis) ⁊ vos ⁊ terrā vestrā pharaoni possidēt: accipite semina, ⁊ serite agros, vt fruges hr̄e possitis. Quintā p̄te regi dabitis: quatuor reliquas p̄mitto vobis in semētē, ⁊ in cibū familijs ⁊ liberis vestris. Qui rndērūt, Salus nostra in manu tua est: respiciat nos tm̄ dñs nr̄, et leti seruiemus regi. Ex eo tēpore vsq; in p̄sentē diē in vniuersa terra Egypti, regib⁹ q̄nta pars soluit, ⁊ factū est q̄si in lege: absq; terra sacerdotali, q̄ libera ab hac cōditione fuit. Habitauit q̄ Israel i Egypto, id est in terra Gessen, ⁊ possedit eā: auctusq; est ⁊ multiplicat⁹ nimis. Et vixit in ea decē ⁊ septē annis: factiq; sunt oēs dies vite illi⁹, centū q̄draginta septē annorū. Cūq; appropinq̄re cerneret diē mortis ei⁹, vocauit filiū suū Joseph, ⁊ dixit ad eū, Si inueni gratiā in cōspectu tuo, pone manū tuā sub femore meo: et facies mihi misericordiā ⁊ veritatē, vt non sepelias me in Egypto, sz dormiā cū patrib⁹ meis, ⁊ auferas me de terra hac, cōdaq; i sepulchro maiorū meorū. Cui rndit Joseph, Ego faciā q̄ iussisti. Et ille, Jura ergo mihi. Quo iurante, adorauit Israel dñm, cōuersus ad lectuli caput.

¶ S. Jacob moritur⁹ bñdicit filijs Joseph. Ca. xlviij.



Ds itaq; trālactis nūciatū ē Joseph q̄ egrotaret p̄f su⁹: q̄ assumptis duob⁹ filijs Manasse et Ephraim, ire perrexit. Dictūq; est seni, Ecce fili⁹ tu⁹ Joseph venit ad te. Qui cōfortat⁹ sedit i lectulo. Et ingresso ad se Joseph, ait, Deus oīpotēs apparuit mihi in Luza, q̄ ē in terra Chanaā: bñdixitq; mihi, ⁊ ait, Ego te augebo ⁊ multiplicabo, ⁊ faciā te in turbas populorū: daboq; tibi terrā hāc, ⁊ semini tuo post te i possessionē sēpiternā. Duo q̄ filij tui q̄ nati sūt tibi in terra Egypti añquā huc venirē ad te, mei erūt: Ephraim ⁊ Manasses sicut Rubē ⁊ Simeō reputabūt mihi. Reliq̄s autē q̄s genueris post eos tui erūt, ⁊ noie fratrū suorū vocabunt in possessiōib⁹ suis. Mihi enī q̄n veniebā de Mesopotamia, mortua ē Rachel i terra Chanaā i ipo itinere, erat q; ver nū tēp⁹: ⁊ ingrediebar Ephratā ⁊ sepelini eā iuxta viaz Ephrathe, q̄ alio noie appellat Bethlehē. Videsq; aūt filios ei⁹ dixit ad eū, Qui sunt isti? Rndit, Filij mei sunt q̄s donauit mihi de⁹ i hoc loco. Adduc, inq̄t, eos ad me, vt bñdicā illis. Oculi enī Israel caligauerāt p̄ nimia senectute,

ꝛ clare videre nō poterat. Applicitosq; ad se, deosculat⁹ ꝛ circūplexus eos, dixit ad filiū suū, Nō sum fraudat⁹ aspectu tuo: insup ostēdit mihi de⁹ semē tuū. Cūq; tulisset eos Joseph de gremio patris, adorauit pnus in terrā. Et posuit Ephraim ad dexterā suā, id est ad sinistrā Israel: ꝛ Manasses vō in sinistra sua, ad dexteram scz pris, applicuitq; ambos ad eū. Qui extendēs manū dexterā, posuit sup caput Ephraim iunioris fratris: sinistrā aūt sup caput Manasse q maior natu erat, cōmutās man⁹. Benedixitq; Jacob filijs Joseph, ꝛ ait, De⁹ in cuius cōspectu ambulauerūt pres mei Abrahā ꝛ Isaac, deus q pascit me ab adolescētia mea vsq; in psentē diē, angelus q eruit me de cūctis malis būdicat pueris istis: ꝛ inuocet sup eos nomē meum, noia quoq; patrū meorū Abrahā ꝛ Isaac, ꝛ crescāt in multitudinem sup terrā. Vidēs aūt Joseph q posuisset pater suus dexterā manū sup caput Ephraim, grauiter accepit: ꝛ apprehensam manū patris leuare conatus est de capite Ephraim, ꝛ trāsferre super caput Manasse, Dixitq; ad patrē, Nō ita cōuenit pr: q; hic est primogenit⁹, pone dexterā tuā sup caput eius. Qui renuēs ait, Scio fili mi, scio: ꝛ iste qdē erit in pplos ꝛ multiplicabit: sz frater ei⁹ iunior, maior erit illo, ꝛ semē illi⁹ crescet in gentes. Būdixitq; eis in tpe illo, dicēs, In te benedicet israel, atq; dicet, Faciat tibi de⁹ sicut Ephraī et sicut Manasse. Cōstituitq; ephraī ante Manassen: et ait ad Joseph filium suū, Ecce ego morior: ꝛ erit deus vobiscum, reducetq; vos ad terram patrū vestrorum. Do tibi partē vnā extra fratres tuos, quā tuli de manu Amorrhei in gladio ꝛ arcu meo.

¶ C.S. Jacob filius suis futura pdicēs moritur. Ca. xlix.

Vocauit autē Jacob filios suos, ꝛ ait eis, Congregamini ꝛ annūtiem q vēturа sunt vobis in diebus nouissimis. Cōgregamini ꝛ audite filij Jacob, audite Israel patrē vestrū. Rubē primogenit⁹ me⁹, tu fortitudo mea ꝛ principiuz doloris mei: prior in donis, maior in imperio. Effusus es sicut aqua, nō crescas: quia ascendisti cubile pris tui, ꝛ maculasti stratū eius. Symeon ꝛ Leui frēs: vasa iniquitatis bellātia. In cōsilium eorū nō veniat aia mea, ꝛ in cetu illorū nō sit gloria mea: q; in furore suo occiderūt virū, ꝛ in volūtate sua suffoderūt murum. Maledict⁹ furor eorū, q; ptinax: et indignatia eorū, quia dura: dividā eos in Jacob, ꝛ dispergam eos in Israel. Juda, te laudabūt fratres tui, man⁹ tua in cervicibus inimicorū tuorū, adorabūt te filij pris tui. Catulus leonis Juda: ad prēdā fili mi ascendisti requiescēs accubuisti vt leo ꝛ q̄si leena, quis suscitabit eū: Nō auferet sceptrū ꝺ Juda, ꝛ dux de femore eius: donec veniat q mittēdus est, ꝛ ipse erit expectatio gentiū. Ligās ad vineā pullū suum et ad vitē o fili mi asinā suā. Lauabit in vino stolā suam, ꝛ in sanguine vue pallium suū. Pulchriores sunt oculi ei⁹ vino, ꝛ dētes eius lacte candidiores, Zabulon i littore maris habitabit, ꝛ in statione nauiū pertingens vsq; ad Sidonem

Issachar asin⁹ fortis accubās inter terminos. Vidit requiē q; esset bona, ꝛ terrā q; optima: ꝛ supposuit humerum suū ad portādū, factusq; est tributz seruiēs. Dan iudicabit ppl'm suū sicut ꝛ alia tribus in Israel. Fiat Dan coluber in via, cerastes in semita, mordens vngulas equi, vt cadat ascēsor ei⁹ retro. Salutare tuū expectabo dñe. Gad accinct⁹ pliabit aīā cū: ꝛ ipse accinget retrorsuz. Aser pinguis panis ei⁹, ꝛ pbebit delitias regib⁹. Nephthali cervus emissus ꝛ dans eloquia pulchritudinis. Filius accrescēs Joseph, fili⁹ accrescēs ꝛ decorus aspectu: filie discurrerunt sup murū. Sed exasperauerūt eū, ꝛ iurgati sunt, inuiderūtq; illi habētes iacula. Sedit in forti arcus eius, ꝛ dissoluta sunt vincula brachiorū ꝛ manuū illi⁹ p man⁹ potētis Jacob: inde pastor egressus est lapis Israel. De⁹ patris tui erit adiutor tu⁹, ꝛ oīpotēs būdicet tibi benedictionibus celi desup, būdictionib⁹ abyssi iacētis deorsum, benedictionibus vberum ꝛ vulue. Benedictiones patris tui confortate sunt benedictionibus patrum eius: donec veniret desyderiū collium eternorum. fiant in capite Joseph, ꝛ in vertice Nazarei inter fratres suos. Beniamin lupus rapax, mane comedet predā, ꝛ vespere dividet spolia. Omnes hi in tribus Israel duodecim: hec locutus est eis pater suus, būdixitq; singulis benedictiōibus propriis: ꝛ precepit eis, dicens, Ego congregor ad populum meū: sepelite me cū patrib⁹ meis i spelūca duplici q̄ est i agro Ephronis Hetthei cōtra Mambre in terra Chanaan, quā emit Abraham cū agro ab Ephron Hetheo i possessionē sepulchri. Ibi sepelierūt eū, ꝛ Sarā vxorē ei⁹: ibi sepultus est Isaac cum Rebecca coniuge sua: ibi ꝛ Lia cōdita iacet. Finitisq; mandatis quibus filios instruebat, collegit pedes suos super lectulū, ꝛ obijt: appositusq; est ad populum suum.

¶ Sepelit Jacob in spelūca duplici cū pātib⁹ suis. Ca. l.

Venit ergo dies, & immolauit Elcana, deditq; Phenẽne vxori sue, & cũctis filijs eiꝰ, & filiabꝰ ptes: Anne autẽ dedit partẽ vnã tristis, q̃ Annã diligebat. Dñs aũt cõclusserat vuluã eius. Affligebat q̃q; eã emula eiꝰ, & vehemẽter angebat, intantũ vt exprobraret q̃d dñs cõclusisset vuluã eiꝰ. Sicq; faciebat per singulos annos, cũ redeũte tpe ascẽderẽt ad tẽplũ dñi: & sic prouocabat eã. Porro illa flebat & non capiebat cibum. Dixit ergo ei Elcana vir suus. Anna cur fles: & quare nõ comedis: & quã obrẽ affligit̃ cor tuũ: nunquid non ego melior tibi sum q̃ decẽ filij? Surrexit autem Anna postq̃ comederat, & biberat in Silo. Et Heli sacerdote sedente super sellam ante postes domus dñi, cum esset Anna amaro ão, orauit ad dñm flens largiter, & votũ vouit dicens. Dñe exercituũ, si respiciens videris afflictionẽ famule tue, & recordatus mei fueris, nec oblitꝰ ancille tue dederis q; seruo tuo seruum virilem: dabo eum dño omnibꝰ diebus vite eius, & nouacula nõ ascendet super caput eiꝰ. Factũ est autem, cũ illa multiplicaret preces coram dño, vt Heli obseruaret os eiꝰ. Porro Anna loquebat in corde suo, tantũq; labia illiꝰ mouebãtur, & vox penitꝰ nõ audiebatur. Estimauit ergo eã Heli temulentã, dixitq; ei. Usquequo ebria eris: digere paulisper vinũ quo mades. Respondẽs Anna. Nequaq̃, inquit, dñe mi: nã mulier infelix nimis ego sum, vinum & omne q̃d inebriare põt nõ bibi, sed effudi animã meã in cõspectu dñi. Ne reputes ancillã tuã, quasi vnã de filiabꝰ Belial: q; ex multitudine doloris: & meroris mei locuta sum vsq; in presens. Tũc Heli ait ei. Uade in pace, & deus Israel det tibi petitionẽ tuã, quam rogasti eũ. Et illa dixit. Utinã inueniat ancilla tua gratiam in oculis tuis. Et abijt mulier in viã suã, & comedit, vultusq; illiꝰ nõ sunt ampliꝰ in diuersa mutati. Et surrexerũt mane, & adorauerũt coram dño: reuersiq; sunt, & venerunt in domũ suã i Ramatha. Cognouit aũt Elcana Annã vxorẽ suã: & recordatꝰ est eiꝰ dñs. Et factũ est post circulũ dierũ, cõcepit Anna & peperit filiũ, vocauitq; nomen eiꝰ Samuel: eo q̃ a dño postulasset eũ. Ascẽdit aũt vir eiꝰ Elcana: & oĩs domꝰ eiꝰ, vt immolaret dño hostiã solẽnẽ & votũ suũ, & Anna nõ ascẽdit: dixit eĩ viro suo. Nõ vadã, donec ablactet̃ infans: & ducã eũ, vt appareat ante cõspectũ dñi, & maneat ibi iugiter. Et ait ei Elcana vir suus. Fac q̃ bonũ tibi videt̃, & mane donec ablactes eũ: precorq; vt ipleat dñs verbũ suũ. Mãsit ergo mulier, & lactauit filiũ suũ, donec amoueret eũ a lacte. Et addurit eũ secũ, postq̃ ablactauerat, in vitulis tribꝰ & vno modio farine, & amphora vini, & adduxit eũ ad domũ dñi in Silo. Puer aũt erat adhuc infantulꝰ, & immolauerũt vitulũ, & obtulerũt puerũ Heli. Et ait, Obsecro mi dñe, viuit aĩa tua dñe: ego sum illa mulier, q̃ steti cora te, hic orãs dñm p puero isto. Oraui & dedit mihi dñs petitionẽ meã, quã postulaui eũ. Idcirco & ego cõmodaui eum dño cunctis diebꝰ, quibus fuerit accõmodatus dño. Et adorauerunt ibi dñm. Et orauit Anna, & ait.

Capituli Summarium. Anna in cantico prophetat. et Heli redarguitur propter malos filios. Caput. ij.

Exultauit cor meũ in dño, & exaltatus est cornu meũ in dño: Dilatatũ est os meũ sup inimicos meos: q̃ letata sum i salutari tuo. Nõ est sanctꝰ vt est dñs: neq; eñ est aliꝰ extra te, & nõ est fortis icut deꝰ noster. Nolite multiplicare log sublima, gloriantes: recedãt vetera de ore vr̃o: q̃ deꝰ sciẽtiarũ dñs est, & ipsi preparant cogitationes. Arcus fortiũ supatꝰ est, & infirmi accincti sunt robore. Repleti priꝰ p panibꝰ se locauerunt, & famelici saturati sunt: donec sterilis peperit plurimos: et q̃ multos habebat filios infirmata est. Dñs mortificat, & viuificat, deducit ad inferos & reducit. Dñs pauperẽ facit, & ditat, humiliat & sublleuat. Suscitat de pulnere egenum, et de stercore eleuat pauperẽ: vt sedeat cũ principibꝰ, & solium glorie teneat. Dñi eñ sunt cardines terre, et posuit super eos orbẽ. Pedes sanctorũ suorũ seruabit, & impij in tenebris conticescent: q; nõ in fortitudine roborabit̃ vir. Dñm formidabunt aduersarij eiꝰ, sup ipsos in celis tonabit: dñs in-

Universidad de Deusto
Biblioteca

dicabit fines terre, & dabit imperiū regi suo, & sublimabit
cornu Christi sui. Et abijt Elcana in Ramatha, in domū
L suā: puer aūt erat minister in conspectu dñi añ faciē Heli
sacerdotis. Porro filij Heli, filij Belial, nescientes dñm,
neq; officiū sacerdotū ad pplm: sed quicunq; immolasset vi-
ctimā, veniebat puer sacerdotis dū coquerent carnes, & ha
bebat fuscinulā tridentē in manu sua, & mittebat eā in lebe
betem, vel in caldariā, aut in ollam, siue in cacabū: & omne
D qđ leuabat fuscinula, tollebat sacerdos sibi. sic faciebant
vniuerso Israeli, venientiū in Silo. Etiā anteq̄ adolerēt
adipē, veniebat puer sacerdotis, & dicebat immolāti. Da
mihi carnem, vt coquam sacerdoti: nō enim accipiam a te
carnē coctam: sed crudam. Dicebatq; illi immolans. In-
cendatur primū iuxta morē hodie adeps, & tolle tibi quan
tuncūq; desyderat aīa tua. Qui rūdēs aiebat ei, Nequaq̄
nūc eīm dabis, aliogn tollā vi. Erat ergo peccatū puerorum
E grāde nimis coram dño: q; detrahebāt homines a sacrificio do
mini. Samuel aūt ministrabat ante faciē dñi: puer accinct⁹
ephod lineo. Et tunicam paruā faciebat ei mater sua, quā
afferebat statutis dieb⁹, ascēdēs cū viro suo, vt immolaret
hostiā solēnē. Et bñdixit heli Elcane & vxori ei⁹, dixitq; ei,
Reddat tibi dñs semē de muliere hac, pro fenore qđ com
modasti dño. Et abierunt in locū suum. Visitauit ergo do-
min⁹ Annā, & cōcepit & pepit tres filios, & duas filias: & ma
gnificatus est puer Samuel apud dñm. Heli aūtē erat se-
F nex valde & audiuit oīa q̄ faciebāt filij sui vniuerso Israeli:
& quō dormiebāt cū mulieribus q̄ obseruabāt ad ostium ta
bernaculi, & dixit eis. Quare facitis res huiuscemodi, q̄s
ego audio, res pessimas, ab oī pplo: Nolite filij mei: nō eīm
est bona fama quā ego audio, vt transgredi faciatis pplm
dñi. Si peccauerit vir in virū, placari ei pōt deus: si autē in
dñm peccauerit vir, quis orabit p eo: Et nō audierunt vo
cē patris sui: q; voluit dñs occidere eos. Puer aūt Samuel
proficiebat, atq; crescebat, & placebat tam deo q̄ hoībus.
Venit aūt vir dei ad Heli & ait ad eū. Hec dicit dñs. Nū-
quid nō aperte reuelatus sum domui patris tui cū esset in
Egypto in domo Pharaonis? Et elegi eū ex omnib⁹ tri-
bubus Israel, mihi in sacerdotē, vt ascēderet ad altare meū
& adoleret mihi incēsum, & portaret ephod coram me: & dedi
domui patris tui oīa de sacrificijs filioꝝ Israel. Quare calce
abiecistis victimā meā, & munera mea q̄ pcepi vt offerētur
in templo: & magis honorasti filios tuos q̄ me, vt comede
retis primitias oīs sacrificij Israel pplī mei? Propterea
iij.regū ij.c. aīt dominus deus Israel. Loquēs locutus sum, vt dom⁹
tua, & domus patris tui ministraret in cōspectu meo, vsq;
in sempiternum. Nunc aūt dicit domin⁹. Absit hoc a me:
sed quicūq; honorificauerit me, glorificabo eū: qui aūt cō-
tēnunt me, erūt ignobiles. Ecce dies veniūt & precidā bra-
G chium tuū, & brachium domus patris tui, vt nō sit senex in
domo tua. Et videbis emulum tuum in tēplo, in vniuersis
prosperis Israel: & nō erit senex in domo tua omnibus die
bus. Verūtū nō auferam penitus virū ex te ab altari meo:
sed vt deficiant oculi tui, & tabescat aīa tua, & pars magna
domus tue morietur cū ad virilē etatē venerit. Hoc autem
erit tibi signum, qđ venturū est duob⁹ filijs tuis Ophni et
Phinees. In die vno morient ambo. Et suscitabo mihi
sacerdotē fidelē, qui iuxta cor meū, & aīam meā faciet: & edi
ficabo ei domum fidelē, & ambulabit coram christo meo cū
ctis diebus. Futurū est aūt, vt quicūq; remānserit in domo
tua, veniat vt oretur pro eo, & offerat nūmū argenteū, & tor
tam panis, dicatq;. Dimitte me obsecro ad vnā partem
sacerdotalem, vt comedam buccellam panis.

A Cap. Sum. Puer Samuel a dño vocatur. Caput. iij.

Puer autē Samuel ministrabat dño coram Heli,
& sermo dñi erat pretiosus. In diebus illis non
erat visio manifesta. Factū est ergo i die quadā,
Heli iacebat in loco suo, & oculi ei⁹ caligauerant, nec poterāt videre lucernā dei antēq̄ extingueretur.
Samuel aūt dormiebat in tēplo dñi, vbi erat arca dei. Et
vocauit dñs Samuel. Qui respōdēs ait. Ecce ego. Et cu-
currit ad Heli, & dixit. Ecce ego: vocasti eīm me. Qui dixit.
Nō vocaui te fili reuertere, dormi. Et abijt, & dormiuit. Et
adiecit dñs rursum vocare Samuelē. Cōsurgensq; Sa-
muel abijt ad Heli & dixit. Ecce ego: q; vocasti me. Qui
rūdit. Nō vocaui te fili mi: reuertere & dormi. Porro Sa-
muel necdū sciebat dñm, nec reuelatus fuerat ei sermo do-
mini. Et adiecit dñs, & vocauit adhuc Samuelem tertio.
Qui cōsurgēs abijt ad Heli, & ait. Ecce ego: quia vocasti
me. Intellexit ergo Heli quia dñs vocaret puerū, & ait ad
Samuelem. Vade, & dormi: & si dormierit vocauerit te, di-
ces. Loquere dñe, quia audit seruus tuus. Abijt ergo Sa-
muel, & dormiuit in loco suo. Et venit dñs & stetit: & voca-
uit sicut vocauerat secūdo, Samuel Samuel. Et ait Sa-
muel. Loquere q; audit seruus tuus. Et dixit dñs ad Sa-
muelē. Ecce ego facio verbū in Israel, qđ cuncq; audierit,
tinnient ambe aures eius. In die illa suscitabo aduersum
Heli, oīa q̄ locut⁹ sum sup domū eius, incipiā & complebo.
Prędixi eīm ei qđ iudicatur⁹ essem domū eius in eternū, p
pter iniqtatē ei⁹, eo qđ nouerat indigne agere filios suos,
& nō corripuerit eos. Idcirco iurauī domui Heli, qđ non
expietur iniqtas dom⁹ ei⁹ victimis & muneribus vsq; in eter
nū. Dormiuit aūt Samuel vsq; mane, aperuitq; ostia do-
mus dñi. Et Samuel timebat indicare visionē Heli. Vo-
cauit ergo Heli Samuelem, & dixit, Samuel fili mi: Qui
rūdēs ait. Presto sum. Et interrogauit eū. Quis est sermo
q dict⁹ est ad te: oro te ne celaueris me. hec faciat tibi de⁹, &
hec addat, si abscōderis a me sermonē ex omnib⁹ verbis
que dicta sunt tibi. Indicauit itaq; ei Samuel vniuersos
sermones, & nō abscondit ab eo. Et ille rūdit. Dñs est, qđ
bonum est in oculis suis faciat. Creuit aūt Samuel, & dñs
erat cū eo & nō cecidit ex oībus verbis ei⁹ in terrā. Et co-
gnouit vniuersus Israel a Dan vsq; Bersabee, qđ fidelis
Samuel pphēta esset dñi. Et addidit dñs vt appareret in
Silo: quia reuelat⁹ fuerat dñs Samueli in Silo iuxta ver-
bum dñi. Et euenit sermo Samuelis vniuerso Israeli.

C. S. Arca dñi capitur in bello Philisthijm. Ca. iiij.

Factū est in diebus illis, conuenerūt Philisthijm in pugnā. Egressus est nāq; Israel obuiā
Philisthijm in prelium, & castrametat⁹ est iuxta
lapidē adiutorii. Porro Philisthijm venerūt
in Aphec & instruxerūt aciē cōtra Israel. Inito aūt certa-
mine terga vertit Israel Philistheis: & cesa sunt i illo cer
tamine passim per agros, quasi quatuor millia virorum. Et
reuersus est populus ad castra: dixerunq; maiores natu de
Israel. Quare pcussit nos dñs hodie coram Philisthijm:
Afferamus ad nos de Silo arcam federis dñi, & veniat in
medium nostri, vt saluet nos de manu inimicorum nostrorum.
Misit ergo populus in Silo, & tulerūt inde arcam federis
dñi exercituū sedētis super cherubim: erātq; duo filij He-
li cū arca federis dñi, Ophni & Phinees. Cumq; venisset
arca federis dñi in castra, vociferat⁹ est oīs Israel clamo-
re grandi, & personuit terra, & audierūt Philisthijm vocē
clamoris, dixeruntq;. Quenā est hec vox clamoris magni
in castris Hebreorū? Et cognouerūt q̄ arca dñi venisset
in castra. Timueruntq; Philisthijm, dicentes. Venit de⁹
in castra. Et ingemuerunt, dicentes. Ve nobis: nō eīm fuit
tanta exultatio heri & nudiustertius: ve nobis. Quis nos sal
uabit de manu deorū sublimiū istorū: hi sunt dij qui pcusse
runt Egyptū omni plaga in deserto. Cōfortamini & este
viri Philisthijm: ne seruiatis Hebreis, sicut et illi ser-
uierunt nobis: confortamini & bellate. Pugnauerūt ergo
Philisthijm, & cesus est Israel, & fugit vnusq;sq; in taberna-
culū suū: & facta est plaga magna nimis: & ceciderūt de Is-
rael triginta millia peditū, & arca dei capta est: duo quoq;
filij Heli mortui sunt, Ophni & Phinees. Currens aūtē
vir de Beniamī ex acie venit in Silo i die illa, scissa veste,
& cōspsus pulvere caput. Cūq; ille venisset, Heli sedebat
sup sellā cōtra viā spectās. Erat eīm cor eius pauēs parca
dei. Vir aūt ille postq̄ ingressus est, nūtiauit vbi: & vlula-
uit oīs ciuitas. Et audiuit Heli sonitū clamoris, dixitq;.

Quis

Quis est hic sonit⁹ tumult⁹ huius? Et ille festinauit, ⁊ venit, ⁊ nūtiauit Heli. Heli aūt erat nonaginta ⁊ octo annorū, ⁊ oculi ei⁹ caligauerāt, ⁊ videre nō poterat. Et dixit ad Heli. Ego sum q̄ veni de plio, ⁊ ego q̄ de acie fugi hodie. Cui ille ait. Quid actū est fili mi. Rūdēs aūt ille q̄ nūtiabat. Fugit, inquit, Israel coram Philisthiim, ⁊ ruina magna facta est in populo: insuper, ⁊ duo filij tui mortui sunt, Ophni ⁊ Phinees: ⁊ arca dei capta est. Cumq̄ ille nominasset arcā dei, cecidit de sella retrorsum iuxta ostiū, ⁊ fractis ceruicibus mortuus est. Senex enim erat vir, ⁊ grādeuus: ⁊ ipse iudicauit Israel quadraginta annis. Nurus autem eius uxor Phinees, pregnans erat, vicinaq̄ partui: ⁊ audito nuntio q̄ō capta esset arca dei, ⁊ mortuus esset socer su⁹, ⁊ vir su⁹, incuruauit se ⁊ peperit, irruerāt enī in eaz dolores subiti. In ipso aūt mometo mortis eius, dixerunt ei que stabāt circa eā. Ne time eas q̄ filiū peperisti. Que nō rūdit eis, neq̄ animaduertit. Et vocauit puerū Icabod, dicēs. Translata est gloria dñi de Israel, quia capta est arca dei. Et pro socero suo, ⁊ pro viro suo, ait. Translata est gloria dei ab Israel. eo quod capta esset arca dei.

¶ Capituli Summarium. Propter arcam dei Dagon obtruncatur ⁊ Philisthiim afflīguntur. Caput. v.

Philisthiim aūt tulerūt arcā dei, ⁊ asportauerūt eā a Lapide adiutorij in Azotum. Tulerūntq̄ Philisthiim arcā dei, ⁊ intulerūt eā ītēplū Dagon, ⁊ statuerunt eā iuxta Dagon. Cūq̄ surrexissent diluculo Azotij altera die, ecce Dagon iacebat pnus in terra ante arcā dñi: ⁊ tulerūt Dagon, ⁊ restituerunt eū in locū suū. Rursumq̄ mane die altera cōsurgētes, inuenerūt Dagon iacētē sup facē suā in terra coram arca dñi: caput aūt Dagon, ⁊ due palme manuū ei⁹ abscise erāt super limē: porro Dagō solus trūcus remāserat i loco suo. Propter hāc causam nō calcāt sacerdotes Dagon, ⁊ oēs qui ingrediūtur tēplū ei⁹, sup limē Dagon in Azoto, vsq̄ in hodiernū diē. Aggranata est aūt manus dñi sup Azotios, ⁊ demolit⁹ est eos: ⁊ percussit in secretiori parte natum Azotū, ⁊ fines eius. Et ebullierūt ville ⁊ agri in medio regionis illius, ⁊ nati sunt mures, ⁊ facta est confusio mortis magne in ciuitate. Videntes aūt viri Azotij huiuscemodi plagā, dixerūt. Nō maneat arca dei Israel apud nos: quia dura est man⁹ ei⁹ sup nos, ⁊ sup Dagon deū nostrū. Et mittētes cōgregauerūt oēs satrapas Philisthinorū ad se, ⁊ dixerūt. Quid faciemus de arca dei Israel? Respōderūtq̄ Gethei. Circūducat arca dei Israel. Et circūduxerūt arcaz dei Israel. Illis aūt circūducētibus eā, fiebat manus dñi per singulas ciuitates interfectiōis magne nimis: ⁊ percutiebat viros vnuscuiusq̄ vrbis, a paruo vsq̄ ad maiorē, ⁊ cōputrescebāt pminētes extales eox. Intulerūtq̄ Gethei q̄silū ⁊ fecerūt sibi sedes pelliceas. Miserūt ergo arcā dei in Accaron. Cūq̄ venisset arca dei in Accaron, exclamauerunt Accaromte, dicētes. Adduxerūt ad nos arcā dei Israel, vt interficiat nos ⁊ pplm nostrū. Miserūt itaq̄, ⁊ cōgregauerūt oēs satrapas Philisthinorū: qui dixerunt. Dimittite arcā dei Israel, ⁊ reuertat in locū suū, vt non interficiat nos cū pplo nostro. Fiebat enī pauor mortis in singulis vrbib⁹, et grauissima valde manus dei. Viri quoq̄ qui mortui nō fuerāt, percutiebantur in secretiori parte natiū: ⁊ ascendebat vlulatus vniuscuiusq̄ ciuitatis in celum.

¶ Capitu. Summarium. Philisthei mittunt a se arcam domini per vaccas ⁊ plaustrum nouum. Caput. vj.

Erat ergo arca dñi in regione Philisthinorum septē mēsib⁹. Et vocauerūt Philisthiim sacerdotes ⁊ diuinos, dicētes. Quid faciem⁹ de arca dñi: indicate nobis qūo remittam⁹ eā in locum suū. Qui dixerūt. Si remittitis arcā dei Israel, nolite dimittere eā vacuā sed qō debetis, reddite ei p pctō, ⁊ tūc curabimini: ⁊ scietis cur nō recedat manus eius a vobis. Qui dixerūt. Quid est qō p delicto reddere debeamus ei? Rūderunt q̄z illi. Iurta numerū pnunciarū Philisthinorū gnaz anos aureos facietis, ⁊ gnaz mures aureos: q̄ plaga vna fuit oibus vobis, ⁊ satrapis vestris. Facietisq̄ similitudines anoū vestroū, ⁊ similitudines murū q demoliti sunt terrā, ⁊ dabitis deo Israel gloriā: si forte releuet manū suā a vobis, ⁊ a dijs vestris, ⁊ a terra vestra. Quare aggrauatis corda vestra sicut aggrauauit Egypt⁹, ⁊ Pharao cor suū: nōne postq̄ percussus est, tūc dimisit eos, ⁊ abierunt? Nunc ergo arripite ⁊ facite plaustrum nouum vnū: ⁊ duas vaccas fetas, quibus nō est impositū iugū, iungite in plaustro: ⁊ recludite vitulos earū domi. Tolletisq̄ arcā dñi, et ponetis in plaustro, ⁊ vasa aurea que exoluistis ei pro delicto, ponetis in capsellam ad latus eius: ⁊ dimitte eam vt vadat. Et aspicietis: ⁊ si quidē per viā finiū suoū ascenderit contra Bethsames, ipse fecit nobis hoc malū grande. sin aūt minime: sciemus q̄ nequaq̄ manus eius tetigit nos, sed casu accidit. Fecerunt ergo illi hoc modo. ⁊ tollentes duas vaccas q̄ lactabāt vitulos, iunxerūt ad plaustrū, vitulosq̄ earū cluserūt domi. Et posuerūt arcā dei sup plaustrum ⁊ capsellā que habebat mures aureos ⁊ similitudinē anoū. Ibant aūtē in directū vacce per viā q̄ ducit Bethsames, ⁊ itinere vno gradiebātur, pergētes ⁊ mugientes: ⁊ nō declinabāt neq̄ ad dexterā neq̄ ad sinistrā. Sed ⁊ satrape Philisthiim sequebantur, vsq̄ ad terminos Bethsames. Porro Bethsamite metebāt triticū in valle: ⁊ eleuantes oculos suos, viderūt arcam, ⁊ gauisi sunt cū vidissent. Et plaustrum venit in agrum Iosue Bethsamite, ⁊ stetit ibi. Erat aūt ibi lapis magn⁹, ⁊ cōciderūt ligna plaustri, vaccasq̄ imposuerūt sup ea holocaustū dño. Leuite aūt deposuerūt arcā dei, ⁊ capsellā q̄ erat iurta eā in qua erāt vasa aurea, ⁊ posuerūt sup lapidē grādē. Viri aūt Bethsamite obtulerūt holocausta, ⁊ immolauerūt victimas in die illa dño. Et q̄nq̄ satrape Philisthinorum viderunt, ⁊ reuersi sunt in Accarō in die illa. Hi sunt aūt aur ei, quos reddiderūt Philisthiim pro delicto, dño: Azot⁹ vnū, Gaza vnū, Ascalon vnum, Geth vnū, Accarō vnū: ⁊ mures aureos fm nūerū vrbiū Philisthiim q̄nq̄ puinciax, ab vrbe murata, vsq̄ ad villā q̄ erat absq̄ muro, ⁊ vsq̄ ad Abel magnū sup quē posuerūt arcā dñi q̄ erat vsq̄ in die illa in agro Iosue Bethsamitis. Percussit autem dñs de viris Bethsamitib⁹, eo q̄ vidissent arcaz dñi: ⁊ percussit de pplo septuaginta viros, ⁊ quinquaginta millia plebis. Luitq̄ pplus, eo q̄ dñs percussisset plebē plaga magna. Et dixerūt viri Bethsamite. Quis poterit stare in conspectu dñi dei sancti hui⁹? ⁊ ad quē ascēdet a nobis? ⁊ Miseruntq̄ nūtios ad habitatores Cariathiarim, dicētes. Reduxerūt Philisthiim arcam dñi, descendite, ⁊ reducite eam ad vos.

¶ Capituli Summarium. Israelite cōuersi ad dñm vicerunt Philistheos. Caput. vij.

Venerūt ergo viri Cariathiarim, et reduxerunt arcā dñi, ⁊ intulerūt eā i domū Abinadabi Gabaa: Eleazarū aūt filiū ei⁹ sctificauerūt, vt custodiret arcā dñi. Et factū est ex q̄ die mānsit arca dñi in Cariathiarim, multiplicati sunt dies, erat q̄ ppe iā ann⁹ vicesim⁹: ⁊ requieuit ois domus Israel post dñm. Dixit aūt Samuel ad vniuersam domū Israel, dicēs. Si i toto corde vr̄o reuertimini ad dñm, auferte deos alienos de medio vr̄i Baalim ⁊ Astaroth: ⁊ preparate corda vr̄a dño, ⁊ seruite ei soli, ⁊ eruet vos de manu Philisthiim. Abstulerūt ergo filij Israel Baalim ⁊ Astaroth, ⁊ seruierūt dño soli. Deuter. vj. c. Dixit aūt Samuel. Cōgregate vniuersus Israel i Maspha, vt orē p vob⁹ dñm. Et q̄uenerūt i Maspha. Hauserūtq̄ aquā, ⁊ effudert i cōspectu dñi, ⁊ ieiunauerūt i die illa, atq̄ dixerūt ibi. Peccauim⁹ dño. Iudicauitq̄ Samuel filios Israel i Maspha. Et audierūt Philisthiim q̄ cōgregati essent filij Israel in Maspha, ⁊ ascēderūt satrape Philisthinorū ad Israel. Quo cū audissent filij Israel, timuerūt a facie Philisthinor⁹. Dixerūtq̄ ad Samuelē. Ne cesses pro nobis clamare ad dñm deum nr̄m, vt saluet nos de manu Philisthinor⁹. Tulit aūt Samuel agnū lactētē vnū, ⁊ obtulit illū holocaustū integrū dño: ⁊ clamauit Samuel ad dñm p Israel, ⁊ exaudiuit eū dñs. Factū est aūt, cū Samuel

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ecclesi. lvj.d.

offerret holocaustū, ꝓhilisthijm iniere ꝓliū ꝟra Jsrael: itonuit aūt dñs fragore magno die illa sup ꝓhilisthijm ꝛ exterruit eos, ꝛ cesi sunt a filijs Jsrl. Egressiqz filij Jsrl de ꝛz Daspha ꝓsecuti sunt ꝓhilistheos, ꝛ pcusserūt eos vsqz ad locū q erat subter Bethchar. Tulit autē Samuel lapidē vnū, ꝛ posuit eū inter ꝛz Daspha ꝛ inter Sen: ꝛ vocauit nomē loci illi⁹, Lapis adiutorij. Duitqz. Hucusqz auxiliatus est nobis dñs. Et humiliati sunt ꝓhilisthijm, nec apposuerūt vltra vt venirēt in termios Jsrl. Facta est itaqz manꝰ dñi sup ꝓhilistheos, cūctis diebꝰ Samuelis: ꝛ reddite sunt vrbes qs tulerāt ꝓhilisthijm ab Jsrael. Jsraeli, ab Accarō vsqz Geth ꝛ terminos suos: liberauitqz Jsrl de manu ꝓhilisthinoꝝ, eratqz pax iter Jsrl ꝛ Amorrheum. Judicabatqz Samuel Jsraelē cūctis diebus vite sue, ꝛ ibat p singulos annos circuīēs Bethel ꝛ Galgala ꝛ ꝛz Daspha, ꝛ iudicabat Jsraelē in supradictis locis. Reuertebaturqz in Ramatha, ibi enim erat domus eius, et ibi iudicabat Jsraelē. Edificauit etiā ibi altare domino.

D

A

¶ C. S. Jsraelite contempto dño postulāt regē. Cap. viij.

Factū est autē cum senuisset Samuel, posuit filios suos iudices sup Jsrael. Fuitqz nomē filij eius primogeniti Joel: ꝛ nomē scōi Abia, iudicū in Bersabee. Et nō ambulauerūt filij illius in vijs eiꝰ: sed declinauerūt post auaritiā, acceperūtqz munera, ꝛ pertulerūt iudicium. Cōgregati ergo vniuersi maiores natu Jsrl, venerūt ad Samuelem in Ramatha. Dixerūtqz ei. Ecce tu senuisti, ꝛ filij tui nō ambulāt in vijs tuis: Constitue nobis regē, vt iudicet nos, sicut ꝛ vniuerse habēt nationes. Displicuitqz sermo in oculis Samuelis, eo qō dixissent. Da nobis regem, vt iudicet nos. Et oranit Samuel ad dñm. Dixit aūt dñs ad Samuelē. Audi vocē ꝓpli in oībus q̄ loquūtur tibi, nō enī te abiecerūt: sed me, ne regnē super eos. Juxta oīa opa sua que fecerūt a die qua eduxi eos de Egypto vsqz ad diē hāc: sicut dereliquerunt me, ꝛ seruierūt dijs alienis sic faciūt etiā tibi. Nūc ergo vocē eorū audi: verūtn cōtestare eos, ꝛ predic eis ius regis qui regnaturꝰ est super eos. Dixit itaqz Samuel oīa verba domini ad ꝓplm q petierat a se regē, ꝛ ait. Hoc erit ius regis qui imperaturꝰ est vobis. Filios vestros tollet, ꝛ ponet in currib⁹ suis, facietqz sibi egtes ꝛ precursores quadrigarum suarum, ꝛ constituet sibi tribunos ꝛ cēturiones, ꝛ aratores agrorū suorū, ꝛ messores segetū, ꝛ fabros armorū ꝛ currū suorū. Filias quoqz vestras faciet sibi vnguētarias ꝛ focarias ꝛ panīficas. Agros quoqz vestros, ꝛ vineas, ꝛ oliueta optima tollet, ꝛ dabit seruis suis. Sed ꝛ segetes vestras ꝛ vinearū redditus addecimabit, vt det eunuchis ꝛ famulis suis. Seruos etiam vestros, ꝛ ancillas, ꝛ iuuenes optimos, ꝛ asinos auferet, ꝛ ponet in opere suo. Greges quoqz vestros addecimabit, vosqz eritis ei serui. Et clamabitis in die illa a facie regis vestri quem elegistis vobis: ꝛ non exaudiet vos dñs in die illa. Nolunt aūt ꝓpls audire vocē Samuelis, sed dixerūt. Neqnaqꝫ. rex enim erit super nos, ꝛ erimus nos quoqz sicut oēs gentes: ꝛ iudicabit nos rex noster, ꝛ egredietꝫ ante nos, ꝛ pugnabit bella nostra pro nobis. Et audiit Samuel oīa verba populi, ꝛ locutꝰ est ea in auribus dñi. Dixit aūt dñs ad Samuelē. Audi vocē eorū, ꝛ cōstitue super eos regem. Et ait Samuel ad viros Jsrael. Uadat vnusquisqz in ciuitatem suam.

¶ Capituli Summarium. Saul querendo asinas patris sui venit ad Samuelem. Caput.ix.

Erat vir de Beniamin, noīe Cis filꝰ Abiel, filij Seror filij Bechorath, filij Aphia, filij viri Jemini fortis robore. Et erat ei filꝰ vocabulo Saul, electꝰ ꝛ bonꝰ: ꝛ nō erat vir de filijs Jsrl melior illo, ab hūero ꝛ sursum eminebat super oēm ꝓplm. Perierāt aūt asine Cis pris Saul: ꝛ dixit Cis ad Saul filiū suū. Tolle tecū vnū de pueris: ꝛ ꝛsurgēs vade, ꝛ quere asinas. Qui cū trānssent p mōtē Ephraim, ꝛ p terrā Salisa, ꝛ nō inuenissent, trānsierūt etiā p terrā Salim, ꝛ nō erant: ꝛ p terrā Jemini, ꝛ minime reperierūt. Cum aūt venissent in terrā Suph, dixit Saul ad puerū q erat cū eo. Veni, et reuertamur: ne forte dimiserit pr̄ me⁹ asinas, ꝛ solicitus sit pro nobis. Qui ait ei. Ecce vir dei est in ciuitate hac, vir nobilis: omne qō loquit̄, sine ambiguitate venit: nūc ergo eamus illuc. si forte indicet nobis de via nostra, ꝓpter quam venim⁹. Dixitqz Saul ad puerū suū. Ecce ibim⁹: sed feremus ad virū dei: panis deficit in sitarchijs nr̄is: ꝛ sportulā nō habem⁹, vt dem⁹ hoi dei, necquicq̄ aliud. Rursum puer rñdit Sauli, ꝛ ait. Ecce inuēta est in manu mea ꝛrta pars stateris argēti, dem⁹ hoi dei, vt indicet nobis viam nostrā. Olim in Jsrl sic loq̄bat vnusquisqz, vadēs cōsulere deū. Uenite, ꝛ eam⁹ ad videntē. Qui enī ꝓpheta dicitur hodie, vocabat olim videns. Et dixit Saul ad puerum suum. Optim⁹ sermo tu⁹: veni, eamus. Et ierūt in ciuitatē in qua erat vir dei. Cūqz ascenderēt cliuū ciuitatis, inuenerūt puellas egredientes ad hauriendā aquā, ꝛ dixerūt eis. Nūn hic est videns? Que rñdentes, dixerūt illis. Hic est: ecce ante te, festina nūc: hodie enī venit in ciuitatē, qr̄ sacrificiū est hodie ꝓpli in excelso. Ingredientes vrbē statim inuenietis eū anteqū ascēdat excelsum ad vescendū neqz enī comesturus est ꝓpls donec ille veniat: qr̄ ipe benedicet hostie, ꝛ deinceps comedēt q vocati sunt. Nūc ergo ascendite, qr̄ hodie reperietis eū. Et ascēderūt in ciuitatē. Cūqz illi ambularēt in medio vrbis, apparuit Samuel egrediēs obuiā eis vt ascēderet in excelsum. Dñs aūt reuelauerat auriculā Samuelis aū vnā diē quā veniret Saul, dicēs. Hac ipa hora, q̄ nunc est, cras mittā virū ad te de terra Bemamin, ꝛ vnges eum ducē sup ꝓplm meū Jsrl: ꝛ saluabit ꝓplm meum de manu ꝓhilisthinoꝝ, qr̄ resperi ꝓplm meū. venit enī clamor eoꝝ ad me. Cūqz aspexisset Samuel Saulē, dns dixit ei. Ecce vir quē dixeraz tibi, iste dñabit ꝓplo meo. Accessit autem Saul ad Samuelē in medio porte, ꝛ ait. Indica, oro, mihi, vbi est domꝰ videntis? Et rñdit samuel sauli, dicens. Ego sum videns: ascende ante me in excelsuz: vt comedas mecū hodie, ꝛ dimittā te mane: ꝛ oīa q̄ sunt in corde tuo, indicabo tibi. Et de asinis quas nudiustertiꝰ pdidisti, ne solicitus sis, qr̄ inuēte sunt. Et cuiꝰ erunt optima queqz Jsrl? nonne tibi, ꝛ oī domui pris tui? Rñdens autē saul ait. Numquid nō filiꝰ Jemini ego sum de minima tribu Jsrael, ꝛ cognatio mea nouissima inter oēs familias de tribu Beniamin: quare ergo locutꝰ es mihi sermonē istum? Assumēs itaqz Samuel saulē ꝛ puerum eius, introduxit eos in triclinium, ꝛ dedit eis locū in capite eorū q fuerāt inuitati. erāt enī q̄si triginta viri. Dixitqz samuel coco. Da ptē quā dedi tibi, ꝛ precepi vt reponeres seo: sum apud te. Leuauit aūt coccus armū, ꝛ posuit ante saul. Dixitqz samuel. Ecce qō remāsit, pone ante te, ꝛ comede: qr̄ de idustria seruatū est tibi, q̄n ꝓplm vocaui. Et comedit saul cum samuele in die illa. Et descenderūt de excelso in oppidū, ꝛ locutus est cū saule in solario. Cūqz mane surrexissent, ꝛ iā dies lucesceret, vocauit samuel saulē in solario, dicēs. surge, ꝛ dimittam te. Et surrexit saul: egressiqz sunt ambo, ipse videlicet ꝛ samuel. Cūqz descenderēt in extrema parte ciuitatis, samuel dixit ad saul. Die puero vt anteceda nos, ꝛ transeat: tu autem substiste paulisper: vt indicem tibi verbum dei.

¶ Capi. Sum. Ungitur saul in regem. Caput.x.



Tulit

A Tulit aũt Samuel lenticulã olei, ⁊ effudit super caput eius ⁊ deosculat⁹ est eũ, ⁊ ait. Ecce vnxit te dñs sup hereditatẽ suã in principem: ⁊ liberabis pp̃lm suũ de manibus inimicorũ eius, q̃ in circuitu eius sunt. Et hoc tibi signũ, quia vnxit te dñs in p̃n cipem. Cũ abieris hodie a me, inuenies duos viros iuxta sepulchrũ Rachel in finibus Beniamin in meridie, dicẽtq; tibi: Inuente sunt asine, ad quas ieras perquirẽdas: ⁊ intermissis pr̃ tuis asinus, solicit⁹ est p̃ vobis, ⁊ dicit. Quid faciã de filio meo? Cũq; abieris inde, ⁊ vltra trãsieris, ⁊ veneris ad querceũ Thabor: inueniẽt te ibi tres viri ascẽdẽtes ad deũ in Bethel, vn⁹ portãs tres hedos, ⁊ ali⁹ tres tortas panis, ⁊ alius portans lagenã vini. Cũq; te salutauerint dabũt tibi duos panes, ⁊ accipies de manu eorũ. Post hec venies in collẽ dei, vbi est statio Philisthinorũ: ⁊ cũ ingressus fueris ibi vrbẽ, obuiũ habebis gregẽ pphetarũ descẽdẽtũ de excelso, ⁊ ante eos psalteriũ ⁊ tympanũ, ⁊ tibiã, ⁊ citharã, ipsosq; pphetãtes. Et insiliet in te spiritus dñi, et pphetabis cum eis, ⁊ mutaberis in virũ alium. Cũ ergo venerint signa hec oĩa tibi, fac quecũq; inuenerit man⁹ tua, quia dñs tecũ est. Et descẽdes ante me in Galgala, (ego quippe descẽdã ad te) vt offeras oblationem: ⁊ immoles victimas pacificas. Septẽ diebꝰ expectabis, donec veniã ad te, ⁊ ostẽdam tibi q̃d facias. Itaq; cũ auertisset humerũ suũ vt abiret a Samuele, immutauit ei deus cor aliud, ⁊ venerũt oĩa signa hec i die illa. Venerũtq; ad p̃dictũ collẽ, ⁊ ecce cuneꝰ pphetarũ obui⁹ ei: ⁊ insiluit sup eũ spiritus dñi, et pphetauit in medio eorũ. Uidẽtes aũt omnes q̃ nouerãt eũ heri et nudiustertiꝰ, q̃ esset cũ prophetis ⁊ pphetaret, dixerũt ad inuicẽ. Quenã res accidit filio Cis: num ⁊ Saul inter prophetas? Rñdit alius ad alterũ, dicens. Et q̃s pater eorũ? Propterea versum est in puerbiũ. Num ⁊ Saul inter prophetas? Cessauit aũt pphetare, ⁊ venit ad excelsum. Dixitq; patruꝰ Saul ad eũ, ⁊ ad puerũ eiꝰ. Quo abistis? Qui rñderũt. Querere asinas, quas cũ nõ reperissemꝰ, venimus ad Samuelẽ. Et dixit ei patruꝰ suus. Indica mihi q̃d dixerit tibi Samuel. Et ait Saul ad patruũ suũ. Indicauit nobis q̃ inuẽte essent asine. De sermone aũt regni nõ indicauit ei quẽ locut⁹ fuerat ei Samuel. Et cõuocauit Samuel pp̃lm ad dñm in Maspha, et ait ad filios Israel. Hec dicit dñs deus Israel, ego eduxi Israel de Egypto, ⁊ eripui vos de manu Egyptiorũ ⁊ de manu oĩum regum q̃ affligebant vos. Vos autẽ hodie proiecistis dñm deũ vr̃m qui solꝰ saluauit vos de vniuersis malis ⁊ tribulationibus vestris: ⁊ dixistis. Regnaq̃, ⁊ regẽ cõstitue sup nos. Nũc ergo state coram dño per tribus vr̃as, ⁊ per familias. Et applicauit Samuel oẽs tribus Israel, ⁊ cecidit sors super tribũ Beniamin. Et applicuit tribum Beniamin ⁊ cognationes eiꝰ, ⁊ cecidit sors sup cognationẽ Metri, ⁊ peruenit vsq; ad saul filium eis. Quesierũt ergo eũ, ⁊ nõ est inuẽtus. Et cõsuluerunt post hec dñm vtrũnã vẽturꝰ esset illuc. Rñditq; dñs. Ecce abscõditus est domi. Cucurrerunt itaq; ⁊ tulerũt eũ inde: stetitq; in medio pp̃li, et altior fuit vniuerso pp̃lo ab humero ⁊ sursuz. Et ait Samuel ad omnẽ populũ. Certe videtis quẽ elegit dñs, q̃m non sit similis illi in omni populo. Et clamauit oĩs pp̃s, ⁊ ait. Uiuat rex. Locutus est autem Samuel ad pp̃lm legẽ regni, ⁊ scripsit in libro, et reposuit coram dño: ⁊ dimisit Samuel omnẽ pp̃lm singulos in domuz suã. Sed ⁊ Saul abijt in domũ suã in Gabaa: ⁊ abijt cum eo pars exercitus, quorum tetigerat deus corda. Filij vero Belial dixerũt. Ni ũ saluare nos poterit iste? Et despexerũt eũ, ⁊ nõ attulerũt ei munera: ille vo dissimulabat se audire.

¶ S. Saul pcussit Naas regẽ ammon. Caput. xj.

T Ascẽdit Naas Ammonites, ⁊ pugnare cepit aduersuz Jabes Galaad. Dixerũtq; oẽs viri Iabes ad Naas. Habeto nos federatos, ⁊ seruiemus tibi. Et rũdit ad eos naas ammonites. In hoc feriã vobiscũ fedꝰ, vt eruã oĩm vr̃m oculos dextros, ponãq; vos opprobriũ in vniuerso Irl̃. Et dixerunt ad eũ seniores Jabes. Cõcede nobis septẽ dies, vt mittam⁹ nũtios ad vniuersos terminos Israel: ⁊ si non fuerit q̃ defendat nos, egrediemur ad te. Venerũt g̃ nũtij i Gabaa Saulis, ⁊ locuti sunt vba hec, audiẽte pp̃lo: ⁊ leuauit ois pp̃s vocẽ suã, ⁊ fleuit. Et ecce saul veniebat, sequens bones de agro, et ait, Quid hz pp̃s q̃ ploratꝰ? Et narrauerunt ei verba virorũ Jabes. Et insiluit spũs dñi i saul, cũ audisset vba hec, ⁊ iratus est furor eiꝰ nimis. Et assumens vtrũq; bouẽ cõcidit in frusta, misitq; in oẽs terminos Israel p̃ manũ nunciorũ dicens. Quicũq; nõ exierit, ⁊ secutꝰ fuerit Saul ⁊ Samuel, sic fiet bobꝰ eius. Inuasit ergo timor dñi pp̃lm, et egressi sunt q̃si vir vnꝰ. Et recẽsuit eos in Bezec: fuerunt q; filiorũ Israel trecẽta millia, virorũ aũt Juda triginta millia. Et dixerũt nũtijs q̃ venerãt. Sic dicetis viris, q̃ sunt i Jabes galaad, Cras erit vobis salus, cũ incaluerit sol. Venerũt ergo nuntij, ⁊ annuntiauerunt viris Jabes, q̃ letati sunt. Et dixerũt. Cras exibimus ad vos, ⁊ facietis nobis oẽ q̃ placuerit vobis. Et factũ est, cũ dies crastinꝰ venisset constituit Saul pp̃lm in tres ptes: ⁊ ingressus est media castra i vigilia matutina, ⁊ percussit Ammõ vsq; dũ incalesceret dies, reliq; autẽ dispersi sunt, ita vt non relinquerent in eis duo pariter. Et ait pp̃s ad Samuelẽ. Quis est iste q̃ dixit, Saul nõ regnabit sup nos? date viros, ⁊ interficiemꝰ eos. Et ait saul. Nõ occidet q̃squã in die hac, q̃ hodie fecit dñs salutẽ in Israel. Dixit aũt Samuel ad pp̃lm. Venite, ⁊ eamꝰ in Galgala, ⁊ inouemus ibi regnũ. Et perrexit ois pp̃s in Galgala, ⁊ fecerũt ibi regẽ saul coram dño in galgala, ⁊ immolauerũt ibi victias pacificas coram dño. Et letatꝰ est ibi saul, ⁊ cũcti viri Irl̃mi.

¶ Capituli Summarium. Quam inculpatus Samuel fuerit Israelitis. Caput. xij.

DIxit aũt samuel ad vniuersum Irl̃. Ecce audiui vocẽ vr̃am iuxta oĩa q̃ locuti estis ad me, ⁊ q̃stitui sup vos regẽ. Et nũc rex graditur añ vos: ego aũt senui, ⁊ icanui, porro filij mei vobiscũ sunt. Itaq; conuersatꝰ coram vobis ab adolescẽtia mea vsq; ad hãc diẽ, ecce pñto sum. Loquimini de me coram dño, ⁊ coram xp̃o eiꝰ, vtrũ bouẽ cuiusquã tulerim, aut asinũ. Si quẽpiã calũmatus sum, si oppressi aliquẽ, si de manu cuiusquã munꝰ accepi: ⁊ cõtẽna illud hodie, restituã q̃s vobis. Et dixerũt. Nõ es calũmiatꝰ nos, neq; oppressisti nec tulisti de manu alicuiꝰ quippiã. Dixitq; ad eos. Testis est dñs aduersum vos, ⁊ testis xp̃s eiꝰ in die hac, q̃ nõ inueneritis in manu mea q̃ppiã. Et dixerunt. Testis. Et ait samuel ad pp̃lm, dñs q̃ fecit Moysen ⁊ Aaron, ⁊ eduxit patres nr̃os de terra Egypti, adest: Nũc ergo state vt iudicio cõtẽdã aduersuz vos coram dño de oĩbꝰ misericordijs dñi, q̃s fecit vobiscũ, et cũ patribꝰ vr̃is: quo Jacob ingressus est Egyptũ, ⁊ clamauerũt pr̃es vestri ad dñm: ⁊ misit dñs Moysen ⁊ Aaron, ⁊ eduxit pr̃es vr̃os de Egypto, ⁊ collocauit eos in loco hoc. Qui obliti sunt dñi dei sui, ⁊ tradidit eos in manus Sisare magistri militie Asor, ⁊ i manu Philisthinorũ ⁊ in manu regis Moab, et pugnauerũt aduersum eos. Postea aũt clamauerũt ad dominũ, ⁊ dixerunt. Peccauimꝰ, q̃ dereliquimus dñm, ⁊ seruiuimꝰ Baalim ⁊ astaroth: nũc ergo erue nos de manu inimicorũ nr̃orũ, ⁊ seruiemꝰ tibi. Et misit dñs Jerobaal ⁊ Badã ⁊ Barach ⁊ Jephte ⁊ samuel, ⁊ eruit vos ō manu inimicorũ vestrorũ p̃ circuitũ, ⁊ habitastis q̃fidẽter. Uidẽtes aũt q̃ naas rex filiorũ ammõ venisset aduersum vos, dixistiꝰ mihi, nequaq̃, sed rex ipabit nobis, cũ dñs deꝰ vester regnaret in vobis Nũc ergo pñto ẽ rex vester, quẽ elegistis ⁊ petistis: ecce dedit vobis dñs regẽ. Si timueritis dñm, ⁊ seruieritis ei, ⁊ audieritis vocẽ eius, ⁊ nõ exasperaueritis os dñi: eritis ⁊ vos, et rex q̃ imperat vobis sequẽtes dñm deũ vr̃m. Si aũt nõ audieritis vocẽ dñi: sed exasperaueritis sermones eiꝰ, erit manꝰ dñi super vos, ⁊ sup pr̃es vr̃os. Sed ⁊ nũc state, ⁊ videte rẽ istã grãdez, quã facturus est dñs i cõspectu vr̃o. Nũquid nõ messis tritici est hodie: inuocabo dñm, ⁊ dabit voces, ⁊ pluuias: ⁊ scietis ⁊ videbitis q̃ grãde malũ feceritis vobis in cõspectu dñi, petentes sup vos regem ⁊ clamauit samuel ad dñm, et dedit dñs voces ⁊ pluuias in illa die. Et timuit oĩs pp̃s nimis dñm ⁊ Samuelez. Et dixit vniuersus pp̃s ad Samuelem, Ora

B
C
D Supra. r.d.
E Infra. x. v.
A
Eccles. xlvj.d.
B
Genes. xxvj.a.
iud. iij.a
iud. vj.c.
E
A
D

pro seruis tuis ad dñm deū tuū, vt nō moriamur. addidim⁹ enī vniuersis peccatis nr̄is malū, vt peterem⁹ nobis regē.
Dixit autē Samuel ad pp̄lm. Nolite timere, vos fecistis vniuersum malū hoc: verūtn̄ nolite recedere a tergo dñi, & seruite dño in oi corde vr̄o. Et nolite declinare post vana, q̄ nō p̄dērūt vobis, neq; eruēt vos, q̄ vana sunt: & nō derelinquet dñs pp̄lm suū, ppter nomen suū magnū: q̄ iurauit dñs facere vos sibi pp̄lm. Absit aūt a me hoc petm̄ i dño, vt cessem orare p vobis, & docebo vos viā bonā & rectam. Jgit timete dñm, & seruite ei in veritate ex toto corde vr̄o. vidistis enī magnifica, q̄ in vobis gesserit. Quod si perseueraueritis in malitia: & vos & rex vester pariter peribitis.

¶ Capitu. Summarium. Philistiei maximo apparatu bellico contra Jsrahelem armantur. Caput. xiij.

A Jlius vni⁹ anni erat Saul cū regnare cepisset: duobus autem annis regnauit super Jsrael. Et elegit sibi Saul tria millia de Jsrael: et erant cū Saul duo millia in Machmas, & in monte Bethel: mille autem cum Jonatha in Gabaa Beniamin. porro ceterum populum remisit vnumquemq; in tabernacula sua. Et percussit Jonathas stationem Philistheorū, que erat i Gabaa. Quod cū audissent Philisthiim, Saul cecinit buccina in omni terra, dicēs. Audiant Hebrei. Et vniuers⁹ Jsrael audiuit huiuscemodi famā. Philistei percussit Saul stationē Philistheorū: & erexit se Jsrael aduersus Philisthiim. Clamauit ergo populus post Saul in Galgala. Et Philisthiim congregati sunt ad prelīandū cōtra Jsrl, triginta millia curruū, & sex millia equitū, & reliquū vulg⁹, sicut arena que est in littore maris plurima. Et ascēdentes castrametati sunt in Machmas ad orientē Bethauen. Q̄ō cum vidissent viri Jsrael se in arcto positos (afflict⁹ enī erat popul⁹) abscōderūt se in spelūcis, & in abditis, in petris q̄s, in antris, & in cisternis. Hebrei aūt trāsierūt Jordanem in terram Gad & Galaad. Cūq; adhuc esset Saul in Galgala, vniuersus populus perterrit⁹ est, qui sequebat eū. Et expectauit septē dieb⁹ iuxta placitū Samuelis, & nō venit Samuel in Galgala: dilapsusq; est popul⁹ ab eo. Ait ergo Saul. Afferte mihi holocaustum, & pacifica. Et obtulit holocaustum. Cumq; cōpleuisset offerēs holocaustum, ecce Samuel veniebat: & egressus est Saul obuiam ei, vt saluaret eū. Locutusq; est ad eum Samuel. Quid fecisti? Rūdit Saul. Quia vidi q̄ populus dilaberet a me, & tu nō veneras iuxta placitos dies, porro Philisthiim congregati fuerāt in Machmas, dixi. Nunc descendent Philisthiim ad me in Galgala, & faciē dñi nō placaui. Necessitate compulsus, obtuli holocaustū dño. Dixitq; Samuel ad Saul. Stulte egisti, nec custodisti mandata domini dei tui, q̄ precepit tibi. Q̄ō si nō fecisses, iam nūc p̄parasset dñs regnum tuum super Jsrael in sempiternū, q̄s nequaquā regnū tuum vltra cōsurget. Quesiuit dñs sibi virū iuxta cor suū: & precepit ei dñs vt esset dux super pp̄lm suū, eo q̄ nō seruaueris que p̄cepit dñs. Surrexit aūt Samuel, & ascēdit de Galgalis in Gabaa Beniamin. Et reliq⁹ pp̄l⁹ ascēderunt post Saul obuiā pp̄lo, qui expugnabant eos venētes de Galgala in Gabaa, in colle Bēiamin. Et recēsuit Saul pp̄l⁹, q̄ inuēti fuerāt cū eo, quasi sexcētos viros: & Saul, & Jonathas filī⁹ eius, populiq; q̄ inuētus fuerat cū eis erat in Gabaa Beniamin: porro Philisthiim confederant in Machmas. Et egressi sunt ad p̄liādū de castris Philistheorū tres cunei. vn⁹ cune⁹ pgebat p viā Ephraim ad terrā Saul, porro alt⁹ ingrediebat p viā Bethhoron. tertius aūt verterat se ad iter termini, i terra Sabaa imminētus vallis Seboim & desertū. Porro faber ferrari⁹ nō inueniebat in oi terra Jsrael. cauerāt enī Philisthiim, ne forte facerēt Hebrei gladiū aut lanceā. Descēdebat ergo omnis Jsrael ad Philisthiim, vt eracueret vnusq̄sq; vomerē suū, & ligonē & securim, & sarculū. Retuse itaq; erant acies vomerum, & ligonum, & tridentum, & securium, vsq; ad stimulum corrigendum. Cumq; venisset dies prelij, nō est inuentus ensis & lancea in manu totius populi qui erat cū Saule & Jonatha excepto Saul & Jonatha filio eius. Egressa est autē statio Philisthiim, vt transcenderet in Machmas.

¶ Capituli Summarium. Jonathas percussa statiōe Philistheorū vir mortē a patre cōminatā euadit. Caput. xiiij.

Jt accidit in quadā die vt diceret Jonathas filius Saul ad adolescētē armigerū suū. Veni & transeamus ad stationē Philistheorū, que est trās locum illū. Patri aūt suo hoc ipsum non indicauit. Porro Saul morabat in extrema parte Gabaa sub malo granato, que erat in agro Gabaa: & erat populus cū eo quasi sexcētorū virorū. Et Achias filī⁹ Achitob fratris Jchabod filij Phinees, q̄ ort⁹ fuerat ex Heli sacerdote dñi in Silo, portabat Ephod. Sed & pp̄l⁹ ignorabat quo isset Jonathas. Erāt aūt inter ascensus per q̄s nitebat Jonathas trāsire ad stationē Philistheorū, eminentes petre ex vtraq; parte, & quasi in modū dētiū scopuli hinc inde prerupti, nomē vni Boses, & nomē alteri Sene: vnus scopulus prominēs ad aquilonem ex aduerso Machmas, & alter ad meridiē cōtra Gabaa. Dixit aūt Jonathas ad adolescētē armigerū suū. Veni, trāseamus ad stationem incircunciso⁹ horū, si forte faciat dñs pro nobis: q̄ nō est dño difficile saluare vel in multis, vel in paucis. Dixitq; ei armiger suus. Fac oīa que placēt animo tuo: perge quo cupis, & ero tecum vbicūq; volueris. Et ait Jonathas, Ecce nos transimus ad viros istos. Cūq; apparuerimus eis, si taliter locuti fuerint ad nos. Manete, donec veniam⁹ ad vos: stemus in loco nostro, nec ascendam⁹ ad eos. si autem dixerint. Ascendite ad nos: ascēdamus, quia tradidit eos dñs in manibus nostris, & hoc erit nobis signū. Apparuit igit vtraq; statio Philistheorū: dixeruntq; Philisthiim. En Hebrei egrediunt de cauernis, in quibus absconditi fuerant. Et locuti sunt viri de statione ad Jonathan, & ad armigerum suum, dixerūtq;. Ascendite ad nos, & ostendemus vobis rem. Et ait Jonathas ad armigerum suum. Ascendamus, sequere me: tradidit enī dñs eos in manus Jsrael. Ascendit autem Jonathas manibus & pedib⁹ reptās, & armiger eius post eū. Jta q̄q; cū vidissent facie Jonathe. alij cadebant ante Jonathan, alios armiger ei⁹ interficiebat sequens eum. Et facta est plaga prima, qua percussit Jonathas & armiger eius, quasi viginti virorū in media pte iugeris, quā par boū in die arare q̄suenit. Et factū est miraculū in castris p agros: sed & ois pp̄l⁹ stationis eorū: q̄ erant ad p̄dādū, obstupuit, & cōturbata est terra, & accidit quasi miraculum a deo. Et respexerunt speculatores Saul, q̄ erant in Gabaa Beniamin, et ecce multitudo prostrata, et huc illuc q̄ diffugiens. Et ait Saul populo que rat cū eo. Requirite, & videte quis abierit ex nobis. Cumq; requisissent, repertum est non adesse Jonathan, et armigerum eius. Et ait Saul ad Achiam. Applica arcam dei. Erat enim ibi arca dei in die illa cū filijs Jsrael. Cūq; loqueretur Saul ad sacerdotem, tumultus magnus crescebat est in castris Philistheorum: crescebatq; paulatim, & clarius resonabat. Et ait Saul ad sacerdotē. Contrahe manum tuam. Conclamauit ergo Saul, & omnis populus qui erat cum eo, et venerunt vsq; ad locum certaminis: et ecce versus fuerat gladius vnius cuiusq; ad proximum suum et cedes magna nimis. Sed et Hebrei qui fuerant cum Philisthiim heri & nudiustert⁹, ascenderantq; cū eis in castris, reuersi sunt vt essent cū Jsrael qui erāt cū Saul et Jonatha. Omnes q̄q; Jsraelite qui se absconderāt in mōte ephraim, audientes q̄ fugissent Philisthei, sociauerunt se cum suis in prelio. Et erant cum Saul, quasi decem millia virorum, et saluauit dominus deus Jsrael in die illa. pugna autem peruenit vsq; ad Bethauen. Et viri Jsrael sociati sunt sibi in die illa: adiurauit aūt Saul pp̄lm, dicens. Maledictus vir qui comederit panē vsq; ad vesperū, donec vlciscar de inimicis meis. Et non māducauit vniuersus populus panem: omneq; terre vulgus venit in saltum, in quo erat mel super faciem agri. Jngressus est itaq; populus saltum, et apparuit fluēs mel, nullusq; applicuit manū ad os suum.

timebat

timebat enim populus iuramentū. Porro Jonathas non audierat cū adiuraret pr̃ eis pp̃lm: extēditq; summitatem virge, quā habebat in manu, & intinxit in fauū mellis: & cōuertit manū suā ad os suū, & illuminati sunt' oculi eius. Rñdensq; vnus de pp̃lo, ait. Juramēto cōstrinxit pr̃ tuus populū, dicēs. Maledictus vir, q̃ comederit panē hodie. defecerat aūt pp̃s. Dixitq; Jonathas. Turbauit pater meus terrā: vidistis ipsi q̃ illuminati sunt oculi mei, eo q̃ gustauerim paululum de melle isto: quanto magis si comedisset pp̃s de preda inimicor̄ suor̄, quā reperit: nōne maior plaga facta fuisset in Philisthijm: Percusserunt ergo in die illa Philistheos a machmis vsq; in Ayalō. Defatigat⁹ est aūt pp̃s nimis, & versus ad predā tulit oues, & boues, & vitulos, & mactauerunt in terra: comeditq; pp̃s cū sanguine. Nūtiauerūt aūt Sauli dicētes q̃ pp̃s peccasset dño, comedēs cū sanguine. Qui ait, p̃uaricati estis: voluite ad me iam nunc sarū grāde. Et dixit Saul. Dispergimini in vulgus, & dicite eis vt adducat ad me vnusquisq; bouē suum & arietem, & occidite super istud, & vescimini, et nō peccabitis dño comedētes cū sanguine. Addixit itaq; oīs pp̃s vnusquisq; bouē in manu sua vsq; ad noctē, & occiderūt ibi. Edificauit aūt Saul altare dño: tuncq; primū cepit edificare altare dño. Et dixit Saul. Irruamus super Philistheos nocte, & vastem⁹ eos vsquedū illucescat mane, nec relinquamus ex eis vir. Dixitq; pp̃s. Omne q̃d bonū videt in oculis tuis, fac. Et ait sacerdos. Accedamus huc ad deū. Et cōsuluit Saul dñm dicēs. Nū psequar Philisthijs: si trades eos in man⁹ Jsrael: Et nō rñdit ei in die illa. Dixitq; Saul, Applicate huc vniuersos angulos populi: & scitote, & videte per quē acciderit peccatū hoc hodie. Viuit dñs saluator Jsrael, quia si per Jonathā filiū meū factū est, absq; retractatiōe morietur. Ad q̃d null⁹ cōtradixit ei de oī pp̃lo. Et ait ad vniuersum Jsrael. Separamini vos in partē vnā, & ego cū Jonatha filio meo ero in parte altera. Rñditq; pp̃s ad Saul. Quod bonū vr̃ in oculis tuis, fac. Et dixit Saul ad dñm deū Jsrael. Dñe deus da iudiciū, q̃d est q̃ nō rñderis seruo tuo hodie. Si in me aut in Jonatha filio meo est iniquitas hec, da oīsionē. aut si hec iniq̃tas est in pp̃lo tuo, da sanctitatē. Et deprehensus est Jonathas & Saul, pp̃s autem exiuit. Et ait Saul. Mittite sortē inter me, & inter Jonathan filiū meū. Et captus est Jonathas. Dixit autem Saul ad Jonathan. Indica mihi q̃d feceris. Et indicauit ei Jonathas, & ait, Gustās gustani in summitate virge. q̃ erat in manu mea, paululum mellis, et ecce ego morior. Et ait Saul. Hec faciat mihi deus, et hec addat quia morte morieris Jonatha. Dixitq; populus ad Saul. Ergo ne Jonathas morietur, q̃ fecit salutē hanc magnā in Jsrael: hoc nefas est: viuit dñs, si ceciderit capill⁹ de capite eius in terrā, q̃ cū deo operat⁹ est hodie. Liberauit ergo pp̃s Jonathan, vt non moreret. Recessitq; Saul, nec psecutus est Philisthijm: porro philisthijm abierūt i loca sua. Et saul confirmato regno sup Jsrael, pugnabat p̃ circuitū aduersus oēs inimicos eius, Moab, & filios Ammon, & Edom, et reges Soba, & Philistheos: & q̃cūq; se verterat supabat. Cōgregatoq; exercitu percussit Amalec, & eruit Jsrl̃ de manu vastator̄ eius. Fuerūt aūt filij Saul, Jonathas, Jessui, & Melchisua: & noīa duarū filiar̄ eius, nomē primogenite Merob, & nomē minoris Michol. Et nomē vxoris Saul, Achinoem filia Achimaas: & nomē principis militie eius Abner, filius Ner, patruelis Saul. Porro cis fuerat pater Saul, & Ner pr̃ Abner, filius Abiel. Erat aūt bellū potēs aduersum Philistheos omnib⁹ diēb⁹ Saul. Nā quēcūq; viderat Saul virū fortē, & aptū ad preliū, sociabat eū sibi.

¶ Capitulū Summariū. Saul amouetur regno, q̃ imperium domini non executus est. Caput.xv.

Dixit Samuel ad saul. Me misit dñs, vt vngerē te in regē sup pp̃lm eius Jsrael: nūc ergo audi vocē dñi. Hec dicit dñs exercituū. Recensui q̃cūq; fecit Amalec Jsrael, quō restitit ei in via cū ascenderet de Egypto. Nūc ergo vade, & percute amalec. & demolire vniuersa ei⁹: nō pcas ei: & nō cōcupiscas ex reb⁹ ipsi⁹ aliq̃d: sed interfice a viro vsq; ad mulierē, & parulū atq; lactētē, bouē & ouē, camelū & asinum. Precepit itaq; Saul pp̃lo, & recensuit eos quasi agnos: ducēta milia peditū, & decē milia virorū Juda. Cūq; venisset Saul vsq; ad ciuitatē Amalec, tetēdit insidias in torrēte. Dixitq; Saul Cineo, Abite, recedite atq; discedite ab Amalec: ne forte inuoluā te cū eo. tu enī fecisti mīam cū oīb⁹ filijs Jsrael, cū ascenderent de Egypto. Et recessit Cineus de medio Amalec. Percussitq; saul Amalec ab Euila, donec venias ad sur, q̃ est ex regiōe Egypti. Et apprehēdit Agagregē Amalec viuū: oē aūt vulgus interfecit in ore gladij. Et pepcit saul & pp̃lo, Agag, & optimis gregib⁹ ouū & armētor̄, & vestib⁹ & arietib⁹, & vniuersis q̃ pulchra erāt, nec voluerūt disperdere ea. q̃cq̃d vero vile fuit & reprobū, hoc demoliti sunt. Factū est aūt vbū dñi ad samuel, dicēs. Penitet me q̃ constituerim saul regē: q̃ dereliqt me, & verba mea ope nō implenit. Contristatusq; est samuel, & clamauit ad dñm tota nocte. Cūq; de nocte surrexisset samuel, vt iret ad saul mane, nūtiatū est samueli, eo q̃ venisset saul in Carmelum, & erexisset sibi formā triūphalē, & reuersus trāsisset, descēdisset, q; in Galgala. Venit ergo samuel ad saul, & saul offerebat holocaustum dño de initijs p̃dar̄ q̃ attulerat ex Amalec. Et cū venisset Samuel ad saul. dixit ei saul. Bñdictus tu a dño, implenī verbū dñi. Dixitq; Samuel. Et q̃ est hec vox gregū q̃ resonat in auribus meis, & armētor̄ quā ego audio: Et ait Saul. De Amalec adduxerūt ea: pepercit enī pp̃s melioribus ouibus & armētis vt immolarent dño deo tuo, reliqua vero occidim⁹. Ait aūt samuel ad saul. Sine me, & indicabo tibi q̃ locut⁹ sit dñs ad me nocte. Dixitq; ei. Loquere. Et ait samuel. Nōne cū parul⁹ esses in oculis tuis, caput in tribub⁹ Jsrael factus es: vnxitq; te dñs in regē super Jsrl̃, & misit te dñs in viā, & ait. Vade, & interfice peccatores Amalec, & pugnabis ꝺ eos vsq; ad internecionē eor̄. Quare ergo nō audisti vocē dñi: sed versus ad predā es, & fecisti malū in oculis dñi: Et ait Saul ad Samuelē. Imo audiui vocē dñi, & ambulaui in via per quā misit me dñs, & adduxi Agag regē Amalec, & Amalec interfeci. Tulit aūt de p̃da pp̃s oues & boues p̃mitias eor̄ q̃ cesa sunt, vt immolet dño deo suo in Galgalis. Et ait samuel. Nunq̃d vult dñs holocausta & victimas, & non potius vt obediat̃ voci dñi: Melior est enī obediētia quam victime: et auscultare, magis q̃ offerre adipē arietū. q̃m ꝺ pctm̃ ariolādi est, repugnare: et quasi scelus idolatrie, nolle acquiescere. Pro eo ergo q̃ abiecisti sermonē dñi: abiecit te, ne sis rex. Dixitq; saul ad samuelē. Peccaui, q̃ preuaricat⁹ sum sermonē dñi, et verba tua, timēs pp̃lm, & obediēs voci eor̄. Sed nūc porta quaso peccatū meū, & reuertere mecū vt adorē dñm. Et ait Samuel ad saul. Non reuertar tecū, q̃ piecisti sermonē dñi, et proiecit te dñs, ne sis rex sup Jsrael. Et conuersus est samuel vt abiret: ille aūt apprehēdit summitatē pallij ei⁹ q̃ & scissa est. Et ait ad eū samuel. Scidit dñs regnū Jsrael a te hodie, & tradidit illud primo tuo meliori te. Porro triumphator in Jsrael nō parcet, & penitudine nō flectet, neq; enī homo est, vt agat penitentiam. Ait ille ait. Peccaui: sed nunc honora me coram senioribus populi mei, et coram Jsrael, et reuertere mecum, vt adorem dominum deum tuum. Reuersus ergo samuel secutus est saulē: & adorauit saul dñm. Dixitq; Samuel. Adducite ad me Agag regez Amalec. Et oblatus est ei Agag pinguissimus. Et dixit Agag. Sic cine separat amara mors: Et ait Samuel. Sicut fecit absque liberis mulieres gladius tuus, sic absq; liberis erit inter mulieres mater tua. Et in frusta concidit eū samuel coram domino in Galgalis. Abijt autem samuel in Rama tha, saul vero ascendit in domum suam in Gabaa. Et non vidit samuel vltra Saul vsq; ad diem mortis sue: verumtamen lugebat Samuel saulem, quoniam dominum penitebat q̃ constituisset regem Saul super Jsrael.

¶ Capitulū Summariū. Eligitur in Dauid regē, & Saul corripitur malo spiritu. Caput.xvj.

A

Dixitq̄ dñs ad samuelē. Usqueqū tu leges Saul, cū ego piecerim eū ne regnet sup Jsrael: imple cornu tuū oleo, ⁊ vem, vt mittā te ad Jsai Bethlehemitē: puidi enī in filijs eius mihi regē. Et ait samuel. Quō vadā audiet enī Saul, ⁊ interficiet me. Et ait dñs. Vitulū de armēto tolles in manu tua, ⁊ dices. Ad immolādū dño veni. Et vocabis Jsai ad victimā, ⁊ ego ondā tibi qd facias: ⁊ vnges quēcūq̄ mōstrauero tibi. Fecit ergo Samuel sicut locut⁹ est ei dñs. Venitq̄ in Bethlehē, ⁊ admirati sunt seniores ciuitatis, occurrētes ei, dixerūtq̄. Pacificus ne est ingressus tuus? Et ait. Pacifice: ad immolandū dño veni. sanctificamini, ⁊ venite mecū vt immolē. Sctificauit ergo Jsai ⁊ filios ei⁹, ⁊ vocauit eos ad sacrificium. Cūq̄ ingressi essent, vidit Eliab ⁊ ait. Plū corā dño est xp̄s ei⁹? Et dixit dñs ad Samuelē. Ne respicias vultū eius, neq̄ altitudinē stature eius: quī abieci eū, nec iuxta intuitum hois ego iudico. hō enī videt ea q̄ parent, dñs aūt intuetur cor. Et vocauit Jsai Abinadab, ⁊ adduxit eum corā Samuele. Qui dixit. Nec hunc elegit dñs. Et adduxit antē Jsai Sāma. de quo ait. Etiā hūc non elegit dñs. Adduxit itaq̄ Jsai septē filios suos corā Samuele: ⁊ ait samuel ad Jsai, Nō elegit dñs ex istis. Dixitq̄ samuel ad Jsai. Nūqd iā cōpleti sunt filij? Qui rñdit. Adhuc reliqu⁹ est puer⁹, ⁊ pascit oues. Et ait samuel ad Jsai. Mitte, ⁊ adduc eum: nec enim discumbem⁹ prius q̄ huc ille veniat. Misit ergo ⁊ adduxit eum. erat aūt rufus, ⁊ pulcher aspectu, decorāq̄ facie, ⁊ ait dñs. Surge, ⁊ vnge eū, ipse est enī. Tulit ergo samuel cornu olei, ⁊ vnxit eū in medio fratrū ei⁹: ⁊ directus est spūs dñi a die illa in Dauid, ⁊ deinceps: surgēsq̄ samuel abyt in Ramatha. Spiritⁿ aūt dñi recessit a Saul, ⁊ exagitabat eum spūs nequā a dño. Dixerūtq̄ serui saul ad eū. Ecce spiritⁿ dñi malⁿ exagitat te. Jubeat dñs nr̄, et serui tui q̄ coram te sunt, querēt hoiez scientē psallere cithara: vt qñ arripuerit te spūs dñi malus, psallat manu sua, ⁊ leuius feras. Et ait Saul ad seruos suos. Prouidete ergo mihi aliquez bene psallentem, ⁊ adducite eū ad me. Et rñdēs vnus de pueris, ait. Ecce vidi filiū Jsai Bethelehemitē scientē psallere: et fortissimū roboze, ⁊ virū bellicosum, ⁊ prudētē in verbis, et virū pulchrū: ⁊ dñs est cū eo. Misit ergo Saul nuntios ad Jsai, dicēs. Mitte ad me Dauid filiū tuū, q̄ est in pascuis. Tulit ergo Jsai asinū plenū panibus, ⁊ lagenā vini: ⁊ hedū de capris vnū, ⁊ misit p manū Dauid filij sui Sauli. Et venit Dauid ad Saul, ⁊ stetit corā eo: at ille dilexit eū nimis, et factus est eius armiger. Misitq̄ Saul ad Jsai, dicens. Stet Dauid in cōspectu meo: inuenit enim gr̄am in oculis meis. Igit̄ qñcūq̄ spūs dñi arripiebat saul, Dauid tollebat citharā, ⁊ percutiebat manu sua, ⁊ refocillabat Saul, ⁊ leuius habebat, recedebat enim ab eo spiritus malus.

B

Psal. vij.c.

ij. Regū. vij.b.

C psall. lxxvij.d. et lxxxviij. b. act. viij.f. xiij.d.

D

C. S. Vincit Dauid Goliath philistheū. Caput xvij.



A

Congregātes aūt Philisthym agmīa sua in prelīū, cōuenerūt i Socho Jude: ⁊ castrametati sunt inter socho ⁊ Azeca in finib⁹ Dommim. Porro saul ⁊ filij Jsrl cōgregati venerūt i vallē terebinthi, ⁊ direxerūt aciē ad pugnandū cū Philisthym. Et philisthym stabāt sup montē ex pte hac, ⁊ Jsrael stabat supra mōtē ex altera pte: ⁊ vallis erat iter eos. Et egressus est vir spurius de castris Philisthinorū nōie Goliath, de Geth, altitudinis sex cubitorum ⁊ palmi: et cassis erat sup caput eius: ⁊ lorica squamata induebat. porro pōd⁹ loricē ei⁹ quīq̄ millia siclorū eris erat ⁊ ocreas ereas hēbat i cruribus: et clypeus ereus tegebat humeros ei⁹. hastile aūt hastē eius erat quasi liciatorū texētiū. ipm aūt ferrū hastē ei⁹ sexcētos siclos habebat ferri: ⁊ armiger eius ante cedebat eū. Stāsq̄ clamabat aduersus phalāgas Jsrael ⁊ dicebat eis. Quare venistis pati ad plūm: nūqd ego nō sum Philistheus, ⁊ vos serui Saul? Eligite ex vobis virū, ⁊ descēdat ad singulare certamē. si querit pugnare mecū, ⁊ percusserit me, erim⁹ vobis serui: si aūt ego pualuero, ⁊ peremero eum, vos serui eritis, ⁊ seruietis nobis. Et aiebat Philistheus. Ego exprobraui agminib⁹ Jsrael hodie. Date mihi virū, ⁊ meat mecū singulare certamen. Audiens aūt Saul, ⁊ oēs Jsraelite sermones Philisthei huiusce modi, stupebāt, ⁊ metuebant nimis. Dauid antē erat filius viri Ephrathei, de quo supra dictū est, de Bethlehē Juda, cui nomen erat Jsai, q̄ habebat octo filios, ⁊ erat vir in die⁹ Saul senex, ⁊ grādeuus inter viros. Abierūt aūt tres filij eius maiores post Saul in prelīū: ⁊ noīa triū filioz eius q̄ prexerūt ad bellū. Eliab primogenitus, ⁊ secūs Abinadab, tertiⁿ q̄ qz Samma. Dauid antē erat minim⁹. Trib⁹ ergo maiorib⁹ secutis saulē, abyt Dauid, ⁊ reuersus est a Saul, vt pasceret gregē p̄is sui in Bethlehē. Procedebat vero Philistheus mane ⁊ vespere, ⁊ stabat q̄draginta die⁹. Dixit aūt Jsai ad Dauid filiū suū. Accipe frib⁹ tuis ephi polēte, ⁊ decē panes istos, et curre i castra ad fratres tuos, ⁊ decē formellas casei has deferes ad tribunū: ⁊ fratres tuos visitabis, si recte agant, ⁊ cū quibus ordinati sunt, disce. Saul aūt ⁊ illi, ⁊ oēs filij Jsrael, in valle terebinthi pugnabāt aduersum Philisthym. Surrexit itaq̄ Dauid mane, ⁊ cōmēdauit gregē custodi, ⁊ onustus abyt, sicut p̄ceperat ei Jsai. Et venit ad locū Magala, ⁊ ad exercitum, qui egressus ad pugnā vociferatus erat in certamine. Direxerat enī aciem Jsrael, sed ⁊ philisthiz exaduerso fuerāt pparati. Dereliquēs ergo Dauid vasa q̄ attulerat sub manu custodis ad sarcinas, cucurrit ad locū certaminis, ⁊ interrogabat si oia recte agerent erga fratres suos. Cumq̄ adhuc ille loqueret eis, apparuit vir ille spurius ascēdēs, Goliath noīe, Philistheus, de Geth, de castris Philisthinorū: ⁊ loquēte eo hec eadē verba, audiuit Dauid. Oēs aūt Jsraelite, cū vidissent virum, fugerūt a facie eius, timētes eū valde. Et dixit vnus ex Jsrl, Nūquid vidistis virū hūc q̄ ascēdit? ad exprobrādū enī Jsrael, ascendit. Virū ergo q̄ percusserit eū ditabit rex diuitijs magnis, ⁊ filiā suā dabit ei, ⁊ domū patris ei⁹ faciet absq̄ tributo in Jsrael. Et ait Dauid ad viros qui stabant secum, dicēs. Quid dabit viro q̄ percusserit Philistheū hūc ⁊ tulerit opprobriū de Jsrael? quis est enī hic Philistheus incircūcisus q̄ exprobrauit aciē dei viuētis? Referebat autem ei ppls eundē sermonē, dicens. Hec dabunt viro q̄ percusserit eū. Quod cū audiisset Eliab frater eius maior, loquēte eo cū aliis, iratⁿ est in Dauid ⁊ ait. Quare venisti, ⁊ quare dereliquisti pauculas oues illas in deserto? ego noui superbiam tuā ⁊ nequitiā cordis tui: q̄ vt videres plīū, descendisti. Et dixit Dauid. Quid feci: nūqd nō verbū est? Et declinauit paululū ab eo ad alium: dixitq̄ eūdem sermonē. Et rñdit ei ppls verbū sicut prius. Audita sunt aūt verba que locut⁹ est Dauid, ⁊ annūciata in cōspectu Saul. Ad quē cū fuisset adductus, locutus est ei. Non cōcidat cor cuiuspiam in eo: ego seruus tuus vadā, ⁊ pugnabo aduersus Philistheū. Et ait Saul ad Dauid. Non vales resistere Philistheo isti, nec pugnare aduersus eū: q̄ puer es, hic aūt vir bellator est ab adolescētia sua. Dixitq̄ Dauid ad Saul. Pascebat seruus tuus patris sui gregem, et veniebat leo vel vrsus, ⁊ tollebat arietem de medio gregis, et persequebar eos, ⁊ percutiebam, eruebamq̄ de ore eorum. ⁊ illi consurgebant aduersum me, ⁊ apphēdebā mētū eorū, ⁊ suffocabā interficiebamq̄ eos. Nam ⁊ leonem ⁊ vrsum interfecit ego seruus tuus: erit igitur ⁊ Philistheus hic incircūcisus

B

Supra xvij.a.

D

Ecclesi. xlvij.a.

E

quasi vnus

quasi vnus ex eis. Nunc vadam & auferam opprobrium po-
E pulo: quoniam quis est iste Philisthæus incircucisus: qui a
ausus est maledicere exercitui dei viuentis. Et ait Dauid
dñs qui eripuit me de manu leonis & de manu ursi, ipse me
liberabit de manu Philisthæi huius. Dixit autem Saul
ad Dauid. Vade, & dominꝰ tecū sit. Et induit Saul Da-
uid vestimentis suis & imposuit galeam æream super caput
eius & vestiuit eum lorica. Accinctus ergo Dauid gladio
eius super vestē suam, cepit tētare si armatus posset incede-
re: nō enī habebat cōsuetudinē. Dixitq; Dauid ad Saul,
Nō possum sic incedere, q; nō vsum habeo. Et deposuit ea,
& tulit baculū suum quē semp habebat in manibus: & elegit
sibi quinq; limpidissimos lapides de torrēte, & misit eos in
peram pastoralem quā habebat secū, & fundā manu tulit:
& processit aduersum Philisthæum. Ibat aūt Philisthæꝰ
incedēs, & appropinquās aduersum Dauid, & armiger eiꝰ
ante eū. Cūq; inspexisset Philisthæus, et vidisset Dauid
F despexit eū. Erat aūt adolescēs rufus, & pulcher aspectu. Et
dixit Philisthæus ad Dauid. Numquid ego canis sum, q; tu
venis ad me cū baculo? Et maledixit Philisthæꝰ Dauid
in dijs suis: dixitq; ad Dauid. Veni ad me, & dabo carnes
tuas volatilibus celi, & bestijs terre. Dixit aūt Dauid ad
Philisthæū. Tu venis ad me cū gladio, & hasta, & clypeo:
ego autem venio ad te in nomine domini exercituum dei
agminum Israel, quibus exprobrasti hodie, & dabit te dñs
in manu mea, & percutiā te, & auferā caput tuū a te, & dabo
cadauera castrorum Philisthæorum hodie volatilibus celi, et
bestijs terre: vt sciat omnis terra quia est deus in Israel. Et
nouerit vniuersa ecclesia hec q; non in gladio nec in hasta
saluat dñs: ipsius enī est bellū, & tradet vos in manus nr̄as.
Cum ergo surrexisset Philisthæus, & veniret, & appropiqua
ret cōtra Dauid, festinauit Dauid, & cucurrit ad pugnā
er aduerso Philisthæi. Et misit manū suā in peram, tulitq;
f. Mach. iiij. d. psal. lxxvij. d. vnum lapidē, & fundā iecit, & percussit Philisthæū in fronte:
& infixus est lapis in frōte eius, & cecidit in faciē suā super
terrā. Prenaluitq; Dauid aduersum Philisthæū i funda
& lapide, percussumq; Philisthæū interfecit. Cūq; gladiū
non haberet in manu Dauid, cucurrit, & stetit super Phi-
listhæum, & tulit gladiū eius, & eduxit eum de vagina sua: &
interfecit eū, & decidit caput eius. Videntes aūt Philisthæi
G quod mortuus esset fortissimus eorum, fugerūt. Et cōsurgentes
viri Israel & Iuda vociferati sunt, & persecuti sunt Phi-
listhæos vsquedū veniret i vallē, & vsq; ad portas Accarō:
ceciderūtq; vulnerati de Philisthæis in via Saarim, & vsq;
ad Geth, & vsq; ad Accarō. Et reuertentes filij Israel post-
quam persecuti fuerāt Philisthæos, inuaserūt castra eorū.
Assumens autem Dauid caput Philisthæi, attulit illud
in Ierusalem: arma vero eius posuit i tabernaculo suo. Eo
autē tēpore quo viderat Saul Dauid egredientem cōtra
Philisthæū, ait ad abner principē militie, de qua stirpe de-
scendit hic adolescēs Abner? Dixitq; Abner. Viuit ani-
ma tua, rex: si noui. Et ait rex. Interroga tu, cuius filius sit
iste puer. Cūq; regressus esset Dauid, percusso Philisthæo,
tulit eum abner, & introduxit coram Saule, caput Philis-
thæi habētem in manu sua. Et ait ad eum Saul. De qua
progenie es o adolescēs? Dixitq; Dauid. Filius serui tui
Isai Bethlehemite ego sum.

¶ Capituli Summariū. Saul mittitur Dauid emulum re
gni extinguere. Caput. xviij.

A Factū est: cū cōpleuisset loqui ad Saul, anima
Jonathe cōglutinata est anime Dauid, & dilexit
eum Jonathas quasi animā suā. Tulitq; enim
Saul in die illa, & nō cōcessit ei vt reuerteret in
domū patris sui. Jnierūt aūt Dauid et Jonathas fedus:
diligebat enī eum quasi animam suam. Nam expoliauit se
B Jonathas tunica qua erat indutus, & dedit iam Dauid et
reliqua vestimēta sua vsq; ad gladiū & arcū suū, & vsq; ad
baltheū. Egrediebat q; dauid ad omnia quecūq; mittebat
eū Saul, & prudēter se agebat: posuitq; eū Saul super viros
belli, et acceptus erat in oculis vniuersi populi, maximeq;
in cōspectu famulorū Saul. Porro cū reuerteretur percusso
Philisthæo Dauid, egressæ sunt mulieres de vniuersis vr-
bibꝰ Israel, cantātes, chorosq; ducētes in occursum Saul
regis in tympanis letitie & in sistris. Et præcinebāt mulieres
Eccle. xlviij. a
ludentes, atq; dicētes. Percussit Saul mille, & Dauid decē
C millia. Iratus est autē Saul nimis, et displicuit in oculis
eius sermo iste: dixitq;. Dederūt Dauid decē millia, & mihi
mille dederūt: quid ei superest, nisi solū regnū? Nō rectis ergo
oculis Saul aspiciebat Dauid a die illa & deinceps. Post
diem autē alterā, inuasit spiritus dei malus Saul, & pro-
phetabat in medio domꝰ sue, Dauid aūt psallebat manu sua,
sicut p singulos dies. Tenebatq; Saul lanceā, & misit eam,
putās q; cōfigere posset Dauid cū pariete: & declinauit Da-
uid a facie eius secūdo. Et timuit Saul Dauid: eo q; dñs
esset cū eo, & a se recessisset. Amouit ergo eū Saul a se,
& fecit eum tribunum super mille viros: & egrediebat, & in-
D grediebat in cōspectu pplī. In oībus q̄q; vijs suis Dauid
prudēter agebat, & dñs erat cū eo. Vidit itaq; Saul q; pru-
dēs esset nimis, & cepit cauere eū. Omnis aūt Israel et Juda
diligebat Dauid: ipse aūt egrediebat & ingrediebat ante
eos. Dixitq; Saul ad Dauid. Ecce filia mea maior Merob,
ipsam dabo tibi vxorē: tm̄ō esto vir fortis, & præliare
bella dñi. Saul aūt reputabat, dicēs. Nō sit manus mea in
eum, sed sit super eū manus Philisthæorū. Ait aūt Da-
uid ad Saul. Quis ego sum, aut que est vita mea, aut co-
gnatio patris mei in Israel, vt fiam gener regis? Factū est
E aūt tēpus cū deberet dari Merob filia Saul Dauid, data
est Hadrieli Molathite vxori. Dilexit autē Michol filia
Saul altera Dauid. Et nuntiatum est Saul, & placuit ei.
Dixitq; Saul, dabo eam illi, vt fiat ei in scādalū, & sit super
eum manus Philisthæorum. Dixitq; Saul ad Dauid.
In duabus rebꝰ gener meꝰ eris hodie. Et mandauit Saul
seruis suis. Loquimini ad Dauid clām me, dicētes. Ecce pla-
ces regi, & omnes serui eius diligunt te. Nūc ergo esto gener
regis. Et locuti sunt serui Saul in auribus Dauid omnia
verba hec: & ait Dauid. Num parū vr̄ vobis generū esse re
F gis: ego autē sum vir pauper et tenuis. Et renūtiauerunt
serui Saul, dicētes. Huiuscemodi verba locutꝰ est Dauid.
Dixit aūt Saul. Sic loquimini ad Dauid. Nō habet rex
spōsalia necesse: nisi tm̄ centū præputia Philisthæorum, vt
fiat vltio de inimicis regis. Porro Saul cogitabat trade-
re Dauid in manus Philisthæorum. Cūq; renūtiassent
serui eius Dauid verba q̄ dixerat Saul, placuit sermo in
oculis Dauid, vt fieret gener regis. Et post paucos dies sur
gens Dauid, abijt cum viris qui sub eo erant. Et percussit
ex Philisthæis ducētos viros: & attulit eorū ppucia, & an-
G numeraut ea regi, vt esset gener eiꝰ. Dedit itaq; Saul ei
Michol filiā suā vxorē. Et vidit Saul, & intellexit q; dñs
esset cū Dauid. Michol aūt filia Saul, diligebat eum. Et
Saul magis cepit timere Dauid, factusq; est saul inimicus
Dauid, cunctis diebꝰ. Et egressi sunt principes philisthæo-
rum, a principio aūt egressionis eorū, prudētius se gerebat
Dauid, q̄ oēs serui Saul, & celebre factū est nomē eius nimis.

¶ Capituli Summariū. Saul insidiatur Dauidi sed sal
natur per Michol. Caput. xix.

A Locutus est aūt Saul ad Jonathan filiū suū, et
ad oēs seruos suos, vt occiderēt Dauid. Porro
Jonathas filius Saul, diligebat Dauid valde.
Et indicauit Jonathas Dauid, dicens. Querit
Saul pr̄ meus occidere te: cāpropter obserua te q̄so mane,
& manebis clām, & abscōderis. Ego aūt egrediēs, stabo iuxta
patrem meum in agro, vbicunq; fuerit: & ego loquar de te
ad patrē meū, & quodcunq; videro, nuntiabo tibi. Locutus
est ergo Jonathas de Dauid bona, ad Saul patrem suū:
dixitq; ad eum. Ne peccet rex in seruum suum Dauid, quia
nō peccauit tibi, & opera eius bona sunt tibi valde, & posuit
B animā suā in manu tua: & percussit Philisthæū, & fecit dñs
salutē magnā vniuerso Israeli. Vidisti, & letatus es. quare
ergo peccas in sanguine innocio, interficiēs dō, q̄ est absq;
culpa? Qō cū audisset saul, placatꝰ voce Jonathe, iurauit

Vnit dñs,quia non occidetur. Vocauit itaq; Jonathas Dauid,& indicauit ei omnia verba hec:et introduxit Jonathas dauid ad Saul,& fuit añ cũ sicuterat heri & nudius tertiꝰ. Addotũ est aũt rursum bellũ:& egressus Dauid,pugnauit aduersum Philisthym:percussitq; eos plaga magna,& fugerũt a facie eius. Et factus est spũs dñi malus in Saul:sedebat aũt in domo sua,& tenebat lãceã,porro dauid psallebat manu sua. Et fusq; est Saul ꝓfigere dauid lãcea in pariete:& declinauit dauid a facie Saul:lãcea autẽ casso vulnere plata est in parietẽ,& dauid fugit & salvatꝰ est nocte illa. Addisit ergo Saul satellites suos i domũ dauid, vt custodirẽt eũ,& interficerẽt mane. Quod cũ annuntiasset Dauid Michol vxor sua,dicens. Nisi salvaueris te nocte hac,cras moueris:deposuit euꝫ p fenestrã,porro ille abijt & aufugit,atq; salvatꝰ est. Tulit aũt Michol statuã,et posuit eã sup lectum,& pellẽ pilosam caprarũ posuit ad caput eius,& operuit eã vestimẽtis. Addisit aũt Saul apparitores q raperẽt dauid:& ñium est ꝙ egrotaret. Rursumq; misit Saul nũtios vt viderẽt Dauid,dicens. Afferte eũ ad me in lecto,vt occidat. Cũq; venissent nũtij, inuẽtũ est simulachrũ super lectũ,& pelles caprarum ad caput eius. Dixitq; Saul ad Michol. Quare sic illusisti mihi,et dimisisti inimicum meũ,vt fugeret:Et rñdit Michol ad Saul. Quia ipse locutus est mihi,dimitte me,aliogn interficiã te. Dauid autẽ fugiens,salvatus est,& venit ad samuel in Ramatha,& nunciauit ei oia que fecerat sibi Saul:& abierũt ipse & samuel,& morati sunt in Naioth. Nuntiatũ est aũt Sauli a dicentibꝰ. Ecce Dauid in Naioth in Ramatha. Addisit ergo Saul lictores,vt raperẽt Dauid:qui cũ vidissent cuneum prophetarũ vaticinãtiũ et Samuelẽ stantẽ sup eos, factus est etiã spiritus dñi in illis,& ꝓphetare ceperũt etiaꝫ ipsi. Quod cũ nũtiatũ esset Sauli,misit & alios nũtios:prophetauerũt aũt & illi. Et rursuꝫ misit Saul tertios nũtios: qui & ipsi prophetauerũt. Ad vltimũ etiam ipse iit Ramatha,& venit vsq; ad cisternã magnã que est in socho,& interrogauit,& dixit. In quo loco sunt samuel & Dauid:? Dictũq; est ei. Ecce in Naioth sunt i Ramatha. Et abijt i Naioth in Ramatha,& factus est etiã sup eũ spũs dñi,& ambulabat ingrediẽs,& ꝓphetabat vsq; dũ veniret in Naioth in Ramatha. Et expoliauit etiã ipse se vestimẽtis suis,& prophetauit cũ ceteris coram samuele,& cecinit nudus tota die illa & nocte. Vñ & exiuit prouerbiũ. Nũ & saul inter prophetas:?

¶ Capitulũ Summarium. Jonathas Dauidẽ patri suo consiliare non potest. Caput.xx.

A Egit aũt dauid de Naioth q̃ est i Ramatha. veniẽsq; locutꝰ est coram Jonatha. Quid feci:q̃ est iniqtas mea,& q̃ peccatũ meũ in pfem tuũ, q: q̃rit animã meã:? Qui dixit ei,Absit nõ morieris:neq; eũ faciet pater meus quicquã grãde vel parũ, nisi prius indicauerit mihi:hũc ergo celauit a me pater meꝰ sermonẽ tantũmodo:? Nequaquã erit istud. Et iurauit rursuꝫ Dauidi:& ille ait. Scit profecto pater tuus quia inueni gratiã in oculis tuis,& dicet. Nesciat hoc Jonathas,ne forte tristetur. Quinimo viuit dñs,& viuit anima tua,quia vno tãtũ(vt ita dicã)gradu,ego morꝫ diuidimur. Et ait Jonathas ad Dauid. Quodcũq; dixerit mihi aia tua faciam tibi. Dixit autẽ Dauid ad Jonathan. Ecce calẽde sunt crastino,& ego ex more sedere soleo iuxta regẽ ad vescẽdum:dimitte ergo me vt abscõdar in agro vsq; ad vesperam diei tertie. Si respiciẽs requisierit me pater tuꝰ,rñdebis ei. Rogauit me Dauid,vt iret celeriter in Bethlehem ciuitatẽ suam:quia victime solẽnes ibi sunt vniuersis cõtribulibus suis. Si dixerit bñ,pax erit seruo tuo.si autẽ fuerit iratus,scito quia cõpleta est malitia eius. Fac ergo misericordiam in seruum tuũ:q; fedus dñi me famulũ tuũ tecum inire fecisti.si aũt est iniquitas aliq̃ in me, tu me interfice,et ad patrẽ tuum ne introducas me. Et ait Jonathas. Absit hoc a te:neq; eñ fieri potest,vt si certe cognouero cõpletaꝫ esse patris mei malitiã ꝛ te nõ annũtiẽ tibi. Rñditq; Dauid ad Jonathan. Quis renũtiabit mihi,si qd forte rñderit tibi pr̃ tuus dure:? Et ait Jonathas ad Dauid. Veni,& egrediamur foras in agrũ. Cũq; exissent ambo in agrum, ait Jonathas ad dauid:? Dñe deꝰ Jsrael,si inuestigauero sniam patris mei crastino vel perendie:& aliqd boni fuerit sup dauid,& non statim misero ad te,& notũ tibi fecero,hec faciat dñs Jonathe,& hec augeat.si autẽ pseuerauerit patris mei malitia aduersum te,reuelabo aurẽ tua,& dimittã te,vt vadas in pace,& sit dñs tecũ,sicut fuit cum patre meo. Et si vixero,facies mihi miam dñi:si vero mortuus fuero, non auferes miam tuã a domo mea vsq; in sempiternum. Aut si nõ fecero q̃n eradicauerit dñs mimicos dauid:vnũquẽq; de terra. ¶ Depigit ergo Jonathas fedus cuꝫ domo Dauid,& requisiuit dñs de manu inimicoꝝ dauid. Et addidit Jonathas deterare dauid,eo qõ diligeret illũ:sicut eñ aiam suã,ita diligebat eũ. Dixitq; ad eũ Jonathas,cras calẽde sunt,& regreris,requiret enim sessio tua vsq; perendie. Descẽdes ergo festinus,& venies in locũ vbi celãdus es in die q̃ operari lx & sedebis iuxta lapidẽ cui nomẽ est Ezel. Et ego tres sagittas mittã iuxta eũ,& iaciã quasi exercens me ad signũ. Addittã q̃x puerũ,dicẽs ei. Vade,& affer mihi sagittas. Si dixero puero, Ecce sagitte intra te sunt, tolle eas:tu veni ad me,quia pax tibi est, et nihil est mali,viuit dominꝰ. Si aũt sic locutus fuero puero. Ecce sagitte vltra te sunt:vade in pace,quia dimisit te dñs. De verbo aũt qõ locuti sumus ego & tu:sit dñs inter me & te,vsq; in sempiternum. Absconditus est ergo dauid in agro,& venerũt calende,& sedit rex ad comedẽdũ panem. Cũq; sedisset rex super cathedrã suã sicõ cõsuetudinẽ q̃ erat iuxta parietẽ surrexit Jonathas,& sedit Abner ex latere Saul,vacuusq; apparuit locꝰ dauid. Et nõ est locutꝰ Saul qcquã in die illa: cogitabat enim q̃ forte euenisset ei vt non esset mundus nec purificatus. Cũq; illuxisset dies secunda post calẽdas,rursus apparuit vacuus locus dauid. Dixitq; Saul ad Jonathã filiũ suũ. Cur nõ venit filius Jsai nec heri nec hodie ad vescẽdũ:? Respõditq; Jonathas Sauli,Rogauit me obnixe,vt iret i Bethlehem, & ait. Dimitte me q̃n sacrificiũ solẽne est in ciuitate,vnus de fratribus meis accersiit me:nunc ergo si inueni gratiã in oculis tuis,vadã cito & videbo fratres meos.ob hãc cãm,nõ venit ad mẽsam regis. Jratus aũt Saul aduersum Jonathã dixit ei. Fili mulieris virũ vltro rapientis,nũquid ignoro q: diligis filiũ Jsai in confusionẽ tuã,& in confusionẽ ignominiose matris tue? Oibus enim diebus quibus filius Jsai vixerit sup terrã non stabilieris tu,neq; regnum tuũ.itaq; tam nunc mitte,et adduc eũ ad me,q: filius mortis est. Rñdẽs autẽ Jonathas Sauli patri suo,ait. Quare moriet?quid fecit. Et arripuit Saul lanceã,vt ꝑcuteret eũ. Et intellexit Jonathas ꝙ definitum esset a patre suo,vt interficeret dauid. Surrexit ergo Jonathas a mẽsa in ira furoris,& nõ comedit in die calendarũ secũda panẽ. Contristatus est enim sup dauid,eo ꝙ confudisset eũ pater suꝰ. Cũq; illuxisset mane,venit Jonathas in agrum iuxta placitum dauid,& puer parunlus cum eo. Et ait ad puerũ suum,Vade,& affer mihi sagittas quas ego iacio. Cũq; puer cucurrisset,iecit aliam sagittam trãs puerum. Venit itaq; puer ad locum iaculi,q̃ miserat Jonathas:& clamauit Jonathas post tergũ pueri,et ait. Ecce ibi est sagitta porro vltra te. Clamauitq; iterũ Jonathas post tergũ pueri,dicens,Festina velociter ne steteris. Collegit autem puer Jonathe sagittas,& attulit ad dominum suum:& quid ageretur,penitus ignorabat,tãtum modo eũ Jonathas & Dauid rem nouerãt. Dedit ergo Jonathas arma sua puero,et dixit ei. Vade,& defer in ciuitatẽ. Cũq; abisset puer,surrexit Dauid de loco qui vergebat ad austrum,et cadens pronus in terram,adorauit tertio:& osculantes se alterutrum,fleuerunt pariter,Dauid autem amplius. Dixit ergo Jonathas ad Dauid. Vade in pace, quecũq; iurauimus ambo in nomine domini,dicentes,dominus sit inter me et te et inter semen tuum,& semen meum vsq; in sempiternum. Et surrexit Dauid,& abijt:sed & Jonathas ingressus est ciuitatem.

¶ Capitu. Summarium. Fugit Dauid ad Achimelech sacerdotem, et ad Achis regem geth. Caput.xxj.

A Venit aũt Dauid in Nobe ad Achimelech sacerdotẽ: et obstupuit Achimelech eo q̃ venisset Dauid. Et dixit ei. Quare tu solꝰ, et nullꝰ est tecũ: Et ait Dauid ad Achimelech sacerdotez, Rex p̃cepit mihi sermonẽ, et dixit. Nemo sciat rem, propter quã missus es a me, et cuius modi p̃cepta tibi dederim: nã et pueris meis cõdixi in illũ et illũ locũ. Nũc ergo si qd habes ad manũ vel q̃cq̃ panes, da mihi, aut qcqd inueneris. Et rñdens sacerdos ad Dauid, ait illi. Nõ habeo laicos panes ad manũ, sed tm̃ panẽ sanctũ: si mundi sunt pueri, maxime a mulieribus. Et respondit Dauid sacerdoti, et dixit ei. Equidẽ si de mulieribus agit̃, cõtinuimus nos ab heri et nudiustertiꝰ, quando egrediebamur, et fuerũt vasa puerorũ sancta. porro via hec polluta est, sed et ipsa hodie sanctificabitur in vasis. Dedit ergo ei sacerdos sanctificatum panẽ, neq̃ eñ erat ibi panis. nisi tantũ panes propositionis, qui sublati fuerant a facie dñi, vt ponerent panes calidi. Erat autẽ ibi vir quidã de seruis Saul, in die illa intus in tabernaculo domini: et nomen eius Doeg Idumeus: potentissimus pastorum Saul. Dixit aũt Dauid ad Achimelech. Si habes hic ad manum hastã aut gladium: quia gladium meum, et arma mea nõ tuli mecũ. sermo eñ regis vrebat. Et dixit sacerdos. Ecce gladiꝰ Goliath Philisthei, quẽ percussisti in valle terebinthi, est involutꝰ pallio post ephod: si istum vis tollere, tolle. neq̃ eñ hic est alius absq̃ eo. Et ait Dauid. Nõ est huic alter similis: da mihi eum. Surrexit itaq̃ Dauid, et fugit in die illa a facie Saul: et venit ad Achis regẽ Geth. Dixeruntq̃ serui Achis ad eũ. Nunqd nõ iste est Dauid rex terre: nõne huic cantabant p̃ choros dicẽtes. Percussit Saul mille, et Dauid decẽ millia: Posuit autem Dauid sermones istos in corde suo, et extimuit valde a facie Achis regis Geth. Et immutauit os suum coram Achis, et collabebatur inter manus eorũ: et impingebat i ostia porte, defluebãtq̃ saliue eiꝰ i barbã. Et ait Achis ad seruos suos. Vidistis hoiez insanũ: cur adduxistis eũ ad me? An deficiunt nobis furiosi, q̃ introduxistis istũ, vt furiret me p̃sente? Dimitte illũ hic ne ingrediat domũ meã.

¶ Capituli Summariũ. Saul occidit sacerdotes domini propter Dauid. Caput.xxij.

B Abit ergo Dauid inde, et fugit in spelũcã Odollã. Quod cũ audissent fratres eiꝰ, et ois domus patris eius, descẽderũt ad eũ illuc. Et q̃nerũt ad eũ oẽs q̃ erãt in angustia cõstituti, et oppressi ere alieno, et amaro animo factus est eorũ princeps: fuerũtq̃ cũ eo quasi quadringẽti viri. Et profectus est Dauid inde in Maspha, que est in Moab: et dixit ad regẽ Moab, Maneat, oro, pater meus et mater mea vobiscum, donec sciam quid faciat mihi deus. Et reliquit eos ante faciem regis Moab: mãseruntq̃ apud eum cũctis diebus quibus Dauid fuit in p̃sidio: Dixitq̃ Gad propheta ad Dauid, Noli manere in p̃sidio, p̃ficiscere, et vade in terrã Juda. Et profectus est Dauid: et venit in saltum Hareth. Et audiunt Saul q̃ apparuisset Dauid, et viri qui erant cum eo. Saul aũt cũ maneret in Gabaa, et esset in nemore qõ est in Rama, hastã manu tenẽs, cũctiq̃ serui eiꝰ circũstarent eũ, ait ad seruos suos q̃ assistebãt ei. Audite me nũc filij Jemini: nunquid oibus vobis dabit filius Jsai agros et vineas, et vniuersos vos faciet tribunos, et cẽturiones: q̃m conspiratis oẽs aduersum me, et nõ est qui mihi reuẽletur, maxime cum et filius meus fedus inierit cum filio Jsai: Non est qui vicẽ meam doleat ex vobis, nec qui annũtiet mihi: eo q̃ suscitauerit filius meus seruũ meũ aduersum me, insidiantẽ mihi vsq̃ hodie. Respõdẽs aũt Doeg Idumeus q̃ assistebat, et erat primus inter seruos Saul. Vidi, inquit, filium Jsai in Nobe apud Achimelech filium Achitob. Qui cõsulnit pro eo dominum, et cibaria dedit ei: sed et gladiũ Goliath Philisthei dedit illi. Misit ergo rex ad accersendũ Achimelech sacerdotẽ filiũ Achitob, et oẽm domũ patris eius sacerdotum, qui erant in Nobe. q̃ vniuersi venerũt ad regẽ. Et ait Saul, Audi fili Achitob. Qui rñdit. Presto sum dñe. Dixitq̃ ad eũ Saul. Quare cõiurastis aduersum me tu et filius Jsai, et dedisti ei panes et gladium, et cõsulusti p eo dñm, vt cõsurgeret aduersum me insidiator vsq̃ hodie permanẽs? Respõdẽsq̃ Achimelech regi, ait. Et quis in omnibus seruis tuis, sicut Dauid fidelis, et gener regis: et pergens ad imperium tuum, et gloriosus in domo tua? Nũ hodie cepi p̃o eo cõsulere dominum? absit hoc a me: ne suspicetur rex aduersus seruũ suum rem huiuscemodi, in vniuersa domo patris mei. non enim nouit seruus tuus quicquã super hoc negocio, vel modicum vel grande. Dixitq̃ rex, Morte moreris Achimelech, tu, et omnis domus patris tui. Et ait rex emissarijs, qui circumstabant eum. Conuertimini, et interficite sacerdotes domini: nam manus eorũ cũ Dauid est: scientes q̃ fugisset, et nõ indicauerũt mihi. Noluerunt autem serui regis extendere manus suas in sacerdotes domini. Et ait rex ad Doeg. Conuertere tu, et irrue in sacerdotes. Conuersusq̃ Doeg Idumeus, irruit in sacerdotes, et trucidauit in die illa octogintaquinq̃ viros vestitos Ephod lineo. Nobe autẽ ciuitatẽ sacerdotuz percussit in ore gladij, viros et mulieres, et parulos, et lactentes, bouẽq̃ et asinum, et ouẽ in ore gladij. Euadẽs autẽ vnus filiꝰ Achimelech filij Achitob, cuius nomẽ erat Abiathar, fugit ad Dauid, et annuntiauit ei q̃ occidisset Saul sacerdotes domini. Et ait Dauid ad Abiathar. Sciebã in die illa, q̃ cum ibi esset Doeg Idumeus, proculdubio annũtiaret Sauli: ego sum reus omnium animarũ domus patris tui. Mane mecum, ne timeas: si quis quesierit animã meã, queret et animam tuã, mecumq̃ seruaberis.

¶ Capituli Summarium. Dauid liberat ab hostibus Ceilam et proditur Sauli a zipheis. Caput.xxij.



E T annũtiauerunt Dauid, dicẽtes. Ecce Philisthijm oppugnãt Ceilã et diripiũt areas. Consuluit ergo Dauid dominũ dicẽs, Nũ vadã, et percutiã Philistheos istos? Et ait dñs ad Dauid, Vade, et percuties Philistheos, et Ceilam saluabis. Et dixerunt viri qui erãt cũ Dauid, ad eũ. Ecce nos hic in Judea cõsistẽtes timemus: quãto magis si ierimꝰ in Ceilã aduersum agmina Philisthinoꝝ? Rursum ergo Dauid cõsuluit dñm. Qui rñdẽs, ait ei, Surge, et vade in Ceilam: ego eñ tradã Philistheos in manu tua. Abiit ergo Dauid, et viri eiꝰ in Ceilã et pugnauit aduersum Philistheos, et abegit iumẽta eorũ, et percussit eos plaga magna: et salnauit Dauid habitatores Ceile. Porro eo tẽpore quo fugiebat Abiathar filiꝰ Achimelech ad Dauid in Ceilã, Ephod secũ habẽs descẽderat. nũtiatũ est aũt Sauli q̃ venisset Dauid in Ceilã: et ait Saul. Tradidit eũ dñs in manus meas, cõclususq̃ est introgressus vrbẽ in qua porte et sere sunt. Et p̃cepit Saul oi p̃plo vt ad pugnã descẽderet i Ceilã, et obsideret Dauid et viros eiꝰ. Qõ cũ Dauid rescisset q: p̃pararet ei Saul clã malũ, dixit ad Abiathar sacerdotẽ. Applica Ephod. Et ait Dauid, dñe deꝰ Jsrl, audiuit fama seruꝰ tuꝰ q̃ disponat Saul venire i Ceilã, vt euertat vrbẽ p̃p̃ me. Si tradẽt me viri ceile i manꝰ eiꝰ? et si descẽdet Saul, sicut audiuit fꝰ tuꝰ: dñe deꝰ isrl indica fuo tuo.

Et ait dñs, Descēdet. Dixitq; Dauid. Si tradēt me viri Ceile r viros q̄ sunt meū in manus Saul: Et dixit dñs, tradent. Surrexit ergo Dauid r viri eius quasi sexcenti, et egressi de Ceila, huc atq; illuc vagabant incerti: nuntiatū q; est Sauli q̄ fugisset Dauid de Ceila et saluatus esset: quā ob rē dissimulauit exire. Mo: abat aūt Dauid in deserto in locis firmissimis, mānitq; in mōte solitudinis ziph, in mōte opaco: querebat eū tñ Saul cūctis diebus: nō tradidit eū dñs in manꝰ eius. Et vidit Dauid q̄ egressus esset Saul vt quereret aiam eiꝰ. Porro Dauid erat in deserto ziph in syluā. Et surrexit Jonathas filiꝰ Saul, et abijt ad Dauid in Syluā, r cōfortauit manꝰ eiꝰ in deo, dixitq; ei. Ne timeas: neq; eū inueniet te manꝰ Saul patris mei: et tu regnabis sup Jsrael, r ego ero tibi scōs: Jz r Saul pater meus scit hoc. Percussit ergo vterq; fedꝰ cora dño: mānitq; Dauid in syluā. Jonathas aūt reuersus est in domū suā. Ascēderūt aūt ziphei ad Saul in Gabaa, dicētes. Nōne Dauid latitat apud nos in locis tutissimis syluę, in colle Hachile, que est ad dexterā deserti: Nunc ergo sicut desyderauit aia tua vt descēderes, descēde: nr m aūt erit vt tradamus eū in manꝰ regis. Dixitq; Saul. Benedicti vos a dño, quia doluistis vicem meā. Abite ergo oro, et diligētiꝰ pparate, r curiosius agite, r cōsiderate locū vbi sit pes eiꝰ, vel qs viderit eū ibi. recogitat enī de me, q̄ callide insidier ei. Cōsiderate, r videte oīa latibula eiꝰ, in quibꝰ abscōdit: r reuertimini ad me ad rē certā, vt vadā vobiscū. q̄ si etiā in terrā se obstruxerit, pscrutabor eū in cūctis millibus Juda. At illi surgētes abierūt i ziph añ Saul: Dauid aūt r viri eiꝰ erāt in deserto Maon, in cāpestribꝰ ad dexterā Jesimō: Juit ergo Saul r socij eiꝰ ad querēdū eū: r nūtiatū est Dauid, statiq; descēdit ad petrā, r versabat in deserto Maō. qō cū audisset Saul psecutꝰ est Dauid in deserto Maō. Et ibat Saul ad latus mōtis ex pte vna Dauid aūt r viri eius erāt in latere mōtis ex parte altera: porro Dauid desperabat se posse euadere a facie Saul: atq; Saul, et viri eius in modū corone cingebāt Dauid, r viros eiꝰ, vt caperēt eos. Et nuntius venit ad Saul, dicēs. Festina r veni, q̄n infuderunt se Philisthiim super terrā. Reuersus est ergo Saul desistēs pseq; Dauid, r perrexit in occursū Philisthinorū. ppter hoc vocauerūt locū illū Petram diuidentem.

¶ Capituli Summariū. Dauid abscindit oram chlamidis Saul in spelunca. Caput. xxiiij.

Ascēdit ergo Dauid ide, r hītauit i locis tutissimis Engaddi. Cūq; reuersus esset Saul, post quā plecutus est Philistheos, nuntiauerunt ei, dicentes, Ecce, Dauid in deserto est Engaddi. Assumēs ergo Saul tria milia electorū virorū ex oī Jsrael perrexit ad inuestigādū Dauid r viros eiꝰ, etiā sup abruptissimas petras, que solis ibicibꝰ pueniunt. Et venit ad caulas ouiū, q̄ se offerebāt viāti: erat q; ibi spelūca, quā ingressus est Saul, vt purgaret vētre: porro Dauid r viri eiꝰ in interiore parte spelūce latebāt. Et dixerūt serui Dauid ad eū. Ecce dies de qua locutꝰ est dñs ad te. Ego tradā tibi inimicū tuū, vt facias ei sicut placuerit in oculis tuis. Surrexit ergo Dauid, r pscidit ora chlamydis Saul sileter. Post hec percussit cor suū Dauid, eo q̄ abscidisset ora chlamydis saul. Dixitq; ad viros suos. Propitius sit mihi dñs, ne faciam hāc rē dño meo xpo dñi, vt mittā manū meā in eum, q; xps dñi est. Cohibuit dñs, q; nisi dñs percusserit eū, aut dies eiꝰ venerit vt moriat, aut descēdens in pluū perierit: ppitiꝰ mihi sit dñs vt nō mittā manū meā in xpm dñi. Et confregit Dauid viros suos sermonibꝰ, r non pmisit eos vt cōsurgerēt in Saul: porro Saul erurgēs de spelūca, pergebat cepto utinere. Surrexit aūt Dauid post eum: r egressus de spelūca, clamauit post tergū Saul, dicens. Dñe mi rex. Et respexit Saul post se. r inclinās se Dauid pnus in terrā, adorauit, dixitq; ad Saul. Quare audis verba hominū loquētium: Dauid q̄rit malū aduersum te. Ecce hodie viderunt oculi tui q̄ tradiderit te dñs in manu mea in spelunca: r cogitaui vt occiderē te, sed pepercit tibi oculus meus, dixi enī. Non extēdā manū meā in dñm meū, q; xps dñi est. Quin potius pr̄ mi, vide, r cognosce oram clamydis tue in manu mea: qm̄ cū pscinderē summitatem clamydis tue, nolui extēdere manū meā in te. anima aduerte, r vide qm̄ nō est in manu mea malū, neq; iniqtas, neq; peccaui in te: tu aūt insidiaris aiame, vt auferas eā. Judicet dñs inter me r te, et vlciscat me dñs ex te: manꝰ aūt mea nō sit in te. Sicut r in puerbio antiquo dicit. Ab impijs egredietur ipietas: manꝰ ergo mea nō sit in te. Quē persequeris rex Jsrael: quē psequeris? canē mortuū psequeris, r pulicē vnum. Sit dñs iudex, r iudicet inter me r te: r videat, r iudicet causaz meā, r eruat me de manu tua. Cū aūt cōpleret Dauid loquēs sermōes hutuscemōi ad Saul, dixit Saul. Nūqd vox hec tua est fili mi Dauid? Et leuauit Saul vocē suā, r fleuit, dixitq; ad Dauid, Justior tu es, q̄ ego: tu enī tribuisti mihi bona, ego aūt reddidi tibi mala. Et tu indicasti hodie q̄ feceris mihi bona: qñō tradiderit me dñs in manū tuā, r nō occideris me. Quis eī cū inuenerit inimicū suū: dimittet eū in via bona? Sed dñs reddat tibi vicissitudinē hāc, pro eo qō hodie operatus es in me. Et tūc q; scio q̄ certissime regnaturꝰ sis, r habiturus in manu tua regnū Jsrael: iura mihi in dño ne deleas semen meū post me, neq; auferas nomē meū de domo patris mei. Et iurauit Dauid Sauli. Abijt ergo Saul in domū suā: et Dauid, r viri eius ascenderunt ad tutiora loca.

¶ Capituli Summariū. Mortuus Samuel, r Dauid cōmouetur contra Nabal. Capit. xxv.

Mortuus est aūt Samuel, r cōgregatꝰ est vniuersus Jsrael, r plāxerūt eū, r sepelierūt eū in domo sua in Ramatha. Cōsurgēsq; Dauid descendit in desertū Pharā. Erat aūt vir quispiā in solitudine Maō, r possessio eiꝰ in Carmelo, r hō ille magnus nimis: erantq; ei oues tria milia, r mille capre: r accidit vt tōderet gregē eiꝰ in Carmelo. Nomē aūt viri illius erat Nabal: r nomē vroris eiꝰ, Abigail. eratq; mulier illa pudētissima r speciosa: porro vir eiꝰ, durꝰ, r pessimꝰ, r malitiosus: erat aūt de gne Caleb. Cū aūt audisset Dauid in deserto, q̄ tōderet Nabal gregē suū, misit decem iuuenes, r dixit eis, Ascēdite in Carmelū, r venietis ad Nabal r salutabitis eū ex noie meo pacifice. Et sic dicetis. Sit fribus meis r tibi pax, et domui tue pax, r oībus q̄cūq; habes, sit pax. Audiui q̄ tōderēt pastores tui q̄ erāt nobiscū in deserto: nūq̄ eis molesti fuimus, nec aliq̄ defuit quicquam eis de grege oī tēpore quo fuerūt nobiscū in carmelo. Jnterroga pueros tuos, r indicabūt tibi. Nunc ergo inueniāt pueri tui gram in oculis tuis: in die enī bona venimus. quodcūq; inuenerit manus tua, da seruis tuis, r filio tuo Dauid. Cūq; veniissent pueri Dauid, locuti sunt ad Nabal oīa vba hec ex noie Dauid: r siluerūt. Rndēs aūt Nabal pueris Dauid, ait, Quis est Dauid: r quis est filiꝰ Jsai: hodie increuerūt serui q̄ fugiunt dños suos. Tollā ergo panes meos, r aquas meas, r carnes pecorum que occidi tōsoribꝰ meis, r dabo viris q̄s nescio vñ sint. Regressi sunt itaq; pueri Dauid p viā suā, r reuersi venerūt, r annūtiauerūt ei oīa verba que dixerat Nabal. Tūc ait Dauid pueris suis. Accingat vnusq̄sq; gladio suo. Et accincti sunt singuli gladijs suis, accinctusq; est r Dauid ense suo: r secuti sunt Dauid quasi q̄dringēti viri, porro ducēti remānerūt ad sarcinas. Abigail aūt vroi Nabal nūtiauit vnus de pueris suis: dicens, Ecce Dauid misit nūtios de deserto, vt bñdicerēt dño nostro, r auersatus est eos. hoies isti, boni satis fuerūt nobis, r nō molesti: nec q̄quā aliq̄ perijt oī tpe quo fuimus cōuersati cū eis in deserto: p muro erāt nobis tā in nocte q̄ i die oībus diebꝰ quibꝰ pauimus apud eos greges. Quā ob rez cōsydera, r recogita q̄d facias: qm̄ cōpleta est malitia aduersuz virū tuū, r aduersuz domū tuā, r ipse est filiꝰ Belial, ita vt nemo possit ei log. Festinauit igitur Abigail, et tulit ducētos panes, r duos vtres vini, r quinq; arietes coctos, r q̄nq; sata polēte, r centū ligaturas vue passe, r ducentas massas caricarū, r iposuit sup asinos, dixitq; pueris suis, Precedite me, r ecce, ego post tergū sequar vos. viro autez

Nabal

suo Nabal nō indicauit. Cū ergo ascēdisset asinū, & descenderet ad radicē montis. Dauid & viri ei⁹ descēdebāt i occursum eius: quibus ipa occurrit. Et ait Dauid. Vere frusta seruaui oia q̄ huic erāt in deserto, & nō periit quicq̄ de cunctis q̄ ad eū ptinebāt: & reddidit mihi malum p bono. Hec faciat deus inimicis Dauid, & hec addat. Si reliq̄o de oībus q̄ ad ipsum ptinēt vsq; mane mingētē ad parietē. Cum aūt vidisset Abigail Dauid festinauit, & descendit de asino, & pcidit corā Dauid sup faciē suā, & adorauit super terrā, & cecidit ad pedes eius, & dixit. In me sit dñe mi hec iniquitas: loquatur obsecro ancilla tua in auribus tuis: et audi verba famule tue. Ne ponat oro dñs meus rex cor suū sup virū istū iniquū Nabal: q̄ fm nomē suū stultus est: & stultitia est cū eo: ego aūt ancilla tua nō vidi pueros tuos dñe mi, quos misisti. Nunc ergo dñe mi viuit dñs, & viuit aia tua, q̄ prohibuit te ne venires in sanguinē, & salu aut manū tuam tibi: & nunc fiant sicut Nabal inimici tui, & q̄ q̄runt dño meo malū. Qua propter suscipe bñdictionē hāc: quā attulit ancilla tua tibi dño meo: & da pueris q̄ sequunt te dñm meū. Aufer ingratē famule tue: faciens eū faciet dñs tibi dño meo domū fidelē: q̄ plia dñi dñe mi tu pliaris: malitia ergo non inueniat in te oib⁹ diebus vite tue. Si eū surrexerit aliq̄s hō psequēs te et q̄rēs aiam tuā, erit aia dñi mei custodita quasi in fasciculo viuētiū apud dñm deū tuum: porro inimicoū tuoū aia rotabit, q̄si in impetu, & circulo funde. Cū ergo fecerit dñs tibi dño meo oia hec q̄ locut⁹ est bona de te, & cōstituerit te ducē sup Isrl, nō erit tibi hoc in singultū, & in scrupulū cordis dño meo, q̄ effuderis sanguinē innocentiū: aut ipse te vlt⁹ fueris: et cū bñfecerit dñs dño meo recordaberis ancille tue. Et ait Dauid ad Abigail. Bñdict⁹ dñs deus Isrl, q̄ misit te hodie in occursum meū, & bñdictū eloquium tuū, & benedicta tu, q̄ prohibuisti me hodie, ne irem ad sanguinē, et vlciscerer me manu mea. Alioquin viuit dominus deus Israel qui prohibuit me ne malum facerē tibi: nisi cito venisses in occursum mihi, nō remansisset Nabal vsq; ad lucem matutinā mingēs ad parietē. Suscepit ergo Dauid de manu eius oia que attulerat ei, dixitq; ei. Vade pacifice in domū tuā: ecce audiui vocē tuam, & honorauī faciē tuā. Venit aūt Abigail ad Nabal: & ecce erat ei cōuiuiū in domo eius quasi conuiuiū regis, & cor Nabal iucūdū, erat eī ebrius nimis: & nō indicauit ei vbū pusillū aut grāde vsq; mane. Diluculo autem cū digessisset vinū Nabal, indicauit ei vxor sua vba hec, & emortuū est cor eius intrinsec⁹, & factus est q̄si lapis. Cūq; ptrāsissent decē dies, percussit dñs Nabal, & mortu⁹ est. Q̄d cum audisset Dauid mortuū Nabal, ait, Bñdictus dñs q̄ iudicauit causam opprobrij mei de manu Nabal, & seruū suū custodiuit a malo, & malitiam Nabal reddidit dñs in caput eius. Misit ergo Dauid, & locut⁹ est ad Abigail, vt sumeret eā sibi i vxorē. Et venerūt pueri Dauid ad Abigail in Carmelū, & locuti sunt ad eā, dicētes, Dauid misit nos ad te, vt accipiat te sibi in vxorē. Que surgēs adorauit p̄na in terrā, & ait. Ecce famula tua sit i ācillā, vt lauet pedes seruor⁹ dñi mei. Et festinauit, & surrexit Abigail, & ascēdit sup asinum, & quīq; puelle ierūt cū ea, pedisseque eius, & secuta est nuntios Dauid: & facta est illi vxor. Sed & Achinoā accepit Dauid de Jezrahel: & fuit vtraq; vxor ei⁹. Saul aūt dedit Michol uxorē suā vxorē Dauid, Phalti, filio Lais q̄ erat de Gallī.

¶ Capituli Summarium. Dauid abstulit hosti Sauli cyphum & lanceam. Caput.xxvj.

Et venerūt ziphei ad Saul in Gabaa, dicētes, Ecce, Dauid absconditus est in colle Hachile, q̄ est ex aduerso solitudinis. Et surrexit Saul, & descēdit i desertū ziph, & cū eo tria millia virorū de electis Isrl, vt q̄reret Dauid in deserto ziph. Et castrametatus est Saul in Gabaa Hachile, q̄ erat ex aduerso solitudinis in via. Dauid aūt habitabat i deserto. Videns aūt q̄ venisset saul post se in desertū, misit exploratores, & didicit q̄ venisset certissime. Et surrexit Dauid, & venit ad locū vbi erat saul: cūq; vidisset locū in quo dormiebat saul, & Abner filius Ner princeps militie ei⁹: & Saul & dormientē in tentorio, & reliquū vulgus p circuitū eius, ait Dauid ad Achimelech Hetheū, et Abisai filiū saruie fratrē Joab, dicēs. Quis descēdet mecū ad saul i castra? Dixitq; Abisai. Ego descēdā tecū. Venerūt q̄ Dauid & Abisai ad populū nocte, & inuenerūt saul iacētē & dormientē i tentorio, & hastam fixā in terra ad caput eius: Abner autem & pplm dormientes in circuitu ei⁹. Dixitq; Abisai ad Dauid, Cōclusit deus inimicū tuū hodie i manus tuas: nūc q̄ pfodiā eū lācea i ira semel, & scōo op⁹ nō erit. Et dixit Dauid ad Abisai. Ne interficias eū: quis eī extēdet manū suā in christū dñi, & innocēs erit? Et dixit Dauid. Viuit dñs, q̄ nisi dñs percusserit eū, aut dies ei⁹ venerit vt moriat, aut in pliū descēdēs perierit, ppitius sit mihi dñs ne extēdā manū meā in christū dñi. nūc igit tolle hastā q̄ est ad caput eius & cyphū aque, & abeamus. Tulit igit Dauid hastā, & cyphū aq̄, q̄ erat ad caput saul, & abierūt. & nō erat qui q̄ videret, & intelligeret, & euigilaret, q̄s oēs dormiebāt, q̄ sopor dñi irruerat super eos. Cūq; trāsisset Dauid ex aduerso, & stetisset in vertice mōtis de lōge, & esset grāde iter nallū inter eos, clamauit Dauid ad pplm, & ad Abner filium Ner, dicēs. Nōne rīdebis Abner? Et rīdens Abner ait. Quis es tu q̄ clamas, et inquietas regē? Et ait Dauid ad Abner. Nunqd non vir tu es? & qs alius sicut tui in Isrl? q̄re q̄ nō custodisti dñm tuū regē? ingressus est enī vn⁹ de turba vt interficeret regē dñm tuū. nō est bonū hoc q̄ fecisti: viuit dñs q̄m filij mortis estis vos, q̄ nō custodistis dñm vestrū christum dñi. nunc q̄ vide vbi sit hasta regis, & vbi sit cyphus aq̄, q̄ erat ad caput eius. Cognouit aūt saul vocē Dauid, & dixit. Nūquid vox hec tua fili mi Dauid? Et ait Dauid, Vox mea dñe mi rex. Et ait, Quā ob cām dñs meus persequit seruū suū? Quid feci? aut q̄ est malū i manu mea? Nūc ergo audi oro dñe mi rex verba famuli tui. Si dñs incitat te aduersus me, odoret sacrificiū, si aūt filij hoīm, maledicti sunt in cōspectu dñi: q̄ eiecerunt me hodie, vt nō habitē i hereditate dñi, dicētes. Vade, serui dijs alienis. Et nūc nō effundat sanguis meus in terra corā dño: q̄ egressus est rex Isrl vt q̄rat publicē vnū, sicut persequit pdix montib⁹. Et ait saul. Peccaui, reuertere fili mi Dauid: nequaq̄ enī vltra tibi malefaciā, eo q̄ pciosa fuerit aia mea i oculis tuis hodie: apparet enī q̄ stulte egerī, & ignorauerim multa nimis. Et rīdens Dauid, ait. Ecce hasta regis trāseat vnus de pueris regis, & tollat eā. Dñs aūt retribuet vnicuiq; fm iusticiā suā & fidem: tradidit enī te dñs hodie i manū meā, & nolui extēdere manū meā i christum dñi. Et sicut magnificata est aia tua hodie in oculis meis, sic magnificet aia mea i oculis dñi, & liberet me de oi angustia. Dixit ergo saul ad Dauid. Bñdictus tu fili mi Dauid: equidē faciēs facies, & potēs poteris. Abijt aūt Dauid in viam suam, & Saul reuersus est in locum suum.

¶ Capituli Summarium. Fugit Dauid cum domo sua ad regem Achis. Caput.xxvij.

Misit ergo dñs Nathan ad Dauid: qui cum venisset ad eum, dixit ei. Duo viri erāt in ciuitate vna, vnus diues, & alter pauper. Diues habebat oues & boues plurimos valde. Pauper autem nihil habebat omnino, preter ouē vnam parulā quā emerat & nutrierat, et que creuerat apud eū cū filijs eius simul, de pane illius comedēs, & de calice eius bibēs, & in sinu illius dormiēs, eratq; illi sicut filia. Cū autē peregrin⁹ quidam venisset ad diuitē, parcens ille sumere de ouibus, & de bobus suis, vt exhiberet conuiuium peregrino illi q venerat ad se, tulit ouem viri pauperis, & preparauit cibos homini illi q venerat ad se. Iratus aūt indignatione Dauid aduersus hominē illum nimis, dixit ad Nathā. Viuit dominus, quoniam filius mortis est vir qui fecit hoc. Quē reddet in quadruplum, eo quod fecerit verbū istud, & nō pepercerit. Dixit autem Nathā ad Dauid. Tu es ille vir. Hec dicit dñs deus Israel. Ego vnxi te in regē super Israel, et ego erui te de manu Saul, & dedi tibi domum domini tui, & vxores dñi tui in sinu tuo, dedique tibi domū Israel & Iuda: & si parua sunt ista, adijciaz tibi multo maiora. Quare ergo cōtempsisti verbum domini, vt faceres malum in conspectu meo? Uriam Hetheum percussisti gladio, et vxorem illius accepisti in vxorem tibi, et interfecisti eum gladio filiorum Ammon. Quam ob rem nō recedet gladius de domo tua vsq; in sempiternum, eo quod despexeris me, et tuleris vxorem Urie Hethei, vt esset vxor tua. Itaq; hec dicit dominus. Ecce ego suscitabo super te malum de domo tua, & tollā vxores tuas in oculis tuis & dabo proximo tuo, & dormiet cū vxoribus tuis in oculis solis hui⁹. Tu enī fecisti abscōdite: ego aūt faciā verbū istud in conspectu oīs Isral, & in cōspectu solis. Et dixit Dauid ad Nathan, Peccaui dño. Dixitq; Nathā ad Dauid. Dñs q̄q; trāstulit peccatū tuū: non moreris. Uerūtū qm̄ blasphemare fecisti inimicos nomē dñi: propter verbū hoc, filius qui natus est tibi, morte morietur. Et reuersus est Nathan in domū suā. Percussit q̄q; dñs paruulū quē pepererat vxor Urie Dauid, & desperatus est. Deprecatusq; est dauid dñm p paruulo, et ieiunauit dauid ieiunio, & ingressus seorsum iacuit sup terrā. Uenerūt aūt seniores domus ei⁹, cogētes eum vt surgeret de terra: q noluit, nec comedit cū eis cibū. Accidit autē die septima vt moreret infans: timuerūtq; serui Dauid nūtiare ei qō mortuus esset paruulus, dixerūt ei. Ecce, cum paruulus adhuc viueret, loq̄bamur ad eū, & nō audiebat vocē nostrā: quātomagis si dixerimus. Mortuus est puer: se affliget? Cū ergo dauid vidisset seruos suos mussitātes, intellexit qō mortuus esset infantulus: dixitq; ad seruos suos. Nūmortuus est puer? Qui responderūt ei. Mortuus est. Surrexit ergo dauid de terra, & lotus unctusq; est: cūq; mutasset vestes, ingressus est domū domini: & adorauit, & venit in domum suā, petiuitq; vt ponerēt ei panē, & comedit. Dixerūt aūt ei serui sui. Quis est sermo quē fecisti? propter infantem, cū adhuc viueret, ieiunasti & flebas: mortuo aūt puero surrexisti, & comedisti panē? Qui ait. Propter infantē dū adhuc viueret, ieiunaui & flebam: dicebam enī. Quis scit si forte donet eū mihi dñs, & viuet infans? Nūc aūt q; mortuus est, quare ieiunem? nunqd potero reuocare eū amplius? ego vadā magis ad eū: ille vero nō reuertet ad me. Et consolatus est Dauid Bethsabee vxorē suā, ingressusq; ad eā, dormiuit cū ea: q̄ genuit filiū, & vocauit nomē ei⁹ Salomō, & dñs dilexit eū. Misitq; eū in manu Nathā pphete, & vocauit nomen ei⁹ Amabilis dño: eo qō dilexit eū dñs. Igitur pugnabat Joab cōtra Rabbath filiorū Ammon, & expugnabat vrbē regiā. Misitq; Joab nūtios ad dauid, dicēs. Dimicaui aduersum Rabbath, & capiēda est vrbs aquarum. Nūc igitur cōgrega reliquā partē populi, & obside ciuitatē, & cape eā: ne cū a me vastata fuerit vrbs, nomini meo asc̄ribatur victoria. Cōgregauit itaq; Dauid omnē populū, & profectus est aduersum Rabbath: cūq; dimicasset, cepit eā. Et tulit diadema regis eorū de capite eius pōdo auri talētum, habēs gēmas pretiosissimas, & impositū est sup caput Dauid. Sed & predam ciuitatis asportauit multā valde, populū q̄q; eius adducens seruauit, & circūegit sup eos ferrata carpenta: diuisitq; cultris, & traduxit in typo laterum: sic fecit vniuersis ciuitatibus filiorum Ammon: et reuersus est Dauid, & omnis exercitus in Jerusalem.

B

C

D Ecclē. xlvij.b.

E

F

G 3. Paral. xx.a.

¶ Capituli Summarium. Absalon occidit ammon propter incestū sororis. Caput. xiij.

Factū est aūt post hec, vt Absalon filius Dauid haberet sororē speciosissimā vocabulo Thamar, adamaret Ammon filius Dauid, & deperiret in eam valde: ita vt propter amorē eius egrotaret: q̄ cū esset virgo, difficile ei videbat, vt quippiā inhoneste ageret cū ea. Erat autē Ammon amicus, nomine Jonadab filius Semmaa fratris Dauid, vir prudēs valde. Qui dixit ad eū. Quare sic attenuaris macie fili regis per singulos dies: cur nō indicas mihi. Dixitq; Ammon, Thamar sororem fratris mei Absalon amo. Cui rndit Jonadab, Cuba super lectū tuū, & languorē simula: cūq; venerit pater tuus vt visitet te: dic ei. Veniat oro Thamar soror mea, vt det mihi cibū, & faciat pulmētū, & comedam de manu eius. Uecubuit itaq; Ammon, & quasi egrotare cepit: cūq; venisset rex ad visitādū eū, ait Ammon ad regē. Veniat obsecro Thamar soror mea, vt faciat i oculis meis duas sorbitūculas, & cibum capiā de manu eius. Misit ergo Dauid ad Thamar domū, dicēs. Veni in domū Ammon fratris tui, et fac ei pulmētum. Uenitq; Thamar in domū Ammon fratris sui: ille aūt iacebat. q̄ tollēs farinā cōmiscuit, & liquefaciēs in oculis ei⁹ coxit sorbitūculas. Tollēsq; q̄ coxerat, effudit & posuit cora eo, & noluit comedere: dixitq; Ammō. Eiucite vniuersos a me. Cūq; eiecissent oēs, dixit Ammon ad Thamar. Infer cibus in conclaui, vt vescar de manu tua. Tulit ergo Thamar sorbitūculas quas fecerat: & intulit ad Ammon fratrē suū in cōclaui. Cūq; obtulisset ei cibum, apprehēdit eā, & ait. Veni, cuba mecum soror mea. Quae rndit ei. Noli frater mi, noli opprimere me: neq; enim hoc fas est in Jsrael, noli facere stultitiam hanc. Ego enī ferre non potero opprobriū meum, & tu eris quasi vnus de insipientibus in Jsrael: quin potius loqre ad regē, & non negabit me tibi. Noluit aūt acquiescere precib⁹ ei⁹, sed prevalēs viribus oppressit eā, & cubuit cū ea. Et exosam eam habuit Ammon odio magno nimis: ita vt maius esset odiū quo oderat eam, amore quo aūt dilexerat. Dixitq; ei Ammō. Surge, & vade. Quae respondit ei. Maius est hoc malū qō nūc agis aduersum me, q̄ qō ante fecisti, expellēs me. Et noluit audire eū, sed vocato puero, qui ministrabat ei, dixit. Ejice hanc a me foras: & claude ostiū post eā. Quae iduta erat talari tunica: huiuscemodi enī filie regis vīgines vestibus vtebant. eiecit itaq; eā minister illius foras, clausitq; fores post eaz. Quae aspergēs cinerē capiti suo, scissa talari tunica, impositis⁹ manib⁹ sup caput suū ibat ingrediēs, & clamās. Dixit aūt ei Absalō frater suus, Nūqd Ammō frater tu⁹ cōcubuit te cū: sed nūc soror tace, frater tu⁹ est: neq; affligas cor tuū p hac re. Mansit itaq; Thamar contabescēs in domo Absalō fratris sui. Cū aūt audisset rex Dauid vba hec, cōtristatus est valde, & noluit cōtristare spm̄ Ammō filij sui, q̄m diligebat eū, q̄ primogenit⁹ erat ei. Porro nō est locut⁹ Absalon ad Ammō, nec malū, nec bonū: oderat ei Absalō Ammō, eo qō violasset Thamar sororē suā. Factū est aūt post tps biēnij, vt tonderent oues Absalōi Baalhasor, q̄ est iuxta Ephraim: & vocauit Absalon oēs filios regis, venitq; ad regē, & ait ad eū. Ecce tondentur oues serui tui: veniat oro rex cū seruis suis ad seruū suū. Dixitq; rex ad absalō. Noli fili mi, noli rogare vt veniamus omnes, et graueris te. Cū aūt cogeret eū, & nolusset ire, benedixit ei. Et ait absalon. Si non vis venire, veniat obsecro nobiscū saltem Ammon frater me⁹. Dixitq; ad eū rex. Nō est necesse vt vadat tecum. Coegit itaq; absalon eum, & dimisit cum eo Ammō & vniuersos filios regis. Precepera aūt Absalō pueris suis, dicēs. Obſuate cū tempulāt⁹ fuerit Ammō vino, & dixero vob. Percutite eū, & interficite, nolite timere: ego enī iuz

qui precipio vobis: roborammini, & estote viri fortes. Fece-
rūt ergo pueri Absalon aduersum Amnō, sicut pceperat
eis Absalō: surgēteſq; oēs filij regis ascēderūt singuli mu
las suas: & fugerūt. Cūq; adhuc pergerent in itinere, fama
pruenit ad Dauid, dicens. Percussit Absalō oēs filios
regis, & nō remansit ex eis saltē vnus. Surrexit itaq; rex, et
scidit vestimēta sua, & cecidit sup terrā: & oēs serui illi⁹ qui
assistebāt ei, sciderūt vestimēta sua. Rndēs aūt Jonadab
filius Sēmaa fratris Dauid dixit. Ne estimet dōs me⁹ rex
q̄ oēs pueri filij regis occisi sint: Amnō solus mortuus est,
qñ in ore Absalō erat posit⁹ ex die qua oppressit Thamar
sororem eius. Nunc ergo ne ponat dōs meus rex super cor
suū verbū istud, dicens. Omnes filij regis occisi sunt: quo-
niam Amnō solus mortuus est. Fugit aūt Absalō, & ele-
nauit puer speculator oculos suos, & aspexit, & ecce popu-
lus multus veniebat per iter deuiū ex latere mōtis. Dixit
aūt Jonadab ad regē. Ecce filij regis adsunt: iuxta verbū
serui tui, sic factū est. Cūq; cessasset loqui, apparuerūt & fi-
lij regis: & intrātes leuauerūt vocē suā, & fleuerunt: sed & rex
& omnes serui eius fleuerūt planctu magno nimis. Porro
Absalō fugiēs, abijt ad Tholomai filiū Ammiud regē
Gessur: luxit ergo Dauid filium suū multis diebus. Ab-
salō autem cum fugisset, & venisset in Gessur, fuit ibi trib⁹
annis. Cessauitq; rex Dauid persequi Absalō, eo q̄ con
solatus esset super Amnon interitu.

¶ Capituli Summarium. Absalon per prudentem mu-
lierem regi conciliatur. Caput.xiiij.



Intelligēs aūt Joab filius Saruie, q̄ cor regis
versum esset ad Absalō, misit Thecuā, & tulit
inde mulierē sapientē, dixitq; ad eā. Lugere te
simula, & induere veste lugubri, & ne vngaris o-
leo, vt sis q̄si mulier plurimo iā tpe lugens mortuū: & ingre
dieris ad regē, & loqueris ad eum sermones huiuscemodi.
Posuit aūt Joab verba in ore ei⁹. Ingtaq; cū ingressa fuisset
mulier Thecuitis ad regē, cecidit corā eo sup terrā, & ado
rauit, & dixit. Serua me rex. Et ait ad eam rex. Quid cause
habes? Que rndit. Heu, mulier vidua ego sum: mortuus
est enim vir meus. Et ancille tue erant duo filij: qui rixati
sunt aduersum se in agro nulluſq; erat qui eos prohibere
posset: & percussit alter alterū, & interfecit eū. Et ecce cōsur-
gens vniuersa cognatio aduersum ancillā tuā, dicit. Tra-
de eū qui percussit fratrē suū, vt occidamus eū pro aīa fra-
tris sui quē interfecit, & deleamus heredē: & q̄runt extingue
guere scintillā meā q̄ relicta est, vt nō supersit viro meo no
men, & reliquie sup terrā. Et ait rex ad mulierē. Uade in do
mū tuā, & ego iubebo pro te. Dixitq; mulier Thecuitis ad
regē. In me dñe mi rex sit iniquitas, & in domū patris mei:
rex aūt & thronus eius sit innocēs. Et ait rex. Qui cōtradi-
xerit tibi, adduc eū ad me, & vltra non addet vt tangat te.
Que ait. Recordet rex dñi dei sui, vt nō multiplicētur p-
ximi sanguinis ad vlciscendū, & nequa aquā interficiāt filiū
meū. Qui ait. Viuit dōs q̄ nō cadet de capillis filij tui su-
per terrā. Dixit ergo mulier. Loquatur ancilla tua ad do-
minū meū regē verbum. Et ait. Loquere. Dixitq; mulier.
Quare cogitasti huiuscemodi rem contra populum dei,
et locutus est rex verbū istud vt peccet: & nō reducat eiectuz
suū: Oēs morimur, & q̄si aque dilabimur in terrā, q̄ non re
uertunt: nec vult deus perire animā, sed retractat cogitās
ne penitus pereat q abiectus est. Rūc igitur veni, vt loquar
ad dōm meū regem verbum hoc pñte pplo. Et dixit ancil-
la tua. Loquar ad regē, si quo mō faciat rex verbū ancille
sue. Et audiuit rex, vt liberaret ancillā suā de manu oīum
qui volebāt de hereditate dei delere me, & filiū meū simul.
Dicat ergo ancilla tua, vt fiat verbuz dñi mei regis, sicut
sacrificiū. Sicut enim angelus dñi, sic est dōs meus rex, vt
nec benedictione, nec maledictione moueat: vñ & dōs deus
tuus est tecū. Et rndens rex, dixit ad mulierem. Ne abscon-
das a me verbū quod te interrogo. Dixitq; ei mulier. Lo-
quere dñi mi rex. Et ait rex. Rumquid manus Joab tecum
est in oībus istis? Rndit mulier, & ait. Per salutem aīe tue
dñe mi rex, nec ad sinistrā, nec ad dextrā est ex oībus his q̄
locutus est dōs meus rex, seruus enim tuus Joab, ipse pre
cepit mihi, & ipse posuit in os ancille tue oīa verba hec. Ut
verterem figuram sermonis huius, seruus tuus Joab pre
cepit istud: tu autem dñe mi rex, sapiens es, sicut habet sa-
pientiam angelus dei, vt intelligas oīa super terrā. Et ait
rex ad Joab. Ecce placatus feci verbum tuū, vade ergo, &
reuoca puerū Absalō. Cadēsq; Joab sup faciē suā in ter-
ram, adorauit, & būdixit regi: & dixit Joab. Hodie intelle-
xit seruus tu⁹ q̄ inueni gfam in oculis tuis dñe mi rex: feci
sti enim sermonē rex serui tui. Surrexit ergo Joab, & abijt
in Gessur, & adduxit Absalon in Jerusalem. Dixit autez
rex. Reuertatur in domum suam, & faciem meam non vi-
deat. Reuersus est itaq; Absalō in domū suam, & faciē re-
gis non vidit. Porro sicut Absalō, vir nō erat pulcher in
omni Jsrael, & decorus nimis: a vestigio pedis vsq; adver
ticem, nō erat in eo macula. Et q̄n tōdebat capillū (semel
autem in anno tondebat, q̄ grauabat eū cesaries) pōdera
bat capillos capitis sui ducētis siclis pōdere publico. Na
ti sunt aūtē Absalō filij tres: & filia vna, nomine Thamar,
elegātis forme. Mansitq; Absalō in Jerusalem duobus
annis, & faciē regis non vidit. Misit itaq; ad Joab, vt mit
teret eum ad regē: qui noluit venire ad eum. cumq; secūdo
misisset, & ille noluisset venire ad eum, dixit seruis suis. Sci
tis agrū Joab Juxta agrum meum, habētem messem hor
deiz: ite igitur, & succendite eum igni. Succēderūt ergo serui
Absalō segetē igni. Et venientes serui Joab, scissis vesti-
bus suis, dixerunt. Succenderūt serui Absalō partē agri
igni. Surrexitq; Joab, & venit ad Absalō in domum eius,
& dixit. Quare succenderūt serui tui segetē meā igni? Et re
spondit Absalon ad Joab. Misi ad te obsecrans vt veni-
res ad me, & mitterē te ad regem, vt diceres ei. Quare veni
de Gessur? melius mihi erat ibi esse: obsecro ergo vt videā
faciem regis: q̄ si memor est iniqtatis mee, interficiat me.
Ingressus itaq; Joab ad regē, nuntiauit ei oīa: vocatusq;
est Absalon, & intrauit ad regem, & adorauit super faciem
terre coram eo: osculatusq; est rex Absalon.

¶ Capituli Summarium. Absalon grandē coniuratio-
nem excitat contra patrem. Caput.xv.

Bitur post hec fecit sibi Absalō curr⁹ & eqtes,
& qnquaginta viros q̄ precederent eū. Et mane
cōsurgens Absalō, stabat iuxta introitum por
te in via, & omnem virum qui habebat negotiū
vt veniret ad regis iudiciū, vocabat absalon ad se, et dice-
bat. De qua ciuitate es tu? Qui rndens aiebat: Ex vna tri
bu Jsrael ego sum seruus tuus. Respōdebatq; ei absalō.
Uidentur mihi sermones tui boni & iusti, sed non est qui te
audiat constitutus a rege. Dicebatq; absalon. Quis me
constituat iudicē super terrā, vt ad me veniant omnes qui
habent negotiū, & iuste iudicem? Sed & cum accederet ad
eum homo vt salutaret illū, extendebat manū suam, & ap-
prehendens, osculabatur eū. Faciebatq; hoc omni Jsrael
venienti ad iudicium vt audiretur a rege, & solicitabat cor
da virorū Jsrael. Postq̄ quadraginta aūtē annos, dixit
Absalō ad regē Dauid. Uadā & reddā vota mea que vo-
ui dño in Hebrō. Uouēs enī vouit seruus tu⁹, cum esset in

D eze.xvij. g. xxxiij. c.

E

F

B

A

B

C

Hessur Syrie, dicēs. Si reduxerit me dñs in Jerusalē, sacrificabo dño. Dixitq; ei rex David. Uade in pace. Et surrexit, & abijt in Hebron. Misit aūt Absalō exploratores in vniuersas trib⁹ Jsrael, dicēs. Statim vt audieritis clāgorē buccine, dicite. Regnabit Absalō in Hebron. Porro cum Absalon ierunt ducēti viri de Jerusalē vocati, eūtes simplici corde, & causam penitus ignorantes. Accersiuit quoq; Absalon Achitophel Gilonitē cōsiliariū Dauid de ciuitate sua Gilo, cū immolaret victimas, & facta est cōiuratio valida, populusq; cōcurrens augebatur cum Absalō. Uenit igitur nūtius ad Dauid, dicēs. Toto corde vniuersus Jsrl sequit Absalō. Et ait dauid seruis suis qui erāt cū eo in Jerusalē. Surgite, fugiamus: neq; enim erit nobis effugiū a facie Absalon: festinate egredi, ne forte veniēs occupet nos, & impellat super nos ruinā, & percutiat ciuitatē in ore gladij. Dixerūtq; serui regis ad eū. Oia quecūq; ꝓceperit dñs noster rex, libēter exeq̄mur serui tui. Egressus est ergo rex: & vniuersa dom⁹ eius pedib⁹ suis: et dereliqt rex decē mulieres cōcubinas ad custodiendā domū. Egressusq; rex & oīs Jsrl pedib⁹ suis, stetit procul a domo: & vniuersi serui ei⁹ ambulabāt iuxta eū, & legiones Cerethi & Pheletbi, & oēs Gethei pugnatores validi sercēti viri qui secuti eū fuerāt de Geth pedites, precedebāt regē. Dixit aūt rex ad Ethai Getheū. Cur venis nobiscū: reuertere, & habita cū rege, q: peregrin⁹ es: & egressus es de loco tuo. Heri venisti, & hodie cōpelleris nobiscum egredi: ego aūt vadā q̄ itur⁹ sum: reuertere, & reduc tecū fratres tuos, & dñs faciet tecū miam & veritatē, q: ostēdisti gratiaz & fidem. Et rñdit Ethai regi, dicēs. Uiuit dñs, & vivit dñs me⁹ rex: q̄n in quocūq; loco fueris dñe mi rex, siue in morte, siue in vita, ibi erit seru⁹ tuus. Et ait David Ethai. Veni, & transi. Et transiuit Ethai Getheus, & oēs viri q cū eo erāt, & reliq̄ multitudo. Oēsq; flebāt voce magna, & vniuersus ppl's transibat: rex q̄z trāsgrediebat torrētē Cedron, & cūctus ppl's incedebat ꝑ viā oliue q̄ respicit ad desertum. Uenit aūt & Sadoc sacerdos, & vniuersi Leuite cū eo, portātes arcā federis dei, & deposuerūt arcā dei: & ascēdit abiathar, donec expletus esset oīs ppl's q egressus fuerat de ciuitate. Et dixit rex ad Sadoc. Reporta arcā dei in vrbē: si inuenero gratiā in oculis dñi, reducet me, & ostēdet mihi eā & tabernaculū suū. Si aūtē dixerit mihi. Nō places, presto sum, faciat mihi q̄ bonū est coram se. Et dixit rex ad sadoc sacerdotē. O videns reuertere in ciuitatē in pace: & Achimaas filius tuus, & Jonathan filius Abiathar duo filij vri, sint vobiscū. Ecce ego abscōdar in cāpestrib⁹ deserti, donec veniat sermo a vobis, indicās mihi. Reportauerunt ergo Sadoc & Abiathar arcā dei in Jerusalē, & mānserunt ibi, Porro David ascēdebat clīuū olinarū, scādēs & flēs, nudis pedib⁹ incedēs, & operto capite: sed & oīs ppl's qui erat cū eo, operto capite ascēdebat plorās: Nūtiatū est aūt David q̄ Achitophel esset in cōiuratiōe cū Absalon: dixitq; David. Infatua queso dñe cōsiliū Achitophel. Cumq; ascēderet David summitatē mōtis in quo adoratur⁹ erat deū, ecce occurrit ei Chusai Arachites, scissa veste, & terra pleno capite. Et dixit ei David. Si veneris mecū, eris mihi oneri: si aūt in ciuitatē reuertaris, & dixeris ad Absalō, Seruus tuus sum ego rex, sicut fui seru⁹ patris tui, sic ero seruus tuus: dissipabis cōsiliū Achitophel. Habes autez tecū Sadoc & Abiathar sacerdotes: & omne verbū quodcunq; audieris de domo regis, indicabis Sadoc & Abiathar sacerdotib⁹. Sunt eū cū eis duo filij eorū Achimaas filius Sadoc, & Jonathan filius Abiathar: & mittetis per eos ad me omne verbum quod audieritis. Uemente ergo Chusai amico David in ciuitatem, Absalon quoq; ingressus est Jerusalem, & Achitophel cum eo.

¶ C. S. Siba ꝓpont david, & Semei q̄ritꝫ ꝑpetit. C. xvj.

Cumq; David transisset paululum montis verticem, apparuit Siba, puer Miphiboseth, in occursum eius, cū duob⁹ asinis, qui onerati erāt ducentis panib⁹, & centū alligaturis vue passe, et centū massis palatarum, & vtre vini. Et dixit rex Sibe. Quid sibi volunt hec? Respondit⁹q; Siba, Asini domestici regis vt sedeant, & panes & palate ad vescendum pueris, vinū autem vt bibat si quis defecerit in deserto. Et ait rex. Ubi est filj⁹ domini tui? Respondit⁹q; Siba regi. Remansit in Jerusalem, dicens. Hodie restituet mihi domus Jsrael regnū patris mei. Et ait rex Sibe. Tua sint omnia que fuerunt Miphiboseth. Dixitq; Siba, oro vt inueniā gratiam apud te dñe mi rex. Uenit ergo rex David vsq; Baburim: & ecce egrediebatur inde vir de cognatione domus Saul, nomine Semei filius Gera, procedebat egrediens, & maledicebat. Mittebatq; lapides contra David, & contra vniuersos seruos regis David: omnis autē populus, & vniuersi bellatores a dextro & a sinistro latere regis incedebāt. Jta autem loquebatur Semei cum malediceret regi. Egredere, egredere vir sanguinū, & vir Belial. Reddidit tibi dominus vniuersum sanguinē dom⁹ Saul: quoniam inuasisti regnū pro eo, & dedit dñs regnum in manu Absalon filij tui: & ecce premunt te mala tua quoniam vir sanguinum es. Dixit autem Abisai filius Saruie, regi. Quare maledicit canis hic mortu⁹ dño meo regi: vadam, & amputabo caput eius. Et ait rex. Quid mihi & vobis est filij Saruie? dimittite eum vt maledicat: dñs enim precepit ei vt malediceret David: & quis est qui audeat dicere quare sic fecerit? Et ait rex Abisai, & vniuersis seruis suis. Ecce filius meus, qui egressus est de vtero meo, querit animā meā: quanto magis hic filius Jemini? dimittite eum vt maledicat iuxta preceptum dñi, si forte respiciat dominus afflictionem meā, & reddat mihi dñs bonū pro maledictiōe hac die hodierna. Ambulabat itaq; David, & socij eius per viā cum eo: Semei autē per ingum mōtis ex latere, contra illū gradiebatur, maledicens, & mittens lapides aduersum eū, terrāq; spargēs. Uenit itaq; rex david, & vniuersus popul⁹ cū eo lassus, & refocillati sunt ibi. Absalon autem & oīs populus eius ingressi sunt Jerusalē, sed et Achitophel cū eo. Cum aūt venisset Chusai Arachites amicus David ad Absalō, locut⁹ est ad eum. Salue rex, salue rex. Ad quem Absalō. Hec est, inquit, gratia tua ad amicum tuū: quare non iuisti cū amico tuo? Respondit⁹q; Chusai ad Absalō. Nequaquam, q: illius ero quē elegit dominus, & omnis hic populus & vniuersus Jsrael, & cum eo manebo. Sed vt & hoc inferā, cui ego seruitur⁹ sum: nōne filio regis? sicut parui patri tuo, ita parebo & tibi. Dixit aūt Absalō ad Achitophel. Inite consilium, quid agere debeamus. Et ait Achitophel ad Absalō. Ingredere ad concubinas patris tui, quas dimisit ad custodiendam domum: vt cum audierit omnis Jsrael q⁹ fedaueris patrē tuū, roborentur tecū manus eorum. Tetenderunt ergo Absalon tabernaculum in solario, ingressusq; est ad cōcubinas patris sui coram vniuerso Jsrael. Cōsilium autem Achitophel, quod dabat in diebus illis, quasi si quis consuleret deum: sic erat omne consilium Achitophel, & cum esset cū David, & cum esset cum Absalon.

¶ Capituli Summarium. Achitophel reiecto, Chusai sententia recipitur. Caput xvii.

Dixit ergo Achitophel ad Absalō. Eligā mihi duodecim millia virorum, & consurgens persequar David hac nocte. Et irruens super eū (q̄ pe qui lassus est, & solutis manibus) percutiā eū: cūq; fugerit omnis populus qui cū eo est, percutiā regē desolatum. Et reducam vniuersum populū, quo vnus homo reuerti solet, vnum enim virū tu queris: & oīs populus erit in pace. Placuitq; sermo eius Absalō, & cunctis maioribus natu Jsrael. Dixit aūt Absalō. Uocate & Chusai archithen, & audiamus quid etiā ipse dicat. Cumq; venisset Chusai ad absalō, ait Absalon ad eū. Huiusce modi sermonem locutus est Achitophel: facere debemus an non: q̄ tu das consiliū? Et dixit Chusai ad Absalō. Nō est bonū cōsilium quod dedit Achitophel hac vice. Et rursum intulit Chusai. Tu nosti patrem tuum, & viros qui cū eo sunt

esse fortissimos

esse fortissimos ⁊ amaro aĩo, veluti si vrsa raptis catulis in saltu semat: sed ⁊ pater tu⁹ vir bellator est, nec morabitur cũ pplo. Forsitan nunc latitat in foueis, aut in vno quo voluerit loco: ⁊ cũ ceciderit vnus quilibet in principio, audiet quicunqz audierit, ⁊ dicet facta est plaga in populo qui sequebatur Absalõ. Et fortissimus ipse, cuius cor est quasi leonis, pauore solaetur. scit enim oĩs Israel fortẽ esse patrẽ tuũ: ⁊ robustos oĩs qui cũ eo sunt. Sed hoc mihi videt rectũ esse consiliũ. Cõgregẽt ad te vniuersus Israel, a dan vsqz Besabee, q̃si arena maris innumerabilis: ⁊ tu eris in medio eorũ. Et irruem⁹ sup eũ in q̃cũqz loco inuẽtus fuerit ⁊ operiem⁹ eũ, sicut cadere solet ros sup terrã: ⁊ nõ relinq̃mus de viris q cũ eo sunt ne vnũ quidẽ. Qõ si vrbẽ aliquã fuerit ingressus, circũdabit oĩs Isrl̃ ciuitati illi funes ⁊ trahem⁹ eã in torrentẽ, vt nõ reperiat nec calcul⁹ quidẽ ex ea. Dixitqz absalõ, ⁊ omnes viri Isrl̃. Melior est cõsiliũ chusai Arachite, cõsilio Achitophel. Dñs aũt nutu dissipatũ est cõsiliũ Achitophel vtile, vt induceret dñs sup Absalõ malũ. Et ait Chusai Sadoc ⁊ Abiathar sacerdotib⁹. Hoc ⁊ hoc modo cõsiliũ dedit Achitophel Absalõ, ⁊ senioribus Israel: ⁊ ego tale ⁊ tale dedi cõsiliũ. Nũc ergo mittite cito, ⁊ nũtiate Dauid, dicẽtes. Ne moreris nocte hac in campestribus deserti, sed absq; dilatione trãsgredere: ne forte absorbeatur rex, ⁊ ois pplus q cũ eo est. Jonathas aũt ⁊ Achimaas stabant iuxta fontẽ Rogel: abijt ancilla, ⁊ nũtiauit eis, illi pfecti sunt, vt referrẽt ad regẽ Dauid nuntiũ: nõ enim poterant videri, aut introire ciuitatẽ. Vidit autẽ eos quidã puer, ⁊ indicauit absalon: illi vero cõcito gradu ingressi sunt domũ cuiusdã viri in Bahurim, q habebat puteũ in vestibulo suo, ⁊ descenderũt in eũ. Tulit aũt mulier, et expãdit velamẽ sup os putei, quasi siccãs ptisanas: ⁊ sic latuit res. Cũq; venissent serui Absalõ in domũ ad mulierem, dixerũt. Vbi est Achimaas ⁊ Jonathas? Et rndit eis mulier: Trãsierũt festinãter, gustata paululũ aqua. At hi qui querebãt, cũ nõ reperissent, reuersi sunt in Jerusalem. Cũq; abijssent, ascenderũt illi de puteo, ⁊ pergentes nuntiauerunt regi Dauid, ⁊ dixerunt. Surgite, ⁊ transite cito fluuiũ: qm̃ huiusce modi dedit cõsiliũ contra vos Achitophel. Surrexit ergo Dauid, ⁊ ois pplus qui cum eo erat, ⁊ transierũt Jordanẽ, donec diluceſceret: ⁊ ne vnus quidẽ residuus fuit qui nõ trãsisset fluuiũ. Porro Achitophel videns q⁹ nõ fuisset factũ consiliũ suũ, strauit asinũ suũ, surrexitqz, ⁊ abijt in domũ suã ⁊ in ciuitatẽ suã: ⁊ disposita domo sua, suspẽdio interijt, ⁊ sepult⁹ est ĩ sepulchro pris sui. Dauid aũt venit in castra, ⁊ Absalõ trãsijt Jordanẽ, ipse et oĩs viri Israel cũ eo. Amasam vero cõstituit Absalõ pro Joab sup exercitũ: Amasa autẽ erat filius cuiusdã viri, qui vocabat Jetra de Jesraeli, q ingressus est ad Abigail filiã Naas, sororẽ Saruie q̃ fuit mater Joab. Et castrametat⁹ est Isrl̃ cũ Absalõ in terra Galaad. Cũq; venisset dauid in castra, Sobi filius Naas de Rabath filiorũ Ammõ, ⁊ Machir filius Ammiel de Lodabar, ⁊ Berzellai Galaadites de rogelim, obtulerũt ei stratoria ⁊ tapetia, ⁊ vasa fictilia, frumentũ ⁊ hordeũ ⁊ farinã ⁊ polẽtã ⁊ fabã et lentẽ, ⁊ frixũ oleo cicer, ⁊ mel ⁊ butyrũ, oues ⁊ pingues vitulos, dederũtqz dauid, ⁊ pplo qui cũ eo erat, ad vescendũ: suspicati enim sunt populũ fame ⁊ siti fatigari in deserto.

¶ C.S. Absalon persequens patrẽ transfodit. Ca.xviij.

Igitur cõsiderato Dauid pplo suo, constituit sup eos tribunos ⁊ cẽturiones, tradidit populi tertiã partẽ sub manu Joab, ⁊ tertiã partẽ sub manu Abisai filij Saruie fratris Joab, ⁊ tertiã partem sub manu Ethai, qui erat de Geth: dixitqz rex ad populũ. Egrediar ⁊ ego vobiscũ. Et rndit ppls. Nõ eribis: sine enim fugerimus, nõ magnopere ad eos de nobis ptinebit: sine media ps ceciderit e nobis, nõ satis curabũt: q; tu vnus solus p decẽ milibus cõputaris: melius est igit vt sis nobis in vrbe presidio. Ad quos rex ait. Quod vobis videt rectũ, hoc faciã. Stetit ergo rex iuxta portã: egrediebaturqz populus p turmas suas centeni ⁊ milleni. Et pcepit rex Joab ⁊ Abisai ⁊ Ethai, dicẽs. Seruate mihi puerũ Absalon. Et ois populus audiebat precipientẽ regẽ cũctis principibus p Absalõ. Itaqz egressus est populus in campum cõtra Israel, ⁊ factũ est prelium in saltu Ephraim. Et cesus est ibi populus Israel ab exercitu Dauid, factaqz est plaga magna in die illa viginti milliũ. Fuit aũt ibi prelium dispersum sup faciẽ ois terre, ⁊ multo plures erãt quos saltus cõsumpserat de populo, q̃ hi quos vorauerat gladius in die illa. Accidit autẽ vt occurreret Absalon seruis Dauid, sedens mulo: cumqz ingressus fuisset mulus subter cõdensam quercũ ⁊ magnã, adhesit caput eius quercui: ⁊ illo suspenso inter celũ ⁊ terrã, mulus cui insederat, pertrãsiuit. Vidit aũt hoc quidã, ⁊ nũtiauit Joab, dicens. Vidi Absalon pendere de quercu. Et ait Joab viro qui nũtiauerat ei. Si vidisti, quare nõ cõfodisti eũ cũ terra? ⁊ ego dedissez tibi decem argenti siclos, ⁊ vnuz Baltheum. Qui dixit ad Joab. Si appenderes in manibus meis mille argenteos, neq̃aquã mitterẽ manum meã in filium regis: audientib⁹ enim nobis precepit rex tibi, ⁊ Abisai, ⁊ Ethai, dicens. Custodite mihi puerũ Absalon. Sed ⁊ si fecissem contra animã meã audacter, neq̃aquã hoc regẽ latere potuisset, ⁊ tu stares ex aduerso. Et ait Joab. Nõ sicut tu vis, sed aggrediar eũ coram te. Tulit ergo tres lanceas in manu sua, et infixit eas in corde Absalõ: cũqz adhuc palpitaret hereens in quercu, currerunt decẽ iuuenes armigeri Joab, et percutientes interfecerũt eũ. Cecinit aũt Joab buccina, ⁊ retinuit populũ ne persequerẽt fugientẽ Israel, volẽs pcere multitudinẽ. Et tulerũt Absalõ, ⁊ proiecerũt eũ in saltu in foueã grandẽ, ⁊ cõportauerũt sup eũ acerũ lapidum magnum nimis: ois autẽ Isrl̃ fugit in tabernacula sua. Porro Absalõ erexerat sibi, cũ adhuc viueret, titulũ qui est in valle regis: dixerat enim. Nõ habeo filiũ, ⁊ hoc erit monimentũ nois mei. Vocauitqz titulũ noĩe suo, ⁊ appellat⁹ est Dan⁹ Absalon: vsqz ad hãc diẽ. Achimaas aũt filius Sadoc, ait. Curram, ⁊ nũtiabo regi: q; iudiciũ fecerit ei dñs de manu inimicorũ eius. Ad quẽ Joab dixit. Nõ eris nũtius in hac die, sed nuntiabis in alia: hodie nolo te nũtiare, filius enim regis est mortuus. Et ait Joab, Chusi. Vade, ⁊ nũtia regi que vidisti. Adorauit Chusi Joab, ⁊ cucurrit. Rursus autẽ Achimaas filius Sadoc dixit ad Joab. Quid impedit si etiã ego curram post Chusi? Dixitqz ei Joab. Quid vis currere fili mi? Veni huc, nõ eris boni nuntij baiulus. Qui rndit. Quid enim si cucurrero? Et ait ei. Curre. Currens ergo Achimaas p viã cõpendij trãsiuit Chusi. Dauid aũt sedebat inter duas portas: speculator vero q erat in fastigio porte sup murũ, eleuans oculos, vidit hominẽ currentẽ solũ. Et exclamans indicauit regi: dixitqz rex. Si solus est, bonus est nũtius in ore eius. Properãte aũt illo, ⁊ accedente propius, vidit speculator hominẽ alterũ currentem, ⁊ vociferãs in culmine, ait. Apparet mihi alter homo currẽs solus. Dixitqz rex. Et iste bon⁹ est nunti⁹. Speculator aũt, Cõtẽplor, ait, cursuz p̃oris q̃si cursuz Achimaas filij Sadoc. Et ait rex. Vir bon⁹ est: ⁊ nũtiũ portans bonũ, venit. Clamans aũt Achimaas, dixit ad regẽ. Salue rex. Et adorans regẽ corã eo pnus in terrã, ait. Bñdictus dñs deus tuus, q̃ cõclusit hoies q leuauerũt man⁹ suas ꝟ dñm meũ regẽ. Et ait rex. Est ne pax puero Absalon? Dixitqz Achimaas. Vidi tumultum magnũ, cum mitteret Joab seruus tuus, o rex, me seruum tuũ: nescio aliud. Ad quem rex. Transi, ait: ⁊ sta hic. Cũqz ille trãsisset, ⁊ staret, apparuit Chusi: ⁊ veniens ait. Bonum apporto nũtium dñe mi rex: iudicauit enim pro te dñs hodie de manu omnium qui surrexerunt contra te. Dixit autem rex ad Chusi. Est ne pax puero Absalon? Cui respondens Chusi. Fiant, inquit, sicut puer, inimici dñi mei regis: ⁊ vniuersi qui consurgunt aduersus eum in malum. Contristatus itaqz rex ascẽdit cenaculum porte, ⁊ fleuit. Et sic loquebatur, vadẽs. Fili mi Absalon, Absalon fili mi: quis mihi tribuat vt ego moriar pro te? Absalon fili mi, fili mi Absalon.

¶ C.S. Cõspiratores reconciliant regi Dauid. Ca.xix.

A Untiatū est aūt Joab q̄ rex fleret, ⁊ lugeret filiū suū: ⁊ vſa est victoria illuctū i die illa oi pplo: audiuit enī pplūs die illa dicī, dolet rex super filio suo. Et declinauit pplūs in die illa ingredi ciuitatem qūo declinare solet pplūs versus, ⁊ fugiēs de prelio. Porro rex operuit caput suum, ⁊ clamabat voce magna. Fili mi Absalō, Absalon fili mi. Ingressus ergo Joab ad regē in domū, dixit. Cōfudisti hodie vultus oīm seruorum tuorū q̄ saluā fecerūt aiam tuā, ⁊ aiam filiorū tuorū ⁊ filiarū tuarū, ⁊ aiam vxorū tuarū, ⁊ aiam cōcubinarū tuarū. Diligis odientes te, ⁊ odio habes diligētes te: ⁊ oīndisti hodie q̄ nō curas de ducib⁹ tuis, ⁊ de seruis tuis: ⁊ vere cognoui mō, q̄ si Absalō viueret, ⁊ oēs nos occubuissem⁹, tūc placeret tibi. Nūc igit surge, ⁊ pcede: ⁊ alloquens satisfac seruis tuis: iuro enī tibi p dōm, q̄ si nō exieris, ne vn⁹ qdē remansur⁹ sit tecū nocte hac ⁊ peius erit hoc tibi, q̄ oīa mala q̄ venerūt sup te ab adolescētia tua vsq̄ in pūs. Surrexit ergo rex, ⁊ sedit in porta: ⁊ oī pplo nūtiatū est q̄ rex sedet in porta: venitq̄ vniuersa multitudo cora rege, Isrl aūt fugit in tabernacula sua. Ois q̄z pplūs certabat in cūctis tribubus Isrl, dicēs. Rex liberauit nos de manu inimicorū nr̄oū, ipse saluauit nos de manu Philistheorū: ⁊ nūc fugit de terra ppter Absalon, Absalon aūt quē vnximus super nos mortuus est in bello: vsq̄ quo siletis, ⁊ nō reducitis regē? Rex vero Dauid misit ad Sadoc ⁊ Abiathar sacerdotes, dicēs. Loquimini ad maiores natu Juda, dicentes. Cur venitis nouissimi ad reducendū regē in domū suā? Sermo aūt oīs Israel peruenerat ad regē in domum eius qui a dixerat rex. Vos dicetis ad pplūm Juda. Fratres mei vos, os meū, ⁊ caro mea vos: quare nouissimi reducitis regē? Et amase dicite. Nonne os meum, ⁊ caro mea es? Hec faciat mihi deus, ⁊ hec addat: si non magister militie fueris cora me oī tpe p Joab. Et inclinauit cor oīm viri Juda q̄si viri vn⁹: miserūtq̄ ad regē, dicētes. Reuertere tu ⁊ oēs serui tui. Et reuersus est rex: ⁊ venit vsq̄ ad Jordanē, ⁊ ois Juda venit vsq̄ in Galgala, vt occurreret regi ⁊ traduceret eū Jordanē. Festinauit autē Semei filius Gera filij Jemini de bahurim, ⁊ descēdit cum viris Juda in occursum regis Dauid cum mille viris de Beniamin, ⁊ Siba puer de domo Saul: ⁊ quindecim filij eius, ac viginti serui erāt cū eo: ⁊ irrūpentes Jordanē, aū regē trāsierūt vada vt traducerēt domū regis, ⁊ facerēt iucta iussionem ei⁹: Semei aūt filius Gera pstrat⁹ cora rege, cū iā transisset Jordanē, dixit ad eū. Ne reputes mihi dñe mi iniquitatē, neq̄ memineris iniuriarū fui tui i die q̄ egress⁹ es dñe mi rex de Jerusalē, neq̄ ponas rex in corde tuo. Agnosco enī seru⁹ tu⁹ pctū meū: ⁊ ideirco hodie primus veni de oī domo Joseph, descēdiq̄ in occursū dñi mei regis. Rndēs vero Abisai filius Sarue, dixit. Nunqd p his verbis nō occidet Semei, q̄ maledixit xp̄o dñi? Et ait dauid. Quid mihi et vobis filij Sarue? cur efficimini mihi hodie in sathan? ergone hodie interficiet vir in Isrl? an ignoro hodie me factū regē sup Israel? Et ait rex Semei. Non morieris. Jurauitq̄ ei. ⁊ Miphiboseth q̄z filius Saul descēdit i occursū regis illotis pedib⁹, ⁊ intonsa barba: vestesq̄ suas nō lauerat a die q̄ egressus fuerat rex, vsq̄ ad diē reuersionis eius in pace. Cūq̄ Jerusalē occurrisset regi, dixit ei rex. Quare nō venisti mecū ⁊ Miphiboseth? Et rndēs ait. Dñe mi rex, seru⁹ me⁹ cōtēpsit me: dixitq̄ ei ego famul⁹ tu⁹ vt sterneret mihi asinū, ⁊ ascēdēs abirē cū rege: claud⁹ enī suz seru⁹ tu⁹. Insup ⁊ accusauit me seruū tuū ad te dōm meum regē, tu aūt dñe mi rex, sicut angel⁹ dei es, fac qd placitum est tibi. Neq̄ enī fuit dom⁹ p̄ris mei, nisi morti obnoxia dño meo regi: tu aūt posuisti me seruū tuū inter q̄nas mēse tue: qd ergo habeo iuste q̄rele: aut qd possum vltra vociferari ad regē? Ait ergo ei rex. Quid vltra loq̄ris? firū est q̄d locut⁹ sum: tu ⁊ Siba diuidite possessiones. Rndit q̄z Miphiboseth regi. Etiā cūcta accipiat, postq̄ reuersus est dñus me⁹ rex pacifice in domū suā. Berzellai q̄z Galaadites descendens de Rogelim traduxit regē Jordanē, parat⁹ etiā vltra fluuiū psequi eū. Erat aūt Berzellai Galaadites senex valde, id est octogenari⁹, ⁊ ipse prebuit alimēta regi, cum moraret i castris: fuit quippe vir dives nimis. Dixit itaq̄ rex ad Berzellai. Vem mecū, vt regescas secure mecum in Jerusalem. Et ait Berzellai ad regē. Quot sunt dies annorū vite mee, vt ascēdā cū rege in Jerusalē? Octogenari⁹ sum hodie: nunqd vigēt sensus mei ad discernendū suauе aut amarū? aut delectare pōt seruū tuū cib⁹ ⁊ pot⁹? vel audire possum vltra vocē cantorū atq̄ cātatricū? cur ergo seruus tu⁹ sit oneri dño meo regi? Paululū pcedat famulus tuus ab Jordane tecū: nō indigeo hac vicissitudine, sed obsecro vt reuertar seruus tu⁹, ⁊ moriar in ciuitate mea, ⁊ sepeliar iuxta sepulchrum patris mei ⁊ matris mee. Est aūt seruus tu⁹ Chamaā, ipse vadat tecū dñe mi rex, ⁊ fac ei quicquid tibi bonū videt. Dixit itaq̄ rex. Decū trāseat Chamaā, ⁊ ego faciam ei quecqd tibi placuerit: ⁊ oē q̄ petieris a me, impetrabis. Cūq̄ trāsisset vniuersus pplūs ⁊ rex Jordanē, restitit, ⁊ osculatus est rex Berzellai, ⁊ benedixit ei: ⁊ ille reuersus est in locū suū. Trāsiuit ergo rex in Galgalam, ⁊ Chamaā cū eo: ois aūt pplūs Juda traduxerat regem, ⁊ media tm̄ pars affuerat de pplo Jsrael. Itaq̄ oēs viri Jsrael cōcurrentes ad regē, dixerūt ei. Quare te furati sunt fratres nostri viri Juda, ⁊ traduxerūt regē ⁊ domū eius Jordanē, oēsq̄ viros Dauid cū eo? Et rndit ois vir Juda ad viros Jsrael. Quia mihi ppior est rex: cur irasceris sup hac re: nūquid comedimus aliquid ex rege, aut munera nobis data sunt? Et rndit vir Jsrael ad viros Juda ⁊ ait. Decem partibus maior ego sum apud regem, magisq̄ ad me pertinet Dauid, q̄ ad te: cur fecisti mihi iniuriam, et nō mihi nunti atum est prior, vt reducerem regem meum? Durius autem respondерunt viri Juda viris Jsrael.

¶ Capi. Sum. Seba seditionē mouet in regno. Caput. xx.



Accidit q̄z, vt ibi eēt vir belial noie Seba filius Bochri, vir Jemineus: ⁊ cecinit buccina, ⁊ ait. Nō est nobis pars in Dauid, neq̄ hereditas in filio Jsai: reuertere in tabernacula tua Jsrael. Et separatus est ois Jsrael a dauid secutusq̄ est Seba filiū Bochri: viri aūt Juda adhesерunt regi suo a Jordane vsq̄ Jerusalē. Cūq̄ venisset rex in domū suā in Jerusalē, tulit decē mulieres cōcubinas suas, quas dereliquerat ad custodiēdam domū, ⁊ tradidit eas in custodiā, alimēta eis prebēs: ⁊ nō est ingressus ad eas, sed erāt clause vsq̄ in diē mortis sue in viduitate viuētes. Dixit autem rex Amase, Conuoca mihi oēs viros Juda in diē tertium, ⁊ tu adesto pūs. Abiit ergo Amasa vt cōuocaret Judā, ⁊ moratus⁹ est extra placitū q̄s ei cōstituerat. Dixit autem Dauid ad abisai. Nūc magis afflicturus est nos Seba filius Bochri q̄ Absalon: tolle igit seruos dñi tui, ⁊ persequere eū ne forte inueniat ciuitates munitas ⁊ effugiat nos: Egressi sunt ergo cum eo viri Joab, Cerethi q̄z ⁊ Phelethi, ⁊ oēs robusti exierūt de Jerusalē ad psequēdū Seba filium Bochri. Cūq̄ illi essent iuxta lapidē grandē q̄ est in Gabaō, Amasa veniēs ad faciē illorū occurrit eis. Porro Joab vestit⁹ erat tunica stricta ad mēsurā hūt⁹ sui, ⁊ dēsup accīt⁹ gladio dependēte vsq̄ ad ilia i vagina q̄ fabricat⁹ leui motu egredi poterat, ⁊ pcutere. Dixit itaq̄ Joab ad amasā. Salue mi ff.

Ettenuit

Universidad de Deusto Biblioteca

ti.Regū ij.a.

Et tenuit manu dextra mētū amasę, q̄si osculās eū. Porro Amasa nō obseruauit gladiū, quē habebat Joab: q̄ percussit eū in latere, ꝛ effudit intestina ei⁹ in terrā, ꝛ mortuus est, nec secōm vuln⁹ apposuit Joab aūt, ꝛ Abisai frater ei⁹ p̄secuti sunt Seba filiū Bochri. Interea q̄dā viri cū stetissent iuxta cadauer amasę de sotijs Joab, dixerūt. Ecce q̄ esse voluit p Joab comes Dauid. Amasa aūt q̄spersus sanguine, iacebat in media via. Vidit hoc q̄dā vir q̄ subsisteret oīs ppls ad videndū, ꝛ amouit Amasam de via in agrū: operuitq; eū vestimēto ne subsisterēt trāseūtes, ppter eū. Amoto ergo illo de via: trāsibat oīs vir sequens Joab ad p̄sequēdū Seba filiū Bochri. Porro ille trāsierat per oēs trib⁹ Jsrł vsq; in Abelam ꝛ Bethmaacha: oēsq; viri electi cōgregati fuerūt ad eū. Venerunt itaq; ꝛ oppugnabāt eū in Abela, ꝛ in Bethmaacha, ꝛ circūdederunt munitionib⁹ ciuitatē, ꝛ obsessa est vrbs: oīs aūt turba q̄ erat cum Joab, moliebat destruere muros. Et exclamauit mulier sapiēs de ciuitate. Audite audite, dicite Joab, appropinqua hūc, ꝛ loq̄r tecū. Qui cū accessisset ad eā, ait illi. Tu es Joab? Et ille rndit. Ego sum. Ad quē sic locuta est. Audi sermones ancille tue. Qui rndit, audio. Rursumq; illa. Sermo, inqt, dicebat in veteri puerbio. Qui interrogant, interrogēt in abela: ꝛ sic p̄ficiāt. Nōne ego sum q̄ rndeo veritatē in Jsrł, ꝛ tu q̄ris subuertere ciuitatē, ꝛ euertere matrez in Jsrł: cūre p̄cipitas hereditatē dñi? Rndēsq; Joab, ait. Absit, absit hoc a me, nō p̄cipito, neq; demolior. Non sic se hz res, sed hō de mōte ephraim Seba filius Bochri cognomine, leuauit manū suā ꝛ regē Dauid: tradite illū solū, ꝛ recedemus a ciuitate. Et ait mulier ad Joab. Ecce caput ei⁹ mittet ad te p murū. Ingressa est ergo ad oēm ppl̄z, ꝛ locuta est eis sapiēter: q̄ abscisum caput Sebe filij Bochri p̄iecerūt ad Joab. Et ille cecinit tuba, ꝛ recesserūt ab vrbe, vnusq̄sq; in tabernacula sua: Joab aūt reuersus est Jerusalē ad regē. Fuit ergo Joab super omnez exercitum Jsrael: Banaias aūt fili⁹ Joiade super ceretheos ꝛ Phelletheos: Adurā vero sup tributa: porro Josaphat filius Ahilud: a cōmentarijs: Siua aūt, scriba. Sadoc vo ꝛ abiathar, sacerdotes: Jra aūt iatrites erat sacerdos Dauid.

¶ L.S. Crucifiguntur posteri Saul. Caput.xxj.

A Facta est q̄z fames in diebus dauid trib⁹ annis sugiter: ꝛ cōsulnit dauid oraculū dñi. Dixitq; dñs. Propter Saul, ꝛ domū ei⁹ sanguinū, quia occidit Gabaonitas. Uocatis ergo Gabaonitis rex dixit ad eos. Porro gabaonite non erant de filijs Jsrł, sed reliquie Amorrheorū: filij q̄ppe Jsrael iurauerāt eis, ꝛ voluit Saul p̄cutere eos zelo, quasi p filijs Jsrł, ꝛ uda. Dixit ergo Dauid ad Gabaonitas. Quid faciam vobis: ꝛ q̄ō erit vestri piaculum, vt benedicatis hereditati dñi? Dixerūtq; ei Gabaonite. Nō est nobis sup argēto et auro q̄ō, sed ꝛ Saul, ꝛ ꝛ domū ei⁹, neq; volum⁹ vt interficiat homo de Jsrł. Ad quos ait. Quid ergo vultis vt faciā vobis? Qui dixerūt regi. Uirū qui attriuit nos ꝛ oppsit inique, ita delere debem⁹, vt ne vn⁹ q̄dē residu⁹ sit de stirpe ei⁹ in cūctis finib⁹ Jsrael. Dētur nobis septē viri de filijs ei⁹, ꝛ crucifigamus eos dño in Gabaa Saul quondā electu dñi. Et ait rex. Ego dabo. Pepercitq; rex Miphiboseth filio Jonathe filij Saul, ppter iusiurandū dñi q̄ō fuit inter Dauid, ꝛ inter Jonathā filiū Saul. Tulit itaq; rex duos filios respha filie aia, quos peperit Sauli, Armoni, ꝛ Miphiboseth: ꝛ quinq; filios michol filie Saul, quos genuerat Hadrieli filio berzellai qui fuit de Mabolati, ꝛ dedit eos in manus Gabaonitarū: q̄ crucifixerunt eos in mōte cora dño: ꝛ ceciderūt hi septē simul occisi in diebus messis primis, inciptēte messiōe hordei. Tollēs aūt Respha filia Aia, ciliciū, substrauit ibi supra petrā ab initio messis, donec stillaret aqua super eos de celo: ꝛ nō dimisit aues lacerare eos die, neq; bestias per noctē. Et nūtiata sunt Dauid q̄ fecerat Respha filia Aia pzcubina Saul. Et abiit dauid ꝛ tulit ossa Saul, ꝛ ossa Jonathan filij ei⁹ a viris Jabes Galaad, qui furati fuerāt ea de platea Bethsan, in qua suspēderāt eos Philisthijm cū interfecissent Saul in Gelboe, ꝛ asportauit inde ossa Saul, ꝛ ossa Jonathe filij ei⁹: ꝛ colligētes ossa eorū, q̄ affixi fuerāt, sepelierunt ea cū ossib⁹ Saul, ꝛ Jonathe filij eius in terra Beniamin, in latere in sepulchro Cis p̄sis ei⁹: fecerūtq; oīa q̄ precepat rex, ꝛ repropitiat⁹ est de⁹ terre post hec. Factū est aūt rursum p̄liū Philisthijm aduersum Jsrael, ꝛ descendit dauid ꝛ serui ei⁹ cū eo, ꝛ pugnabāt ꝛ Philisthijm. Defecitq; aūt dauid, Jesbibenob q̄ fuit de gñe Arapha cui⁹ hasta trecētas vncias appēdebat, ꝛ accinct⁹ erat ense nouo, nisus est p̄cutere dauid. Auxilioq; ei fuit abisai filius Saruie, ꝛ p̄cussit Philistheū interfecit. Tūc iurauerūt viri dauid, dicētes. Jā nō egredieris nobiscū in bellū, ne extinguas lucernā Jsrł. Scōm quoq; bellū fuit in Gob ꝛ Philistheos: tūc p̄cussit Sobochai de Husathi, Saph de stirpe Arapha de gñe Gigātū. Tertiū quoq; fuit bellū in Gob ꝛ Philistheos, in q̄ p̄cussit Eldeodat⁹ fili⁹ Saltus polymitari⁹ Bethlehemites Goliath Getheū, cuius hastile hastę erat q̄si luciatorū texentiū. Quartū bellum fuit in Geth: in q̄ vir fuit excelsus, q̄ senos in manib⁹ pedibusq; habebat digitos, id est viginti quatuor, ꝛ erat de origine Arapha. Et blasphemauit Jsrł: p̄cussit aūt eū Jonathā fili⁹ samaa fratris dauid. Hi q̄tuor nati sunt de arapha in Geth, ꝛ ceciderūt in manu dauid, ꝛ seruorum eius.

¶ Cap. Sum. Canticum seu psalmus Dauid. Cap. xxij.

Locut⁹ est aūt dauid dño verba carminis hui⁹, in die q̄ liberauit eū dñs de manu oīm inimicorū suorū, ꝛ de manu Saul. Et ait, dñs petra mea, ꝛ robur meū, ꝛ saluator meus. Deus fortis meus sperabo in eū: scutū meū ꝛ cornu salutis mee: eleuator me⁹ ꝛ refugiū meū: saluator me⁹, de iniqtate liberabis me. Laudabilē inuocabo dñm, ꝛ ab inimicis meis salu⁹ ero. Quia circūdederūt me cōtritiones mortis: torrentes Belial terruerūt me. Funes inferi circūdederūt me: p̄uenerūt me laq̄i mortis. In tribulatione mea inuocabo dñm, ꝛ ad deū meū clamabo: ꝛ exaudiet de tēplo suo vocē meā, ꝛ clamor me⁹ veniet ad aures ei⁹. Cōmota est, ꝛ p̄tremuit terra, ꝛ funda mēta mōtiū p̄cussa sunt, ꝛ cōmota q̄m irat⁹ est eis. Ascēdit fumus de naribus ei⁹, ꝛ ignis de ore ei⁹ vorabit, carbones succēsi sūt ab eo. Et inclinauit celos, ꝛ descēdit: ꝛ caligo sub pedib⁹ ei⁹. Et ascēdit sup cherubim, ꝛ volauit: ꝛ lapsus est sup pēnas vēti. Posuit tenebras in circuitu suo latibulū: cribras aq̄s de nubib⁹ celorū. Pre fulgore in cōspectu eius succensi sunt carbones ignis. Tonabit de celo dñs, ꝛ excelsus dabit vocē suam. Misit sagittas, ꝛ dissipauit eos: fulgura, ꝛ p̄sumpsit eos. Et apparuerūt effusiones maris, ꝛ reuelata sunt fundamēta orbis ab increpatiōe dñi, ab inspiratiōe spūs furoris ei⁹. Misit de celo, ꝛ assumpsit me, ꝛ extraxit me de aq̄s multis. Liberauit me ab inimico meo potentissimo, ꝛ ab his q̄ oderāt me: q̄m robustiores me erant. Preuenit me in die afflictiōis mee, ꝛ fact⁹ est dñs firmamētū meū, ꝛ eduxit me in latitudinē: liberauit me, q̄ cōplacui ei: Retribuet mihi dñs scōm iustitiā meā, ꝛ scōm mūditiā manuū mearū reddet mihi. Quia custodiui vias dñi, ꝛ nō egi impie a deo meo. Quia oīa iudicia ei⁹ in p̄spectu meo et precepta eius nō amouī a me. Et ego p̄fectus cora eo, ꝛ custodiā me ab iniquitate mea. Et restituet mihi dñs secūdū iustitiā meā: ꝛ scōm mūditiā manuū mearū in p̄spectu oculorū suorū. Cū sancto sanctus eris ꝛ cū robusto perfectus. Cū electo electus eris, ꝛ cū peruerso puerteris. Et populū pauperē saluū facies, oculisq; tuis excelsos humiliabis. Quia tu lucerna mea dñe, et tu dñe illuminabis tenebras meas. In te enim curram accinctus, in deo meo transiliam murū. Deus immaculata via eius, eloquiū dñi igne examinatum: scutum est oīm sperantium in se. Quis est deus preter dñm: ꝛ quis deus fortis preter deū nostrum? Deus qui accinxit me fortitudine, ꝛ cōplanauit perfectā viam meā. Coequās pedes meos ceruis, ꝛ super excelsa mea statuēs me. Docens manus meas ad p̄liū, ꝛ cōponens quasi arcū ereum brachia mea. Dedisti mihi clypeū salutis tue, ꝛ mā

Josue ij.c.

j.re.xviij.a.

j.re.xxxj.c.

D

E

F

B

A

B

C

D

A

Psalmo xvij.a.

B

C

Universidad de Deusto
Biblioteca

suetudo tua multiplicauit me. ¶Dilatasti gressus meos subtus me, ꝛ non defecerūt tali mei. ¶Persequar inimicos meos, et apprehendam illos, ꝛ non reuertar donec consumā eos. Cōsumā eos ꝛ confringā eos, vt non consurgāt: cadēt sub pedibus meis. ¶Accinxisti me fortitudine ad prelium, incuruabis resistentes mihi subtus me. ¶Inimicos meos dedisti mihi dorsum: odientes me, ꝛ disperdā eos. ¶Clamabūt, ꝛ non erit qui saluet: ad dominum, ꝛ non exaudiet eos. ¶Delebo eos vt puluerem terre: quasi lutum plateārum comminuam eos, atque confringā. ¶Saluabis me a contradictionibus populi mei: custodies me in caput gentium. ¶Populus quem ignorabam, seruiet mihi, filij alieni resistent mihi, auditu auris obedient mihi. ¶Filij alieni defluxerūt, ꝛ claudent in angustijs suis. ¶Uiuit dominus, ꝛ benedictus deus meus, ꝛ exaltabitur deus fortis salutis mee. ¶Deus qui das vindictas mihi, ꝛ deijcis populos sub me. ¶Qui educis me ab inimicis meis, ꝛ a resistentibus mihi eleuas me: a viro iniquo liberabis me. ¶Propterea confitebor tibi domine in gentibus, ꝛ nomini tuo cantabo: ¶Magnificās salutes regis sui, ꝛ faciēs misericordiā christo suo ¶Dauid, ꝛ semini eius in sempiternum.

¶L.S. Catalogus illustrium virorum Dauid. Ca.xxiij.

Porro Benadad rex Syrie,cõgregauit omnem exercitũ ſuũ,z triginta duos reges ſecũ,z equos, z currus:z aſcẽdẽs pugnauit ꝛ Samariã,z obſedit eã. Misitqz nũtios ad Achab regẽ Iſrl in ciuitatẽ,ait. Hec dicit Benadad. Argẽtum tuũ,z aurũ tuũ meũ eſt:vxores tue,z filij tui optimi,mei ſunt. Rñditqz rex Iſrael. Juxta verbum tuum dñe mi rex,tuus ſum ego,z oĩa mea. Reuertẽteſqz nũtij,dixerũt. Hec dicit Benadad,q̃ miſit nos ad te. Argentũ tuũ,z aurum tuũ,z vxores tuas,z filios tuos dabis mihi. Cras igitur hac eadẽ hora mittaz ſeruos meos ad te,z ſcrutabunt domũ tuã,z domũ ſeruor tuorũ:z omne quod eis placuerit,ponẽt in manibus ſuis,z auferent. Uocauit autẽ rex Iſrael oẽs ſeniores terre,z ait. Animaduertite z videte qm̃ inſidiaꝝ nobis: miſit eñ ad me pro vxoribus meis,z filijs,z pro argẽto z auro,z nõ abnui. Dixerũtqz omnes maiores natu,z vniuerſus populus ad eum. Nõ audias neqz acquieſcas illi. Reſpondit itaqz nuntijs Benadad. Dicite dño meo regi. Omnia propter que miſiſti ad me ſeruũ tuum in initio,faciam:hãc autẽ rẽ facere non poſſum. Reuerſiqz nuntij retulerũt ei. Qui remiſit,z ait,hec faciãt mihi dij,z hec addãt,ſi ſuffecerit pulvis Samarie pugillis omnis populi qui ſequitur me. Et rñdens rex Iſrael,ait. Dicite ei. Ne gloietur accinctus ẽgne vt diſcinctus. Factũ eſt autem cum audiſſet verbũ iſtud,bibebat ipſe z reges in vmbraculis,z ait ſeruis ſuis. Circũdate ciuitatem. Et circũdederunt eã. Et ecce propheta vnus accedens ad Achab regem Iſrael,ait ei. Hec dicit dñs. Certe vidiſti omnẽ multitudinẽ hanc:ecce ego tradã eaz in manũ tuã hodie,vt ſcias qz ego ſuz dñs. Et ait Achab. Per quẽ? Dixitqz ei. Hec dicit dñs. Per pediſſequos pñcipũ prouinciarũ. Et ait. Quis incipiet preliari? Et ille dixit. Tu. Recẽſuit ergo pueros pncipũ puiciarũ,z reperit numer⁹ ducẽtor trigintaduor:recẽſuit poſt eos ppl'm.oẽs filios Iſrl ſeptẽ millia:z egreſſi ſunt meridie. Benadad aũt bibebat temulẽt⁹ in vmbraculo ſuo,z reges trigintaduo cũ eo,q̃ ad auxiliũ ei⁹ venerãt. Egreſſi ſunt aũt pueri pncipũ puiciarz in pria frõte:miſit ita qz Benadad. Qui nũtiauerũt ei,dicentes. Viri egreſſi ſunt de Samaria. At ille ait. Siue p pace veniũt,apprehẽdite eos vios:ſiue vt plieñ,vios eos capite. Egreſſi ſunt q̃ pueri pncipũ pmunciarz,ac reliquus exercit⁹ ſequebat eos:z percuſſit vnuſqz virũ q̃ ſe venebat:fugerũtqz Syri,z pſecut⁹ eſt eos Iſrl. Fugit q̃qz Benadad rex Syrie in eq̃ cũ equitib⁹ ſuis. Egreſſus rex Iſrl percuſſit eq̃s,z curr⁹,et percuſſit Syriã plaga magnanimis. Accedẽs aũt pphet a ad regẽ Iſrl,dixit ei. Uade,et cõfortare,z ſcito,z vide qd facias:ſequẽti eñ anno rex Syrie aſcẽdet ꝛ te. Serui vero regis Syrie dixerũt ei,dij montũ ſunt dij eor,iõ ſuperauerũt nos:ſz melius eſt vt pugnem⁹ ꝛ eos in cãpeſtrib⁹,z obtinebimus eos. Tu ergo verbũ hoc fac. Amoue reges ſingulos ab exercitu tuo,et pone pncipes p eis,z inſtaura numerũ militũ q̃ ceciderunt de tuis, et equos ſcõm equos priſtinos,z currus ſcõm currus q̃s ante habuiſti:z pugnabim⁹ ꝛ eos in cãpeſtrib⁹,z videbis q̃ obtinebim⁹ eos. Credidit cõſilio eor,z fecit ita. Igit poſtquã ann⁹ trãſierat,recẽſuit Benadad ſyros,z aſcẽdit in aphec, vt pugnaret ꝛ Iſrl. Porro filij Iſrl recẽſiti ſunt,z acceptis cibarijs,pfecti ex aduerſo,caſtraqz metati ſunt ꝛ eos,quaſi duo pui greges caprar. Syri aũt repleuerũt terrã. Et accedẽs vir dei,dixit ad regẽ Iſrael. Hec dicit dñs. Quia dixerunt Syri. Deus montiũ eſt dñs,z nõ eſt deus vallium:dabo omnẽ multitudinẽ hãc grandẽ in manu tua,z ſcietis q̃ ego ſum dñs. Dirigebãt itaqz ſeptẽ diebus ex aduerſo hi,atqz illi acies,ſeptima aũt die cõmiſſuz eſt bellũ:peuſſerũtqz filij Iſrael de ſyris centũ millia peditũ in die vna. Fugerũt aũt Syri q̃ remãſerũt in Aphec,in ciuitatẽ:z cecidit mur⁹ ſup viginti ſeptẽ millia boim q̃ remanſerãt. Porro Benadad fugiẽs ingreſſus eſt ciuitatẽ in cubiculũ qd erat intra cubiculũ,dixerũtqz ei ſerui ſui. Ecce,audiuim⁹ q̃ reges domus Iſrael clemẽtes ſint,ponam⁹ itaqz ſaccos in lũbis noſtris, z funiculos in capitibus nr̃is,z egrediamur ad regẽ Iſrael forſitan ſaluabit aiaz nr̃as. Accinxerũt ſaccis lũbos ſuos et poſuerũt funiculos in capitib⁹ ſuis,venerũtqz ad regem Iſrael,z dixerũt ei. Seruus tu⁹ Benadad dicit, viuat oro te,aia mea. Et ille ait. Si adhuc viuit,frater meus eſt. Qd acceperũt viri pro omine:z feſtinãtes rapuerũt verbũ ex ore eius,atqz dixerũt. Frr tu⁹ Benadad vivit. Et dixit eis, Ite,z adducite eũ ad me. Egreſſus eſt ergo ad eũ Benadad,z leuauit eũ in currũ ſuũ. Qui dixit ei. Ciuitates quas tulit pr̃ me⁹ a pre tuo,reddã,z plateas fac tibi in Damaſco, ſicut fecit pr̃ me⁹ in Samaria,z ego federatus recedã a te. Pepigit ergo fedus,z dimiſit eũ. Tũc vir qdã de filijs pphetarũ dixit ad ſocium ſuũ i ſermone dñi. Percute me. At ille noluit percutere. Cui ait. Quia noluiſti audire vocẽ dñi,ecce, recedes a me,z peutiet te leo. Cũqz paululum receſſiſſet ab eo,inuenit eum leo,atqz peuſſit. Sed z alterũ inuenies virũ, dixit ad eũ. Percute me. Qui percuſſit eum,et vulneravit. Abijt ergo pphet a,z occurrit regi in via,z mutauit aſpectione pulueris oculos ſuos. Cũqz rex trãſiſſet,clamauit ad regẽ,z ait,ſeru⁹ tu⁹ egreſſus eſt ad pliãdũ comm⁹:cũqz fugiſſet vir vnus,adduxit eũ qdã ad me,z ait. Cuſtodi virum iſtũ.q̃ ſi lapſus fuerit,erit aia tua p aia ei⁹,aut talẽtũ argẽti appẽdes. Dum autem ego turbatus huc illucqz me verterem,

terē,subito nō cōparuit.Et ait rex Jsrael ad eū.Hoc est iudiciū tuū,qō ipse decreuisti.Et ille statim absterſit puluerē de facie ſua,ꝛ cognouit eum rex Jsrael qꝝ eſſet de pphetis. Qui ait ad eū.Hec dicit dōs.Quia dimiſiſti virū dignum morte de manu tua,erit anima tua pro aīa eius,ꝛ populus tuus pro populo eius. Reuerſus est igit rex Jsrael in domum ſuā,audire contēnens,et furibundus venit in Samariam.

Infra xxj.f.

¶ Capituli Summarium.Occiditur Naboth a Jezabel propter vineam. Caput.xxj.

A

Post verba autē hec,vinea erat Naboth Jezrahelite,qꝝ erat in Jezrahel,iuxta palatiū achab regis Samarie.Locutꝰ est ergo Achab ad Naboth,dicēs. Da mihi vineā tuā,vt faciā mihi hortū olerū,qꝝ vicina est,ꝛ ppe domū meā,dabo qꝝ tibi pro ea vineā meliorē:aut si cōmodiꝰ tibi putas,argēti ptiū quātus digna est,dabo.Cui rūdit Naboth.Propitius sit mihi dōs,ne dem hēditatē patrū meorū tibi. Venit ergo achab

B

in domū ſuā indignās,ꝛ frendēs ſup verbo qō locutꝰ fuerat ad eū Naboth Jezrahelites,dicēs.Nō dabo tibi hereditatem patrū meorū.Et pijciēs ſe in lectulū ſuū,auertit faciē ſuā ad parietē,ꝛ nō comedit panē.Ingreſſa est aūt ad eum Jezabel vxor ſua,dixitqꝫ ei.Quid est hoc,vñ aīa tua contriſtata est:ꝛ cūre nō comedis panē:Qui rūdit ei. Locutus ſum Naboth Jezrahelite,ꝛ dixi ei,Da mihi vineā tuam, accepta pecunia:aut ſi tibi plz dabo tibi vineā pro ea.Et ille ait,Non dabo tibi vineā meam.Dixit ego ad eū Jezabel

C

vxor eiꝰ,Grandis authoritatis es,ꝛ bene regis regnū Jsrl surge,ꝛ comede panē,ꝛ equo aīo esto,ego dabo tibi vineā Naboth Jezrahelite.Scripſit itaqꝫ lras ex noīe achab,et ſignauit eas ānulo eius,ꝛ miſit ad maiores natu,ꝛ optimates q erāt in ciuitate eiꝰ,ꝛ hitabāt cū Naboth lrās autez hec erat ſnīa.Predicate ieiunium,ꝛ ſedere facite Naboth

D

inter pmos ppli:ꝛ ſubmittite duos viro filios Belial ꝫ eū, ꝛ falſum teſtimoniū dicant.Bñdixit Naboth deū ꝛ regē:ꝛ educite eū,ꝛ lapidate ſicqꝫ moriat.Fecerūt ḡ ciues eiꝰ maiores natu ꝛ optimates q hitabāt cū eo in vrbe,ſicut pceperat eis Jezabel,ꝛ ſicut ſcriptū erat i lris quas miſerat ad eos:pdicauerūt ieiunīū,ꝛ ſedere fecerūt Naboth inter primos ppli.Et adductis duobꝰ viris filijs diaboli,fecerunt eos ſedere cōtra eū:at illi,ſcz vt viri diabolici,dixerūt cōtra eum teſtimoniū coram multitudine.Benedixit Naboth deū ꝛ regē:quā ob rē edurerūt eū extra ciuitatē,ꝛ lapidibus interfecerūt.Miſerūtqꝫ ad Jezabel,dicētes. Lapidatꝰ est Naboth,ꝛ mortuus est.Factū est aūt,cum audiſſet Jezabel lapidatum Naboth,ꝛ mortuū,locuta est Achab.Surge, poſſide vineā Naboth Jezrahelite qui noluit tibi acquiescere et dare eam accepta pecunia:nō enim viuit Naboth,

E

ſed mortuus est.Quod cum audiſſet Achab,mortuum videlicet Naboth,surrexit,ꝛ deſcēdebat in vineam Naboth Jezrahelite,vt poſſideret eā.Factus est igit ſermo domini ad Eliam Thesbitē,dicens.Surge,ꝛ deſcende in occurſum Achab regis Jsrael,qui est in Samaria: ecce ad vineam Naboth deſcēdit,vt poſſideat eā:ꝛ loqueris ad eū,dicēs.

F

Hec dicit dōs deus,Occidiſti,inſuper ꝛ poſſediſti.Et post hec addes,hec dicit dominus.In loco hoc in quo linxerūt canes ſanguinē Naboth,lābent qꝫ ſanguinē tuum. Et ait Achab ad Eliaz.Nū inueniſti me inimicū tibi:Qui dixit. Inueni,eo qꝰ venūdatus ſis,vt faceres malum in cōſpectu domini.Ecce ego inducā ſuper te malū,ꝛ demetā poſteriora tua,ꝛ interficiā de Achab mingentē ad parietē,et clauſum ꝛ vltimū in Jsrael.Et dabo domū tuā,ſicut domū Jeroboā filij Nabat,ꝛ ſicut domū Baaſa filij Ahia:qꝛ egiſti, vt me ad iracundiā puocares,ꝛ peccare feciſti Jsrl. Sed ꝛ de Jezabel locutꝰ est dōs,dicēs. Canes comedēt Jezabel in agro Jezrahel.Si mortuꝰ fuerit Achab i ciuitate,comedēt eum canes:ſi aūt mortuus fuerit in agro,comedēt eum volucres celi.Jgit nō fuit alter talis,ſicut Achab qui venūdatꝰ est vt faceret malū in cōſpectu dōi:concitauit eū eum Jezabel vxor ſua,ꝛ abominabilis factus est,in tantū, vt ſequeret idola q̄ fecerāt Amorrhei,quos cōſumpſit dōs a facie filiorū Jsrael.Jtaqꝫ cum audiſſet Achab ſermones iſtos,ſcidit veſtimenta ſua,ꝛ operuit ciliciō carnē ſuā, ieiunauitqꝫ,ꝛ dormiuit in ſacco,et ambulauit demiſſo capite.Et factus est ſermo domini ad Eliam Thesbiten,dicens.Nōne vidiſti humiliatum Achab coram me?quia igit humiliatus est mei cauſa non inducā malum in diebus eiꝰ, ſed in diebus filij ſui inferam malum domui eius.

iiij.regū xx.c.

¶ Capituli Summarū.Achab ſeductus per falſos prophetas perit in bello. Caput.xxij.

A

Trāſierūt igit tres anni abſqꝫ bello,inter Syriā et Jsrl.In anno aūt tertio,deſcēdit Joſaphat rex Juda ad regē Jsrl.Dixitqꝫ rex Jsrl ad ſeruos ſuos:Ignoratis qꝝ nr̄a ſit ramoth Galaad, ꝛ negligimꝰ tollere eā de manu regis Syrie:Et ait ad Joſaphat.Venieſne mecū ad pliādū i ramoth Galaad:Dixitqꝫ Joſaphat ad regem Jsrael.Sicut ego ſum,ita et tu: ppls meus,ꝛ ppls tuus vnū ſunt,ꝛ equites mei equites tui. Dixitqꝫ Joſaphat ad regē Jsrl.Quere,oro te,hodie ſermonē dōi. Cōgregauit ergo rex Jsrael pphetas quadringētos circiter viros,ꝛ ait ad eos.Jre debeo in Ramoth galaad ad bellandū,an geſcere:Qui rūderūt.Aſcende,ꝛ dabit eā dōs in manu regis.Dixit aūt Joſaphat.Nōn est hic pphēta dōi qſpiā,vt interrogemus p eū:Et ait rex Jsrael

ij.paralī. xviij.a.

B

ad Joſaphat.Remānſit vir vnꝰ p quē poſſumꝰ interrogare dōm:ſz ego odi eum,qꝝ nō pphetat mihi bonū,ſz malū, Micheas filiꝰ Jemla.Cui Joſaphat ait.Ne loquaris ita rex.Vocauit ergo rex Jsrael eunuchum quēdam,ꝛ dixit ei, Feſtina adducere Micheā filiū Jemla.Rex aūt Jsrael, ꝛ Joſaphat rex Juda ſedebāt vnuſquiſqꝫ in ſolio ſuo veſtiti cultu regio,in area iuxta oſtiū porte Samarie,ꝛ vniuerſi pphete pphetabāt in cōſpectu eorū.Fecit aūt ſibi Sedecias filius Chanaana cornua ferrea,ꝛ ait.Hec dicit dōs. His vētilabis Syriā,donec deleas eā. Oēſqꝫ pphete ſīr pphetabāt,dicētes.Aſcēde in Ramoth Galaad,ꝛ vade pſpere,ꝛ tradet eam dōs in manus regis.Nūtius vero q ierat vt vocaret Micheā,locutus est ad eū,dicens.Ecce ſermones

C

pphetarū ore vno regi bona pdicant:ſit ergo ꝛ ſermo tuus ſimilis eorū,ꝛ loquere bona.Cui Micheas ait.Viuit dōs, quia quodcūqꝫ dixerit mihi dōs,hoc loquar. Venit itaqꝫ ad regem,ꝛ ait illi rex.Micheа,ire debemus in Ramoth Galaad ad prelīandū,an ceſſare:Cui ille rūdit.Aſcēde, et vade proſpere,ꝛ tradet dōs in manus regis.Dixit aūt rex ad eū.Iterū atqꝫ iterū aduro te,vt non loquaris mihi niſi qō verū est,in nomine dōi.Et ille ait.Vidi cunctū Jsrl diſperſum in montibus quaſi oues non habentes paſtorē:ꝛ ait dōs.Non habent iſti dōm,reuertat vnuſqſqꝫ in domuz ſuā in pace.Dixit ergo rex Jsrael ad Joſaphat.Nunquid nō dixi tibi quia nō pphetat mihi bonū,ſz ſemp malū:Ille vero addens,ait.Propterea audi ſermonē dōi. Vidi dōm

D

ſedentem ſup ſolium ſuum,ꝛ omnem exercitum celi aſſiſtentem ei a dextris ꝛ a ſiniſtris:ꝛ ait dominus.Quis decipiet Achab regē Jsrael,vt aſcendat,ꝛ cadat in Ramoth Galaad:Et dixit vnus verba huiuſcemodi,ꝛ alius aliter. Egreſſus est aūt ſpiritus,ꝛ ſtetit coram dōo,ꝛ ait. Ego decipiam illum.Cui locutus est dōs.In quo:Et ille ait. Egrediar,ꝛ ero ſpiritus mendax in ore omniū prophetarū eius. Et dixit dominus.Decipies,ꝛ prevalebis:egredere,ꝛ fac ita.Nunc igit ecce dedit dōs ſpiritum mendacij in ore oīm prophetarum tuorum,qui hic ſunt,ꝛ dōs locutus est cōtra te malū.Accеſſit aūt Sedecias filius Chanaana,ꝛ percuſſit Micheam in maxillam,et dixit.Mene ergo dimiſit ſpiritus domini,ꝛ locutus est tibi:Et ait Micheas.Viſurus es in die illa,quando ingredieris in cubiculum intra cubiculum,vt abſcōdaris.Et ait rex Jsrael.Tollite Micheam,et maneat apud Amon principē ciuitatis,ꝛ apud

E

Joas filium Amelech,et dicite eis.Hec dicit rex.Mittite virum iſtum in carcerem,et ſuſtentate eum pane tribulationis et aqua angustie,donec reuertar in pace. Dixitqꝫ Micheas.Si reuerſus fueris in pace,non est locutus in me dominus.Et ait.Audite populi omnes. Aſcendit itaqꝫ rex

iij.regū xx.b.

Supra xv.g. Supra xvj.a.

iiij.regū ix.g.

Jsrael,ꝛ Josaphat rex Juda in Ramoth Galaad.Dixit itaq; rex Jsrl ad Josaphat,Sume arma,ꝛ ingredere plm̃, iduere vestib⁹ tuis:porro rex Jsrael mutauit habitũ suũ,ꝛ ingressus est bellũ. Rex aũt Syrie ꝓceperat principib⁹ curruũ trigintaduob⁹,dicẽs.Nõ pugnabitis ꝫ minorẽ ꝛ maiorem quẽpiã,nisi ꝫ regẽ Jsrael solũ. Cũ ergo vidissent principes curruũ Josaphat,suspicati sunt q; ipe esset rex Jsrl, ꝛ impetu facto pugnabãt ꝫ eũ:ꝛ exclamauit Josaphat.Intellexerũtq; ꝑncipes curruũ q; nõ esset rex Jsrl,ꝛ cessauerũt ab eo.Vir aũt quidã tetẽdit arcũ,in incertũ sagittã dirigẽs ꝛ casu percussit regẽ Jsrael inter pulmonẽ ꝛ stomachũ.Ait ille dixit aurige suo.Verte manũ tuã,et eĳce me de exercitu, q; graviter vulneratus sum.Cõmissum est ergo ꝓlium in die illa:ꝛ rex Jsrael stabat in curru suo ꝫ Syros,ꝛ mortuꝰ est vespere:fluebat aũt sanguis plage in sinũ currus,et ꝑco insonuit in vniuerso exercitu anteq; sol occumberet,dicẽs. Unusquisq; reuertat in ciuitatẽ,ꝛ in terrã suã.Mortuꝰ est aũt rex,ꝛ platꝰ est in Samariã:sepelierũtq; regẽ in Samaria,ꝛ lauerũt currũ eiꝰ in piscĩa Samarie,ꝛ linxerũt canes sanguinẽ eius,ꝛ habenas lauerũt,iuxta verbũ dñi q̃ locutus fuerat. Reliqua aũt sermonũ Achab,ꝛ vniuersa q̃ fecit,ꝛ domus eburnea quã edificauit,cũctarũq; vrbiũ quas extruxit nõne hec scripta sunt in libro sermonũ dierũ regũ Jsrael:Dormiuit ergo Achab cũ patrib⁹ suis ꝛ regnauit Ochozias filius eius ꝓ eo.Josaphat vero filiꝰ Asa regnare ceperat sup Judã,anno quarto Achab regis Jsrl.Triginta q; annorũ erat cũ regnare cepisset,ꝛ vigintiquinq; annis regnauit in Jerusalẽ:nomen matris eiꝰ Azuba filia Salai.Et ambulauit in oĩ via asa patris sui,ꝛ nõ declinauit ex ea:fecitq; q̃ rectũ erat in cõspectu dñi.Verũtn excelsa nõ abstulit:adhuc enĩ ppls sacrificabat,ꝛ adolebat incẽsum in excelsis.Pacẽq; habuit Josaphat,cũ rege Jsrael. Reliq̃ aũt verboꝝ Josaphat,ꝛ opera eius q̃ gessit,ꝛ plia, nõne hec scripta sunt in libro verboꝝ dierũ regũ Juda:Sz ꝛ reliquias effeminatorũ,q; remãserãt in diebꝰ Asa patris eius,abstulit de terra.Nec erat tunc rex cõstitutꝰ in Edom. Rex vero Josaphat fecerat classes in mari,q̃ nauigarẽt in Ophir ꝓpter aurũ:et ire nõ potuerũt,quia cõfracte sunt in Asiongaber.Tũc ait Ochozias filius Achab ad Josaphat.Vadãt serui mei cũ seruis tuis in nauibus.Et noluit Josaphat.Dormiuitq; Josaphat cũ patribꝰ suis,ꝛ sepultus est cũ eis in ciuitate Dauid ꝓgenitoris sui:regnauitq; Joram filiꝰ eius ꝓ eo.Ochozias aũt filiꝰ Achab regnare ceperat super Jsrael in Samaria,anno septimodecimo Josaphat regis Juda,regnauitq; sup Jsrael duobus annis. Et fecit malũ in cõspectu dñi,ꝛ ambulauit in via patris sui ꝛ matris sue,et in via Jeroboã filij Nabat,q; peccare fecit Jsrl. Seruuit q̃q; Baal,ꝛ adorauit eũ,ꝛ irritauit dominũ deũ Jsrael,iuxta omnia que fecerat pater eius. Finis.

Liber quartus Regũ.secũdum Hebreos,Melachim liber secundus.

Capitulũ Summarium.Moritur Ochozias eo q̃ cõsuluisset Beelzebub. Caput.j.

Reuaricatꝰ est aũt Moab in Jsrael,postquã mortuus est Achab.Ceciditq; Ochozias ꝑ cancellos cenaculi sui qõ habebat in Samaria,ꝛ egrotauit:misitq; nuntios,dicẽs ad eos,Jte,cõsulite Beelzebub deum Accarõ,vtrũ viuere queam de infirmitate mea hac.Angelus autem domini locutus est ad Eliam Thesbiten,dicẽs.Surge,ꝛ ascende in occursum nũtiorum regis Samarie,ꝛ dices ad eos.Nũquid nõ est deꝰ in Jsrl, vt eatis ad cõsulendũ Beelzebub deũ Accarõ?Quaꝝ obrem,hec dicit dominus.De lectulo super quẽ ascẽdisti,nõ descẽdes sed morte morieris.Et abiit Elias,reuersiq; sunt nũtij ad Ochoziam.Qui dixit eis.Quare reuersi estis? At illi respondẽrũt ei.Vir occurrit nobis,ꝛ dixit ad nos,Jte,ꝛ reuertimini ad regẽ qui misit vos,ꝛ dicetis ei.Hec dicit dominus.Nunquid quia nõ erat deus in Jsrael,mittis vt cõsulatur Beelzebub deus Accaron?Idcirco de lectulo super quẽ ascẽdisti nõ descẽdes,sed morte morieris.Qui dixit eis.Cuius figure ꝛ habitus est vir ille qui occurrit vobis,ꝛ locutus est verba hec?At illi dixerunt.Vir pilosus,ꝛ zona pellicea accinctus renibus.Qui ait.Elias Thesbites est. Misitq; ad eũ quinquagenariũ principem,ꝛ quiquaginta qui erant sub eo.Qui ascendit ad eum:sedentiq; in vertice montis,ait.Homo dei,rex precepit vt descẽdas. Rndẽsq; Elias,dixit quinquagenario.Si homo dei sum,descendat ignis de celo,ꝛ deuoret te,ꝛ quinquaginta tuos.Descendit itaq; ignis de celo,ꝛ deuorauit eum,ꝛ quinquaginta q̃ erãt cum eo.Rursumq; misit ad eũ principem quinquagenariũ alterum,ꝛ quinquaginta cũ eo.Qui locutus est illi.Homo dei hec dicit rex.Festina,descẽde. Respondens Elias,ait. Si homo dei ego sum,descẽdat ignis de celo,ꝛ deuoret te, ꝛ quinquaginta tuos.Descẽdit ergo ignis de celo,ꝛ deuorauit illum,ꝛ quinquaginta eius.Iterum misit principẽ quinquagenarium tertiũ,ꝛ quinquaginta qui erant cum eo.Qui cum venisset,curuauit gẽua cõtra Eliam,ꝛ precatus est eũ, ꝛ ait.Homo dei,noli despicere animam meã,ꝛ animas seruorum tuorum qui mecũ sunt.Ecce descendit ignis de celo ꝛ deuorauit duos principes quinquagenarios primos,ꝛ quinquagenos qui cum eis erant:sed nunc obsecro,vt misereris anime mee.Locutus est autem angelus dñi ad Eliam, dicẽs.Descẽde cũ eo,ne timeas.Surrexit igit̃,ꝛ descendit cũ eo ad regem,ꝛ locutus est ei.Hec dicit dñs.Quia misisti nũtios ad cõsulẽdũ Beelzebub deum Accaron,quasi non esset deus in Jsrael,a quo posses interrogare sermonẽ,ideo de lectulo sup quẽ ascendisti,nõ descẽdes,sed morte morieris.Mortuus est autẽ iuxta sermonẽ dñi quem locutus est Elias,ꝛ regnauit Joram frater eius pro eo,anno secundo Joram filij Josaphat regis indemon enim habebat filium. Reliqua aũt verborum Ochozie que operatus est,nonne hec scripta sunt in libro sermonum dierum regum Jsrael? C.S. Rapitur Elias ab Eliseo in celum. Caput.ij.



Actũ est aũt:cũ leuare vellet dñs Eliã per turbinẽ in celũ,ibant Elias ꝛ Eliseus de Galgalis.Dixitq; Elias ad Eliseũ. Sede hic,q; dñs misit me vsq; in Bethel.Cui ait Eliseus.Viuit dñs,ꝛ viuit anima tua,quia non dereliquã te.Cũq; descendissent Bethel,egressi sunt filij prophetarũ,q; erant in Bethel,ad Eliseum,ꝛ dixerunt ei.Nunquid nosti quia hodie dñs tollet dñm tuum a te.Qui rndit.Et ego noui:silete.Dixit autẽ Elias ad Eliseum.Sede hic,quia dñs misit me in Jericho.Et ille ait.Viuit dñs,ꝛ viuit anima tua quia non derelinquã te.Cũq; venissent Jericho,accesserunt filij prophetarum qui erant in Jericho,ad Eliseum,ꝛ dixerunt ei. Nũquid nosti quia dñs hodie tollet dñm tuum a te?Et ait. Et ego noui:silete.Dixit autem ei Elias. Sede hic,quia dñs misit me vsq; ad Jordanem.Qui ait.Viuit dñs,ꝛ viuit anima tua,q; non derelinquam te. Jerunt igitur ambo pariter,et quinquaginta viri de filijs prophetarum secuti sunt eos,qui ꝛ steterunt e contra longe:illi autem ambo stabãt sup Jordanẽ. Tulitq; Elias pallũ suũ,ꝛ inuolutũ,
ꝛ percussit aq̃s:q̃ diuise sunt in vtrãq; pte:ꝛ transierũt ambo p siccũ.Cũq; trãssissent,Elias dixit ad Eliseũ. Postula q̃

vis vt faciam tibi, antequam tollar a te? Dixitq; Eliseus, Obsecro vt fiat in me duplex spūs tu⁹. Qui rñdit, Rē difficilem postulasti: attñ si videris me qñ tollar a te, erit tibi qđ petisti: si aūt nō videris, nō erit. Cūq; pgerēt: & incedentes sermocinarent, ecce, curr⁹ igneus, & equi ignei diuiserūt vtrūq; & ascēdit Elias p turbinē in celū. Eliseus aūt videbat, & clamabat. Pr̄ mi, pr̄ mi, currus Israel et auriga ei⁹. Et nō vidit eū amplius: apphendítq; vestimēta sua, & scidit illa in duas ptes. Et leuauit palliū Elie, qđ ceciderat ei: reuersusq; stetit sup ripā Jordanis, & pallio Elie quod ceciderat ei, percussit aquas & nō sunt diuise & dixit. Vbi est deus Elie etiā nūc? Percussitq; aq̄s, & diuise sunt huc atq; illuc, & trāsiit Eliseus. Uidētes autem filij prophetarū qui erāt in Jericho ecōtra, dixerūt. Requiescit spiritus Elie sup Eliseū. Et venientes in occursum ei⁹, adorauerūt eū prone in terrā, dixerūntq; illi. Ecce, cū seruis tuis sunt quinquaginta viri fortes, qui possunt ire, & q̄rere dñm tuū, ne forte tulerit eum spiritus dñi, & piecerit eū in vnū montiū, aut in vnā vallū. Qui ait. Nolite mittere. Coegerūtq; eū, donec acgesceret, & diceret. Mittite. Et miserūt qnquaginta viros: q cū quesissent tribus diebus, nō inuenerūt. Et reuersi sunt ad eū: at ille habitabat in Jericho, & dixit eis. Nūqd nō dixi vobis. Nolite mittere? Dixerūt quoq; viri ciuitatis ad Eliseum. Ecce habitatio ciuitatis huius optima est, sicut tuipse dñe prospicis, sed aque pessime sunt, & terra sterilis. Et ille ait. Afferte vas nouum, & mittite in illud Sal. Quod cū attulissent, egressus ad fontē aquarū, misit in illū sal, & ait. Hec dicit dñs. Sanaui aquas has, et nō erit vltra in eis mors, neq; sterilitas. Sanate sunt ergo aque, vsq; in diem hāc iuxta verbū Elisei qđ locutus est. Ascendit aūt inde Eliseus in Bethel: cūq; ascēderet per viā, pueri pui egressi sunt in ciuitate, & illudebāt ei, dicētes. Ascēde calue, ascēde calue. Qui cum respexisset, vidit eos, & maledixit eis in noīe dñi egressiq; sunt duo vrsi de saltu, & lacerauerunt ex eis quadraginta duos pueros. Abijt autem inde in montem Carmeli, & inde reuersus est in Samariam.

¶ 4. Reg. Rex Israel & Rex Juda percutiūt Moab. Capitulum. iij.

Ioram vero filius Achab regnauit sup Israel in Samaria anno decimooctauo Josaphat regis Jude. Regnauitq; duodecim annis. Et fecit malum coram dño, sz nō sicut pater suus & mater: tulit enim statuas Baal quas fecerat pater ei⁹. Uerūtm in peccatis Jeroboaz filij Nabat, qui peccare fecit Israel: adhesit, nec recessit ab eis. Porro Mesa rex Moab, nutriebat pecora multa, & soluebat regi Israel centum millia agnorū, & centū millia arietū cū velleribus suis. Cūq; mortu⁹ fuisset Achab p̄uaricatus est fedus, qđ habebat cū rege Israel. Egressus est igitur rex Joram in die illa de Samaria, & recēnsuit vniuersum Israel. Misitq; ad Josaphat regē Juda, dicēs, rex Moab recessit a me, veni mecū contra eū ad prelium. Qui rñdit. Ascēdā: q me⁹ est, tu⁹ est: ppl's me⁹, popul⁹ tu⁹: & equi mei eq tui. Dixitq;, Per quā viā ascēdem⁹? At ille rñdit. Per desertum Idumee. Perrexerūt igit rex Israel, & rex Juda, & rex Edom, & circūerūt per viā septē dierum, nec erat aqua exercitui & iumentis que sequebant eos. Dixitq; rex Israel. Heu heu heu, cōgregauit nos dñs tres reges, vt traderet in manu Moab. Et ait Josaphat. Est ne hic prophetes dñi, vt deprecemur dñm per eū? Et rñdit vn⁹ de seruis regis Israel. Est hic Eliseus filius Saphat, qui fundebat aquam super manus Elie. Et ait Josaphat. Est apud eū sermo dñi? Descēditq; ad eū rex Israel, et Josaphat & rex Edom. Dixit aūt Eliseus ad regē Israel. Quid mihi & tibi est? vade ad prophetas patris tui, & matris tue. Et ait illi rex Israel. Quare cōgregauit dñs tres reges hos, vt traderet eos in manus Moab? Dixitq; ad eū Eliseus. Uiuit dñs exercituū, in cui⁹ cōspectu sto, q si nō vultū Josaphat regis Jude erubescerē, nō attendissem qdem te, nec respexissem. Nūc aūt adducite mihi psaltem. Cūq; caneret psaltes, facta est sup eū manus dñi, & ait. Hec dicit dñs. Facite alueos torrentis huius fossas & fossas. Hec enī dicit dñs. Nō videbitis vētū, neq; pluuiā: & alue⁹ iste replebit aqs, et bibetis vos, & familie vre, & iumēta vra. Parūq; est hoc cōspectu dñi: insup tradet etiā Moab in manus vras. Et percutietis omnē ciuitatē munitā, & omnē urbē electā, et vniuersum lignū fructiferū succidetis, cūctosq; fontes aquarū obturabitis, & omnē agrū egregiū opietis lapidib⁹. Factū est igit mane, qñ sacrificiū offerri solet & ecce, aq̄ venebāt per viā Edom: & repleta est terra aquis. Uniuersi aūt Moabite audiētes q⁹ ascēdissent reges vt pugnarēt aduersum eos, cōuocauerūt oēs qui accincti erāt balthneo desup, & steterūt in terminis. Primoq; mane surgētes, & orto iā sole ex aduerso aquarū, viderūt Moabite ecōtra aquas rubras, q̄si sanguinē, dixerūtq;. Sāguis gladij est, pugnauerūt reges ⁊ se, & ceciderunt mutuo: nūc perge ad p̄dā Moab. Perrexerūtq; in castra Israel: porro cōsurgēs Israel, percussit Moab: at illi fugerūt coram eis. Uenerūt igit q vicerāt, & percusserūt Moab, & ciuitates destruxerūt: & omnē agrū optimū, mittētes singuli lapides, repleuerunt. & vniuersos fontes aquarū obturauerūt: & oīa ligna fructifera succiderūt, ita vt muri tū fictiles remanerēt: & circundata est ciuitas a fundibularijs, & magna ex pte percussa. Quod cū vidisset rex Moab p̄ualuisse scz hostes, tulit secū septigētos viros educētes gladios, vt irrūperēt ad regē Edom: & nō potuerunt. Arripiēsq; filiū suū primogenitū, q regnaturus erat p eo, obtulit holocaustū sup murū, & facta est indignatio magna in Israel, statimq; recesserūt ab eo, & reuersi sunt in terrā suā.

¶ Capituli Summarium. Eliseus ditat mulierem oleo filiumq; alterius suscitat a mortuis. Caput. iiij.

Mulier aūt qđā de vxoribus pphetarū clamabat ad Eliseū, dicēs. Seruus tuus vir me⁹ mortuus est, & tu nosti q⁹ seruus tuus fuit, timēs dominū: & ecce creditor vēit vt tollat duos filios meos ad seruiendū sibi. Cui dixit Eliseus. Quid vis vt faciam tibi? Dic mihi, qđ habes in domo tua? At illa rñdit. Nō habeo ancilla tua qcquā in domo mea, nisi parū olei q̄ vngar. Cui ait. Uade, pete mutuo ab oīb⁹ vicinis tuis vasa vacua nō pauca. Et ingredere, & clande ostiū tuū, cū intrinsecus fueris tu & filij tui: & mitte inde in oīa vasa hec: & cū plena fuerint, tolles. Iuit itaq; mulier, & clausit ostium sup se, & sup filios suos: illi offerebāt vasa, & illa infundebat. Cūq; plena fuissent vasa, dixit ad filiū suum. Affer mihi adhuc vas. Et ille rñdit. Nō habeo. Stetitq; oleū. Uenit aūtē illa, & indicauit hoī dei. Et ille. Uade, inqt, vēde oleū, & redde creditori tuo: tu aūt & filij tui viuite de reliq̄. Facta est aūt qđā dies & trāsibat Eliseus p Sunā ciuitatē: erat aūt ibi mulier magna q̄ tenuit eū vt comederet panē: cūq; frequēter inde transiret, diuertebat ad eā vt comederet panē. Que dixit ad virū suū. Ecce iam animaduerto q⁹ vir dei sanct⁹ est iste, q trāsit p nos frequēter. Faciam⁹ ergo ei cenaculū paruū, & ponam⁹ ei in eo lectulū, & mēsaz, & sellā & cādelabrū, vt cūvenerit ad nos, māeat ibi. Facta est ergo dies qđā, & venies diuertit in cenaculū, & requieuit ibi. Dixitq; ad Giezi puerū suū. Uoca Sunamitidem istā. Qui cū vocasset eā, & illa stetisset coram eo, dixit ad puerū suū. Loqre ad eā. Ecce, sedule in oīb⁹ ministrasti nobis, qđ vis vt faciā tibi: nūqd habes negotium, & vis vt loquar regi, siue principi militie? Que rñdit. In medio ppli mei habito. Et ait. Quid ergo vult vt faciā ei? Dixitq; Giezi. Ne qras. filiū eni nō hz, & vir eius senex est. Precepit itaq; vt vocaret eā: q̄ cū vocata fuisset, astitisset ad ostiū, dixit ad eā. In tpe isto, in hac eadē hora si vita comes fuerit, hēbis in vtero filiū. At illa rñdit. Noli q̄so dñe mi vir dei, noli mētiri ancille tue. Et concepit mulier, & peperit filiū in tpe, & in hora eadē q̄ dixerat ei Eliseus. Creuit aūt puer. Et cū esset q̄dam dies, & egressus esset ad p̄rem suū, ad messores, ait p̄ri suo, caput meū, caput meū. At ille dixit puero. Tolle, duc eum ad mrem suā. Qui cū tulisset, & duxisset eū ad mrem suā, posuit eū illa sup gēna sua vsq; ad meridiē, & mortu⁹ est. Ascēdit aūtē & collocauit eū sup lectulū hoīs dei, & clausit ostium: et egressa vocauit virū suū, & ait. Mitte mecū obsecro vnū de pueris, & asinā: vt excurrā vsq; ad hoiem dei: & reuertar. Qui

ait illi. Quã ob causam vadis ad eũ hodie nõ sunt Calẽ-
de, néqz sabbathũ. Que rñdit, vadã. Strauitqz asinã, & pre-
cepit puero. ☩Dina, & ppera, ne mihi morã facias in eũdo:
& hoc age qp̃ p̃cipio tibi. ☩Profecta est igit̃, et venit ad virũ
dei in montẽ Carmeli: cũqz vidisset eã vir dei de contra, ait
ad Giezi puerum suũ. Ecce sunamitis illa. Uade ergo in
occursum ei⁹, & dic ei. Rectene agit̃ circa te, & circa virum
tuum, & circa filiũ tuum. Que rñdit. Recte. Cũqz venisset
ad virũ dei in montẽ, apphẽdit pedes ei⁹, et accessit Giezi
vt amoueret eã. Et ait hõ dei. Dimitte illã: aĩa em̃ eius in
amaritudine est, et dñs celauit a me, & non indicauit mihi.
Luc.x. Que dixit illi. ☩Nũqd petiui filiũ a dño meo: nũqd non dixi
tibi. ☩Ne illudas me: Et ille ait ad Giezi. Accinge lumbos
tuos, & tolle baculũ meũ in manu tua, & vade. Si occurre-
rit tibi hõ, nõ salutes eũ: & si salutauerit te quispiã, non rñ-
deas illi, & pones baculũ meũ super faciẽ pueri. ☩Porro ma-
ter pueri ait. Viuit dñs, & viuit aĩa tua, nõ dimittã te. Sur-
rexit ergo, & secutus est eã. Giezi aũt p̃cesserat añcos, & po-
suerat baculũ super faciẽ pueri: & nõ erat vox, neqz sensus:
reuersusqz est in occursum ei⁹, & nũtiauit ei, dicens. ☩Nõ sur-
rexit puer. Ingressus est ergo Elisẽ⁹ domũ, & ecce, puer mor-
tuus iacebat in lectulo ei⁹: ingressusqz clausit ostiũ sup se, &
super puerũ: & oauit ad dñm. Et ascẽdit, & incubuit super
puerũ, posuitqz os suũ sup os ei⁹, et oculos suos sup ocu-
los eius, & manus suas sup man⁹ eius: et incuruauit se sup
eũ, & calefacta est caro pueri. Et ille reuersus, deambulauit
in domo semel huc atqz illuc: & ascẽdit, & incubuit sup eũ: &
oscitauit puer septies, aperuitqz oculos. Et ille vocauit
Giezi, & dixit ei. Uoca Sunamitidẽ hãc. Que vocata, in-
gressa est ad eũ. Qui ait. Tolle filium tuũ. Uenit illa, & cor-
ruit ad pedes ei⁹, & adorauit super terrã: tulitqz filiũ suũ, &
egressa est, & Eliseus reuersus est in Galgala. Erat autem
fames in terra, & filij prophetarũ habitabãt corã eo, dixitqz
vni de pueris. ☩Pone ollã grãdẽ, & coque pulmẽtũ filijs pro-
phetarũ. Et egressus est vnus in agrũ vt colligeret herbas
agrestes: inuenitqz quasi vitẽ syluestrẽ, & collegit ex ea colo
cynthidas agri, & implenit palliũ suũ, & reuersus conscidit
in ollã pulmẽti: nesciebat enim̃ qd esset. Infuderunt ergo so-
cijs, vt comederẽt: cũqz gustassent de coctione, exclamaue-
runt dicẽtes. ☩Mors in olla vir dei. Et non potuerũt come-
dere. Et ille. ☩Afferte, inquit, farinã. Cũqz tulissent, misit in
ollã, & ait. Infunde turbe, vt comedãt. Et nõ fuit amplius
quicqz amaritudinis in olla. Uir aũt qdã venit de Baal
salisa deferẽs viro dei panes primitiarum, & viginti panes
hordeaceos, & frumẽtũ nouũ in pera sua. Et ille dixit. Da
pplo, vt comedat. ☩Rñditqz ei minister ei⁹. Quantũ est hoc
vt apponã corã centum viris: rursum ille ait. Da pplo vt
comedat: hec enim̃ dicit dñs. Comedent, & supererit. ☩Posuit
ita qz corã eis: q comederũt, & superfuit iuxta verbum dñi.

¶ L.S. Lepra ☩Naaman adheret Giezi. Caput.v.

A NAmã aũt p̃nceps militie regis Syrie, erat vir
magn⁹ apud dñm suũ, & honorat⁹: p illũ em̃ de-
dit dñs salutẽ Syrie: erat aũt vir fortis & diues,
sz leprosus. ☩Porro de Syria egressi fuerãt la-
trũculi, & captiuã duxerãt de terra Israel puellã paruulã. q̃
erat in obsequio vxoris ☩Naamã, que ait ad dominã suam.
Utinã fuisset dñs meus ad prophetã qui est in Samaria:
pfecto curasset eũ a lepra, quã hz. Ingressus est itaqz ☩Naa
mã ad dñm suũ, & nũtiauit ei, dicẽs. Sic & sic locuta est puel
la de terra Israel. Dixitqz ei rex Syrie. Uade, & mittã lite-
B ras ad regem Israel. Qui cũ profectus esset, & tulisset secũ
decẽ talẽta argẽti, & sex millia aureos, & decẽ mutatoria ve
stimẽtorũ: detulit literas ad regẽ Israel, in hec verba. Cũ
acceperis epistolã hãc, scito q̃ miseriz ad te ☩Naamã seruũ
meũ, vt cures eũ a lepra sua. Cũqz legisset rex Israel ſcas,
scidit vestimẽta sua, & ait. ☩Numqd de⁹ ego sum, vt occidere
possim, & viuificare: quia iste misit ad me, vt curẽ hominẽ a
lepra sua: aĩaduertite, & videte q̃ occasiones q̃rat aduersuz
me. Quod cũ audisset Eliseus vir dei, scidisse videlz regẽ
Israel vestimẽta sua, misit ad eũ, dicẽs. Quare scidisti ve-
stimenta tua: veniat ad me, & sciat esse prophetã in Israel.
Uenit ergo ☩Naamã cũ equis & curribus, & stetit ad ostium C
domus Elisei: misitqz ad eũ Eliseus nũtium, dicẽs. Uade,
& lauare septies in Iordane, & recipiet sanitatem caro tua.
atqz mũdaberis. Iratus ☩Naamã recedebat, dicẽs. Putabam q̃ egrederet ad me, & stãs inuocaret nomẽ dñi dei sui,
& tãgeret manu sua locũ lepre, & curaret me. ☩Nũqd non me-
liores sunt Abana & Pharphar fluuij Damasci oĩbus
aquis Israel, vt lauer in eis, & mũder: Cum ergo vertisset
se, & abiret indignãs, accesserũt ad eũ serui sui, & locuti sunt
ei. Pater, si rẽ grãdẽ dixisset tibi propheta, certe facere de- D
bueras, quanto magis q̃ nũc dixit tibi. Lauare, & mũdabe
ris: ☩Descẽdit, & lauit in Iordane septies iuxta sermonem Lucæ.
viri dei: et restituta est caro eius, sicut caro pueri paruuli, &
mũdat⁹ est. Reuersusqz ad virũ dei cũ vniuerso comitatu
suo venit, & stetit corã eo, & ait. Uere scio q̃ nõ sit de⁹ in vni-
uersa terra nisi tm̃ in Israel. Obsecro itaqz vt accipias bẽdi-
ctionẽ a seruo tuo. Et ille rñdit. Uiuit dñs añ quẽ sto, q̃ nõ
accipiã. Cũqz vix faceret, premit⁹ nõ acquieuit. ☩Dixitqz ☩Naa
mã. Ut vis: sz obsecro p̃cede mihi seruo tuo, vt tollã onus
duoz burdonũ de terra: nõ em̃ faciet vltra seru⁹ tu⁹ holo- E
causthũ, aut victimã dijs alienis, nisi dño. Hoc aũt solũ é de
quo deprecaberis dñm pro seruo tuo. Quando ingredit̃ dñs
meus templũ Remmõ, vt adoret: & illo innitẽte sup manũ
meã, si adorauero in tẽplo Remmõ, adorãte eo in eodẽ lo
co: vt ignoscat mihi dominꝰ seruo tuo pro hac re. Qui di-
xit ei, vade in pace. Abijt ergo ab eo electo tempore. ☩Di-
xitqz Giezi puer viri dei. ☩Pepercit dominus meus ☩Naa-
mã Syro isti, vt non acciperet ab eo que attulit: viuit dñs,
quia currã post eum, & accipiã ab eo aliquid. Et secutus est F
Giezi post tergũ ☩Naaman: quem cũ vidisset ille currentem
ad se, desilijt de curru in occursuz eius, & ait. Rectene sunt
omnia: Et ille ait. Recte: dominus meus misit me ad te, di
cens. ☩Modo venerunt ad me duo adolescentes de monte
Ephraim ex filijs pphetarũ: da eis talẽtũ argenti, & vestes
mutatorias duplices. Dixitqz ☩Naamã. ☩Melius est vt ac-
cipias duo talẽta. Et coegit eũ, ligauitqz duo talenta argẽ
ti in duobus saccis, & duplicia vestimenta, & imposuit duo
bus pueris suis, qui & portauerunt coram eo. Cũqz venisset G
iam vesperi, tulit de manu eorũ, et reposuit in domo, dimi-
sitqz viros, & abierũt: ipse aũt ingressus, stetit coram domi-
no suo. Et dixit Eliseus. Undeveniz Giezi? Qui rñdit. Nõ
iuit seruus tuus quoquã. Et ille ait. ☩Nõne cor meum in pñti
erat, qñ reuersus est hõ de curru suo in occursum tui? ☩Nunc
igitur accepisti argentum, & accepisti vestes, vt emas oliue-
ta, & vineas & oues & boues & seruos & ancillas. Sed & lepra
☩Naaman adherebit tibi, & semini tuo vsqz in sempiternum.
Et egressus est ab eo leprosus quasi nix.

¶ Capituli Summarium. Ferrum in aqua natat, hostes
excecantur, & mulier comedit filium suum. Caput.vj.

H Ierunt autem filij prophetarum ad Eliseum.
Ecce, locus in quo habitamus coram te, an-
gustus est nobis. Eamus vsqz ad Iordanem et
tollant singuli de sylua materias singulas, vt e-
dificemus nobis ibi locum ad habitandum. Qui dixit. Ve-
te. Et ait vnus ex illis. Uenı ergo & tu cum seruis tuis. Re-
spondit. Ego veniam. Et abijt cum eis. Cumqz venissent
ad Iordanem, cedebãt ligna. Accidit autem, vt cum vnus
materiam succidisset, caderet ferrum securis in aquam: ex
clamauitqz ille, et ait. Heu heu heu domine mi. et hoc ipm
mutuo acceperam. Dixit autem homo dei. Ubi cecidit?
At ille monstrauit ei locum: precidit ergo lignum, et misit
illuc: natauitqz ferrum, et ait. Tolle. Qui extendit ma-
num, & tulit illud. Rex autem Syrie pugnabat contra
Israel. Consiliumqz iniit cum seruis suis, dicens. In lo-
co illo et illo ponamus insidias. ☩Dixit ita qz vir dei ad re-
gem Israel, dicens. Cane ne transeas in locum illum: quia
ibi Syri in insidijs sunt. ☩Misit itaqz rex Israel ad locum L
quem dixerat ei vir dei, et preoccupauit eum, et obseruauit
se ibi, non semel neqz bis. Conturbatumqz est cor regis

Syrie pro hac re: & conuocatis seruis suis, ait. Quare non indicatis mihi quis proditor mei sit apud regem Israel? Dixitq; vnus seruorū ei⁹. Nequaquā dñe mi rex, sz Eliseꝰ pphēta q est in Israēl indicat regi Israēl oīa vba q̄cūq; locutꝰ fueris in conclāui tuo. Dixitq; eis. Ite, et videte vbi sit, vt mittā & capiā eū. Annūtiauerūtq; ei, dicētes. Ecce in Dothaim. Misit ergo illuc equos & currus, & robur exercitus: q cū venissent nocte, circūdederūt ciuitatē. Cōsurgēs autem diluculo minister viri dei, egressus est, viditq; exercitum in circuitu ciuitatis, & equos & currus: nuntiauitq; ei, dicens. Heu heu heu dñe mi, qd faciem⁹. Et ille rūdit. Noli timere: plures em̄ nobiscū sunt, q̄ cū illis. Cūq; oraſſet Eliseꝰ, ait. Dñe, aperi oculos huiꝰ, vt videat. Et aperuit dominꝰ oculos pueri, & vidit: & ecce mons plenus equorū & currū igneorum in circuitu Eliſei. Hostes vero descenderunt ad eū: porro Eliseus orauit ad dñm, dicēs. Percute obsecro gentē hāc cecitate. Percussitq; eos dñs ne viderent, iuxta verbū Eliſei. Dixit aūt ad eos Eliseꝰ. Nō est hec via, neq; ista est ciuitas: sequimini me, & ostēdā vobis virū quē queritis. Duxit ergo eos in Samariam: cūq; ingressi fuissent in Samariā, dixit Eliseus, dñe aperi oculos istoꝝ, vt videāt. Aperuitq; dñs oculos eorum, & viderūt se esse in medio Samarie. Dixitq; rex Israel ad Eliseū, cū vidisset eos. Nunquid percutiā eos pater mi? Et ille ait. Nō percuties: neq; em̄ cepisti eos gladio, & arcu tuo, vt percutias: sz pone panē, et aquā coram eis, vt comedāt, & bibāt, & vadāt ad dñm suum. Appositaq; est eis ciborū magna ꝓparatio, & comederūt, & biberūt, & dimisit eos, abierūtq; ad dñm suum. Et vltra nō venerūt latrones syrie in terrā Israēl. Factū est aūt post hꝫ, cōgreganit Benadad rex Syrie vniuersum exercitū suum, et ascēdit & obsidebat Samariā. Factaq; est fames magna in Samaria: & tādiu obsessa est, donec venūdaref caput asini octoginta argēteis, & quarta pars cabi stercoris colūbarum quinq; argēteis. Cūq; rex Israel trāsiret per murū, mulier quedā exclamauit ad eū, dicēs. Salua me dñe mi rex. Qui ait. Non, te saluet dñs: vnde te possum saluare? de area, vel de torcular? Dixitq; ad eā rex. Quid tibi vis? Que rūdit. Mulier ista dixit mihi. Da filiū tuum, vt comedamus eū hodie, & filiū meū comedemus cras. Coximus ergo filium meum, & comedimus: Dixiq; ei die altera. Da filiū tuum vt comedamus eū. Que abscōdit filiū suū. Qō cū audisset rex, scidit vestimēta sua, & trāsibat per murum. Viditq; oīs ppl's ciliciū, quo vestitus erat rex ad carnē intrinsecus. Et ait rex. Hec mihi faciat deus, & hec addat, si steterit caput Eliſei filij Saphat super ipsum hodie. Eliseꝰ aūt sedebat in domo sua, & seniores sedebāt cū eo. Premisit ita q virum. & antequā veniret nūtiꝰ ille, dixit ad senes. Nunquid scitis q̄ miserit filius homicide hic, vt precidat caput meū? videte ergo, cum venerit nuntius, claudite ostū, & nō sinatis eū introire: ecce em̄ sonitus pedū dñi eiꝰ post eū est. Adhuc illo loquēte eis, apparuit nūtius, q venebat ad eū, & ait. Ecce, tantum malum a dño est: quid amplius expectabo a dño?

¶ Capitulū Summarium. Fugat dñs Syros ex Israel, & fame periclitantibus succurrit. Caput. v ij.

Dixit aūt Eliseus. Audite verbū dñi. Hec dicit dñs. In tpe hoc eras modiꝰ sile vno statere erit & duo modij hordei statere vno in porta Samarie. Rūdēs vnꝰ de ducibꝰ, sup cuiꝰ manū rex incubebat, hoi dei ait. Si dñs fecerit etiā cataractas i celo, nūq̄d poterit esse q̄ loqueris? Qui ait. Videbis oculis tuis, & inde nō comedes. Quatuor q̄ viri erāt leprosi iuxta introitū porte: q dixerūt adinuicē. Quid hic esse volum⁹ donec moriamur? Siue ingredi voluerim⁹ ciuitatē, fame morieмur: siue māserim⁹ hic, moriēdū nobis est: venite ergo, & trāsfugiam⁹ ad castra Syrie. si pepercerint nobis, viuem⁹: si autē occidere voluerint, nihilominus morieмur. Surrexerūt q̄ vesperi vt venirēt ad castra Syrie. Cūq; venissent ad principiū castroꝝ Syrie, nullū ibidē repererūt. Siqdē dñs sonitū audiri fecerat in castris Syrie, curruū, & equorū, & exercitus plurimi: dixerūtq; adinuicem. Ecce mercede conduxit aduersum nos rex Israēl reges Hetheoꝝ, & Egyptioꝝ, & venerūt sup nos. Surrexerūt ergo, & fugerūt in tenebris, & dereliquerūt tētoria sua, & equos & asinos in castris, fugerūtq; aīas suas saluare cupientes. Igit cum venissent leprosi illi ad p̄ncipiū castroꝝ, ingressi sunt vnū tabernaculū, & comederūt & biberūt. tulerūtq; inde argētū, & aurū, & vestes, et abierūt, & abscōderūt: & rursus reuersi sunt ad aliud tabernaculū, & inde sil' auferētes abscōderūt. Dixerūtq; adinuicē. Nō recte facim⁹: hec em̄ dies boni nūtij est. Si tacuerimus, & noluerim⁹ nūtiare vsq; mane, sceleris arguemur: venite, eam⁹, & nūtiem⁹ in aula regis. Cūq; venissent ad portā ciuitatis, narrauerūt eis, dicētes. Iuimus ad castra Syrie, et nullū ibidē reperim⁹ hoiem, nisi equos, & asinos alligatos & fixa tētoria. Perūt ergo portarij, & nūtiauerunt in palatio regis intrinsecꝰ. Qui surrexit nocte, & ait ad seruos suos, dico vobis qd fecerint nobis Syri. Sciūt q̄ fame laboram⁹, & idcirco egressi sunt de castris, & latitant in agris, dicētes. Cū egressi fuerint de ciuitate, capiem⁹ eos viuos, & tūc ciuitatē ingredi poterim⁹. Rūdit aūt vnꝰ seruoꝝ eius. Tollamus quinq; eqs, q remāserūt in vrbe, q̄ ipsi tū sunt in vniuersa multitudine Israēl, alij em̄ q̄sumpti sunt: & mittētes, explorare poterim⁹. Adduxerūt ergo duos equos, misitq; rex in castra Syroꝝ, dicens. Ite, & videte. Qui abierūt post eos vsq; ad Iordanē: ecce aūt oīs via plena erat vestibus, & vasis, q̄ piecerāt Syri cū turbarent: reuersiq; nūtij indicauerunt regi. Et egressus ppl's diripuit castra Syrie: factusq; est modius silē statere vno, & duo modij hordei statere vno iuxta verbū dñi. Porro rex ducē illū, in cuiꝰ manu incūbebat, q̄stituit ad portā: quē q̄culcauit turba in itroitu porte, & mortuus est, iuxta q̄ locutꝰ fuerat vir dei, q̄ descēderat rex ad eū. Factūq; est scōm sermonē viri dei, quem dixerat regi, q̄ dixit, duo modij hordei statere vno erūt. & modiꝰ silē statere vno, hoc eodē tpe cras in porta Samarie: q̄ rūderat dux ille viro dei, & dixerat. Etiā si dñs fecerit cataractas in celo, nunquid poterit fieri q̄ loqueris? Et dixit ei. Videbis oculis tuis, & inde nō comedes. Euenit ergo ei sicut predictum erat, & conculcauit eū ppl's in porta, et mortuus est.

¶ Capitulī Summarium. Famē predicit Eliseus mortēq; regis Syrie &c. Caput. viij.

Eliseus aūt locutꝰ est ad mulierē cuiꝰ viuere fecerat filiū, dicēs. Surge, et vade, tu & domꝰ tua, et peregrinare vbicunq; repereris: vocauit em̄ dñs famē, & veniet sup terrā septē annis. Que surrexit, & fecit iuxta verbū hoīs dei: & vadēs cū domo sua, peregrinata est in terra Philisthiim diebꝰ multis. Cūq; finiti essent anni septē, reuersa est mulier de terra Philisthiim: & egressa est vt iterpellaret regē p̄ domo sua & p agris suis. Rex aūt loquebat cū Giezi puero viri dei, dicens. Narra mihi oīa magnalia q̄ fecit Eliseus. Cūq; ille narraret regi quō mortuū suscitasset, apparuit mulier cuiꝰ vinificauerat filiū clamās ad regē p̄ domo sua, & p agris suis: Dixitq; Giezi. Dñe mi rex, hec est mulier, & hic est filiꝰ eiꝰ quē suscitauit Eliseꝰ. Et iterrogauit rex mulierē, q̄ narrauit ei: Deditq; ei rex eunuchū vnū, dicēs. Restitue ei oīa q̄ sua sunt, & vniuersos reddituꝰ agroꝝ a die q̄ reliqt terrā, vsq; ad pñs. Venit q̄q; Eliseus Damascū, & Benadad rex Syrie egrotabat: nūtiauerunt q; ei, dicentes. Venit vir dei huc. Et ait rex ad Hazael. Tolle tecū munera, & vade in occursum viri dei, & cōsule dñm p eū, dicēs. Si euadere potero de infirmitate mea hac? Iuit igit Hazael in occursum eiꝰ, habēs secū munera, & oīa bona Damasci, onera q̄dragīta camelorū. Cūq; stetisset coram eo, ait. Filius tuus Benadad rex Syrie, misit me ad te, dicēs. Si sanari potero de infirmitate mea hac? Dixitq; ei Eliseus. Vade, dic ei. Sanaberis: porro ostēdit mihi dñs q̄ morte morietur. Stetitq; cum eo, et conturbatus est vsq; ad suffusionem vultus: fleuitq; vir dei. Cui Hazael ait. Quare dominus meus flet? Et ille dixit. Quia scio que facturus sis filijs Israel mala, ciuitates eorum munitas igne succendes, & iuuenes eorum interficies gladio, et parvulos eorum elides, et pregnantes

A Supra iij. k.

diuides. Dixitq; Hazael. Quid eñ sum seruus tuus canis, vt faciam rẽ istam magnam? Et ait Eliseus. Ostendit mihi dñs te regẽ Syrie fore. Qui cũ recessisset ab Eliseo, venit ad dñm suũ: q ait ei. Quid dixit tibi Eliseus? At ille rñdit, dixit mihi, Recipies sanitatẽ. Cũq; venisset dies altera, tulit stragulũ, & infudit aquã, & expãdit sup faciẽ eius: E q̃ mortuo, regnauit Hazael pro eo. Anno qnto Joram filij achab regis Israel, regnauit Joram filius Josaphat rex Juda. Triginta duor annor erat cũ regnare cepisset, & octo annis regnauit in Jerusalẽ. Ambulauitq; in vijs regũ Israel, ij. Regũ. viij. b. sicut ambulauerat domus achab: filia eñ achab erat uxor ei⁹: & fecit qđ malũ est in cõspectu dñi. Nolunt aũt dñs dispdere Judã ppter Dauid puũ suũ, sicut pmiserat ei, vt daret illi lucernã, & filijs ei⁹ cunctis die⁹. In die⁹ ei⁹ recessit Edom, ne esset sub Juda, & ꝓstituit sibi regẽ. Uenitq; Joram Seira, & ois currus cũ eo: & surrexit nocte, percussitq; Idumeos q eũ circũdederãt, & principes curruũ, ppls aũt fugit in tabernacula sua. Recessit ergo Edom, ne eẽt sub iuda, vsq; ad diẽ hãc. Tũc recessit & Lobna itpe illo. Reliq̃ aũt sermonũ Joram, & vniuersa q̃ fecit, nõne hec scripta sunt in libro v̄boꝝ dier regũ Juda? Et dormiuit Joram cũ patribus suis, sepultusq; est cũ eis in ciuitate dauid, & regnauit ochozias filius ei⁹ p eo. Anno duodecimo Joram filij achab regis ij. Para. xxj. a. Israel regnauit Ochozias filius Joram regis Jude. Uiginti duor annorũ erat Ochozias, cũ regnare cepisset, & vno anno regnauit in Jerusalẽ: nomẽ mr̃is eius athalia filia amri regis Israel. Et ambulauit in vijs dom⁹ achab: et fecit qđ malũ est coram dño, sicut dom⁹ achab: gener eñ dom⁹ achab fuit. Abijt q̃s cũ Joram filio achab, ad pliãdũ ꝫ Hazael regẽ Syrie i Ramoth Galaad, & vulnerauerũt Syri Joram. Qui reuersus est vt curaret in Jezrahel: q̃ vulnerauerant eũ Syri in Ramoth preliantẽ cõtra Hazael regẽ Syrie. Porro Ochozias filius Joram rex Juda, descẽdit inuisere Joram filium Achab in Jezrahel, quia egrotabat ibi.

¶ Capitulj Summarium. Jehu vnctus in regem occidit Joram & Jezabelem. Caput. ix.

A ij. Regũ. ix. c. Eliseus aũt pphetes vocauit vnũ de filijs pphetar, & ait illi, accinge lũbos tuos, & tolle lẽticulaz olei hanc in manu tua, & vade in Ramoth Galaad. Cũq; veneris illuc, videbis Jehu filium Josaphat filij Namsi: & ingressus suscitabis eum de medio frm suor, & introduces i mter⁹ cubiculũ. Tenẽsq; lẽticulã olei, fundes sup caput eius, & dices. Hec dicit dñs. Unxi te regẽ sup Israel. Aperiesq; ostiũ, & fugies, & nõ ibi subsistes. Abijt ergo adolescẽs puer pphete in Ramoth Galaad, & ingressus ẽ illuc: ecce aũt pncipes exercit⁹ sedebãt, & ait. Uerbũ mihi ad te o pnceps. Dixitq; Jehu, ad quẽ ex oib⁹ nobis? At ille dixit, ad te o pnceps. Et surrexit, & ingressus est cubiculũ: at ille fudit oleũ sup caput ei⁹, & ait. Hec ót dñs deus Israel. Unxi te regẽ sup pplm dñi Israel, & pcuties domũ achab dñi tui: & vlciscar sanguinẽ seruorũ meor pphetar, & sanguinẽ ommũ seruorũ dñi, de manu Jezabel. Perdãq; ommẽ domũ achab: & interficiã de domo achab mingẽtem ad parietẽ, & clausum, & nouissimũ in Israel. Et dabo domũ Achab, sicut domũ Jerobdã filij Nabat, & sicut domũ Baasa filij ahia. Jezabel q̃z comedẽt canes in agro Jezrahel, nec erit q sepeliat eã. Aperuitq; ostiũ & fugit. Jehu aũtẽ ingressus est ad seruos dñi sui, q dixerunt ei. Rectene sunt oĩa: qd venit insan⁹ iste ad te? Qui ait eis. Nostis hoiem, & qd locutus sit. At illi rñderunt. Falsum est, sz magis narra nobis. Qui ait eis. Hec & hec locut⁹ est mihi, & ait. Hec dicit dñs. Unxi te regẽ sup Israel. Festinauerũt itaq; & vnusquisq; tollẽs palliũ suũ posuerũt sub pedib⁹ eius in simili tudinẽ tribunalis, & cecinerũt tuba, atq; dixerũt. Regnabit Jehu. Conspirauit ergo Jehu filius Josaphat filij Namsi ꝫ Joram: porro Joram obsederat Ramoth Galaad, ipse & ois Israel ꝫ Hazael regẽ Syrie: & reuersus fuerat, vt curaret in Jezrahel, pter vulnera, q̃ percusserãt eũ Syri, pliãtẽ cõtra Hazael regẽ Syrie. Dixitq; Jehu, Si placet vob⁹, nemo egrediat̃ pfugus de ciuitate, ne vadat, & nũtiet in Jezrahel. Et ascẽdit, & pfect⁹ est in Jezrahel: Joram eñ egrotabat ibi, & Ochozias rex Juda descẽderat ad visitandũ Joram. Speculator q̃ stabat sup turrim Jezrahel vidit globũ Jehu veniẽtis, & ait. Uideo ego globũ. Dixitq; Joram. Tolle curum, & mitte in occursum eor, & dicat vadẽs. Recteneq; sunt oĩa? Abijt ergo q ascẽderat curruũ, in occursum eius, & ait, Hec dicit rex. Pacatane sunt oĩa? Dixitq; Jehu. Quid tibi & paci? trãsi, & seq̃re me. Nũtiauit q̃z speculator, dicẽs. Uenit nũt⁹ ad eos, & nõ reuertit̃. Misit etiã curruũ equor: qui: venitq; ad eos, & ait. Hec dicit rex. Nunquid pax est? Et ait Jehu. Quid tibi & paci? trãsi, & seq̃re me. Nũtiauit aũt speculator, dicẽs. Uenit vsq; ad eos, & non reuertit̃: est aũt incessus q̃si incessus Jehu filij Nãsi, pceps eñ gradit̃. Et ait Joram. Jũge currũ. Jũxitq; currũ ei⁹, & egressus est Joram rex Israel, & Ochozias rex Juda, singuli in curribus suis, egressiq; sunt in occursum Jehu, & inuenerũt eũ in agro Naboth Jezrahelite. Cũq; vidisset Joram Jehu, dixit. Pax ẽ Jehu? At ille rñdit. Que pax? adhuc fornicatiões Jezabel mr̃is tue, & veneficia ei⁹ multa vigẽt. Cõuertit aũt Joram manum suã, & fugiens ait ad Ochoziam. Insidie Ochozia. Porro Jehu tetẽdit arcũ manu, & percussit Joram inter scapulas: et egressa est sagitta p cor ei⁹, statiq; corruit in curru suo. Dixitq; Jehu ad Badacer ducẽ, tolle, pjce eũ i agrũ Naboth Jezrahelite. memini eñ qñ ego & tu sedẽtes in curru sequebamur achab patrẽ hui⁹, q⁹ dñs on⁹ hoc leuauerit sup eũ, dicẽs. Si nõ p sanguine Naboth, & p sanguine filiorũ ei⁹, quẽ vidi heri, ait dñs, reddã tibi in agro isto dicit dñs. Nũc ergo tolle, & pjce eũ in agro iuxta v̄bũ dñi. Ochozias aũt rex Juda videns hoc, fugit p viã dom⁹ horti: persecutusq; est eũ Jehu, & ait. Etiã hũc percutite in curru suo. Et percusserũt eũ in ascẽsu Bur q est iuxta Jeblaã: q fugit in Mageddo, & mortu⁹ est ibi. Et iposuerũt eũ serui ei⁹ sup currũ suũ, & tulerũt in Jerusalẽ: sepelierũtq; eũ in sepulchro cũ pr̃ib⁹ suis in ciuitate Dauid. Anno vndecimo Joram filij achab regis Israel, regnauit Ochozias super Judam, venitq; Jehu in Jezrahel. Porro Jezabel introitu ei⁹ audito, depinxit oculos suos stibio, & ornauit caput sup, & respexit p fenestrã ingrediẽtẽ Jehu p portã, & ait. Nũqd pax põt esse zãbri, q interfecit dñm suũ? Leuauitq; Jehu faciẽ suã ad fenestrã, et ait. Que est ista? Et inclinauerũt se ad eũ duo vel tres eunuchi. Et ille dixit eis. Precipitate eã deorsuz. Et ꝓcipitauerũt eã, aspersusq; ẽ sanguine paries, & equor vngule cõculcauerũt eã. Cũq; ingressus eẽt vt comederet, biberetq;, ait. Ite, & videte maledictã illã, & sepelite eam: q̃ filia regis est. Cũq; issent, vt sepelirẽt eã, nõ inuenerũt nisi caluariã, & pedes, & summas man⁹. Reuersiq; nũtiauerũt ei. Et ait Jehu. Sermo dñi est, quẽ locut⁹ est per seruũ suũ Eliã Thesbitẽ, dicẽs. In agro Jezrahel comedẽt canes carnes Jezabel, & erũt carnes Jezabel, sicut stercus super faciẽ terre in agro Jezrahel, ita vt pretereũtes dicãt, hecine est illa Jezabel?

¶ Capitulj Summarium. Delet Jehu domum Achab et sacerdotes Baal. Caput. x.

ERant aũt Achab septuagĩta filij i Samaria: scripsit ergo Jehu lr̃as, & misit in Samariã, ad optimates ciuitatis, & ad maiores natu, & ad nutritios Achab, dicẽs. Stativt acceperitis lr̃as has, q̃ habetis filios dñi v̄ri, & curr⁹ & equos, & ciuitates inf. Samaritas, & arma, eligite meliorẽ: & eũ q vobis placuerit de filijs dñi v̄ri, & eũ ponite sup solũ patris sui, & pugnate p domo dñi v̄ri. Timuerũt illi vehementer, & dixerũt. Ecce duo reges nõ potuerũt stare coram eo, & quõ nos valebimus resistere? Misserũt ergo ꝓpositi dom⁹, & pfecti ciuitatis, et maiores natu, et nutritij, ad Jehu, dicentes. Serui tui sumus, q̃cũq; iusseris faciemus, nec cõstituemus nobis regẽ: q̃cũq; tibi placẽt, fac. Rescripsit aũt eis lr̃as sc̃do, dicẽs. Si mei estis, & obeditis mihi, tollite capita filiorũ dñi v̄ri, et venite ad me hac eadẽ hora cras in Jezrahel. Porro filij regis septuaginta viri apũd optimates ciuitatis nutriebant. Cũq; venissent lutere ad eos, tulerũt filios regis, & occiderũt septuaginta viros, & posuerũt capita eorũ in cophinis, & mi-

serunt

serũt ad eũ in Jezrahel. Uenit aũt nũtiꝰ, & indicauit ei, dicẽs. Attulerunt capita filiorũ regis. Qui rñdit. Ponite ea ad duos aceruos iuxta introitũ porte vsq; mane. Cũq; diluxisset, egressus est, & stãs dixit ad omnẽ pplm. Justi estis: si ego coniurani ꝛ dñm meũ, & interfeci eum, qs percussit oẽs hos. Uidete ergo nũc qm̃ nõ cecidit de sermonibus dñi in terrã, quos locutꝰ est dñs sup domũ Achab, & dñs fecit qõ locutus est in manu serui sui Helie. Percussit igitur Jehu oẽs q reliqui erãt de domo Achab in Jezrahel, et vniuersos optimates eiꝰ & notos & sacerdotes, donec nõ remanerẽt ex eo reliquie. Et surrexit, & venit in Samariã, cũq; venisset ad camerã pastorũ, in via inuenit fratres Ochozie regis Juda, dixitq; ad eos. Quinã estis vos? Qui responderunt. Fratres Ochozie regis sumus, & descẽdimus ad salutãdos filios regis & filios regine. Qui ait. Cõprehẽdite eos vivos. Quos cũ cõprehẽdissent viuos, iugulauerũt eos in cisterna iuxta camerã, quadraginta duos viros, & nõ reliqt ex eis quẽq;. Cũq; abyssset inde, inuenit Jonadab filiũ Rechab in occursum sibi, & benedixit ei. Et ait Jehu ad eum. Numquid est cor tuũ rectũ cũ corde meo: sicut cor meũ cum corde tuo? Et ait Jonadab, Est. Si est, inquit, da mihi manum tuã. Qui dedit ei manum suam. Et ille leuauit eũ ad se i currũ, dixitq; ad eũ. Ueni mecũ, & vide zelũ meũ p dño. Et imposituũ currui suo, duxit in Samariã. Et percussit oẽs qui reliqui fuerant de Achab in Samaria, vsq; ad vnũ iuxta verbũ domini qõ locutꝰ est per Eliã. Cõgregauit ergo Jehu omnẽ pplm, & dixit ad eos, Achab coluit Baal parum, ego aũt colã eũ amplius. Nũc igit̃ omnes prophetas Baal, & vniuersos seruos eiꝰ, et cunctos sacerdotes ipsius vocate ad me: nullus sit q nõ veniat, sacrificiũ enim grãde est mihi Baal: quicũq; defuerit, nõ viuet. Porro Jehu faciebat hoc insidiose, vt disperderet cultores Baal, & dixit. Sanctificate diẽ solẽnem Baal. Uocauitq;, & misit in vniuersos terminos Jsrael, & venerũt cũcti serui Baal: nõ fuit residuus ne vnus quidẽ q nõ veniret. Et ingressi sunt tẽplũ Baal: & repleta est domꝰ Baal: a summo vsq; ad summũ. Dixitq; his q preerãt sup vestes. Proferte vestimẽta vniuersis seruis Baal. Et protulerunt eis vestes. Ingressusq; Jehu, & Jonadab filiꝰ Rechab tẽplũ Baal, ait cultoribꝰ Baal. Perquirite & videte ne quis forte vobiscũ sit de seruis domini, sed vt sint serui Baal soli. Ingressi sunt igitur vt facerẽt victimas & holocausta: Jehu autem preparauerat sibi foris octoginta viros, & dixerat eis. Quicũq; fugerit de hominibus his quos ego adduxero in manꝰ vestras, anima eius erit pro anima illius. Factum est aũt: cũ cõpletũ esset holocaustũ, precepit Jehu militibus & ducibꝰ suis. Ingredimini, & percutite eos, nullus exeat. Percusserũtq; eos in ore gladij, & proiecerũt milites & duces: & ierunt in ciuitatẽ templi Baal, & protulerũt statuã de phano Baal, & cõbusserũt, & cõminuerũt eam. Destruxerũt q̃q; edẽ Baal, & fecerũt ꝑ ea latrinas vsq; in diẽ hãc. Deleuit ita q; Jehu Baal de Jsrael: verũtamẽ a peccatis Jeroboam filij Nabath, q peccare fecit Jsrael, nõ recessit, nec dereliqt vitulos aureos q erãt in Bethel & i Dan. Dixit aũt dñs ad Jehu. Quia studiose egisti qõ rectũ erat & placebat i oculis meis, & oĩa q̃ erãt in corde meo fecisti ꝺ domũ Achab: filij tui vsq; ad q̃rtã gnationẽ sedebũt sup thronũ Jsrael. Porro Jehu nõ custodiuit vt ambularet in lege dñi dei Jsrl̃ i toto corde suo: nõ eñ recessit a pctis Jeroboã, q peccare fecerat Jsrl̃. In diebꝰ illis cepit dñs tedere sup Jsrl̃: percussitq; eos Hazael in vniuersis finibꝰ Jsrl̃, a Jordane ꝺ orientalẽ plagã, oẽz terrã Galaad & Gad & Rubẽ & Manasse, ab Aroer q̃ est sup torrẽtẽ Arnon, & Galaad & Basan. Reliqua aũt verboꝝ Jehu, & vniuersa q̃ fecit, & fortitudo eius, nõne hec scripta sunt in libro vboꝝ dierũ regũ Jsrael? Et dormiuit Jehu cum patribus suis, sepelieruntq; eum in Samaria: & regnauit Joachã filius eius pro eo. Dies aũt quos regnauit Jehu sup Jsrael, viginti & octo anni sunt in Samaria.

¶ Capitu. Summariũ. Interfecta impia Athalia Joas rex constituitur. Caput. xj.



Athalia vero mater Ochozie, vidẽs mortuũ filium suũ, surrexit, et interfecit omne semẽ regiũ. Tollens autem Josaba filia regis Jorã, sororꝰ Ochozie, Joas filiũ Ochozie, furata est eũ de medio filiorũ regis qui interficiebanꝰ, et nutricẽ eiꝰ de triclinio: & abscõdit eũ a facie Athalie, vt nõ interficereꝰ. Erat q; cũ ea sex ãnis clãi domo dñi: porro Athalia regnauit sup terrã septẽ annis. Anno aũtez septimo misit Joiada, & assumẽs centuriones, et milites introduxit ad se in tẽplũ domini, pepigitq; cũ eis fedus: & adiurãs eos in domo dñi, ostẽdit eis filiũ regis, & precepit illis, dicens. Jste est sermo quem facere debetis. Tertia pars vestrũ introeat Sabbatho, & obseruet excubias domus regis. Tertia aũt pars sit ad portam Sur: & tertia pars sit ad portam que est post habitaculũ scutariorũ: & custodietis excubias domꝰ ꝛdñi. Due vero partes e vobis omnes egredientes Sabbatho custodiant excubias domus domini circa regem. Et vallabitis eum, habentes arma in manibus vestris: si quis autẽ ingressus fuerit septum tẽpli, interficiatur: eritisq; cũ rege introeũte, & egrediẽte. Et fecerũt centuriones iuxta omnia que preceperat eis Joiada sacerdos: & assumentes singuli viros suos, qui ingrediebantur ad Sabbathũ cum his qui egrediebãtur e Sabbatho, venerũt ad Joiadã sacerdotẽ. Qui dedit eis hastas, & arma regis Dauid, que erãt in domo dñi. Et steterũt singuli habẽtes arma in manu sua a pte templi dextera, vsq; ad partẽ sinistrã altaris, & edis circum regem. Produxitq; filiũ regis, & posuit sup eũ diadema et testimoniũ: fecerũtq; eum regẽ, & vnxerunt, & plaudentes manu dixerũt. Uiuat rex. Audiuit autẽ Athalia vocẽ populi currẽtis: & ingressa ad turbas in templum domini, vidit regẽ stantẽ sup tribunal iuxta morẽ, & cãtores & tubas prope eũ, omnẽq; populũ terre letantẽ, & canentẽ tubis: & scidit vestimẽta sua, clamauitq;. Cõiuratio, cõiuratio. Precepit autem Joiada sacerdos centurionibus qui erãt sup exercitũ, & ait eis. Educite eam extra septa tẽpli: et quicũq; eã secutꝰ fuerit, feriat gladio. Dixerat eñ sacerdos. Non occidat in tẽplo dñi. Imposuerũtq; ei manus, & impegerũt eã per viã introitꝰ equorũ, iuxta palatiũ, & interfecta est ibi. Pepigit ergo Joiada fedus inter dñm & regẽ, & inter populum, vt esset pplꝰ dñi, & inter regẽ & pplm. Ingressusq; est oĩs pplꝰ terre tẽplũ Baal, & destruxerũt aras eiꝰ, & imagines contriuerunt valde: Mathã q̃ sacerdotẽ Baal, occiderũt coram altari. Et posuit sacerdos custodiãs in domo dñi, tulitq; cẽturiones, & Cerethi et Phelethi legiones, et omnẽ pplm terre, deduxerũtq; regem de domo dñi: & venerunt per viam porte scutariorum in palatium, & sedit super thronum regũ. Letatusq; est omnis pplꝰ terre: & ciuitas cõquieuit. Athalia autem occisa est gladio in domo regis. Septemq; annorum erat Joas, cum regnare cepisset.

¶ Capitulu. Summarium. Colligitur pecunia in templi structuram. Caput. xij.

Anno septimo Jehu regnauit Joas: q̃draginta annis regnauit in Jerusalẽ. nomen matris eius Sebia de Berſabee. Fecitq; Joas rectũ coram dño cũctis diebꝰ quibꝰ docuit eũ Joiada sacerdos. Uerũtamẽ excelsa nõ abstulit: adhuc eñ pplꝰ imolabat

Infra xv.c.

Universidad de Deusto Biblioteca

ꝛ adolebat in excelsis incẽsum. Dixit Joas ad sacerdotes, Oẽm pecuniã sanctoꝝ ꝙ illata fuerat in tẽplũ dñi a ptereũtibus quæ offert pro pretio animæ, ꝛ quam spõte ꝛ arbitrio cordis sui inferũt in tẽplũ dñi: accipiãt illam sacerdotes iuxta ordinẽ suum, ꝛ instaurẽt sartatecta domus si qd necessarium viderint instaurationi. Igitur vsqꝫ ad vicesimũ tertiũ annum regis Joas, nõ instaurauerũt sacerdotes sartatecta templi. Vocauitqꝫ rex Joas Joiadã pontificem ꝛ sacerdotes, dicẽs eis. Quare sartatecta nõ instauratis tẽpli: nolite ergo amplius accipere pecuniã iuxta ordinẽ vestrũ, sed ad instaurationem templi reddite eam. Prohibitiqꝫ sunt sacerdotes vltra accipere pecuniã a populo, et instaurare sartatecta domus. Et tulit Joiada põtifex gazophylacũ vnũ aperuitqꝫ foramẽ desuper, ꝛ posuit illud iuxta altare ad dexterã ingredientiũ domum dñi, mittebãtqꝫ in eo sacerdotes qui custodiebãt ostia, omnẽ pecuniã quæ deferebatur ad templũ dñi. Cumqꝫ viderẽt nimiã pecuniã esse in gazophylacio, ascẽdebat scriba regis ꝛ pontifex, effundebãtqꝫ, ꝛ numerabãt pecuniã quæ inueniebatur in domo dñi: ꝛ dabant eam iuxta numerũ atqꝫ mensurã in manu eorũ ꝙ præerant cemẽtarijs domus dñi: qui impendebant eã in fabris lignorũ, ꝛ in cemẽtarijs ijs qui operabantur in domo dñi, ꝛ sartatecta faciebãt: ꝛ in ijs qui cedebãt sara, ꝛ vt emerent ligna ꝛ lapides qui excidebãtur: ita vt impleret instauratio domus dñi in vniuersis quæ indigebãt expẽsa ad muniẽdã domũ. Verũtamẽ nõ fiebant ex eadẽ pecunia hydriæ tẽpli dñi, ꝛ fuscinulæ ꝛ thuribula ꝛ tubæ, ꝛ omne vas aureũ ꝛ argẽteũ, de pecunia quæ inferebaꝫ in tẽplũ dñi. Jis enim ꝙ faciebãt opus, dabaꝫ, vt instauraret tẽplũ dñi: ꝛ nõ fiebat ratio ijs hominibus qui accipiebãt pecuniã vt distribuerẽt eam artificibus sed in fide tractabãt eam. Pecuniã vero pro delicto, ꝛ pecuniã pro peccatis nõ inferebãt in tẽplũ dñi: ꝛ qꝫ sacerdotum erat. Tunc ascẽdit Hazael rex Syriæ, ꝛ pugnabat cõtra Geth, cepitqꝫ eam: ꝛ direxerit faciẽ suã vt ascẽderet in Jerusalẽ. Quã ob rẽ tulit Joas rex Juda oĩa sanctificata, ꝙ cõsecrauerãt Josaphat, ꝛ Joram, ꝛ Ochozias patres eius reges Juda, ꝛ quæ ipse obtulerat: ꝛ vniuersum aurum qõ inueniri potuit in thesauris tẽpli dñi, ꝛ in palatio regis: misitqꝫ Hazaeli regi Syriæ, ꝛ recessit ab Jerusalem. Reliqua aũt sermonũ Joas, ꝛ vniuersa quæ fecit, nõne hæc scripta sunt in libro verborũ dierũ regũ Juda? Surrexerũt aũt serui eius, ꝛ cõiurauerũt inter se, percusserũtqꝫ Joas in domo Mello in descẽsu Sella. Jozachar nãqꝫ filius Semath, ꝛ Jozabad filius Somer serui eius, percusserunt eũ ꝛ mortuus est: ꝛ sepelierunt eum cũ patribus suis in ciuitate Dauid, regnauitqꝫ Amasias filius eius pro eo.

¶ Capituli Summarũ. Joas rex Jsrael venit ad Eliseũ morturum. Caput. xiij.

Anno vicesimo tertio Joas filij Ochozie regis Jude, regnauit Joachã filius Jehu sup Jsrael in Samaria decẽ ꝛ septẽ annis. Et fecit malum coꝝ dño, secutusqꝫ est petã Jeroboam filij Nabath, ꝙ peccare fecit Jsrl, nõ declinauit ab eis. Jratusqꝫ ẽ furor dñi ɔ Jsrl, ꝛ tradidit eos in manu Hazael regis Syrie, ꝛ in manu Benadad filij Hazael cunctis diebus. Deprecatus est autem Joacham faciẽ domini, ꝛ audiuit eum dñs: vidit enim angustiã Jsrl, qꝫ attriuerat eos rex Syriæ: et dedit dñs saluatorẽ Jsraeli, ꝛ liberatus est de manu regis Syriæ: habitauerũtqꝫ filij Jsrael in tabernaculis suis, sicut heri ꝛ nudiusterti. Verũtamẽ nõ recesserũt a pctis domꝰ Jeroboã, ꝙ peccare fecit Jsrl, sed in ipsis ambulauerũt: sigdẽ ꝛ lucus pmãsit in Samaria, ꝛ nõ sunt derelicti Joachã de pplo, nisi quinqginta eqtes, ꝛ decẽ curꝰ, ꝛ decẽ millia pditũ: interfecerat enim eos rex Syriæ, ꝛ redegerat eos quasi puluerem in tritura aree. Reliqua aũt sermonũ Joacham, ꝛ vniuersa ꝙ fecit, ꝛ fortitudo eiꝰ, nõne hæc scripta sunt in libro sermonũ dierũ regũ Jsrl? Dormnitqꝫ Joachã cũ pribꝰ suis, ꝛ sepelierũt eũ in Samaria: regnauitqꝫ Joas filiꝰ eiꝰ pro eo. Anno tricesimo septimo Joas regis Juda regnauit Joas filiꝰ Joacham sup Jsrael in Samaria sedecim annis: ꝛ fecit ꝙ malũ est in cõspectu dñi: nõ declinauit ab oĩbꝰ pctis Jeroboã filij Nabath, ꝙ peccare fecit Jsrl, in ipsis ambulauit. L

Reliqua aũt sermonum Joas, ꝛ vniuersa ꝙ fecit, ꝛ fortitudo eiꝰ quo pugnauerit cõtra Amasiã regẽ Juda, nõne hæc scripta sunt in libro sermonũ dierũ regũ Jsrl? Et dormiuit Joas cũ pribꝰ suis: Jeroboã aũt sedit sup soliũ eiꝰ. Porro Joas sepultꝰ est in Samaria cũ regibꝰ Jsrael. Eliseus aũt egrotabat infirmitate, qua ꝛ mortuus est: descẽditqꝫ ad eũ Joas rex Jsrl, ꝛ flebat coram eo, dicebatqꝫ. Pater mi, pater mi, curꝰ Jsrl ꝛ auriga eiꝰ. Et ait illi Eliseus. Affer arcũ et sagittas. Cũqꝫ attulisset ad eũ arcũ ꝛ sagittas, dixit ad regẽ Jsrl. Pone manũ tuã sup arcũ. Et cũ posuisset ille manũ suam, superposuit Eliseus manꝰ suas manibꝰ regis, ꝛ ait, Aperi fenestrã orientalẽ. Cũqꝫ aperuisset, dixit Eliseus. Jace sagittã. Et iecit. Et ait Eliseus, Sagitta salutis domini, ꝛ sagitta salutis cõtra Syriã: percuties Syriã in Aphec, donec cõsumas eã. Et ait. Tolle sagittas. Qui cũ tulisset rursum dixit ei. Percute iaculo terrã. Et cũ percussisset tribus vicibꝰ, ꝛ stetisset, iratus est vir dei cõtra eũ, ꝛ ait. Si percussisses quinquies, aut sexies, siue septies, percussisses Syriã vsqꝫ ad cõsummationẽ: nũc aũt tribꝰ vicibus percuties eã. Mortuus est ergo Eliseus, et sepelierũt eũ. Latrũculi autem de Moab venerũt in terrã in ipso anno. Quidã aũt sepelientes hoĩem viderũt latrũculos, ꝛ proiecerũt cadauer in sepulchrũ Eliseiꝰ: qꝫ ambulauit, ꝛ tetigit ossa Eliseꝰ ꝛ reuixit homo, ꝛ stetit sup pedes suos. Igit Hazael rex Syriæ afflixit Jsrl cunctis diebus Joachã: ꝛ misertꝰ est dñs eoꝝ, ꝛ reuersus est ad eos ppter pactũ suũ qõ habebat cũ Abraham ꝛ Jsaac et Jacob: ꝛ noluit disperdere eos, neqꝫ proiicere penitus vsqꝫ in præsens tps. Mortuus est autẽ Hazael rex Syriæ, et regnauit Benadad filius eiꝰ pro eo. Porro Joas filiꝰ Joachã, tulit vrbes de manu Benadad filij Hazael, quas tulerat de manu Joacham patris sui iure prælij: tribus vicibꝰ percussit eum Joas, ꝛ reddidit ciuitates Jsrael.

¶ Capituli Summarũ. Joas rex Jsrael superato Amasia rege Juda, diripit Jerusalem. Caput. xiij.

In anno secõdo Joas filij Joacham regis Jsrael regnauit Amasias filius Joas regis Juda. Viginti quinqꝫ annorũ erat cũ regnare cepisset: viginti aũt ꝛ nouẽ annis regnauit in Jerusalem: nomen matris eius Joadã de Jerusalem. Et fecit rectum coram domino: verũtamẽ nõ vt Dauid pater eiꝰ. Juxta oĩa quæ fecit Joas pater suus fecit, nisi hoc tantũ qõ excelsa nõ abstulit: adhuc enim populus adolebat ꝛ immolabat incensum in excelsis. Cũqꝫ obtinuisset regnũ, percussit seruos suos qui interfecerãt regẽ patrem suum: filios aũt eorũ qui occiderãt nõ occidit, iuxta qõ scriptũ est in libro legis Moysi, sicut præcepit dñs, dicens. Non morientur patres pro filijs, neqꝫ filij moriẽtur pro patribus: sed vnusquisqꝫ in peccato suo morietur. Ipse percussit Edõ in valle Salinarum decem millia, ꝛ apprehendit petram in prælio, vocauitqꝫ nomen eius Jectheel, vsqꝫ in præsentẽ diem. Tũc misit Amasias nũtios ad Joas filiũ Joacham, filij Jehu regis Jsrl, dicẽs. Veni, ꝛ videamus nos. Remisitqꝫ Joas rex Jsrael ad Amasiã regẽ Juda, dicẽs, Carduus Libani misit ad cedrũ, qui est in Libano, dicẽs, Da filiã tuã filio meo vxorẽ. Trãsierũtqꝫ bestiæ saltus q̃ sunt in Libano, ꝛ cõculcauerũt carduũ. Percutiẽs inualuisti super Edom, ꝛ sublenuit te cor tuum: cõtẽtus esto gloria, ꝛ sede in domo tua: quare ꝓuocas malũ, vt cadas tu ꝛ Judas tecũ? Et nõ acquieuit Amasias: ascẽditqꝫ Joas rex Jsrael, ꝛ viderũt se ipse et Amasias rex Juda in Bethsames oppido Juda. Percussus q̃q̃ est Juda coram Jsrael: ꝛ fugerũt vnusquisqꝫ in tabernacula sua. Amasiã vero regẽ Juda filiũ Joas filij Ochozie cepit Joas rex Jsrl in Bethsames, ꝛ adduxit eũ in Jerusalẽ: ꝛ interrupit murũ Jerusalẽ, a porta Ephraim vsqꝫ ad portã anguli, quadringentis cubitis. Tulitqꝫ omne aurũ ꝛ argentũ, et vniuersa vasa quæ inuenta sunt in domo domini et in thesauris regis, ꝛ obsides, ꝛ reuersus est in Samariam. Reliqua autem verborum Joas quæ fecit et fortitudo eius qua

pugnauit

pugnauit cõtra Amasiam regem Juda, nonne hec scripta sunt in libro sermonũ dierũ regũ Jsrl'. Dormiuitq; Joas cum patribus suis, & sepultus est in Samaria cum regibus Jsrael: & regnauit Jeroboam filius eius pro eo. Vixit autẽ Amasias filius Joas rex Juda, postq; mortuus est Joas filius Joachã regis Jsrael viginti quinq; annis. Reliqua autẽ sermonum Amasie, nonne hec scripta sunt in libro sermonum dierũ regum iuda? Facta q; est cõtra eũ coniuratio in Jerusalem: at ille fugit in Lachis. Misq; rũt post eũ in Lachis, & interfecerunt eum ibi. Et asportauerũt in equis, sepultusq; est in Jerusalem cum patribus suis in ciuitate Dauid. Tulit autem vniuersus populus Jude Azariam annos natum sedecim, & constituerũt eum regem pro patre eius Amasia. Ipse edificauit Ailam, et restituit eã Jude, postq; dormiuit rex cum patribus suis. Anno quintodecimo Amasie filij Joas regis iuda, regnauit Jeroboã filius Joas regis Jsrael in Samaria quadraginta & vno anno: & fecit quod malum est coram domino. Nõ recessit ab omnibus peccatis Jeroboã filij Nabath, q peccare fecit israel. Ipse restituit terminos Jsrael ab introitu Emath vsq; ad mare solitudinis, iuxta sermonem domini dei israel quem locutus est per seruum suum Jonã filium Amathi prophetam qui erat de Geth que est in Opher. Vidit eñ dñs affrictionẽ israel amaram nimis, et quod consumpti essent vsq; ad clausos carcere & extremos, & nõ esset qui auxiliaretur israel. Nec locutus est dominus vt deleret nomẽ israel de sub celo, sed saluauit eos in manu Jeroboam filij ioas. Reliqua autem sermonum Jeroboam, & vniuersa que fecit, et fortitudo eius qua preliatus est, et quomodo restituit Damascũ & Emath iude in israel: nonne hec scripta sunt in libro sermonum dierum regum israel? Dormiuitq; Jeroboam cum patribus suis regibus Jsrael, & regnauit Zacharias filius eius pro eo.

¶ Capituli Summarium. Describũtur gesta regũ israel, Zacharie & Sanaben, phaceu ꝛc. Caput.xv.

Anno vicesimoseptimo Jeroboã regis israel regnauit Azarias filius Amasie regis iuda. Sedecim annorum erat, cũ regnare cepisset, & quinquaginta duobus annis regnauit in ierusalem: nomen matris eius iechelia de Jerusalem. Fecitq; qõ erat placitum coram dño iuxta omnia q̃ fecit Amasias pater eius. Verũtamen excelsa nõ est demolitus: adhuc populus sacrificabat, & adolebat incẽsum in excelsis. Percussit autẽ dominus regem, & fuit leprosus vsq; in diem mortis sue, & habitabat in domo libera seorsum: Joathã vero filius regis gubernabat palatũ, & iudicabat populũ terre. Reliqua autẽ sermonum Azarie, & vniuersa que fecit, nõne hec scripta sunt in libro verbũ dierũ regũ iuda? Et dormiuit Azarias cum patribus suis: sepelierũtq; eũ cũ maioribus suis in ciuitate Dauid, & regnauit ioathã filius eius pro eo. Anno tricesimooctauo Azarie regis iude, regnauit zacharias filius Jeroboã super israel in Samaria sex mẽsibus: & fecit quod malũ est coram dño, sicut fecerãt patres eius: nõ recessit a pctis Jeroboã filij Nabath, qui peccare fecit israel. Coniurauit autẽ cõtra eum Sellũ filius iabes: percussitq; eum palã: et interfecit, regnauitq; pro eo. Reliqua autẽ verbũ zacharie, nonne hec scripta sunt in libro sermonũ dierũ regũ israel? Iste est sermo domini quẽ locutus est ad iehu, dicens. Filij tui vsq; ad quartã gñationẽ sedebũt de te super thronum israel. Factũq; est ita. Sellũ filius iabes regnauit tricesimonono anno Azarie regis iude: regnauit autẽ vno mense in Samaria. Et ascendit Manahẽ filius Gadi de Therla: venitq; in Samariã, & percussit Sellũ filiũ iabes in Samaria, & interfecit eũ, regnauitq; pro eo. Reliqua autẽ verborũ Sellũ, & cõiuratio eius, per quam tetẽdit insidias: nõne hec scripta sunt in libro sermonũ dierum regum israel? Tunc percussit Manahẽ Thapsa, & omnes qui erant in ea, & terminos eius de Thersa, noluerant eñ aperire ei: & interfecit omnes prẽgnantes eius, & scidit eas. Anno tricesimonono Azarie regis iude regnauit Manaben filius Gadi super israel decem annis in Samaria. Fecitq; quod erat malum coram dño: nõ recessit a peccatis ieroboã filij Nabath, q peccare fecit israel, cunctis diebus eius. Veniebat Phul rex Assyriorum in terrã, & dabat Manahẽ Phul mille talẽta argenti, vt esset ei in auxiliũ, & firmaret regnũ eius. Indixitq; Manahẽ argentum super israel cũctis potentibus, & diuitibus, vt daret regi assyriorum quinquaginta siclos argenti p singulos: reuersusq; est rex assyriorũ, & nõ est moratus in terra. Reliqua autem sermonũ Manahẽ, & vniuersa que fecit, nõne hec scripta sunt in libro sermonũ dierũ regum israel? Et dormiuit Manahẽ cum patribus suis: regnauitq; Phaceia filius eius pro eo. Anno quinquagesimo Azarie regis iude, regnauit Phaceia filius Manahẽ super israel in Samaria biẽnio, & fecit qõ erat malũ coram dño: nõ recessit a peccatis ieroboã filij Nabath, qui peccare fecit israel. Coniurauit autẽ aduersus eum Phacee filius Romelie dux eius, & percussit eũ in Samaria in turre domus regie iuxta Argob, & iuxta Uriah: & cũ eo quinquaginta viros de filijs Galaaditarũ & interfecit eum, regnauitq; pro eo. Reliqua autẽ sermonũ Phaceia, & vniuersa que fecit, nõne hec scripta sunt in libro sermonum dierũ regũ israel? Anno quinquagesimo secundo Azarie regis iude, regnauit Phacee filius Romelie super israel in Samaria viginti annis. Et fecit quod erat malum coram domino: nõ recessit a peccatis Jeroboam filij Nabath, qui peccare fecit israel. In diebus Phacee regis israel venit Theglath phalasar rex Assur, & cepit Aion, & Abel, domum Maacha, & Janoe, & Cedes, & Asor, & Galaad, & Galileam & vniuersam terrã Nephthalim, & trãstulit eos in Assyrios. Coniurauit autẽ, & tetẽdit insidias Osee filius Ela cõtra Phacee filiũ Romelie, & percussit eũ, & interfecit: regnauitq; pro eo vicesimo anno Joathã filij Ozie. Reliqua autẽ sermonum Phacee, & vniuersa que fecit, nõne hec scripta sunt in libro sermonũ dierũ regũ israel? Anno scõo Phacee filij Romelie regis israel, regnauit ioathã filius Ozie regis iuda. Viginti quinq; annorũ erat, cũ regnare cepisset, et sedecim annis regnauit in ierusalem: nomẽ matris eius, ierusa filia Sadoc. Fecitq; quod erat placitum coram domino: iuxta oia que fecerat Ozias pater suus, operatus est. Verũtamen excelsa nõ abstulit: adhuc populus immolabat, & adolebat incẽsum in excelsis: ipse edificauit portã domus dñi sublimissimam. Reliqua autẽ sermonũ ioathã, & vniuersa que fecit, nõne hec scripta sunt in libro verborum dierum regũ iuda? In diebus illis cepit dominus mittere in iudã Rasin regẽ Syrie, & Phacee filium Romelie. Et dormiuit ioathan cum patribus suis, sepultusq; est cũ eis in ciuitate Dauid patris sui, & regnauit Achaz filius eius pro eo.

¶ Capituli Summa. Gesta Achã regis iuda. Cap.xvj.



Anno decimoseptimo Phacee filij Romelie, regnauit Achã filius Joathã regis iuda. Viginti annor erat Achã, cũ regnare cepisset, & sedecim annis regnauit in Jerusalẽ: nõ fecit qõ erat placitũ in cõspectu dñi dei sui, sicut Dauid pr eius. Sz ambulauit in via regũ israel: insup & filiũ suũ cõsecrauit, trãsferens per ignẽ sm idola gẽtiũ, q̃ dissipauit dñs coram filijs israel. Immolabat q̃q victimas, & adolebat incensum in excelsis, et

esa.viij.a

in collib⁹ ⁊ sub oi ligno frondoso. Tūc ascendit Rasin rex Syrie ⁊ Phacee filius Romelie rex Israel in Jerusalē ad preliandū: cūq; obsiderēt Achā nō valuerūt superare eū.

B

In tpe illo restituit Rasin rex Syrie Ailā Syrie ⁊ eiecit iudeos de Aila: ⁊ idumei ⁊ Syri venerūt in Ailā ⁊ habitauerūt ibi vsq; in diem hāc. ¶Misit autē Acham nuntios ad Theglathphalasar regē Assyriorū dicēs. Servus tuus ⁊ filius tuus ego sum: ascende ⁊ salua me de manu regis Syrie ⁊ de manu regis Israel qui consurrexerūt aduersum me. Et cū collegisset Achā argentū ⁊ aurū qđ inueniri potuit in domo dñi ⁊ in thesauris regis, mīsit regi Assyriorū munera. Qui ⁊ acqeuit volūtati eius: ascēdit eū rex Assyriorū in Damascū ⁊ vastauit eam ⁊ trāstulit habitatores eius Cyrenē, Rasin aūt interfecit.

C

Perrexitq; rex Achaz in occursum Theglathphalasar regi Assyriorū in Damascū: cūq; vidisset altare damasci, misit rex Acham ad Uriam sacerdotē exēplar eius ⁊ similitudinem iuxta omne opus eius. Extruxitq; Urias sacerdos altare: iuxta omnia que preceperat rex Acham de damasco ita fecit sacerdos Urias, donec veniret rex Acham de Damasco. Cūq; venisset rex de Damasco, vidit altare ⁊ veneratus est illud: ascenditq; ⁊ immolauit holocausta ⁊ sacrificiū suū ⁊ libauit libamina ⁊ fudit sanguinem pacificorū que obtulerat super altare.

D

Porro altare ereum qđ erat corā dño trāstulit de facie tēpli ⁊ de loco altaris ⁊ de loco tēpli dñi: posuitq; illud ex latere altaris ad aquilonem. Precepit qq; rex Acham Urie sacerdoti, dicens. Super altare maius offer holocaustū matutinū ⁊ sacrificiū vespertinū ⁊ holocaustū regis ⁊ sacrificiū eius ⁊ holocaustū vniuersi populi terre, et sacrificia eorū, ⁊ libamina eorum: et omnē sanguinē holocausti ⁊ vniuersum sanguinē victie sup illō effundes: altare vo ereū erit paratū ad voluntatē meā. Fecit igit Urias sacerdos iuxta oīa que preceperat rex Achā. Tulit autē rex Acham celatas bases ⁊ luterē ⁊ erat desup: ⁊ mare deposuit de bobus ereis ⁊ posuit illud ⁊ posuit super pauimētū stratū lapide. ¶Dusach qđ sabbathi qđ edificauerat in tēplo ⁊ ingressum regis exterius, cōuertit in tēplū dñi propter regē Assyriorū. Reliqua aūt verborū Achā que fecit, nōne hec scripta sunt in libro sermonū dierū regum iuda? Dormiuitq; Achā cū patribus suis ⁊ sepultus est cū eis in ciuitate Dauid ⁊ regnauit Ezechias filius eius pro eo.

¶ Capituli Summarium. Regnum Israel post multa facinora captiuum abducitur in Assyriam. Caput.xvij.

A

Anno duodecimo Achaz regis Juda regnauit Osee filius Ela in Samaria sup Israel nouē annis. Fecitq; malū coram dño: sed non sicut reges Israel q ante eū fuerūt. Cōtra hūc ascēdit Salmanasar rex Assyriorū ⁊ factus est ei Osee seruus, reddebatq; illi tributa. Cūq; deprehēdisset rex Assyriorū Osee, qđ rebellare nitēs, misisset nūtios ad Sua regē Egypti ne prestaret tributa regi Assyriorum sicut singulis annis solitus erat, obsedit eum ⁊ vinctum mīsit in carcerem.

Infra xvij.c.

Perambulatusq; est omnē terrā: ⁊ ascēdēs Samariā, obsedit eā tribus annis. Anno autē nono Osee, cepit rex Assyriorū Samariam, ⁊ trāstulit Israel in Assyrios: posuitq; eos in Hala ⁊ in Habor iuxta fluuiū Gozā, in ciuitatibus Medorū. Factum est eū cum peccassent filij Israel dño deo suo, qui eduxerat eos de terra Egypti de manu Pharaonis regis Egypti coluerūt deos alienos. Et ambulauerūt iuxta ritum gentiū quas cōsumpserat dñs in conspectu filiorū Israel, et regū Israel: qui fecerāt. Et irritauerūt filij Israel vbis nō rectis dñm deū suū: ⁊ edificauerūt sibi excelsa in cūctis vrbibus suis a turre custodū vsq; ad ciuitatē munitā. Fecerūtq; sibi statuas ⁊ lucos in omni colle sublimi, et subter omne lignū nemorosum ⁊ adolebāt ibi incēsum sup aras in more gentiū quas trāstulerat dñs a facie eorū: fecerūtq; vba pessima irritātes dñm, ⁊ coluerunt immūditias de qb⁹ preceperat eis dñs ne facerēt vbū hoc. Et testificat⁹ est dñs in Israel et in Juda p manū oīs pphetarū ⁊ vidētiū dicēs, Reuertimini a vijs vestris pessimis, ⁊ custodite precepta mea ⁊ ceremonias, iuxta omnē legē quā precepi patrib⁹ vestris: ⁊ sicut misi ad vos in manu seruorū meorū prophetarū. Qui nō audierunt: sed indurauerūt ceruicē suā iuxta ceruicē patrū suorū qui nolūerunt obedire dño deo suo. Et abiecerūt legitima eius ⁊ pactū qđ pepigit cum patribus eorū ⁊ testificatiōes quibus testificatus est eos: secutiq; sunt vanitates ⁊ vane egerūt: ⁊ secuti sunt gētes q erāt p circuitū eorū, sup q⁹ preceperat dñs eis vt nō facerēt sicut ille faciebāt. Et dereliquerūt omnia precepta dñi dei sui: fecerūtq; sibi cōflatiles duos vitulos ⁊ lucos, ⁊ adorauerūt vniuersam militiā celi: seruierūtq; Baal ⁊ cōsecrauerūt filios suos ⁊ filias suas per ignem: ⁊ diuinationibus inseruiebāt ⁊ augurijs: ⁊ tradiderunt se vt facerēt malū corā dño, vt irritarēt eum. Iratusq; est dñs vehemēter Israeli, ⁊ abstulit eos a cōspectu suo, ⁊ nō remānsit nisi tribus Juda tantummodo. Sed nec ipse Juda custodiuit mādata domini dei sui: verūtamen ambulauit in erroribus Israel quos operatus fuerat. Proiecitq; dñs omne semē Israel, ⁊ afflixit eos, ⁊ tradidit eos in manu direptiōū, donec proijceret eos a facie sua: ex eo tā tpe, quo scissus est Israel a domo Dauid, ⁊ cōstituerūt sibi regē Jeroboā filiū Nabath: separauit enī Jeroboam Israel a dño, ⁊ peccare eos fecit peccatū magnū. Et ambulauerūt filij Israel in vniuersis peccatis Jeroboā que fecerat: nō recesserunt ab eis, vsq; quo dñs auferret Israel a facie sua, sicut locut⁹ fuerat in manu omnium seruorū suorū prophetarū: trāslatusq; est Israel de terra sua in Assyrios vsq; in diē hanc. Adduxit aūt rex Assyriorū de Babylone, ⁊ de Cutha, ⁊ de Ana, et de Emath, ⁊ de Sepharuaim: ⁊ collocauit eos in ciuitatib⁹ Samarie pro filijs Israel: qui possederūt Samariā ⁊ habitauerunt in vrbibus eius. Cūq; ibi habitare cepissent: non timebāt dñm: ⁊ immisit in eos dñs leones qui interficiebant eos. Nuntiatūq; est regi Assyriorū, ⁊ dictū. Gentes q⁹ trāstulisti ⁊ habitare fecisti in ciuitatibus Samarie, ignorant legitima dei terre, ⁊ immisit in eos dñs leones: ⁊ ecce, interficiūt eos, eo quod ignorēt ritū dei terre. Precepit aūtē rex Assyriorū, dicens. Ducite illuc vnū de sacerdotib⁹, quos inde captiuos adduxistis, ⁊ vadat, ⁊ habitet cū eis: ⁊ doceat eos legitima dei terre. Igit cū venisset vnus de sacerdotib⁹ his qui captiui ducti fuerāt de Samaria, habitauit in Bethel, ⁊ docebat eos qđo colerēt dñm. Et vnaquēq; gēs fabricata est deum suū: ⁊ posuerūtq; eos in phanis excelsis que fecerant Samarite gēs, ⁊ gēs in vrbibus suis in quib⁹ habitabant. Viri enī Babylonij fecerunt Socothbenoth: viri autē Cuthei fecerūt Nergel: ⁊ viri de Emath fecerūt Asima. Porro Heuei fecerūt Nebahā et Tharthac. Hi aūt qui erant de Sepharuaim, comburebant filios suos igni, Adramelech et Anamelech dijs Sepharuaim, et nihilominus colebāt dñm. Fecerūt aūt sibi de nouissimis sacerdotes excelsor⁹, ⁊ ponebāt eos in phanis sublimibus. Et cum dñm colerēt, dijs qđ suis seruiebāt iuxta cōsuetudinē gēnū: de qbus trāslati fuerāt in Samariā. Usq; in presentē diem morē sequuntur antiquū: nō timēt dñm, neq; custodiūt ceremonias eius, atq; iudicia ⁊ legē ⁊ mandatū qđ preceperat dñs filijs Jacob, quē cognominauit Israel: ⁊ pcussit cū eis pactū ⁊ mādauerat eis, dicens. Nolite timere deos alienos ⁊ nō adoretis eos, neq; colatis eos, ⁊ nō immoletis eis. Sed dñm deū vestrū q eduxit vos de terra Egypti in fortitudine magna, ⁊ in brachio extento: ipsum timete, et illum adorate, ⁊ ipsi immolate. Ceremonias q⁹, ⁊ iudicia et legē ⁊ mādatū qđ scripsit vobis, custodite, vt faciatis cūctis diebus: ⁊ nō timeatis deos alienos. Et pactū qđ pcussit vobiscū nolite oblusci: nec colatis deos alienos. Sed dñm deū vestrū timete, ⁊ ipse eruet vos de manu omnium inimicorū vestrorum. Illi vero nō audierūt, sed iuxta consuetudinem suam pristinam pergebant. Fuerunt igitur gētes ille timentes quidem dominum, sed nihilominus ⁊ idolis suis seruientes: nam filij eorum, ⁊ nepotes: sicut fecerunt patres sui: ita faciunt vsq; in presentem diem.

Jerem. xxv.b.

¶ Capituli Summarium. Pietas Ezechie cōmendat, quem rex Assyriorum oppugnat. Caput.xviij.

Anno

A j. Paral. xxix.a.

Anno tertio Osee filij Ela regis Israel regnauit Ezechias filius Achaz regis Juda. Viginti quinq; annorū erat, cū regnare cepisset: & viginti nouē annis regnauit i Jerusalē: nomē matris ei⁹ Abi filia zacharie. Fecitq; qđ erat bonum coꝝ dño, iuxta oīa q̄ fecerat Dauid p̄r eius. Ipse dissipauit excelsa, et cōtriuit statuas, & succidit lucos, cōfregitq; serpētē Eneuz. quē fecerat Moyses: siqdē vsq; ad illud tp̄s filij Israel adolebāt ei incēsuz: vocauitq; nomē ei⁹ Nehustan. In dño deo Israel speranit: itaq; post eū nō fuit similis ei de cūctis regib⁹ Juda, sed neq; in his q̄ añ eū fuerūt: & adhesit dño, & nō recessit a vestigijs ei⁹, fecitq; mādata ei⁹ q̄ p̄ceperat dominꝰ Moysi. Erat & dñs cū eo, & in cūctis ad q̄ pcedebat sapiēter se agebat. Rebellauit q̄q; ꝺ regē Assyriorū, & nō seruiuit ei. Ipse percussit Philistheos vsq; ad Gazā, & oēs terminos eorū, a turre custodū vsq; ad ciuitatē munitam. Anno q̄rto regis Ezechie, q̄ erat annꝰ septimus Osee filij Ela regis Israel, ascēdit Salmanasar rex Assyriorū in samariā, & oppugnauit eā, & cepit. Nam post annos tres, anno sexto Ezechie, id est nono anno Osee regis Israel, capta est Samaria: & trāstulit rex Assyrioꝝ Israel in Assyrios, collocauitq; eos in Hala, & in Habor fluuijs Gozā in ciuitatib⁹ Medorū: q̄ nō audierūt vocē dñi dei sui, sed p̄tergressi sunt pactū eius: oīa q̄ p̄ceperat Moyses seruus dñi, nō audierūt, neq; fecerūt. Anno quartodecimo regis Ezechie, ascendit Sennacherib rex Assyriorū. ad vniuersas ciuitates inda munitas: & cepit eas. Tūc misit Ezechias rex Juda, nūtios ad regē Assyrioꝝ in Lachis, dicēs. Peccaui, recede a me, et omne q̄ imposueris mihi, ferā. Indixit itaq; rex Assyriorum Ezechie regi Jude trecēta talēta argēti, & triginta talēta auri. Deditq; Ezechias omne argētū q̄ repertum fuerat in domo dñi, & in thesauris regis. In tēpore illo cōfregit Ezechias valuas tēpli dñi, & lamnas auri quas ipse affixerat, & dedit eas regi Assyriorū. Misit aūt rex Assyriorū Tharthā et Rabsacen de Lachis ad regē Ezechiā cū manu valida, Jerusalē: qui cū ascēdissent, venerūt Jerusalez, et steterūt iuxta aqueductum piscine superioris, que est in via agri fullonis. Vocauerūtq; regē: egressus est autē ad eos Eliacim filius Helcie p̄positus domus, et Sobna scriba, & Joabe filius Asaph a commentarijs. Dixitq; ad eos Rabsaces, Loquimini Ezechie. Hec dicit rex magnus rex Assyriorū, Que est ista fiducia qua niteris? Forsitā inijsti cōsiliū, vt p̄pares te ad p̄liū: in quo cōfidis, vt audeas rebellare? In sperasin baculo arūdineo atq; ꝺfracto Egypto: sup quē si incubuerit hō, cōminutus ingredietur manū eius, & p̄forabit eā: sic est Pharao rex Egypti, omnibus q̄ cōfidūt in se. Q̄ō si dixeritis mihi, In dño deo nostro habem⁹ fiduciā: nōne iste est cuius abstulit Ezechias excelsa & altaria: & p̄cepit Jude & Jerusalem, Ante altera hoc adorabitis in Jerusalē. Nūc igitur transite ad dñm meū regem Assyriorū, & dabo vobis duo milia equorum, et videte an hāc valeatis ascensores eorū. Et q̄ōmodo potestis resistere ante vnū satrapā de seruis dñi mei minimus? An fiduciā habes in Egypto p̄pter currus & equites? Nunqd sine dñi voluntate ascēdi ad locū istum, vt demolirer eum? dñs dixit mihi. Ascēde ad terrā hāc, & demolire eā. Dixerūt autem Eliacim filius Helcie, & Sobna scriba, & Joabe, Rabsaci, Precamur vt loq̄ris nobis seruis tuis Syriace, siqdē intelligimus hāc liguā: & nō loq̄ris nobis iudaice audiēte populo, qui est sup murū. Rndiq; eis Rabsaces, dicēs, Nunqd ad dñm tuū, & ad te misit me dñs me⁹, vt loq̄rer sermōes hos & nō poti⁹ ad viros q̄ sedēt sup murū, vt comedāt stercora sua, & bibāt vnā suā vobiscū? Stetit itaq; Rabsaces, et exclamauit voce magna iudaice, & ait. Audite verba regis magni, regis Assyriorū. Hec dicit rex. Nō vos seducat Ezechias: nō eīm poterit eruere vos de manu mea. Neq; fiduciā vobis tribuat sup dñm, dicēs. Eruēs liberabit nos dñs & nō tradet ciuitas hec in manu regis Assyriorū. Nolite audire Ezechiā. Hec eīm dicit rex Assyriorū. Facite mecū q̄ vobis est vtile, & egredimini ad me: et comedet vnusquisq; de vinea sua, & de ficu sua: & bibetis aquas de cisternis vestris, donec veniā, & trāsferā vos in terrā q̄ similis est terre vestre, in terrā fructiferā, & fertilē vini, terrā panis & vinearū, terrā olearū, & olei ac mellis: & viuetis, & non morieminī. Nolite audire Ezechiā, q̄ vos decipit, dicēs, Dñs liberabit nos. Nūquid liberauerūt dij gētiū terrā suā de manu regis Assyriorū? Ubi est deus Emath et Arphad? Ubi est deus Sepharuaim, Ena & Ana? Nūqd liberauerūt Samariā de manu mea? Quinā illi sunt in vniuersis dijs terrarum: q̄ eruerūt regionē suā de manu mea, vt possit eruere dñs Jerusalē de manu mea? Tacuit itaq; pp̄ls, & nō rndit ei q̄q̄: siquidē p̄ceptum regis acceperat vt nō rnderet ei. Venitq; Eliacim filius Helcie, p̄positus domus, & Sobna scriba, & Joabe filius Asaph a cōmētarijs, ad Ezechiā scissis vestibus, & nūtiauerunt ei verba Rabsacis.

¶ Capituli Summarū. Angelus percutit centū octoginta quinq; millia Assyriorum. Caput. xix.

A Esa. xxxvij.a.

Que cū audisset Ezechias rex, scidit vestimenta sua, & operꝰ est sacco, ingressusq; est domū dñi. Et misit Eliacim p̄positū domus, & Sobnam scribā, & senes de sacerdotib⁹ opertos saccis, ad Esaiā pp̄hetā filiū Amos. Qui dixerūt ei. Hec dicit Ezechias. Dies tribulationis & increpationis, & blasphemie dies iste: venerūt filij vsq; ad partū: & vires nō hꝫ pturiēs. Si forte audiat dñs deus tuus vniuersa vba Rabsacis, quē misit rex assyrioꝝ dñs suus, vt exprobraret deū viuētē, et argueret verbis q̄ audiuit dñs deus tuus: & fac oratiōnē pro reliquijs, q̄ reperte sunt. Venerūt ergo serui regis Ezechie ad Esaiā. Dixitq; eis Esaias. Hec dicetis dño vro. Hec dicit dñs. Nolī timere a facie sermonū quos audisti, gb⁹ blasphemauerūt pueri regis Assyrioꝝ me. Ecce ego immittā ei spīm, & audiet nūtū, & reuertet in terrā suā, & deiciā eū gladio in terra sua. Reuersus est ergo Rabsaces, et inuenit regē Assyriorū expugnātē Lobnā: audierat enī q̄ recessisset de Lachis. Cūq; audisset de Tharaca rege Ethiopie, dicentes. Ecce, egressus est vt pugnet aduersum te: et iret cōtra eū, misit nuntios ad Ezechiā, dicens. Hec dicite Ezechie regi Iuda. Nō te seducat deus tuus, in quo habes fiduciam: neq; dicas. Nō tradet Jerusalē in manus regis Assyriorū. Tu enī ipse audisti que fecerūt reges Assyriorum vniuersis terris, quō vastauerūt eas: tu ergo solus poteris liberari? Nūqd liberauerūt dij gētiū singulos, quos vastauerunt patres mei, Gozā videlicet, & Haran, & Reseph, & filios Eden, q̄ erāt in Thelassar? Ubi est rex Emath, & rex Arphad, & rex ciuitatis Sepharuaim, Ena, & Ana? Itaq; cū accepisset Ezechias literas de manu nūtiorū, et legisset eas, ascēdit in domū dñi, & expādit eas coꝝ dño, & orauit in cōspectu eius, dicēs. Dñe deus Israel, qui sedes sup cherubim, tu es deus solus regū omniū terre: tu fecisti celū & terrā. Inclina aurē tuā & audi: aperi dñe oculos tuos, & vide, & audi omnia verba Sennacherib, qui misit vt exprobraret nobis deū viuentē. Vere dñe dissipauerūt reges Assyriorū gētes & terras earū. Et miserūt deos eorū in ignē: non enī erant dij, sed opera manuū hoīm ex ligno & lapide, & p̄derdiderunt eos. Nūc igit dñe deus noster, saluos nos fac de manu eius, vt sciant omnia regna terre q̄ tu es dñs deus solus. Misit autem Esaias filius Amos ad Ezechiā, dicēs. Hec dicit dñs deus Israel. Que deprecatus es me sup Sēnacherib rege Assyriorū, audiui. Iste est sermo quē locutus est dñs de eo. Spreuit te, & subsannauit te virgo filia Sion: post tergum tuū caput mouit filia Jerusalē. Cui exprobrasti, & quē blasphemasti: cōtra quem exaltasti vocē tuam, & eleuasti in excelsum oculos tuos: cōtra sanctū Israel. Per manum seruorum tuorū exprobrasti domino, & dixisti. In multitudine currū meorum ascēdi excelsa mōtium in summitate Libani, & succidi sublimes cedros eius, et electas abietes illi⁹. Et ingressus sum vsq; ad terminos eius, & saltū Carmeli eius ego succidi. Et bibi aquas alienas, & siccaui vestigijs pedum meorum omnes aquas clausas. Nunquid audisti quid ab initio fecerim? Ex diebus antiquis plasmaui

illud,& nūc adduxi:erūtq; in ruinā collū cōpugnantiū ciuitates munite.Et q̄ sedēt in eis humules manu:contremuerunt & cōfusi sunt,facti sunt velut fenū agri,& virens herba tectoriū,q̄ arefacta est anteq̄ veniret ad maturitatē. Habitaculum tuū,& egressum tuū,& introitū tuū,& viam tuā ego prescium,& furorē tuū contra me.Insanisti in me,& superbia tua ascēdit in aures meas:ponā itaq; circulum in naribus tuis,& chamū in labijs tuis,& reducā te in viā p quā venisti. Tibi aūt Ezechia hoc erit signū,Comede hoc anno q̄ repereris,in secūdo aūt anno q̄ sponte nascunt:porro in tertio anno seminate & metite:plātate vineas,& comedite fructū earū.Et qcūq; reliquū fuerit de domo Juda,mittet radicem deorsum,& faciet fructū sursum.De Jerusalē quippe egredient reliquie,& qui saluet de monte Sion.zelus dñi exercituū faciet hoc.Quam ob rē hec dicit dñs de rege assyriorū.Non ingredietur vrbē hāc,nec mittet ibi sagittā,nec occupabit eā clypeus,nec circūdabit eā munitio.Per viā q̄ venit reuertet:& ciuitatē hāc nō ingredietur,dicit dñs.Protegā itaq; vrbē hāc,& saluabo eā ppter me,& ppter Dauid seruum meū.Factū est igit in nocte illa,venit angelus dñi:& percussit in castris Assyriorū cētū octogintaq; milia.Cūq; diluculo surrexisset,vidit oia corpa mortuorū:& recedēs abijt,& reuersus est Sēnacherib rex assyrioz,& mānsit in Ninive.Cūq; adoraret in tēplo Nesroch deū suum,Adramelech & Sarasar filij eius percusserūt eū gladio,fugerūtq; in terrā Armenioz,& regnauit Asarhaddon filius eius pro eo.

¶ Capituli Summarū. Sol in celo retrocedit ad sanationem Ezechie. Caput.xx.

In dieb⁹ illis egrotauit Ezechias vsq; ad mortē:& venit ad eū Esaias filius Amos ppheta,dixitq; ei.Hec dicit dominus.Precipe domui tue: morieris em tu,& nō vives.Qui cōuertit faciem suam ad parietem,& orauit dñm,dicens.Obsecro dñe,memēto q̄so quō ambulauerim cora te i veritate,& i corde perfecto,& q̄ placitū est coram te fecerim.Fleuit itaq; Ezechias fletu magno.Et anteq̄ egrederet Esaias mediā ptē atrij, factus est sermo dñi ad eū,dicens.Reuertere,& dic Ezechie duci ppli mei.Hec dicit dñs deus Dauid pris tui.Audiui orationē tuā,vidi lachrymā tuā:ecce,sanaui te,die tertio ascēdes tēplū dñi.Et addā dies tuis qndecim annos: sed de manu regis assyriorū liberabo te,& ciuitatē hāc,& protegā vrbē istā ppter me,& ppter Dauid seruū meū. Dixit Esaias.Afferte massā ficoz.Quā cū attulissent,& posuissent sup vlcus eius,curatus est.Dixerat aūt Ezechias ad Esaiā.Q̄ nō erit signū q̄ dñs me sanabit,& q̄ ascēsurus sum die tertia tēplū dñi:Cui ait Esaias.Hoc erit signū a dño, q̄ fact⁹ sit dñs sermonē quē locut⁹ est:vis vt ascēdat vmbra decē lineis,an vt reuertat totidē gradib⁹?Et ait Ezechias.Facile est vmbrā crescere decem lineis:nec hoc volo vt fiat,sed vt reuertat retrorsum decē gradibus.Invocauit itaq; Esaias ppheta dñm,& reduxit vmbrā p lineas,gbus iā descēderat in horologio Achā,retrorsuq; decē gradib⁹. In tpe illo misit Berodach Baladan filius Baladan rex Babyloniox,lras,& munera ad Ezechiā:audierat em q̄ egrotasset Ezechias.Letatus est aūt in aduētu eoū Ezechias,& ostēdit eis domū aromatū,& aurū,& argētū,& pigmēta varia,vnguēta q̄s,& domū vasoz suoz,& oia q̄ haberi poterat in thesauris suis. Nō fuit verbū q̄d nō monstraret eis Ezechias in domo sua,& in oi potestate sua. Venit aūt Esaias ppheta ad regē Ezechiā,dixitq; ei.Quid dixerūt viri isti:aut vnde venerunt ad te:Cui ait Ezechias. De terra longinqua venerūt ad me de Babylone.At ille rūdit.Quid viderūt in domo tua:Ait Ezechias.Oia que cūq; sunt in domo mea,viderūt:nihil est q̄d nō mōstraueri eis in thesauris meis.Dixit itaq; Esaias Ezechie.Audi sermonē dñi.Ecce dies venient,& auferent oia q̄ sunt in domo tua,& q̄ cōdiderūt pres tui vsq; in diē hāc,in Babylonē: nō remanebit q̄q̄,ait dñs.Sed & de filijs tuis q̄ egredientur ex te quos genabis,tollent et erunt eunuchi in palatio regis Babylonis.Dixitq; Ezechias ad Esaiā,Bonus sermo dominu,quem locutus es:sit tantū pax & veritas in diebus meis. Reliqua aūt sermonū Ezechie,& oīs fortitudo ei⁹,& quomodo fecerit piscinā,& aqueductum,et introduxerit aquas in ciuitatem,nōne hec scripta sunt in libro sermonum dierum regum Juda?Dormiuitq; Ezechias cū patribus suis,& regnauit Manasses filius eius pro eo.

¶ Capituli Summarū. Ostenditur q̄ impie vixerit Manasses & filius eius. Caput.xxj.

Citur Dauid ꝛ magistratꝰ exercitꝰ segregauerūt in ministerū filios Asaph ꝛ Hemā ꝛ idithū q̄ pphetarēt in citharis, ꝛ psalterijs, ꝛ cymbalis fm numerū suū dedicato sibi officio seruientes. De filijs asaph: zachur ꝛ Joseph ꝛ nathania ꝛ asarela, filij Asaph: sub manu Asaph pphetantes iuxta regē. Porro Idithū: filij Idithū, Godolias, Sori, Jeseias, et Hasabias, ꝛ mathattias, sex sub manu pfis sui Idithū, q̄ in citthara pphetabāt sup cōfitētes ꝛ laudātes dñm. Hemā q̄ꝫ: filij Hemā, Boccian, ꝛ Dathanian, Oziel, Subuel, ꝛ Jerimoth, Hanaias, Hanani, Eliatha, Gedelthi, ꝛ romēthiezer, Jesbacassa, ꝛ Dellothi, othir, mahazioth: oēs isti, filij hemā vidētis regis in fmonib⁹ deiꝰ vt exaltaret cornu: deditq̄ deꝰ Hemā filios q̄tuordecī, ꝛ filias tres. vniuersi sub manu pfis sui ad cātādū in tēplo dñi distributi erāt in cymbalis, ꝛ psalterijs, ꝛ cytharis in ministeria domꝰ dei iuxta regē: Asaph vcꝫ, ꝛ Idithū ꝛ Hemā. Fuit aūt numerus eoꝝ cū ffrib⁹ suis, q̄ erudiebāt cāticū dñi: cūcti doctores ducēti octoginta octo. ꝛ Diserūtq̄ sortes pvices suas, ex equo tā maior q̄ minor, doctꝰ pariter, ꝛ indoctus. Egressaq̄ est sors pria Joseph, q̄ erat de Asaph. Secūa Godolie, ipsi ꝛ filijs eiꝰ, ꝛ fratribus eiꝰ duodecim. Tertia zachur, filijs et fratribꝰ eiꝰ duodecim. Quarta Isari, filijs ꝛ fratribꝰ eius duodecim. Quinta Nathanie, filijs ꝛ fratribus eiꝰ duodecim. Sexta Boccian, filijs ꝛ fratribꝰ eiꝰ duodecim. Septima Isreela, filijs ꝛ ffribꝰ eiꝰ duodecim. Octaua Jesaie, filijs ꝛ ffribꝰ eiꝰ duodecim. Nona ꝛ Dathanie, filijs ꝛ ffribus eiꝰ duodecim. Decima Semeie, filijs ꝛ ffribꝰ eius duodeci. Undecia Azareel, filijs ꝛ fratribꝰ eiꝰ duodecim. Duodecima Hasabie, filijs ꝛ ffribꝰ eiꝰ duodecim. Tertiadecima Subael filijs ꝛ ffribꝰ eiꝰ duodecim. Quartadecima ꝛ Dathathie, filijs ꝛ ffribꝰ eius duodecim. Quintadecima Jerimoth, filijs ꝛ ffribꝰ eiꝰ duodecim. Sextadecima Hananie, filijs ꝛ ffribꝰ eiꝰ duodecim. Septimadecima Jesbacasse, filijs ꝛ ffribꝰ eiꝰ duodecim. Octauadecima Hanani, filijs et ffribꝰ eiꝰ duodecim. Nonadecima ꝛ Dellothi, filijs ꝛ ffribus eiꝰ duodeci. Uicesima Eliatha, filijs ꝛ ffribꝰ eiꝰ duodecim. Uicesima pria Othir, filijs ꝛ ffribꝰ eiꝰ duodeci. Uicesima secūda Geddelthi, filijs ꝛ ffribꝰ eiꝰ duodecim. Uicesima tertia ꝛ Dahazioth, filijs ꝛ fratribꝰ eiꝰ duodecim. Uicesima quarta Romemthiezer, filijs ꝛ fratribus eius duodecim.

¶ L. S. Janitoribus sua cōmittuntur officia. Cap. xxvj.

Duisiones aūt ianitoꝝ. de Coritis ꝛ Deselemia, filiꝰ core, de filijs Asaph: Filij ꝛ Deselleme: zacharias priogenitꝰ, Jadihel secꝰ. zabadias tertius, Jathanaer q̄rtꝰ, Elā quintꝰ, Johanā sextꝰ, Elioenai septimꝰ. Filij aūt Obededō: Semeias priogenitus, Jozabab secꝰ, Joaha tertiꝰ, Sachar q̄rtꝰ, Nathanael quintus, Ammiel sextꝰ. Issachar septimꝰ. Pholl athi octauus: q̄ benedixit illi dñs. Semeie aūt filio eiꝰ nati sunt filij principes familiarū suarū: erāt enī viri fortissimi. filij ergo Semeie: Othni, ꝛ Raphael, ꝛ Obed, Elzabad, ꝛ ffres eiꝰ viri fortissimi: Eliu q̄ꝫ, ꝛ Samachias. oēs hi de filijs Obededō: ipsi ꝛ filij, ꝛ fratres eoꝝ fortissimi ad ministrādū, sexagintaduo de Obededō. Porro ꝛ Deselemie filij, ꝛ fratres eoꝝ robustissimi, decē ꝛ octo. De hosa aūt, id est de filijs merari: Semri princeps, (nō enī habuerat primogenitū, et idcirco posuerat eū pater eiꝰ principē:) Helcias secundus, Tabelias tertiꝰ, zacharias quartꝰ: oēs hi filij, ꝛ ffres Hosa, tredecim. Hi diuisi sunt in ianitores, vt semp principes custodiarū sicut ꝛ fratres eorum ministrarēt in domo dñi. ꝛ Disse sunt ergo sortes ex equo, ꝛ paruis ꝛ magnis p familias suas in vnāquāq̄ portarū. Cecidit ergo sors orientalis Selemie. Porro zacharie filio eiꝰ, viro prudētissimo, ꝛ erudito sortito obtigit plaga septētrionalis. Obededom vero, ꝛ filijs eius, ad austrū: in qua pte domꝰ, erat seniorus cōciliū. Sephim, ꝛ Hosa, ad occidētē, iuxta portā q̄ ducit ad viā ascēsionis: custodia cōtra custodiā. Ad ouētē vero Leuite ser: ꝛ ad aquilonē quatuor p die: atq̄ ad meridiē similiter in die quatuor: ꝛ vbi erat cōciliū, bini ꝛ bini. In cellulis quoq̄ ianitorū ad occidentē, quatuor in via: bini q̄ cellulas. he sunt diuisiones ianitorū filioꝝ Core, ꝛ Derari. Porro Hebias erat sup thesauros domꝰ dei, ꝛ vasa sanctorū. Filij q̄ꝫ Ledan filij Gersonni: de Ledā principes familiarū, Ledan ꝛ Gersonni, Jeiel. Filij Jeiel, zatham, ꝛ Joel fratres eiꝰ sup thesauros domus dñi, Amramitis, ꝛ Issaaritis, ꝛ Hebronitis ꝛ Ozihelitis, Subael aūt filius Gerson, filij ꝛ Doysi ꝓpositus thesauris. Fratres q̄q̄ eius Eliezer, cuiꝰ filius Rahabia, ꝛ huiꝰ filiꝰ Esaias, ꝛ huius filius Joram, huius quoq̄ filiꝰ zechri, ꝛ huiꝰ filiꝰ Selemith: ipse Selemith, ꝛ fratres eiꝰ sup thesauros sctōrū, q̄ sanctificauit Dauid rex, ꝛ principes famliarū, ꝛ tribuni, ꝛ centriones, ꝛ duces exercituꝰ, de bellis ꝛ manubijs ꝓliorque cōsecrauerāt ad instaurationē ꝛ supellectilē tēpli dñi. Nec aūt vniuersa sctificauit Samuel vidēs, ꝛ saul filiꝰ Cis: ꝛ Abner filiꝰ Ner, ꝛ Joab filiꝰ Saruie: oēs q̄ sctificauerant ea p manū Selemith, ꝛ fratrū eius. Isaaritis vo preerat Chonenias, ꝛ filij eiꝰ ad opa forinsecꝰ sup israel ad docēdū, ꝛ iudicandū eos. Porro de Hebronitis Hasabias, ꝛ ffres eiꝰ viri fortissimi, mille septigēti preerāt Israeli trās Jordanem cōtra occidētē, i cūctis opib⁹ dñi, ꝛ i ministeriū regis. Hebronitarū aūt princeps fuit Jeria fm familias, ꝛ cognationes eoꝝ. Quadragesimo anno regni Dauid recensiti sunt: ꝛ inuēti sunt viri fortissimi in Jazer Galaad, fratresq̄ eiꝰ robustioris etatis, duo millia septingēti principes familiarum. Prepositꝰ aūt eos Dauid rex Rubenitis ꝛ Gaditis, ꝛ dimidie tribui ꝛ Danasse, in oē ministeriū dei ꝛ regis.

¶ L. S. Recēsentur prefecti regis Dauid. Caput. xxvij.

Filij aūt Isrl fm numerū suū, ꝓncipes familiarū, tribuni ꝛ cēturiones, ꝛ ꝑfecti, q̄ ministrabāt regi iurta turmas suas igredientes ꝛ egredientes p singulos mēses in anno: vigintiq̄tuor millib⁹ singuli preerāt. Prie turme i prio mēse Jesboā preerat filius zabdiel: ꝛ sub eo vigintiq̄tuor millia. De filijs Phares, ꝓnceps cūctorū principū exercituꝰ mēse prio. Secūi mensis habebat turmā Dudia Ahohites, ꝛ post se alter noie ꝛ Dacelloth, q̄ regebat partē exercituꝰ vigintiq̄tuor millū. Dux q̄ꝫ turme tertie i mēse tertio, erat Bananias filiꝰ Joiade sacerdos: ꝛ i diuisiōe sua vigintiq̄tuor millia. Ipse est Banaias fortissimꝰ iter triginta, ꝛ sup triginta. preerat autē turbe ipsiꝰ Amizabad filiꝰ eiꝰ. Quartus mēse q̄rto, Elzabel frater Joab, ꝛ zabadias filiꝰ eiꝰ post eū: ꝛ in turma eius vigintiq̄tuor millia. Quintꝰ, mēse qnto ꝓnceps Samaoth Jezerites: ꝛ in turma eiꝰ vigintiq̄tuor millia. Sextꝰ, mense sexto, Hira filiꝰ Aces Thecuites: ꝛ in turma eiꝰ vigintiq̄tuor millia. Septimꝰ, mēse septimo. Helles Phallonites de filijs Ephraim: ꝛ in turma eiꝰ vigintiq̄tuor millia. Octauus, mēse octauo, sobochai Husathites de stirpe zarahi: ꝛ in turma eiꝰ vigintiq̄tuor millia. Nonꝰ, mēse nono, Abiezer Anathothites de filijs Jemini: ꝛ in turmas eius vigintiq̄tuor millia. Decimꝰ, mense decimo, ꝛ Darai, ꝛ ipse Netophathites de stirpe zarahi: ꝛ in turma eius vigintiq̄tuor millia. Undecimꝰ, mēse vndecimo, Banaias Pharathonites de filijs Ephraim: ꝛ in turma eius vigintiq̄tuor mil-

lia. Duodecim⁹ mẽse duodecimo. Holdai Netophathites de stirpe Gothoniel: ⁊ in turma ei⁹ vigintiquatuor millia. Porro tribub⁹ preerãt in Isrl: Rubenitis, dux Eliezer filius zechri: Simeonitẽ dux Saphatias filius Maacha: Leuitis Hasabias filius Camuel: Aaronitis, Sadoc: Judaitis, Eliu fr̃ Dauid: Issacharitis, Amri filius Michael: zabulonitis Jesmaias filius Abdie: Nephthalitibus, Jerimoth filius Oziel: filijs Ephraim, Osee filius Ozazu: dimidie tribui Manasse, Joel filius Phadaie: ⁊ dimidie tribui Manasse in Galaad, Jaddo filius zacharie: Beniamin aũt, Jasiel filius Abner: Dan vo, Ezriel filius Jerohã. hi principes filiorũ isrl. Noluit aũt dauid nũerare eos a vigiti ãnis inferius: qm dixerat dñs vt multiplicaret isrl q̃si stellas celi. Joab filius Saruie ceperat numerare, nec cõpleuit: q̃ super hoc ira irruerat in isrl: ⁊ idcirco nũer⁹ eor̃ q fuerãt recẽsiti, nõ est relat⁹ in fastos regis Dauid. Sup thesauros aũt regis fuit Azmoth filius Adiel. his aũt thesauris q erãt in vrbibus, et in vicis, ⁊ in turrib⁹ pfidebat Jonathã filius Ozie. Operi aũt rustico, ⁊ agricolis q exercebãt terrã per at Ezri filius Chelub. Vineariis q cultoribus, Semeias Ramathites: cellis aũt vinarijs zabdias Saphomites. Olivis sup olineta ⁊ siceta, q erãt in cãpestribus, Balanã Gaderites: sup apothecas aũt olei, Joas. Porro armẽtis q pascebant in Saron ppositus fuit Setrai Saronites: ⁊ sup boues i vallibus, Saphat filius Adli: sup camelos vo Obil Ismahelites: ⁊ sup asinos, Jadias Meronathites: sup oues q̃s Jazis Agaren⁹. oẽs hi pncipes substãtie regis dauid. Jonathã aũt patruus dauid gsiliari⁹, vir potẽs ꝓnudẽs ⁊ literat⁹: ipse et Jahiel filius Hachamoni, erãt cũ filijs regis. Achitophel etiã cõsiliari⁹ regis, ⁊ Chusai Arachites amicus regis. Post Achitophel fuit Joiada filius banaie, ⁊ abiathar. Princeps autem exercitus Regis, erat Joab.

¶ Capituli Summarium. Exhortatur Dauid Salomonem ad edificiũ templi. Caput. xxviij.

Conuocauit igit dauid oẽs pncipes isrl, duces tribuũ, ⁊ pfectos turmarũ, q ministrabãt regi: tribunos q̃s ⁊ cẽturiones, ⁊ q̃ erãt substãtie, et possessionib⁹ regis, filiosq; suos cũ eunuchis, ⁊ potẽtes, ⁊ robustissimos quosq; i exercitu, Jerusalẽ. Cũq; surrexisset rex, ⁊ stetisset, ait. Audite me fratres mei, ⁊ popu
ij. regum vij. b. lus me⁹. Cogitaui vt edificarẽ domũ in q̃ requiesceret arca federis dñi, ⁊ scabellũ pedũ dei nr̃i: ⁊ ad edificãdũ oia ppa
raui. Deus aũt dixit mihi. Nõ edificabis domũ nomi meo: eo q̃ pugnator ⁊ sanguinẽ fuderis. Sed ⁊ elegit dñs de⁹ isrl me de vniuersa domo pris mei, vt essem rex sup isrl in sempiternũ: de Juda enim elegit pncipes: porro de domo Juda, domũ pris mei: ⁊ de filijs pris mei, placuit ei vt me
B Sap. ix. b. eligeret regẽ sup cunctũ Isrl. Si ⁊ de filijs meis (filios enim mihi multos dedit dñs) elegit Salomonẽ filiũ meũ, vt sederet in throno regni dñi sup isrl, dixitq; mihi. Salomõ filius tu⁹ edificabit domũ meã, ⁊ atria mea: ipsum enim elegi mihi i filiũ, ⁊ ego ero ei in patrẽ. Et firmabo regnũ ei⁹ vsq; in eternũ, si perseuerauerit facere pcepta mea et iudicia, sicut ⁊ hodie. Nũc ergo cor̃ã vniuerso cetu isrl audiẽte deo nr̃o,
po. vij. c. custodite ⁊ perquirite cũcta mãdata dñi dei vr̃i: vt possideatis terrã bonã, ⁊ relinq̃tis eã filijs vr̃is post vos vsq; in sempiternũ. Tu autẽ Salomõ fili mi, scito deũ patris tui, ⁊ serui ei corde pfecto ⁊ animo volũtario. Omia enim corda scrutat⁹ dñs, ⁊ vniuersas mẽtium cogitatiões intelligit. Si q̃sieris eũ, inue
L mes: si aũt dereliq̃ris eũ, pyciet te in eternũ. Nũc g̃ q̃ elegit te dñs vt edificares domũ sanctuarij, confortare ⁊ pfice. Dedit aũt Dauid Salomoni filio suo descriptionẽ porticꝰ, ⁊ tẽpli, ⁊ cellariorũ, ⁊ cenaculi, ⁊ cubiculorũ i adytis, ⁊ dom⁹ propiciatiõis necnõ ⁊ oĩm q̃ cogitauerat animo suo ⁊ eredrarũ p circuitũ i thesauros dom⁹ dei ⁊ i thesauros sactor̃: diuiño nũq; sacerdotaliũ ⁊ Leuiticarũ i oia opa dom⁹ dñi ⁊ i vni
uersa vasa ministerij tẽpli dñi. Aurũ i pondere p singula vasa ministerij. Argẽtiq; pondus p vasorũ ⁊ operũ diuersitate. Si ⁊ ad cãdelabra aurea, ⁊ ad lucernas eorũ, aur⁹ pmẽsura vnuscuiusq; cãdelabri ⁊ lucernar⁹. Similr ⁊ i cãdelabra argẽtea, ⁊ in lucernas eor̃, p diuersitate mẽsure, pond⁹ argẽti tradidit. Aurũ q̃s dedit i mẽsas propositionis p diuersitate mẽsarũ. Similr ⁊ argẽtũ i alias mẽsas argẽteas. Ad fuscinulas q̃q; ⁊ phialas, ⁊ thuribula ex auro purissimo, ⁊ leũculos aureos p q̃litate mẽsure pond⁹ distribuit i leũculũ ⁊ leũculũ. Similr ⁊ i leones argẽteos diuersum argẽti pond⁹ sepauit. Altari aũt in q̃ adolef icẽsum, aurũ purissimũ dedit: et vt ex ipso fieret similitudo q̃drige cherubim extẽdẽtiũ alas, ⁊ velãtiũ arcã federis dñi. Oia ingt, venerũt scripta manu dñi ad me, vt intelligerẽ vniuersa opa exẽplaris. Dixit q̃q; Dauid Salomoni filio suo. Viriliter age, ⁊ confortare, et fac: ne timeas ⁊ ne paueas. Dñs enim de⁹ me⁹ tecũ erit, ⁊ nõ dimittet te, nec derelinquet, donec pficias oẽ op⁹ ministerij dom⁹ dñi. Ecce diuisiões sacerdotũ ⁊ Leuitarũ in omne ministerium domus dei assistunt tibi, ⁊ parati sunt, ⁊ noue rũt tam pncipes q̃ populus facere omnia precepta tua.

¶ Explicãt ipẽse dom⁹, qb⁹ ppls donaria adijcit. Cxxix.

Locutus q̃q; est Dauid rex ad oẽm ecclesiã, Salomonẽ filiũ meũ vnũ elegit de⁹, adhuc puerum ⁊ tenellũ: op⁹ enim grãde est, neq; enim hoi preparãda habitatio, sed dño deo. Ego aũt totis viribus meis pparaui ipẽsas dom⁹ dei mei. Aur⁹ ad vasa aurea, ⁊ argẽtũ i argẽtea, es i enea, ferrũ i ferrea, ligna ad lignea, ⁊ lapides onychinos, ⁊ q̃si stibinos, ⁊ diuersor̃ color̃ oẽmq; pretiosum lapidẽ ⁊ marmor: parilũ abũdantissime. ⁊ sup hec q̃ obtuli i domũ dei mei de peculio meo aurũ ⁊ argẽtũ do in tẽplũ dei mei, excepti⁹ his q̃ pparaui i edẽ sanctã. Tria mil lia talẽta auri de auro Ophir: ⁊ septẽ milia talẽtor̃ argẽti pbatissimi, ad deaurãdos parietes tẽpli. Et vbicũq; op⁹ est aurũ de auro, ⁊ vbicũq; op⁹ est argentũ de argento, opa fiãt p man⁹ artificũ: ⁊ si q̃s spõte offert, ipleat manũ suã hodie, ⁊ offerat q̃ voluerit dño. Pollicti sunt ita q̃q; pncipes familiarũ, ⁊ pceres tribuũ Isrl, tribuni q̃q; ⁊ cẽturiones, et pncipes possessionũ regis. Dederũtq; in opa dom⁹ dei auri talenta q̃q; millia, ⁊ solidos decẽ millia: argenti talẽta decẽ millia, ⁊ eris talenta decẽ ⁊ octo millia: ferri q̃s cẽtum millia talẽtor̃. Et apũd quẽcũq; inuẽti sunt lapides, dederũt in thesauros dom⁹ dñi p manũ Jahiel Gersonitis. Letatus q̃q; est ppls, cũ vota spõte promitterent: q̃ corde toto offerebãt ea dño: Iõ ⁊ Dauid rex letat⁹ est gaudio magno. Et bñdixit dño cor̃ã vniuersa multitudine: ⁊ ait. Bñdictus es dñe de⁹ Isrl pris nr̃i ab eterno in eternũ. Tua est dñe magnificentia, ⁊ potentia, ⁊ gloria, atq; victoria, et tibi laus: cũcta enim q̃ in celo sunt, ⁊ in terra, tua sunt, tuũ dñe regnũ, ⁊ tu es sup oẽs pncipes. Tue diuitie, ⁊ tua est gloria: tu dominaris oĩm: in manu tua virt⁹ ⁊ potẽtia, in manu tua magnitudo ⁊ imperiũ oĩm. Nũc igit de⁹ noster cõfitemur tibi, et laudam⁹ nomen tuũ inclytũ. Quis ego ⁊ q̃s ppls meus, vt possim⁹ hec tibi vniuersa pmittere: tua sunt oia, ⁊ q̃ de manu tua accepim⁹, dedimus tibi. Peregrini enim sum⁹ cor̃ã te ⁊ aduene sicut oẽs pres nr̃i. Dies nr̃i q̃si vmbra sup terrã, ⁊ nulla est mora. Dñe de⁹ noster, oĩs hec copia, quã paraui mus vt edificarẽt domus noi sctõ tuo de manu tua est, ⁊ tua sunt oia. Scio de⁹ me⁹ q̃ pbes corda, ⁊ simplicitatem diligas, vñ ⁊ ego in simplicitate cordis mei letꝰ obtuli vniuersa hec: ⁊ pplm tuũ q̃ hic repꝰ est, vidi cũ igẽti gaudio tibi offerre donaria. Dñe de⁹ Abrahã, ⁊ Isaac, ⁊ Israel patrũ nr̃or̃: custodi i eternũ hãc volũtatẽ cordis eor̃, ⁊ semper i veneratiõe tui mẽs ista pmaneat. Salomoni q̃q; filio meo da cor pfectũ, vt custodiat mãdata tua, testimõia tua, ⁊ ceremonias tuas, ⁊ faciat vniuersa: ⁊ edificet edẽ, cui⁹ impẽsas paui. Precepit aũt dauid vniuerse ecclie. Bñdicite dño deo vr̃o. Et bñdixit oĩs ecclia dño deo patrũ suor̃: et inclinauerũt se, ⁊ adorauerũt dñm, ⁊ deinde regẽ. Immolauerũtq; victimas dño, ⁊ obtulerũt holocausta die sequẽti tauros mille, arietes mille, agnos mille cũ libamĩb⁹ suis, ⁊ vniuerso ritu abũdantissime i oẽm isrl. Et comederũt, ⁊ biberũt cor̃ã dño i die illo cũ grãdi letitia: ⁊ vnxerũt secũdo Salomonẽ filiũ Dauid. Unxerũt aũt eũ dño in pncipẽ, ⁊ Sadoc i pontificẽ. Sedit q̃q; Salomõ super solũ dñi in regẽ pro

Dauid pfe suo, & cunctis placuit: & paruit illi ois isrl. Sz & vniuersi pncipes & potetes, & cuncti filij regis Dauid dederūt manū, & subiecti fuerūt Salomoni regi. Magnificauit ergo dns Salomonē sup oēm isrl: & dedit illi gloriā regni, qualē nulli habuit ante eū rex isrl. Igit Dauid filius Isai regnauit sup vniersum Israel. Et dies quibus regnauit sup isrl, fuerūt qdraginta annis in Hebron regnauit septē annis, & i Jerusalē annis triginta tribus. Et mortuus est in senectute bona, plenus dierum, & diuitijs, & gloria. Et regnauit Salomon filius eius pro eo. Gesta aūt Dauid regis prora & nouissima scripta sunt in libro Samuelis videtis, & in libro Nathā pphete, atq; in volumine Gad videntis: vniuersiq; regni eius & fortitudinis, & tēporū q trāsierunt sub eo, siue in Israel: siue in cunctis regnis terrarum.

B ij.regum ij.c.

Liber secūdus Paralipomenō

Hebraice Dibre Hajamim.

C.S. Dns in Gabaon noctu appet Salomoni. Ca.j.



A tij.regū tij.a.

Confortatus est ergo Salomō filius Dauid i regno suo, & dns deus erat cū eo, & magnificauit eū in excelsuz. Precepitq; Salomon vniuerso Israeli, tribunis, & centurionibus, & ducibus, & iudicibus ois Isrl, & pncipibus familiarū: & abijt cū vniuersa multitudine in excelsum Gabaon, vbi erat tabernaculū federis dei, qd fecit Moyses famulus dei in solitudine. Arcā aūt dei adduxerat Dauid de Cariathiarim in locū quē preparauerat ei, & vbi fixerat illi tabernaculū, hoc est i Jerusalē. Altare q̄z eneū, qd fabricatus fuerat Beseleel filius Uri filij Hur, ibi erat coram tabernaculo dni, qd & requisiuit salomō, & ois eccl'ia. Elcēditq; Salomō ad altare eneū coram tabernaculo federis dni, & obtulit in eo mille hostias. Ecce autē in ipsa nocte apparuit ei deus, dicēs. Postula qd vis, vt dē tibi. Dixitq; Salomō deo. Tu fecisti cū Dauid pfe meo misericordiā magnā: & constituisti me regē p eo. Nūc ergo domine deus impleat sermo tuus, quē pollicitus es Dauid patri meo: tu enī me fecisti regē sup pplm tuū multū, q tā innumerabilis est, q̄ pulus terre. Da mihi sapiētiā & intelligētiā, vt ingrediar & egrediar coram pplo tuo: q̄s enī pōt hūc pplm tuū digne, q tā grādis est iudicare? Dixit aūt deus ad Salomonē. Q: hoc magis placuit cordi tuo, & non postulasti diuitias, & substātiā, & gloriā, neq; aias eoz q te oderūt, sed nec dies vite plurimos: petisti aūt sapiētiā & scientiā, vt iudicare possis pplm meū, sup quē constituit te regē. Sapiētia & scientia data sunt tibi: diuitias aūt, & substātiā, & gloriā dabo tibi, ita vt nullus in regibus nec ante te, nec post te fuerit similis tui. Uenit ergo Salomō ab excelso Gabaon in Jerusalē coram tabernaculo federis, & regnauit sup Israel. Cōgregauitq; sibi currus & egtes: & facti sunt ei mille quadringēti currus, & duodecim millia egtū: & fecit eos esse in vrbibus quadrigarū, & cū rege i Jerusalē. Prebuitq; rex argentū & aurū in Jerusalē q̄si lapides, & cedros q̄si sycomoros, q̄ nascūtur in cāpestribus multitudine magna. Adducebant aūt ei equū de Egypto, & de Coa a negotiatoribus regis qui ibant, & emebāt pretio quadridā equorū sexcētis argēteis & equū centū quinquaginta: similiter de vniuersis regnis hetheorū, & a regibus Syrie emptio celebrabatur.

C Capituli Summariū. Conducit Salomon artifices & operarios ad structuram templi. Caput.ij.

A

Decreuit aūt Salomō edificare domū noī dni, & palatiuz sibi. Et nūerauit septuaginta millia virorū portātiū humeris, & octoginta millia q cederēt lapides in mōtibus, & ppositos q̄z eoz tria millia sexcētos. Misit q̄s ad Hirā regē Tyri, dicēs. Sicut egisti cū Dauid pfe meo, & misisti ei ligna cedrina, vt ediificaret sibi domū, in q̄ & habitauit: sic fac mecū vt edificē domū noi dni dei mei, vt cōsecrē eā ad adolēdū incēsum coram illo, & fumigāda aromata, & ad ppositionē panū semp̄iternā & ad holocaustomata mane & vespere, sabbathis q̄z, et neomenijs & solēnitatibus dni dei nri in sempiternū, q̄ māda ta sunt Israeli. Dom⁹ enī quā edificare cupio, magna est: magn⁹ est enī deus noster sup oēs deos. Quis ergo poterit pualere, vt edificet ei dignā domū: si celū, & celi celoz capere eū nequeūt: quātus ego sum, vt possim edificare ei domū: sed ad hoc tm, vt adoleat incēsum coram illo. Mitte ergo mihi virū eruditū, q nouerit operari in auro & argēto, ere & ferro, purpura, coccino, & hyacintho, & q sciat sculpere celaturas, cū his artificib⁹ q̄s mecū habeo in Judea et Jerusalē, q̄s pparauit Dauid pf me⁹. Sz & ligna cedrina mitte mihi, & arceuthina, & pinea de Libano: scio enī q̄ seruitui nouerint cedere ligna de Libano, & erūt serui mei cū seruis tuis: vt parent mihi ligna plurima. Dom⁹ enī quā cupio edificare, magna est nimis & inclyta. Preterea operarijs q cesuri sunt ligna seruis tuis dabo in cibaria tritici coros viginti millia, & hordei coros totidem, & vini viginti millia metretas, oleiq; sata viginti millia. Dixit aūt Hirā rex Tyri p literas q̄s miserat Salomoni. Quia dilexit dns pplm suū, idcirco te regnare fecit super eū. Et addidit, dicēs. Bñdict⁹ dns deus Isrl, q fecit celū & terrā, q dedit Dauid regi filiū sapientē & eruditū & sensatū atq; prudētē, vt ediificaret domū dno, & palatiū sibi. Misi ergo tibi virū prudētē, & scientissimū Hirā patrē meū filiū mulieris de filiabus Dan: cui⁹ pater fuit Tyrius, q nouerit operari in auro & argento, ere & ferro, & marmore, et lignis, in purpura quoq; & hyacintho, & byssо & coccino: & q sciat celare oēm sculpturā, & adinuenire prudēter q̄cūq; in opere necessarium est cū artificib⁹ tuis, & cū artificib⁹ dni mei Dauid patris tui. Triticū ergo, & hordeū, & oleū, & vinū, que pollicitus es dne mi, mitte seruis tuis. Nos aūt cedemus ligna de Libano, quot necessaria habueris, & applicabimus ea ratib⁹ per mare in Joppe: tuū aūt erit trāsferre ea in Jerusalē. Numerauit igit Salomon oēs viros proselytos qui erāt in terra Israel, post dinumerationē quā dinumerauit Dauid pater eius: & inuēti sunt quinquaginta tria millia & sexcēti. Fecitq; ex eis septuagita millia, qui humeris onera portarent, & octoginta millia qui lapides de mōtib⁹ cederent: tria autem millia, & sexcentos prepositos operum populi.

B

C

D

Exodi xxxviij. a

B

C Capituli Summarium. Extruitur templum. Cap.iij.

A tij.regū vj.a.

Cepit Salomon edificare domū dni in Jerusalē in mōte Moria q demōstrat⁹ fuerat Dauid pri ei⁹, i loco quē parauerat Dauid i area Ornā Jebusei. Cepit aūt edificare mense scdo, anno q̄rto regni sui. Et hec sunt fundamēta q̄ iecit Salomon, vt edificaret domū dei, lōgitudinis cubitos in mensura prīa septuagita, latitudinis cubitos viginti. Porticū vero ante frōtē, q̄ tēdebat in lōgū iuxta mēsurā latitudis dom⁹ cubitorū viginti: porro altitudo cētū viginti cubitoz erat: vndeauraut eā intrinsec⁹ auro mūdissimo. Domū q̄z maiorē texerit tabulis ligneis abiegnis, & laminas auri obrizi affixit per totū: sculpsitq; i ea palmas, & q̄si catenulas se invicē cōplectētes. Straut q̄z pauimētū tēpli ptiosissimo marmore decore multo. Porro aurū erat pbatissimū, de cui⁹ laminis texit domū, & trabes ei⁹ & postes, & parietes, & ostia: & celauit cherubim in parietib⁹. Fecit q̄z domū sanctisctōrū: lōgitudinē iuxta latitudinē dom⁹, cubitoz viginti: & latitudinē sil'r viginti cubitorū. & laminis aureis texit eā, q̄si talētis sexcētis. Sz & clauos fecit aureos, ita vt singuli clauiculos

E j.parali. xxviij.b. Sapien. ix.b.

B

quinquagenos appẽderẽt: cenacula quoq; texit auro. Fecit etiã in domo sanctis sanctoũ cherubim duos, ope statuario: & texit eos auro. Ale cherubim viginti cubitis exte debantur, ita vt vna ala haberet cubitos quinq;, & tãgeret parietẽ domꝰ: & altera quinq; cubitos habens, alã tãgeret alterius cherub. Sil' cherub alterꝰ ala, quinq; habebat cubitos, & tãgebat parietẽ: & ala eiꝰ altera quinq; cubitoũ, alam cherub alterius cõtingebat. Igit ale vtriusq; cherubim expãse erãt, & exte debant p cubitos viginti: ipsi aũt stabãt erectis pedibus, & facies eoũ erãt verse ad exteriorẽ domum. Fecit quoq; velũ ex hyacintho, purpura, cocco, & byssoret intexuit ei cherubim. ante fores etiã tẽpli duas colũnas, q̃ triginta & quinq; cubitos habebãt altitudinis: porro capitella earũ, quinq; cubitoꝝ. Plecnõ & quasi catenulas in oraculo, & supposuit eas capitibꝰ colũnarũ: mala granata etiã centũ, que catenulis interposuit. Ipsas quoq; colũnas posuit in vestibulo tẽpli, vnã a dextris & alterã a sinistris: eã que a dextris erat, vocauit Jachin: & q̃ ad leuã, vocauit Booz.

¶ Capituli Summarium. Fabrefiunt altare eneum, mare, cande labra ꝛc. Caput. iiii.

Fecit q̃z altare eneũ viginti cubitoũ longitudinis, & viginti cubitoũ latitudis, & decẽ cubitorũ altitudinis. Mare etiã fusile decẽ cubitis a labio vsq; ad labiũ, rotũdũ p circũitũ: quinq; cubitos habebat altitudinis, & funiculus triginta cubitoꝝ ambiebat gyrũ eiꝰ. Sil'itudo q̃z boũ erat subter illud: & decem cubitis q̃dã extrinsecꝰ celature, q̃si duobꝰ versibꝰ labiũ maris circũibãt. Boues aũt erãt fusiles: & ipm mare sup duodecim boues ipositũ erat, quoũ tres respiciebãt ad aquilonẽ, & alii tres ad occidentẽ, porro tres alii meridiẽ, & tres q reliq erãt, orientẽ, habẽtes mare suppositũ: posteriora autẽ boũ erãt intrinsecꝰ sub mari. Porro vastitas eiꝰ habebat mẽsurã palmi, & labiũ illiꝰ erat tãq̃ labiũ calicis, vt repãdi lilij: capiebatq; tria millia metretas. Fecit q̃z ꝛchas decẽ: & posuit quinq; a dextris, & quinq; a sinistris, vt lauarẽt in eis oia q̃ in holocaustũ oblaturi erãt: porro i mari sacerdotes lauabant. Fecit autẽ & cãdelabra aurea decẽ, fm speciẽ q̃ insta erant fieri: & posuit ea in tẽplo quinq; a dextris, & quinq; a sinistris. Plecnõ & mẽsas decẽ: & posuit eas i tẽplo, quinq; a dextris, & quinq; a sinistris. Phialas q̃z aureas cẽtũ. Fecit etiã atriũ sacerdotũ, & basilicã grandẽ: & ostia in basilica, q̃ texit ere. Porro mare posuit i latere dextro ꝛ ouẽtẽ ad meridiẽ. Fecit aũt Hirã lebetes, & creagras, & phialas: & compleuit oẽ opꝰ regis in domo dei. Hoc est, colũnas duas, & epistylia, & capita & q̃si q̃dã retiacula, q̃ capita tegerẽt sup epistylia. & dala granata q̃z quadringẽta, & retiacula duo, ita vt bini ordines malorũ granatorũ singulis retiaculis nũgerẽtur, q̃ ptegerẽt epistylia, & capita colũnarũ. Bases etiã fecit, & cõchas, q̃s suppposuit basibꝰ: mare vnũ, boues q̃z ono decim sub mari. Et lebetes, & creagras, & phialas. Oia vasa fecit Salomon Hirã pfecꝰ in domo dñi ex ere mũdissimo. In regiõe Jordanis fudit ea rex i argillosa terra inter Socoth & Saredatha. Erat aũt multitudo vasorũ innumerabilis, ita vt ignoraret pondꝰ eris. Fecitq; Salomõ oia vasa domꝰ dei, & altare aureũ, & mẽsas: & sup eas panes propositiõis. Cãdelabra q̃z cũ lucernis suis vt lucerẽt añ oraculũ iuxta ritũ, ex auro purissimo: & florẽtia q̃dã, & lucernas, & forcipes aureos, oia de auro mũdissimo facta sunt. Thymiamateria q̃q;, & thuribula, & phialas, & mortariola ex auro purissimo. Et ostia celaut tẽpli interioris, id est i sancta sanctorũ: & ostia tẽpli fortin secus aurea. Sicq; cõpletus est omne opus quod fecit Salomon in domo domini.

¶ Capituli Summarium. Arca federis. Caput. v.

Attulit igit Salomon oia q̃ vouerat Dauid pfuꝰ argẽtũ, & aurũ, & vniuersa vasa posuit i thesauris domus dei. Post q̃ cõgregauit maiores natu Jsrl, & cunctos principes tribuũ & capitaneos familiarũ de filijs Jsrl in Jerusalẽ: vt adduceret arcã federis dñi de ciuitate Dauid, que est Sion. Venerũt itaq; ad regẽ oẽs viri Jsrl in die solẽni mẽsis septimi. Cũq; venissent cuncti seniores Jsrl, portauerũt Leuite arcã, & intulerũt eã & omnẽ paratura tabernaculi. Porro vasa sanctuarij, q̃ erãt i tabernaculo, portauerũt sacerdotes cũ leuitis. Rex aũt Salomõ, & vniuersus cetꝰ Jsrl & oẽs q̃ fuerũt congregati añ arcã immolabãt arietes & boues absq; vllo nũero tãta eñ erat multitudo victimarũ. Et intulerũt sacerdotes arcã federis dñi i locũ suũ, id est ad oraculũ tẽpli in sctã sctoꝝ subter alas cherubim: ita vt cherubim expãderẽt alas suas sup locũ in quo posita erat arca, & ipsam arcã tegerẽt & vectibꝰ eiꝰ. Vectiũ aũt qbꝰ portabãt arca: q; paululũ longiores erãt, capita parebãt añ oraculũ: foris q; paululũ fuissent extrinsecꝰ, eos videre nõ poterat. Fuit itaq; arca ibi vsq; in pñtẽ diẽ. Nihilq; erat aliud in arca nisi due tabule, ãs posuerat Moyses in Horeb, qñ legẽ dedit dñs filijs Jsrael egredientibꝰ ex Egypto. Egressis aũt sacerdotibus de sanctuario (oẽs enim sacerdotes q̃ ibi potuerãt inueniri, sanctificati sunt: nec adhuc i illo tpe vices & ministerioꝝ ordo inter eos diuisus erat) tam leuite q̃ cantores, id est & q̃ sub Asaph erãt, & q̃ sub Hemã, & q̃ sub Jdithũ, filij & fratres eoꝝ vestiti byssinis, cymbalis, & psalteriis, & cithara concrepabãt, stãtes ad orientalẽ plagã altaris, & cũ eis sacerdotes cẽtũ viginti canẽtes tubis. Igit cũctis pariter, & tubis, & voce, & cymbalis, & organis, & diuersi gñis musicoꝝ ꝛcinentibꝰ, & voce in sublime tollentibꝰ, lõge sonꝰ audiebat: ita vt cuꝝ dñm laudare cepissent, & dicere. Cõfitemini dño quoniam bonꝰ, qñ in eternũ misericordia eiꝰ: impleret domꝰ dñi nube, ne possent sacerdotes stare & ministrare propter caliginem. Compleuerat enim gloria domini domum dei.

¶ Capituli Summa. Oratio Salomonis ad deũ. Ca. vj.



Tunc Salomõ ait. Dñs pollicitꝰ est vt habitaret in caligine: ego aũt edificaui domũ noi eiꝰ, vt habitaret ibi in ppetuũ. Et cõuertit rex faciẽ suã, & bñdixit vniuerse multitudini Jsrael (nam oẽs turba stabat mẽta) & ait. Bñdictꝰ dñs deus Jsrl, qui locutꝰ est Dauid pri meo, opere cõpleuit, dicens. Ex die eduxi ppm meũ de terra Egypti, nõ elegi ciuitatẽ de cunctis tribubꝰ Jsrl vt edificaret in ea domꝰ noi meo: neq; elegi quẽq; alũ virũ, vt esset dux i pplo meo Jsrl: sz elegi Jerusalẽ vt sit nomẽ meũ in ea, & elegi Dauid, vt cõstitueret eũ sup pplm meũ Jsrl. Cũq; fuisset voluntatis Dauid pris mei, vt edificaret domũ noi dñi dei Jsrl, dixit dñs ad eum. Quia hec fuit voluntas tua, vt edificares domũ noi meo: bñ gdẽ fecisti huiuscemodi habere voluntatẽ: sz nõ tu edificabis mihi domũ, veruntã filius tuꝰ, qui egredietur de lũbis tuis, ipse edificabit domũ noi meo. Cõpleuit q̃ dñs sermonẽ suũ, quẽ locutꝰ fuerat: & ego surrexi p pfẽ meo Dauid, & sedi sup thronũ Jsrl, sicut locutꝰ est dñs: & edificaui domũ noi dñi dei Jsrl. Et posui i ea arcã in q̃ est pactũ dñi q̃ pepigit cũ filijs Jsrl. Stetit q̃ coram altari dñi ex aduerso vniuerse multitudinis Jsrl, & extendit manꝰ suas. Siqdẽ fecerat Salomon basim eneã, & posuerat eã in medio basilice, habentẽ quinq; cubitos lõgitudinis, & quinq; latitudinis, et tres cubitos altitudinis: stetitq; sup eã, & deinde flexis genibus ꝛ vniuersam multitudinẽ Jsrl, & palmis in celũ tensis, ait. Dñe deus Jsrl, nõ est sicut tu deus in celo & in terra: qui custodis pactum & misericordiam cũ seruis tuis, qui ambulant

A tiũ. regũ vij. g. tiũ. regũ viij a.

ambulāt coꝝ te in toto corde suo. Qui pstitisti fuo tuo da
ñ.mach. uid pri meo q̄cunq; locut⁹ fueras ei: & q̄ ore prmiseras, ope
ñ.b. cōplesti, sicut & pñs tps pbat. Nūc g̃ dñe de⁹ isrl' imple fuo
tuo pri meo Dauid q̄cunq; locut⁹ es, dicens. Non deficiet
er tevir coꝝ me, q̄ sedeat sup thronū Isrl': ita tñ si custodie
rint filij tui viā suam, & ambulauerint in lege mea, sicut & tu
ambulasti coꝝ me. Et nūc dñe de⁹ Isrl' firmet̄ sermo tuus
qué locut⁹ es seruo tuo Dauid. Ergone credibile est vt ha
bitet de⁹ cū hominib⁹ sup terrā: Si celū & celi celorū non te
capiūt: quāto magis domus ista quam edificaui? Sed ad
D hoc tñ facta est, vt respicias orationē serui tui, & obsecra
tionē eius, dñe deus meus, & audias preces quas fudit fa
mulus tu⁹ coꝝ te: vt aperias oculos tuos sup domū istam
die⁹ ac noctib⁹ super locū in quo pollicit⁹ es vt inuocetur
nomē tuū: & exaudires orationē quā seru⁹ tuus orat in eo,
& exaudias preces famuli tui, & ppli tui Israel. Quicunq;
orauerit in loco isto, exaudi de habitaculo tuo, id est de ce
lis, & propitiare. Si peccauerit quispiā in primū suū, & iura
re cōtra eū parat⁹ venerit, seq; maledicto cōstrinxerit coꝝ
altari in domo ista: tu audies de celo, & facies iudiciū fuo
rū tuorū, ita vt reddas iniquo viā suā in caput proprīū, et
E vlciscaris iustū, retribuēs ei ꝓm iustitiā suā. Si superatus
fuerit popul⁹ tu⁹ Isrl' ab inimicis (peccabūt enī tibi) & con
uersi egerint pniam, & obsecrauerint nomē tuū, & fuerint de
precati te in loco isto, tu exaudies de celo, & propitiare pcō
ppli tui Israel, & reduc eos in terrā quā dedisti eis, & prib⁹
eor. Si clauso celo pluuia nō fluxerit ꝓpter pctā ppli tui, &
deprecati te fuerint in loco isto, & cōfessi nom̄ tuo, & cōuersi a
pctis suis, cum eos afflixeris: exaudi de celo dñe, & dimitte
pctā seruis tuis & populi tui Isrl', & doce eos viā bonā per
Infra quā ingrediant̄, & da pluuiā terre quā dedisti ppło ad possi
tr.b. dendū. Fames si orta fuerit in terra, & pestilētia, erugo, & lo
custa, & bruchus, & hostes vastatus regionibus, portas obse
derint ciuitatis, omnisq; plaga, & infirmitas prefferit: siqs
de ppło tuo Israel fuerit deprecatus, cognoscēs plagā, et
infirmitatē suā, & expanderit manus suas in domo hac: tu
exaudies de celo, de sublimi scilicet habitaculo tuo, & pro
pitiare, & redde vnicuiq; ꝓm vias suas quas nosti eū habe
F re in corde suo: tu enī solus nosti corda filiorū hominū. Ut
timeāt te, & ambulēt in vijs tuis cūctis die⁹ quib⁹ viuunt
sup faciē terre quā dedisti patrib⁹ nr̄is. Exterū q̄q; qui nō
est de ppło tuo isrl', si venerit de terra lōginq̄, ꝓpter nomen
tuū magnū, & ꝓpter manū tuā robustā, & brachiū tuū exten
tū, & adorauerit in loco isto: tu exaudies de celo firmissimo
habitaculo tuo, & facies cūcta p q̄b⁹ inuocauerit te ille pe
regrin⁹: vt sciāt oēs ppli terre nomē tuū, & timeāt te sicut po
pulus tu⁹ isrl', & cognoscāt q; nomē tuū inuocatū est sup do
mū hāc quā edificaui. Si egressus fuerit ppl's tu⁹ ad bellū
ꝛ aduersarios suos p viā in q̄ miseris eos, adorabunt te ꝛ
viā in qua ciuitas hec est quā elegisti, & dom⁹ quā edificaui
noī tuo: & exaudies de celo ꝑces eor, & obsecrationē, & vlci
scaris. Si aūt peccauerint tibi (neq; enī est hō q; nō peccet)
G & iratus fueris eis, & tradideris hostib⁹ & captiuos duxe
iij.regū rint eos in terrā lōginquā vel certe q̄ iuxta est: & conuersi in
viij.c. corde suo in terra ad quā captiui ducti fuerāt, egerint peni
Eccles tentiā, & deprecati te fuerint in terra captiuitatis sue, dicen
vij.c. tes. Peccauimus, iniq̄ fecim⁹, iniuste egim⁹: & reuersi fue
j.ioā.j.d. rint ad te in toto corde suo, & in tota aīa sua, in terra captī
uitatis sue ad quā ducti sunt, adorabūt te contra viā terre
sue quā dedisti pri⁹ eorū: & vrbis quā elegisti, & dom⁹ quā
edificaui noī tuo: tu exaudies de celo: hoc est de firmo ha
bitaculo tuo ꝑces eorū, & facias iudiciū, & dimittas populo
Psalmo tuo quāuis pctōri. Tu es enī de⁹ meus, aperiant̄ q̄so oculi
cxxxj.c. tui, & aures tue itēte sint ad orationē, q̄ fit i loco isto. Nūc igi
tur cōsurge dñe de⁹ in requiē tuā, tu & arca fortitudinis tue:
Sacerdotes tui dñe deus induantur salutē, & sancti tui letē
tur in bonis. Domine deus meus ne auerseris faciē Chri
sti tui: memento misericordiarum Dauid serui tui.

¶ Caputuli Summariū. Apparuit maiestas domini, ac
ceptans preces Salomonis. Caput. vij.

CUmq; cōplesset Salomō fundēs preces, ignis
descēdit de celo, & deuorauit holocausta & victi
mas: & maiestas dñi iplenit domū. Nec poterāt
sacerdotes ingredi tēplū dñi, eo q̄ iplesset ma
iestas dñi tēplū dñi. Sed & oēs filij isrl' videbāt descēdentē
ignē, & gloriā dñi sup domū: & corruētes pni in terrā super
pauimētū stratū lapide, adorauerūt: & laudauerūt dñm q̄m
bon⁹, q̄m i seculū misericordia ei⁹. Rex aūt & oīs ppl's im
molabāt victimas coꝝ dño. Immactauit igit̄ rex Salomon
hostias, boū viginti duo millia, arietū cētū viginti millia: &
dedicauit domū dei rex & vniuersus ppl's. Sacerdotes au
tē stabāt in officijs suis: & Leuite in organis carminū dñi,
q̄ fecit Dauid rex ad laudādū dñm q̄m in eternū miseri cor
dia ei⁹, hymnos Dauid canētes p man⁹ suas: porro sacer
B dotes canebāt tubis ante eos: cūctus q; isrl' stabat. Sanctifica
uit quoq; Salomō medium atrij añ tēplū dñi: obtulerat enī
ibi holocausta adipes pacificorū: q; altare eneum q̄ fece
rat, nō poterat sustinere holocausta et sacrificia & adipes.
Fecit ergo Salomon solēnitatē in tpe illo septē diebus, et
oīs isrl' cū eo, ecclia magna valde, ab introitu Emath vsq;
ad torrētē Egypti. Fecitq; die octauo collectā, eo q̄ dedi
casset altare septē diebus, & solēnitatē celebrasset die⁹ se
ptē. Igit̄ in die vicesimo tertio mēsis septimi dimisit popu
los ad tabernacula sua letātes atq; gaudētes super bono
C q̄ fecerat dñs Dauid, & Salomoni, & Isrl' pplo suo. Cō
pleuitq; Salomon domū dñi, & domū regis, & oīa q̄ dispo
ñ.regum suerat i corde suo, vt faceret i domo dñi, & i domo sua, & p
ix.a. sperat⁹ est. Apparuit aūt ei dñs nocte, & ait. Audiui ora
tionē tuā, & elegi locū istū mihi in domū sacrificij. Si clausero
celū, & pluuia nō fluxerit, & mādauero & pcepero locuste vt
deuoret terrā, & misero pestilētiā i ppl'm meū: & uersus autē
ppl's me⁹, sup quos inuocatū est nomē meū, deprecatus me
fuerit, & exq̄sierit faciē meā, & egerit pniam a vijs suis pessi
mis: & ego exaudiā de celo, & ppitiꝰ ero pctis eorū: & sana
bo terrā eor. Oculi q̄q; mei erūt apti, & aures mee erecte ad
orationē ei⁹ q; in loco isto orauerit. Elegi enī, & sanctificaui lo
cū istū, vt sit nomē meū ibi in sempiternū, & pmaneāt oculi
D mei, & cor meū ibi cūctis die⁹. Tu q̄q; si ambulaueris co
rā me, sicut ambulauit Dauid pr̄ tuus, & feceris iurta oīa
q̄ pcepi tibi, & iustitias meas, iudicia q; seruaueris: suscita
bo thronū regni tui, sicut pollicit⁹ sum Dauid pri tuo, di
cēs. Nō auferet̄ de stirpe tua vir, q; nō sit princeps in Israel.
Si aūt auersi fueritis, & dereliq̄ritis iustitias meas, et pre
cepta mea q̄ ꝓposui vobis, & abeūtes seruieritis dijs alie
nis, & adoraueritis eos: euellā vos de terra mea quā dedi
vobis, & domū hāc quā sanctificauī noī meo, pjciā a facie
mea, & tradā eā i parabolā & exēplū cūctis ppl'is. Et dom⁹
ista erit in prouerbiū vniuersis trāseūtibus: & dicēt stupentes.
Quare fecit dñs sic terre huic, & domui huic? Rūdebūtq;.
Q; dereliq̄rūt dñm deū patrū suorū, q; edurit eos de terra
Egypti, & apprehēderūt deos alienos, & adorauerūt eos, &
coluerunt: idcirco venerunt super eos vniuersa hec mala.

¶ Capitali Summarium. Instaurat Salomon ciuitates
quasdam ab Hiram sibi donatas. Caput. viij.

EXpletis aūt vigīti ānis postq̄ edificauit Salo
mō domū dñi & domū suā: ciuitates quas dede
rat Hirā Salomoni, edificauit, & habitare ibi
fecit filios isrl'. Abijt q̄q; in emath Soba, & obti
nuit eā. Et edificauit Palmiram in deserto, & alias ciuita
tes munitissimas edificauit in Emath. Extruxitq; bethho
ron superiorem, & Bthhoron inferiorem, ciuitates mura
tas habentes portas & vectes & seras. Balaath etiā & oēs
vrbes firmissimas, q̄ fuerunt Salomonis, cunctasq; vrbes
quadrigarum, & vrbes equitū. Oīa q̄cunq; voluit, fecit rex
Salomon atq; disposuit: edificauit in Jerusalem et in Li
bano, & in vniuersa terra potestatis sue. Oēm ppl'm qui de
relictus fuerat de Hetheis, & Amorrheis, & Pherezeis, &
Heueis, & Jebuseis, qui non erāt de stirpe Israel, de filijs
eor. Et de posteris quos nō interfecerāt filij Israel, subiu
gauit Salomō in tributarios, vsq; in diē hāc. Porro de

filijs Jsrł nō posuit vt seruirent opib⁹ regis, ipsi enī erant viri bellatores, ⁊ duces primi ⁊ principes ꝯgarigarū ⁊ egtus eius. Oēs aūt principes exercitus regis Salomonis fuerūt
L ducēti quīquaginta, q erudiebāt pplm. Filiā vo Pharaonis trāstulit de ciuitate Dauid in domū quam edificauerat ei. Dixit enī. Nō habitabit vxor mea in domo Dauid regis Jsrł eo qō sctificata sit: q ingressa est ea arca dñi. Tūc obtulit Salomon holocausta dño sup altare dñi, qō extruxerat ante porticū vt p singulos dies offerret i eo iurta preceptum Moysi in sabbathis ⁊ i calēdis, ⁊ i festis diebus ter p annū, idest i solēnitate azymorū, ⁊ i solēnitate hebdomadarū, ⁊ i solēnitate tabernaculorū. Et cōstituit iurta dispositionē Dauid pris sui officia sacerdotum in ministerijs suis: ⁊ Leuitas in ordine suo: vt laudarēt ⁊ ministrarēt cora sacerdotib⁹ iurta ritum vniuscuiusq; diei: ⁊ ianitores in diuisionib⁹ suis p portā ⁊ portā: sic enim precepat Dauid
D hō dei nec ptergressi sunt de mādatis regis tā sacerdotes ꝙ Leuite ex oīb⁹ q̄ ꝓceperat. ⁊ in custodijs thesaurorum oēs impēsas ꝓparatas habuit Salomō, ex eo die quo fundauit domū dñi, vsq; in diē quo pfecit eā. Tūc abijt Salomon in Asiongaber, ⁊ in Ailath ad orā maris rubri q̄ est in terra Edom. Misit ergo ei Hirā p manū seruorū suorū naues ⁊ nautas gnaros maris, ⁊ abierunt cum seruis Salomonis in Ophir: tulerūtq; inde quadringenta quīquaginta talenta auri, ⁊ attulerunt ad regem Salomonem.

¶ Capituli Summarium. Regina Saba venit ad Salomonem ⁊c. Caput.ix.

A iij. reguz x.a. Matthei xij.d. Luc.xj.d

Regina q̄z Saba cū audisset famā Salomonis venit vt tēptaret eū in enigmatib⁹ in Jerusalē: cū magnis opib⁹ ⁊ camelis q portabant aromata ⁊ auri plurimū, gēmasq; ptiosas. Cūq; venisset ad Salomonē, locuta est ei q̄cūq; erāt in corde suo. Et exposuit ei Salomon oīa q̄ ppositerat: nec quicq̄ fuit qō nō pspicuū ei fecerit. Que postq̄ vidit, sapiaz̄q; Salomōis, ⁊ domū quā edificauerat, necnō ⁊ cibaria mēse eius, habitacula seruorū, ⁊ officiū ministrorū eiꝰ ⁊ vestimēta eorꝫ pincernas q̄z ⁊ vestes eorꝫ, ⁊ victimas q̄s immolabat in domo dñi nō erat ꝓ stupore vltra in ea spūs. Dixitq; ad regē, Ver⁹ est sermo quē audierā in terra mea de virtutibus ⁊ sapiētia tua. Nō credebā narrātib⁹, donec ipsa venissez̄, ⁊ vidissent oculi mei: ⁊ probassem vir medietatē sapie tue mihi fuisse narratā: vicisti famā virtutib⁹ tuis. Bti viri tui, ⁊ bti
B serui tui, bti q̄ assistunt coram te oī tpe, ⁊ audiūt sapientiā tuā. Sit dñs de⁹ tuꝰ bñdictus, q̄ voluit te ordinare sup thronū suū regē dño dei tui. Quia diligit deus Jsrł ⁊ vult fuare eū in eternū: idcirco posuit te sup eum regē, vt facias iudicia atq; iustitiā. Dedit āt regi cētū vigiti talēta auri, ⁊ aromata multa nimis, ⁊ gēmas ptiosissimas nō fuerunt aromata talia, vt hec q̄ dedit regina Saba regi Salomoni. Sed et serui Hirā cū seruis Salomōis attulerūt aurū de Ophir, ⁊ ligna Thina, ⁊ gēmas ptiosissimas. De qb⁹ fecit rex de lignis sctis Thinis, gradus in domo dñi ⁊ in domo regia, citharas q̄s ⁊ psalteria cātoribus: nunq̄ visa sunt i terra Ju
L da ligna talia. Rex aūt Salomō dedit regine Saba cuncta q̄ voluit, ⁊ q̄ postalauit, ⁊ multo plura q̄ attulerat ad eū: q̄ reuersa, abijt in terrā suā cū seruis suis. Erat aūt pōdus auri qō afferebat Salomoni p singulos annos sexcenta sexagīta sex talēta auri: excepta ea summa quā legati diuersarꝫ gētū, ⁊ negotiatores afferre ꝙsueuerāt, oēsq; reges Arabie, ⁊ satrapē terrarū, q̄ cōportabāt aurum ⁊ argētum Salomoni. Fecit igitur rex Salomon ducētas hastas aureas de summa sexcentorū aureorū, q̄ in singulis hastis expandebātur. Trecēta quoq; scuta aurea trecentorū aureorū quib⁹ tegebant singula scuta: posuitq; ea rex i armamētario, qō erat cōsitum nemore. Fecit quoq; rex solīū eburneum grande, ⁊ vestiuit illud auro mundissimo. Sex quoq;
D gradus quib⁹ ascēdebatur ad solīū: ⁊ scabellū aureum, et brachiola duo altrinsecus, ⁊ duos leones stātes iurta brachiola: sed ⁊ alios duodecim leūculos stātes super sex gradus ex vtraq; parte: nō fuit tale solium in vniuersis regnis.

Omnia quoq; vasa conuiuij regis erant aurea: ⁊ vasa domus saltus Libani ex auro purissimo. Argentum enim in diebus illis ꝓ nihilo reputabatur. Siquidez naues regis ibant in Tharsis cū seruis Hiram semel in annis tribus: ⁊ deferebāt inde aurū ⁊ argentū, ⁊ ebur, ⁊ simias, ⁊ pauos. Magnificatus est igit Salomō sup oēs reges terre diuitijs, ⁊ gloria. Oēsq; reges terrarum desiderabant videre faciem Salomonis: vt audirēt sapientiā quā dederat deꝰ in corde eiꝰ. Et deferebāt ei munera, vasa argētea ⁊ aurea, et vestes, ⁊ arma, ⁊ aromata, equos ⁊ mulos, per singulos annos. Habuit quoq; Salomō quadraginta millia equorum in stabulis, ⁊ curruum equitūq; duodecim millia: cōstituitq; eos in vrbibus quadrigarum, ⁊ vbi erat rex in Jerusalem. Exercant etiam potestatem super cunctos reges a flumine Euphrate vsq; ad terrā Philistinorū, ⁊ vsq; ad terminos Egypti. Tantamq; copiā prebuit argenti in Jerusalem quasi lapidum: ⁊ cedrorum tantam multitudinem velut sycomorum que gignuntur in campestribus. Adducebantur autem ei equi de Egypto, cunctisq; regionibus. Reliqua autem opera Salomonis priorum ⁊ nouissimorum scripta sunt in verbis Nathā ppbete, ⁊ in libris abie Silonitis, in visione quoq; Addo vidētis, contra Jeroboam filium Nabath. Regnauit aūt Salomō in Jerusalem super omnez̄ Jsrael quadraginta annis. Dormiuitq; cum patribus suis: ⁊ sepelierunt eum in ciuitate Dauid: regnauitq; Roboam filius eius pro eo.

¶ Capituli Summarium. Sub Roboam scinditur regnum Jsrael in duo. Caput.x.

Profectus est aūt Roboā in Sichem: illuc enī cunctus Jsrael conuenerat, vt cōstituerēt cū regē. Qō cū audisset Jeroboā filius Nabath, qui erat in Egypte (fugerat quippe illuc ante Salomonē) statim reuersus est. Vocauerunteq; eum, ⁊ venit cū vniuerso Jsrael, ⁊ locuti sunt ad Roboā, dicentes. Pater tuus durissimo iugo nos pressit: tu leuiora impera ꝑce tuo, qui nobis imposuit graue seruitutem, ⁊ paululū de onere subleua, vt seruiam⁹ tibi. Qui ait. Post tres dies reuertimini ad me. Cumq; abijsset populus, iniit consilium cū senibus, qui steterant coram patre eiꝰ Salomone, dum adhuc viueret, dicēs. Quod datis consilium, vt respondeam populo? Qui dixerūt ei. Si placueris populo huic, ⁊ limeris eos verbis clemētibus, seruēt tibi omni tpe. Et ille reliquit consilū senū, ⁊ cum iuuenibus tractare cepit, qui cū eo nutriti fuerat, ⁊ erāt in comitatu illius. Dixitq; ad eos. Quid vobis videt? vel quid respōdere debeo ppō huic, q̄ dixit mihi. Subleua iugū, qō imposuit nobis pater tuus? At illi rūderūt vt iuuenes, ⁊ nutriti cū eo in delitijs, atq; dixerunt. Sic loq̄ris ppō, q̄ dixit tibi. Pater tuus aggrauauit iugum nostrum, tu subleua, ⁊ sic respondebis eis. Minimus digitus meus grossior est lumbis patris mei? Pater meus imposuit vobis graue iugum, et ego magis pondus apponā: pater meus cecidit vos flagellis, ego vero cedam vos scorpionibus. Venit ergo Jeroboā, ⁊ vniuersus populus ad Roboam die tertio: sicut precepterat eis. Respondit q̄z rex dura, derelicto cōsilio seniorū, locutusq; est iurta iuuenū valūtatem. Pater meus graue vobis imposuit iugum, quod ego granius faciam: pater meus cecidit vos flagellis, ego vero cedam vos scorpionibus. Et nō acquieuit populi precibus: erat enim voluntatis deꝰ: vt cōfirmaret sermonē suum, quē locutus fuerat per manū Ahie Silonitis ad Jeroboā filium Nabath. Populus aūtē vniuersus rege durior⁹ dicēte, sic locutus est ad eū. Non est nobis pars in Dauid, neq; hereditas in filio Jsai. Reuertere in tabernacula tua Jsrael, tu aūtē pasce domū tuā Dauid. Et abijt Jsrael in tabernacula sua. Super filios aūt Jsrł qui habitabāt in ciuitatib⁹ Juda, regnauit Roboā. Misitq; rex Roboā Aduram qui preerat tributis, ⁊ lapidauerunt eum filij Jsrael, ⁊ mortuus est: porro rex Roboam currum festinauit ascēdere, ⁊ fugit in Jerusalē. Recessitq; Jsrael a domo Dauid vsq; ad diem hanc.

¶ C.S. Roboā p pphetā ne pugnet ꝫ Jsrl. Ca.xj.

A Emit aūt Roboa in Jerusalē, et cōuocauit vniuersam domū Juda ⁊ Beniamin cētū octogīta milia electorū, atq; bellantiū, vt dimicaret ꝫ Jsrael, ⁊ cōuerteret ad se regnū suū. ¶ Factusq; est iij. regū xij.c. sermo dñi ad semeiā hoīem dei, dicēs. Loquere ad Roboā filiū Salomonis regē iuda, ⁊ ad vniuersum Jsrl q est in iuda ⁊ Bēniamin: Hec dicit dñs. Nō ascēdetis neq; pugnabitis ꝫ ffres vros: reuertat vnusq;q in domū suā, q; mea hoc gestū est voluntate. Qui cum audissent sermonē dñi, reuersi sunt, nec perrexerūt ꝫ Jeroboā. Habitauit aūt Roboā in Jerusalē, ⁊ edificauit ciuitates muratas in iuda. Extruxitq; Bethlehē, ⁊ Etā, ⁊ Thecue, Bethsur q̄q, ⁊ Socho, ⁊ odollā, necnō ⁊ geth, ⁊ maresa, ⁊ ziph: Isꝫ ⁊ Adurā, ⁊ lachis, ⁊ azeca: Sara a q̄q, ⁊ Aialon, ⁊ hebron, q̄ erāt in iuda ⁊ Bēniamin ciuitates munitissimas. Cūq; clausisset eas muris, posuit i eis pncipes, ciborūq; horrea hoc ē olei, ⁊ vini. Sꝫ ⁊ i singlis vrbib⁹ fecit armamentaria scutorū, ⁊ hastarū: firmauitq; eas summa diligēcia, ⁊ imperauit sup iudā, ⁊ Bēniamin. Sacerdotes aūt, ⁊ leuite q erāt in vniuerso Jsrl, venerūt ad eū de cūctis sedibus suis, relinquētes suburbana, ⁊ possessiōes suas, ⁊ trāseūtes ad iudā, ⁊ Jerusalem: eo q̄ abiecisset eos Jeroboā, et posteri eius, ne sacerdotio dñi fungerēt. Qui cōstituit sibi sacerdotes excelsorū, ⁊ demoniorū, vitulorūq; q̄s fecerat. Sed ⁊ de cūctis tribub⁹ Jsrl, gēuq; dederāt cor suū vt quererēt dñm deū Jsrl, venerūt in Jerusalē ad imolādū victias suas coā dño deo patrū suorū. Et roborauerūt regnū iuda: ⁊ cōfirmauerūt roboā filiū Salomonis per tres annos: ambulauerūt eū in vijs dauid, et Salomonis annis tñ trib⁹. ¶ Duxit aūt roboā vxorē mahalath filiam Jermoth filij ¶ Dauid: Abihail q̄q filiā Eliab filij Jsai, q̄ pepit ei filios ieus, ⁊ somoniā, ⁊ zoom. ¶ Post hāc q̄q accepit maacha filiā absalō, q̄ pepit ei abia, ⁊ Ethai, ⁊ ziza, ⁊ salomith. Amauit aūt roboā maacha filiā Absalom sup oēs vxores suas, ⁊ cōcubinas: nā vxores decē ⁊ octo duxerat, cōcubinas aūt sexaginta: ⁊ genuit viginti octo filios, ⁊ sexaginta filias. Cōstituit vero in capite Abiā filiū maacha ducē sup oēs fratres suos: ipm enī regē facere cogitabat, q; sapiētior fuit, ⁊ potētior super oēs filios eius, et in cūctis finibus Juda, ⁊ Beniamin, ⁊ in vniuersis ciuitatib⁹ muratis: prebuitq; eis Escas plurimas, ⁊ multas petiuit vxores.

¶ C.S. Rex Egypti spoliat Hierusalem. Caput.xij.



bunt carnes suas,et sanguinem bibent a fame panis et siti aque.Infelix per maria venies,et rursum accipies mala. Et in transitu allident ciuitatē occisam,ꝛ exterēt aliquam portionem terre tue,ꝛ partē glorie tue exterminabunt,rursum reuertentes conuersam. Et deserta erit illis pro stipula,ꝛ ipsi erunt tibi ignis ꝛ deuorabūt te,ꝛ ciuitates tuas, terram tuam,ꝛ montes tuos,omnes siluas tuas,ꝛ lignum fructiferum igni comburent.Filios tuos captiuos ducent, et censum tuum in predam habebunt,et gloriam facies tue exterminabunt. Caput.xvj.

A VE tibi Babylō ꝛ Asia,ve tibi egypte ꝛ Syria. Precingite vos saccis ꝛ cilicijs ꝛ plāgite filios vestros,ꝛ dolete:qm̄ approximauit contritio vra.Immissus est vobis gladi⁹,ꝛ qs est q auertat illum:Immissus est in vobis ignis,ꝛ qs est q extingnat illū:Immissa sunt vobis mala,ꝛ qs est q repellat ea:Nunq d repellet aliquis leonem esurientē in silua,aut extinguet ignē in stipula mox qñ ceperit ardere:Nūqd repellet aliqs sagittā a sagittario forti missam:Dñs fortis immittit mala,ꝛ qs est q repellat ea:Exijt ignis ex ira cūdia eius,ꝛ quis est q extingnat cū:Conscabit,ꝛ qs nō timebit:Tonabit, ꝛ qs nō pauebit:Dñs cōminabit̄,ꝛ qs nō funditus conteretur a facie ipsius:Terra tremuit ꝛ fundamēta eius,mare fluctuat de profundo,ꝛ fluctus eius disturbabunt̄,ꝛ pisces eius a facie dñi,ꝛ a gloria virtutis eius:qm̄ fortis dextera eius que arcū tendit,sagitte eius acute que ab ipso mittunt̄ nō deficiēt cū ceperint mitti in fines terre. Ecce mittunt̄ mala,ꝛ non reuertentur,donec veniant super terrā.Ignis succenditur,ꝛ non extinguet̄:donec cōsumat fundamēta terre. Quēadmodum nō redit sagitta missa ab valido sagittario: sic non reuertentur mala,q̄ missa fuerint in terrā:Ve mihi, ve mihi:qs me liberabit in illis diebus:Initium dolorū ꝛ multi gemitus,initiū famis et multi interitus,initiū bellorum ꝛ formidabūt potestates,initiū malorū ꝛ trepidabunt omnes.In his quid factū cum venerint mala:Ecce fames ꝛ plaga,ꝛ tribulatio,ꝛ angustia missa sunt flagella in emēdatione,ꝛ in his omnibus se nō cōuertent ab iniquitatibus suis,neq; flagellorum memores erūt semper.Ecce,erit annone vilitas super terrā sic vt putent sibi esse directā pacē, ꝛ tunc germinabunt mala super terram,gladius,fames ꝛ magna cōfusio.Al fame eñ plurimi qui inhabitāt terrā interient,ꝛ gladius perdet ceteros,qui superauerint a fame, ꝛ mortui sicut stercora proijcientur,ꝛ nō erit qui consoletur eos.Derelinquetur eñ terra deserta,ꝛ ciuitates eius deijcientur.Nō derelinquet̄ qui colat terram,et qui seminet eā. Ligna dabūt fructus,ꝛ quis vindemiabit illa.Una matura fiet,ꝛ quis calcabit illa?:Erit eñ locis magna desertio. Cupiet eñ homo hominē videre,vel vocē ei⁹ audire. Relinquentur eñ de ciuitate decem,ꝛ duo de agro qui absconderint se in dēsis nemoribus,ꝛ fissuris petrarū.quēadmodū dū derelinquunt̄ in oliueto,ꝛ singulis arboribus tres aut q̄tuor olīue:aut sicut in vinea vindemiata racemi relinquunt̄ ab his qui diligenter vineā scrutātur:sic relinquent̄ in diebus illis tres aut quatuor scrutātibus domos eorum in Rhōphea.Et relinquet̄ terra deserta,ꝛ agri eius inuete rabunt,ꝛ vie eius ꝛ omnes semite eius germinabūt spinas, eo q̄ non trāsient homines per eam.Lugebūt virgines non habētes sponsos,lugebūt mulieres nō habētes viros,lugebunt filie earum non habētes adiutorū spōsi earū.in bello cōsumentur,ꝛ viri earū in fame exterent̄.Audite vero ista, ꝛ cognoscite ea serui dñi. Ecce vbū domini,excipite illud: ne dijs credatis,de quibus dicit dominus.Ecce appropinquant mala,ꝛ non tardant.Quemadmodum pregnans cū parit in nono mense filium suū,appropinquante hora partus eius ante horas duas vel tres,dolores circūeunt vētrē eius,ꝛ prodeūte infante de vētre non tardabūt vno pūcto: sic non morabuntur mala ad prodeundū super terrā,ꝛ seculum gemet,ꝛ dolores circūtenebunt illud.Audite verbum, plebs mea:Parate vos in pugnā,ꝛ in malis sic estote,q̄si adnene terre.Qui vēdit,quasi qui fugiat:ꝛ q emit,quasi q

B

C

D

pēturus.Qui mercat̄,q̄si q fructū nō capiat:ꝛ qui ēdificat, q̄si nō habitaturus.Qui seminat q̄si q nō metet:sic ꝛ qui vineā putat,q̄si q nō vindemiaturus. Qui nubūt sicut quasi filios nō facturi:ꝛ q nō nubūt,sic q̄si vidui.Propter q̄ qui laborāt sine cā laborāt.Fructꝰ eñ illorū alienigene metēt, ꝛ substantiā illorū rapient,ꝛ domos euertēt,ꝛ filios ecꝝ captiuabunt,qꝝ in captiuitate et fame generant natos suos. Et q negotiant̄ in rapina,quātū oīa eorū ornāt ciuitates ꝛ domos suas,ꝛ possessiones ꝛ personas suas,tanto magis adzelabor eos sup peccata sua,dicit dñs Quomō zelat̄ formicaria mulierē idoneā ꝛ bonā valde sic zelabit̄ iustitia iniquitatē cū eromat se,ꝛ accusat eā in facie,cum venerit q defendat exgrentē oē peccatū sup terrā. Propterea nolite similari ei,nec opib⁹ eius:qm̄ adhuc pusillū,et tollet̄ iniquitas a terra,ꝛ iustitia regnabit in vos.nō dicat peccator:se nō peccasse:qm̄ carbones ignis cōburet sup caput eius qui dicit. Nō peccaui cora dño deo,ꝛ gloria ipsius.Ecce dñs cognoscet oīa opera hoīm,ꝛ adinuētiones illorū,et cogitationes illoꝝ,ꝛ corda illorū.Dixit eñ.Fiat terra,ꝛ facta est:fiat celum,ꝛ factū est.Et in verbo illi⁹ stelle fundate sunt,ꝛ nouit numerum stellarum.Qui scrutatur abyssum,ꝛ thesauros illarū:q mēsus est mare,ꝛ cōceptū eius.Qui cōclusit mare in medio aquarū,ꝛ suspendit terrā super aquas verbo suo. Qui extendit celū quasi camerā,super aquas fundauit eū. Qui posuit in deserto fontes aquarū ꝛ super verticē montium lacus ad emittenda flumina ab eminēti petra,vt potaret terram.Qui finxit hominē,ꝛ posuit cor suū in medio corporis,ꝛ misit ei spiritū,vitam,ꝛ intellectū,ꝛ spiramē dei omnipotentis qui fecit omnia,ꝛ scrutinat omnia ablconsa in ablcōsis terre.Ille nouit adinuentionem vestram,ꝛ que cogitatis in cordibus vestris,peccātes,ꝛ volētes occultare peccata vestra.Propter q̄ dñs scrutinādo scrutinauit oīa opera vestra,ꝛ tracucet vos oēs,ꝛ vos cōfusi eritis cū processerint peccata vestra cora hominibus,ꝛ iniquitates erūt que accusatores stabunt in die illo.Quid facietis:aut qūo ablcōdetis peccata vestra coram deo,ꝛ angelis eius:Ecce mitet deus,timete eum.Desinite a peccatis vestris,ꝛ oblunicamini iniquitates vestras iam agere eas in sempiterno,ꝛ de ꝛ ēducet vos ꝛ liberabit de omni tribulatione.Ecce enim incenditur ardor super vos turbe copiose,et rapient quosdam ex vobis,ꝛ cibabunt idolis occisos:ꝛ qui consenserint eis,erunt illis in derisum,ꝛ in improperium,ꝛ in conculcationem.erit enim locis locus,ꝛ in vicinas ciuitates exurrectio multa super timentes dominū.Erunt quasi insani, nemini parcentes: ad diripiendum ꝛ denastandum adhuc timentes dominum,quia denastabunt ꝛ diripient substantias,ꝛ de domibus suis eos ejcient.Tunc parebit probatio electorum meorum,vt aurum quod probatur ab igne. Audite dilecti mei,dicit dominus.Ecce adsunt dies tribulationis,ꝛ de his liberabo vos.Ne timeatis,nec hesitetis: quoniam deus dux vester est.Et qui seruat mandata ꝛ precepta mea,dicit dominus deus,ne preponderent vos peccata vestra,ne superleuent se iniquitates vestre.Ue qui cōstringuntur peccatis suis,et obteguntur ab iniquitatibus suis,quemadmodum ager constringitur a silua,et spinis tegitur semita eius per quam non transit homo,ꝛ excluditur,ꝛ mittitur ad denorationem ignis. Finis.

Hieronymus ad chromatiū ꝛ heliodorum in Tobiam prefatio.

MIrari non desino exactionis vestre instantiam. Exigitis enim vt libum Chaldeo sermone conscriptum:ad Latinum stylum traham:librumq; Tobie:quē Hebrei de catalogo diuinarum scripturarū secantes: his que agiographa memorant:manciparunt. Feci satis desiderio vestro:nō tñ meo studio.Arguit ꝛ nos hebreorū studia: ꝛ imputant nobis:cōtra suū canonē latinis auribus ista transferre. Sed melius esse iudicās Phariseorū displicere iudicio:ꝛ pontificū iussionibus deseruire:institi vt potui.Et quia vicina est Chaldeorū lingua sermoni Hebraico:vtriusq; ligue peritissimū loquacē reperi:ei⁹ diei laborem arripui:ꝛ quicquid illa mihi Hebraicis verbis expressit:hoc ego accito notario sermonibus Latinis exposui.Orationibus vestris mercedem huius operis compensabo:cum gratū vobis didicero me quod iubere estis dignati:complesse.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Incipit Liber Tobie.

¶ Capituli Summarium. Tobias in captiuitatē ductus pietatem in deū ⁊ proximum non deseruit. Caput. j.



A TObias ex tribu et ciuitate Nephthalim, q̄ est in superioribus galilee supra Naasson, post uiā que ducit ad occidentem, in sinistro habēs ciuitatē Sephet: cū captus esset in diebus Salmanasar regis Assyriorum, in captiuitate tū positus, uiā ueritatis non deseruit, ita ut omnia que habere poterat, quotidie cōcaptiuis fratribus, q̄ erant ex eius genere, impertiret. Cūq; esset iunior omniū in tribu Nephthalim, nihil tū puerile gessit in opere. Deniq; cum irent oēs ad uitulos aureos. ās Jeroboā fecerat rex Jsrael, hic solus fugiebat consortia omnium: ⁊ pergebat in Jerusalē ad templū domini, ⁊ ibi adorabat dñm deum Jsrael, omnia primitiua sua ⁊ decimas suas fideliter offerēs, ita ut in tertio anno proselytis et aduenis ministraret omnē decimationem. Hec et his similia scōm legē dei puerulus obseruabat. Cū uero factus fuisset uir, accepit uxorem annā de tribu sua: genuitq; ex ea filiū, nomen suū imponēs ei, q̄nē ab infantia timere deū docuit, ⁊ abstinere ab omni peccato. Jgit dñs per captiuitatē deuenisset cum uxore sua ⁊ filio in ciuitatem Niniuē, cū omni tribu sua: ⁊ cū omnes ederent ex cibis gentiliū, iste custodiuit animā suā, ⁊ nūquam cōtaminatus est in escis eorū. Et q̄m memor fuit dñi in toto corde suo, dedit illi deus gratiam in cōspectu Salmanasar regis: ⁊ dedit illi potestatē quocūq; uelletire, habēs libertatē quecūq; facere uoluisset. Pergebat ergo per omnes qui erant in captiuitate, ⁊ monita salutis dabat eis. Cū autē uenisset in Rages ciuitatē Medorū, ⁊ ex his quibus honoratus fuerat a rege, habuisset decē talenta argenti, ⁊ cū in multa turba generis sui Babelum egentē uideret qui erat ex tribu ei⁹, sub chirographo dedit illi memoratum pondus argenti. Post multum uero tēporis mortuo Salmanasar rege, cum regnaret Sennacherib filius ei⁹ pro eo, ⁊ filios Jsrael exosos haberet in cōspectu suo, Tobias quotidie pergebat p oēm cognationē suā, ⁊ cō solabat eos, diuidebatq; unicuiq;, put poterat, de facultatibus suis, esurientes alebat, nudisq; uestimēta prebebat, et mortuis atq; occisis sepulturā solicitus exhibebat. Deniq; cū reuersus esset rex Sennacherib fugiēs a Judea plagam, quam circa eum fecerat deus propter blasphemiam suam, ⁊ iratus multos occideret ex filijs Jsrael, Tobias sepeliebat corpora eorum. At ubi nuntiatum est regi, iussit eum occidi, ⁊ tulit omnem substantiam eius. Tobias uero cum filio suo, ⁊ cum uxore fugiens, nudus latuit, quia multi diligebant eum. Post dies uero quadraginta quinq;, occiderunt regem filij ipsius, ⁊ reuersus est Tobias in domū suam, omnisq; facultas eius restituta est ei.

iij. Regū xij. f.

B

C

D

iiij. regū. xix. g. Eccles. xlviij. d. Esa. xxxvij. g. j. macha. vij. f. ⁊. ij. ma. viij. e

¶ Capituli Summarium. Tobias mortuorum fatigatus sepultura excecatur. Caput. ij.

A

POst hec uero cū esset dies festus dñi, et factū esset prādium bonū in domo Tobie, dixit filio suo, uade, ⁊ adduc aliquos de tribu nostra timētes deū, ut epulentur nobiscū. Cūq; abijsset, reuersus nuntiaut unum ex filijs Jsrael iugulatū iacere in platea. Statimq; exiliens de accubitu suo, relinquēs prandiū, ueniens peruenit ad corpus: tollēsq; illud portauit ad domū suam occulte, ut dū sol occubuisset, caute sepeliret eū. Cūq; occultasset corpus, māducauit panē cū luctu, ⁊ tremore memorās illū sermonē, quē dixit dñs per amos prophetā. Dies festi uestri cōuertent in lamētationē, ⁊ luctū. Cū uero sol occubuisset, abijt, ⁊ sepeliuit eū. Arguebāt autē eū omnes primi eius, dicētes. Jā huius rei cā interfici iussus es, ⁊ uix effugisti mortis imperiū, ⁊ iterū sepelis mortuos? Sed Tobias plus timēs deū q̄ regē, rapiebat corpora occisorū, ⁊ occultabat in domo sua, ⁊ medijs noctibus sepeliebat ea. Cōtigit autē, ut quadā die fatigatus a sepultura, ueniēs in domum suā, iactasset se iuxta parietē, ⁊ obdormisset: et ex nido hirundinū dormiēti illi, calida stercora incidērēt sup oculos eius, fieretq; cecus. Hanc aūt tentationē ideo permisit dñs euenire illi, ut posteris daret exemplū patiētie eius, sicut et sancti Job. Nam cū ab infantia sua semper deū timuerit, ⁊ mādata eius custodierit, nō est cōtristatus ⁊ deū q̄ plaga cecitatis euenerit ei: sz immobilis in dei timore permansit, agens gratias deo omnibus diebus uite sue. Nā sicut beato Job insultabant reges: ita isti parētes, ⁊ cognati eius irridebāt uitā eius, dicētes, ubi est spes tua, pro qua eleemosynas, ⁊ sepulturas faciebas? Tobias uero increpabat eos, dicēs. Nolite ita loqui, q̄n filij sanctorū sumus, ⁊ uitā illam expectamus, quā deus daturus est his, qui fidē suā nunq̄ mutāt ab eo. Anna uero uxor eius ibat ad opus textrinum quotidie: ⁊ de labore manuū suarum uictū, quē cōsequi potuisset, deferebat. Unde factū est, ut hedū capraru accipiēs detulisset domi. Cuius cū uocē balātis uir eius audisset, dixit. Uidete ne forte furtiuus sit. reddite eum dominis suis, quia non licet nobis aut edere ex furto aliquid, aut contingere. Ad hec uxor ei⁹ irata, rādit, manifeste uana facta est spes tua, ⁊ elemosyne tue modo apparuerunt. Atq; his, ⁊ alijs huiusce modi uerbis exprobrabat ei.

B Amos viij. c.

C

D

¶ Capituli Summarium. Tobias patiens est, ⁊ Sara septem maritis spoliatur. Caput. iij.

A

TUnc Tobias ingemuit, ⁊ cepit orare cū lachrymis, dicens. Justus es domine, ⁊ omnia iudicia tua uera sunt: ⁊ omnes uie tue misericordia, et ueritas, et iudiciū. Et nunc domine memor esto mei, ⁊ ne uindictā sumas de peccatis meis, neq; reminiscaris delicta mea uel parentum meorum. Quoniā nō obediuimus preceptis tuis: ideo traditi sumus in direptionem, ⁊ captiuitatem, ⁊ mortē, ⁊ in fabulam, ⁊ in improperiū omnibus nationibus, in quibus dispersisti nos. Et nūc dñe magna iudicia tua, quia non egimus secūdum precepta tua, ⁊ nō ambulauimus synceriter coram te. Et nūc domine secūdum uoluntatem tuam fac mecum, ⁊ precipe in pace recipi spiritum meū. Expedit enī mihi mori magis q̄ uiuere. Eadem itaq; die contigit, ut Sara filia raguelis in rages ciuitate medorū, ⁊ ipsa audiret improperiū ab una ex ancillis patris sui q̄n tradita fuerat septē uiris, ⁊ demoniū nomine Asmodeus occiderat eos mox ut ingressi fuissent ad eam. Ergo cū pro culpa sua increparet puellam, rādit ei, dicēs. Amplius ex te nō uideamus filiū, aut filiā super terrā, interfectrix uirorū tuorū. Nunquid ⁊ occidere me uis, sicut etiam occidisti septē uiros? Ad hanc uocem perrexit in superius cubiculum domus sue: ⁊ tribus diebus, ⁊ tribus noctibus nō manducauit, neq; bibit: sed in oratione persistēs cū lachrymis deprecabatur deū, ut ab isto improperio liberaret eā. Factū est aūt die tertia, dū cōpleret orationē, bñdicēs dñm, dixit. Benedictum est nomē tuū deus patrū nostrorū: qui cū iratus fueris, misericordiā facies, ⁊ in tēpore tribulationis peccata dimittis his qui inuocant te. Ad te dñe facie meā cōuerto: ad te oculos meos dirigo. Peto dñe, ut de uinculo improperij huius absoluas me, aut certe desup terrā eripias me. Tu scis dñe quia nūquā cōcupiui uirū, ⁊ mūdam seruaui aiam meā ab omni cōcupiscētia. Nūquā cū ludentibus miscui me: neq; cū his q̄ in leuitate ambulant participem me

B

C

cipē me pbm. Virū aūt cū timore tuo, nō cū libidie mea cōsensū suscipe. Et aut ego indigna fui illis, aut illi forsitā mihi nō fuerūt digni: q forsitan viro alij cōseruasti me. Nō est eñ in hominis ptāte cōsiliū tuū. Hoc autē p certo hz ois q te colit, z vita ei⁹, si in pbatiōe fuerit, coronabit: si aūt in tribulatiōe fuerit, liberabit: z si in correptiōe fuerit, ad miam tuā venire licebit. Nō eñ delectaris in perditionib⁹ nr̄is: q post tēpestatē trāquillū facis, z post lachrymationē z fletū, exultationē infundis. Sit nomē tuū de⁹ Isrl̄ bñdictū in secula. In illo tpe exaudite sunt pces ambox in ꝯspectu glie summi dei: z missus est angel⁹ dñi scūs raphael, vt curaret eos ambos, q̄rū vno tpe sunt oones ī ꝯspectu dñi recitate.

¶ S. Tobias senior filio salutis monita pponit. C. iiij.

D

A Ecc. xij. c

Cūq cū Tobias putaret oīonē suā exaudiri, vt mori potuisset, vocauit ad se tobiā filiū suū, dixitq ei, audi fili mi verba oris mei, z ea in corde tuo q̄si fundamētū cōstrue. Cū accepit de⁹ aiam mea, corp⁹ meū sepeli: z honorē habebis matri tue omnib⁹ diebus vite eius. memor eñ esse debes, q̄ et quanta pericula passa sit ppter te in vtero suo. Cū aūt z ipsa cōpleuerit tps vite sue, sepelias eā circa me. Oībus aūt diebus vite tue in mēte habeto deū, z cane ne aliq̄ū pctō cōsentias, z ptermittas pcepta dñi dei nr̄i. Ex substātia tua fac eleemosynā, z noli auertere faciez tuā ab vllo paupere: ita eñ fiet vt nec a te auertatur facies dñi. Q̄ō poteris, ita esto misericors. Si multū tibi fuerit, abūdāter tribue: si exiguū tibi fuerit, etiā exiguū libēter impertiri stude. Præmiū eñ bonum tibi thesaurizas in die necessitatis, q̄m eleemosyna ab oi pctō, z a morte liberat, et nō patietur aīmā ire in tenebras. Fiducia magna erit coram summo deo, eleemosyna omnib⁹ facientibus eā. Attende tibi fili mi ab omni fornicatiōe: z preter vxorē tuā nūq̄ā patiaris crimen scire. Superbiā nūq̄ā in tuo sensu, aut in tuo verbo dñari permittas: in ipsa enim initiū sumpsit omnis perditio. Quicūq tibi aliq̄d operatus fuerit, statim ei mercedem restitue, et merces mercēnarij tui apud te omino nō remaneat. Q̄ō ab alio odoris fieri tibi, vide ne tu aliquādo alteri facias. Panē tuū cum esurientibus, et egenis comede: et de vestimentis tuis nudos tege. Panē tuū, z vinū tuū sup sepulturā iusti constitue, z noli ex eo māducare, z bibere cū peccatoribus. Consiliū semper a sapiēte perquire. Omni tpe bñdic deū: et pete ab eo vt vias tuas dirigat, z oia cōsilia tua in ipso permaneant. Indico etiā tibi fili mi dedisse me decē talēta argenti, dū adhuc infantulus esses, Gabelo, in rages ciuitate medorū, z chirographū ei⁹ apud me habeo: z ideo perquire q̄ō ad eū pueniās, z recipias ab eo supra memoratū pondus argēti, z restituas ei chirographū suū. Noli timere fili mi, pauperē qdē vitam gerimus, sed multa bona habebimus, si timuerimus deum, z recesserimus ab omni peccato, z fecerimus bene.

¶ Capituli Summarium. Angelus Raphael ducit Tobiam in Rages ciuitatem Medorum. Caput. v.

A

Tunc rñdit tobias pri suo, z dixit. Oīa quecunq̄ pcepisti mihi faciā pr̄. Q̄ō aūt pecuniā hāc requirā, ignoro. Ille me nescit, z ego eum ignoro: qō signū dabo ei: Sed neq̄ viā, p quā pgat illuc aliq̄ū cognoui. Tunc pr̄ suus rñdit illi, et dixit, Chirographū qdē illius apud me habeo: qō dū illi ostēderis, statim restituet. Sed pge nūc, z ingre tibi aliquē fidelē virū, qui eat tecū salua mercede sua: dū adhuc vivo, vt recipias eā. Tūc egressus tobias, inuenit iuuenē splēdidū stantē precinctus, z quasi paratū ad ambulādū. Et ignorans quod Angelus dei esset, salutauit eū, z dixit. Vñ te habem⁹ bone iuuenis: At ille rñdit. Ex filijs Israel. Et tobias dixit ei. Nosti viā que ducit in regionem medorū: Cui rñdit. Noui, et omnia itinera eius frequēter ambulaui, z māsi apud gabelum fratrē nostrum q̄ morat in rages ciuitate medorū, q̄ posita est in monte Ecbatanis. Cui tobias ait. Sustine me obsecro, donec hec ipsa nūtiē patri meo. Tūc ingressus Tobias, indicauit vniuersa hec patri suo. Sup q̄ admiratus pater, rogauit vt introiret ad eum. Ingressus itaq̄ salutauit eum, z dixit, gaudiū tibi sit semp. Et ait tobias. Quale gaudium mihi erit, q̄ in tenebras sedeo, z lumen celi non video: Cui ait iuuenis. Forti aio esto, in proximo est vt a deo cureris. Dixit itaq̄ illi Tobias. Si tunc poteris pducere filiū meū ad Gabelū in rages ciuitatē Medoz: Et cū redieris, restituam tibi mercedē tuā. Et dixit ei angelus. Ego ducam, et reducā eū ad te. Cui tobias rñdit, rogo te, indica mihi de q̄ domo, aut de qua tribu es tu: Cui Raphael angel⁹ dixit, Genus q̄ris mercēnarij, an ipm mercēnariū q cū filio tuo eat: Sed ne forte solicitū te reddā, ego sum Azarias Ananie magni filius. Et Tobias rñdit. Ex magno genere es tu. Sed peto ne irascaris, q̄ voluerim cognoscere genus tuū. Dixit aūt illi angelus. Ego sanū ducā, z sanum tibi reducam filiū tuū. Rñdēs aūt Tobias, ait. Bene ambuletis, et sit deus in itinere vro, z angelus ei⁹ comitet vobiscū. Tūc paratis oibus q̄ erāt in via pōtāda, fecit tobias vale patri suo z matri sue, z ambulauerunt ambo simul. Cūq̄ pfecti essent, cepit mr̄ eius flere, z dicere, Baculū senectutis nostre tulisti, z trāsmisisti a nobis. Nūquā fuisset ipsa pecunia, pro qua misisti eū. Sufficiebat eñ nobis paupertas nr̄a: vt diuitias cōputaremus hoc, q̄ videbamus filium nostrū. Dixitq̄ ei Tobias, noli flere, saluus perueniet filius noster, et saluus reuertetur ad nos, z oculi tui videbūt illum. Credo eñ q̄ angelus dei bonus comitet ei, z bene disponat oia q̄ circa eum geruntur it a vt cū gaudio reuertatur ad nos. Ad hanc vocem cessauit mater eius flere, z tacuit.

¶ Capitulī Summarium. Exenterat Tobias piscem, et medicamina hinc tollit. Caput. vj.

A

Profectus est aūt tobias, z canis secutus est eū, z māsit prima māsione iuxta fluuium tigris. Et exiit vt lauaret pedes suos, z ecce piscis immanis exiit ad deuorandū eū. Quē expauescēs tobias, clamauit voce magna, dicens, dñe inuadit me. Et dixit ei angelus. Apprehēde brāchiā eius, z trahe eum ad te. Quod cū fecisset, attraxit eū in siccū, z palpitare cepit ante pedes eius. Tūc dixit ei angelus. Exenterā hunc piscem: z cor eius, z fel, z iecur repone tibi. sunt eñ hec necessaria ad medicamenta vtiliter. Quod cum fecisset, assauit carnes eius, z secū tulerūt in via: cetera saliērūt q̄ sufficerēt eis, q̄ usq̄ pueniret in Rages ciuitatē Medoz. Tūc interrogauit Tobias angelum, z dixit ei. Obsecro te Azaria frater, vt dicas mihi q̄ō remediū habebūt ista que de pisce seruare iussisti: Et rñdens angel⁹, dixit ei. Cordis eius particulam, si sup carbones ponas, fumus eius extricat oē genus demoniorū, siue a viro, siue a muliere, ita vt vltra non accedat ad eos. Et fel valet ad vngēdos oculos in q̄bus fuerit albugo, z sanabuntur. Et dixit ei Tobias. Ubi vis vt maneamus: Rñdensq̄ angelus, ait. Est hic Raguel nomine vir propinquus de tribu tua, z hic hz filiā noie Saram: sed neq̄ masculū, neq̄ feminā vllam hz aliam preter eā. Tibi debet ois substātia eius, z op̄z eā te accipere coniugē. Pete ergo eā a pr̄e ei⁹, z dabit tibi eā in vxorē. Tūc rñdit Tobias, z dixit, audio q̄ tradita est septē viris, et mortui sunt sed z hoc audiui, q̄ demonū occidit illos. Timeo ergo, ne forte z mihi hec eueniāt: z cū sim vnicus parētibus meis, deponā senectutē illoū cū tristitia ad inferos. Tūc angel⁹ raphael, dixit ei. Audi me, z ostendā tibi qui sunt quibus prevalere pōt demonium. Hi nāq̄ q coniugium ita suscipiūt, vt deum a se, et a sua mente excludant, z sue libidini ita vacent, sicut equus z mulus, quibus nō est intellectus, hz potestatem demonium super eos. Tu aūt cum acceperis eam, ingressus cubiculum, per tres dies continens esto ab ea, et nihil aliud, nisi orationibus vacabis cum ea. Ipsa autem nocte, incēso iecore piscis, fugabitur demonū. Secūda vero nocte in copulatione sanctorū patriarcharum admitteris. Tertia autem nocte benedictionē consequeris, vt filij ex vobis procreentur incolumes. Transacta autem tertia nocte, accipies virginem cum timore domini, amore filiorum magis q̄ libidine ductus, vt in semine Abrahe benedictionem filijs consequaris.

D Leuit. xix. c. Deute. xxiij. c. Matth. vij. b.

E

B Luce xiij. c. Prouer. iij. b. ecc iij. a. z. xxiij. b. Eccle. xxx. c.

C

D

B

D

Psalmo xxxj.

Universidad de Deusto Biblioteca

A

¶ S. Tobias accepit Saram in vxorē. Caput. vij.

Egressi sunt aūt ad raguelē, ⁊ suscepit eos raguel cū gaudio. Intrōq; tobiā raguel, dixit anne vxori sue. Quā similis est iuuenis iste consobrino meo: Et cum hec dixisset, ait. Unde estis iuuenes fratres nostri: At illi dixerunt. Ex tribu Nephthalim sumus, ex captiuitate niniue. Dixitq; illis Raguel, nostis Tobiam fratrē meum: Qui dixerunt, Nouimus. Cumq; multa bona loqueret de eo, dixit angelus ad Raguelē. tobias, de q̄ interrogas, pater istius est. Et misit se Raguel, ⁊ cū lachrymis osculatus est eū, ⁊ plorās supra collū eius, dixit, Benedictio sit tibi fili mi, quia boni ⁊ optimi viri filius es. Et anna vxor eius, ⁊ sara ipsorū filia lachrymate sunt. Postquā autē locuti sunt, precepit Raguel occidi arietē, et parari cōuiuiū. Cūq; hortaret eos discūbere ad prādiū, Tobias dixit. Nec ego hodie nō māducabo, neq; bibam, nisi prius petitionem meā cōfirmes ⁊ promittas mihi dare sarā filiā tuā. Quo audito verbo Raguel, expauit sciēs qd euenerit illis septē viris, q ingressi sunt ad eam: ⁊ timere ce pit ne forte ⁊ huic similiter cōtingeret. Et cū nutaret, ⁊ non daret petenti vllū responsum, dixit ei angelus, noli timere dare eam isti, qñ huic timēti deū debetur cōiunx filia tua: propterea alius nō potuit habere illā. Tūc dixit Raguel. Non dubito, q deus preces, ⁊ lachrymas meas in cōspectu suo admiserit. Et credo, qm̄ ideo fecit vos venire ad me, vt ⁊ ista coniungeret cognationi sue scōm legē moysi: et nunc noli dubiū gerere q tibi eam tradā. et apprehēdēs dexterā filie sue, dextre Tobie tradidit, dicēs. Deus abrahā, ⁊ deus Isaac, ⁊ deus Jacob vobiscum sit ⁊ ipse cōiūgat vos, implleatq; benedictionē suā in vobis. Et accepta charta, fecerunt cōscriptionē cōiugij. Et post hec epulati sunt, benedicentes deū. Uocauitq; Raguel ad se annā vxorē suā, ⁊ precepit ei vt prepararet alterū cubiculū. Et introduxit illuc sarā filiā suā, ⁊ lachrymata est. Dixitq; ei, forti aio esto filia mea: dñs celi det tibi gaudiū pro tedio q perpessa es.

Numeri xxxvj.c. D

¶ S. Sara cū Tobia cubās liberat a demonio. C. viij.

Postquā vero cenauerūt, introduxerūt iuuenē ad eā. Recordatus itaq; Tobias sermonū angeli, protulit de cassidili suo partē iecoris, posuitq; eam super carbones vinos. Tūc Raphael angelus apprehendit demoniū, ⁊ relegauit illud in deserto superioris Egypti. Tunc hortatus est virginē Tobias, dixitq; ei, Sara, exurge, ⁊ deprecemur deum hodie, ⁊ cras, et scōm cras: quia his tribus noctibus deo iūgimur: tertia aūt trāsacta nocte, in nostro erimus cōiugio. Filij quippe sanctorū sumus, et nō possumus ita conūgi, sicut gētes que ignorāt deum. Surgentes autem pariter instāter orabant ambo simul, vt sanitas daretur eis. Dixitq; Tobias, domine deus patrū nostrorū, benedicāt te celi ⁊ terra, mare q; et fontes, ⁊ flumina, ⁊ omnes creature tue q̄ in eis sunt. Tu fecisti Adā de limo terre, dedistiq; ei adiutorium Euā. Et nūc domine tu scis, quia nō luxurie causa accipio sororē meā cōiugē, sz sola posteritatis dilectione, in qua benedicat nomē tuū in secula seculorum. Dixit itaq; Sara, Miserere nobis dñe, miserere nobis, ⁊ consenescamus ambo pariter sani. Et factum est circa pullorum cantum, accersiri iussit raguel seruos suos, ⁊ abierunt cum eo pariter, vt foderēt sepulchrū. Dicebat enī. Ne forte simili modo euenerit ei, quo ⁊ ceteris illis septem viris, qui sunt ingressi ad eam. Cūq; parassent fossam, reuersus Raguel ad vxorem suam, dixit ei. Mitte vnam ex ancillis tuis: ⁊ videat si mortuus est, vt sepeliā eum q̄ñ illuxerit dies. Et illa misit vnā ex ancillis suis. Que ingressa cubiculum, reperit eos salnos ⁊ incolumes, secum pariter dormientes. Et reuersa, nuntiauit bonū nuntium, ⁊ benedixerūt dominum, Raguel videlicet, ⁊ anna vxor ei⁹, ⁊ dixerunt. Benedicimus te dñe deus Israel, qm̄ nō cōtigit quem admodū putabamus. Fecisti enī nobiscum miam tuam, ⁊ exclusisti a nobis inimicum persequētem nos. Misertus es autem duobus vnicis. Fac eos dñe plenius benedicere te: ⁊ sacrificiū tibi laudis tue, ⁊ sue sanitatis offerre, vt cognoscat vniuersitas gentiū q̄ tu es deus solus in vniuersa terra. Statimq; pcepit seruis suis raguel, vt replerēt terra fossam quam fecerāt, priusquā eluceſceret. Uxori autem sue dixit vt instrueret cōuiuiū, ⁊ ppararet oīa que in cibos erant iter agētibus necessaria. Duas q̄z pingues vaccas, ⁊ quatuor arietes occidi fecit, ⁊ parari epulas oībus vicinis suis, cunctisq; amicis. Et adiurauit Raguel Tobiā, vt duas hebdomadas moraretur apud se. De omnib⁹ aūt que possidebat Raguel, dimidiam partem dedit Tobie, ⁊ fecit hāc scripturam, vt pars dimidia que superat post obitum eorum, Tobie domnio deueniret.

B

geñ. xj. b.

¶ S. Datur pecunia pro chirographo. Caput. ix.

Unc vocauit Tobias angelum ad se, quē quidem hominem existimabat: dixitq; ei, Azaria frater, peto vt auscultes vba mea: Si meipsum tradam tibi seruum, non ero condignus prouidentie tue. Tamē obsecro te, vt assumas tibi animalia siue seruitia, ⁊ vadas ad gabelum in Rages ciuitatem Medorum: reddasq; ei chirographū suum, ⁊ recipies ab eo pecuniam, ⁊ roges eum venire ad nuptias meas. Scis enī ipse, qm̄ numerat pater meus dies: ⁊ si tardauero vna die plus, cōtristat aīa eius. Et certe vides quō adiurauit me raguel, cuius adiuramentū spernere non possum. Tunc Raphael assumēs quatuor ex seruis Raguelis, ⁊ duos camelos, in Rages ciuitatem medorum perrexit: ⁊ inueniens gabelū, dedit ei chirographum suum, ⁊ recepit omnem pecuniam. Indicauitq; ei de Tobia filio Tobie omnia q̄ gesta sunt: fecitq; eum secum venire ad nuptias. Cūq; ingressus esset domum Raguelis, inuenit Tobiam discumbentem: ⁊ exiliens, osculati sunt seuuicem: ⁊ fleuit Gabelus, benedixitq; deum, ⁊ dixit, Benedicat te deus Israel, quia filius es optimi viri, ⁊ iusti, ⁊ timentis deum, ⁊ eleemosynas facientis: et vicatur benedictio sup vxorē tuā, ⁊ super parētes vestros, ⁊ videatis filios vestros, ⁊ filios filiorū vestrorū, vsq; in tertiā ⁊ quartā generationē: ⁊ sit semē vestrum benedictum a deo Israel, qui regnat in secula seculorum. Cūq; oēs dixissent amen, accesserunt ad conuiuium: sed ⁊ cum timore domini nuptiarum conuiuium exercebant.

A

B

C

D

¶ Capituli Summarium. Parentes Tobie dolent longam eius moram. Caput. x.

Cum vero moras faceret Tobias, cā nuptiarū, solicitus erat pater ei⁹ Tobias, dicens. Putas quare moratur filius meus, aut quare detentus est ibi: Putasne Gabelus mortuus est, et nemo reddet illi pecuniam: Cepit autem contristari nimis ipse ⁊ Anna vxor eius cū eo: ⁊ ceperūt ambo simul flere, eo q̄ die statuto nimime reuerteretur filius eorū ad eos. Flebat igitur mater eius irremediabilius lachrymis, atq; dicebat, Heu me fili mi vt qd te misimus peregrinari lumē oculorū nostrorū, baculū senectutis nostre, solatiū vite nostre, spem posteritatis nostre: Oīa simul in te vno habentes, te nō debuim⁹ dimittere ire a nobis. Cui dicebat Tobias, Tace, ⁊ noli turbari, sanus est filius noster: satis fidelis est vir ille cū quo misimus eum. Illa aūt nullo mō consolari poterat, sz quotidie exiliens circūspiciebat ⁊ circūibat vias omnes per quas spes remeādi videbat, vt pcul videret eūsi fieri posset veniētē. At vero Raguel dicebat ad genē suum, Da me hic, ⁊ ego mittā nūtiū salutis de te ad Tobiā patrē tuum. Cui Tobias ait. Ego noui q̄ pr̄ meus ⁊ mr̄ mea mō dies cōputāt, ⁊ cruciat spirit⁹ eorū in ipsis. Cūq; verbis multis rogaret raguel tobiā, ⁊ ille eum nulla ratiōe vellet audire, tradidit ei Sarā, ⁊ dimidiā partē ois substantie sue in pueris, in puellis, in pecudibus, in camelis, ⁊ in vaccis, ⁊ pecunia multa: ⁊ saluū atq; gaudentem dimisit eum a se, dicēs. Angelus dñi sanctus sit in itinere vestro, pducatq; vos incolumes, ⁊ inueniatis oia recte circa parentes vestros, ⁊ videant oculi mei filios vestros priusquā moriar. Et apprehendētes parētes filiā suā, osculati sunt eā, ⁊ dimiserūt ire monentes eam honorare socer os, diligere maritum, regere familiā, gubernare domū, ⁊ seipsaz irreprēhēsibilē exhibere.

Cumq;

¶ Capituli Summarium. Tobias cum gaudio redit domum pater q; eius visum recipit. Caput. xj.

A CAmq; reuerterẽtur, peruenerũt ad Charã q̃ est in medio itinere contra Niniuen, vndecimo die. Dixitq; angelus. Tobias frater, scis quẽ admodũ religisti patrẽ tuũ. Si placet itaq; tibi, precedamus, & lẽto gradu insequanr̃ iter nostrũ familie, simul cũ coninge tua, & cũ animalibus. Cũq; hoc placuisset vt irent, dixit Raphael ad Tobiã. Tollete cũ ex felle piscis: erit em̃ necessarium. Tulit itaq; Tobias ex felle illo, et abierunt. Anna aũt sedebat secus viã quotidie in supcilio mõtis, vñ respicere poterat de lõginquo. Et dũ ex eodẽ loco specularetur aduentũ eius, vidit a longe, & ilico cognouit vementẽ filium suum: currẽsq; nuntiauit viro suo, dicẽs. Ecce venit filiꝰ tuus. Dixitq; Raphael ad Tobiã. At vbi introieris domũ tuam, statim adora dñm deum tuũ: & gratias agens ei, accede ad patrẽ tuum, & osculare eum. Statimq; limi sup oculos eius ex felle isto piscis, qõ portas tecũ. Scias enim quoniã mox aperientur oculi eius, & videbit pater tuus lumen celi, & in aspectu tuo gaudebit. Tunc pcucurrit canis, q simul fuerat in via: et quasi nuntius aduenies, blãdimento sue caude gaudebat. Et consurgens cecus pater eius, cepit offendẽs pedibus currere: et data manu puero, occurrit obuiam filio suo. Et suscipiens osculatus est eum cum vxore sua, & ceperũt flere pre gaudio. Cũq; adorassent deũ, & gratias egissent, consederunt. Tunc sumens Tobias de felle piscis, liniuit oculos patris sui. Et sustinuit quasi dimidiã fere horam: & cepit albugo ex oculis eius, quasi membrana ouj, egredi. Quam apprehendẽs Tobias traxit ab oculis eius, statimq; visum recepit. Et glorificabant deum, ipse videlicet & vxor eius, & omnes qui sciebãt eũ. Dicebatq; Tobias, Benedico te domine deꝰ Israel, q̃ tu castigasti me, et tu saluasti me: & ecce, ego video Tobiã filiũ meũ. Ingressa est etiam post septẽ dies Sara vxor filij eius, & omnis familia & pecora sana, & cameli, & pecunia multa vxoris, ſz & illa pecunia quam receperat a Gabelo: & narrauit parentibus suis omnia beneficia dei que fecisset circa eũ per hominem qui eum duxerat. Venerũtq; Achior et Nabath cõsobrini Tobie, gaudẽtes ad Tobiã, & cõgratulãtes ei de omnibus bonis que circa illum ostenderat deus. Et per septem dies epulantes, omnes cum gaudio magno gauisi sunt.

¶ C.S. Angelus Raphael se manifestat. Caput. xij.

A TVnc vocauit ad se Tobias filiũ suũ, dixitq; ei, Quid possumus dare viro isti sancto, qui venit tecum? Respondens Tobias, dixit patri suo. Pater, quã mercedẽ dabimus ei? aut quid dignus poterit esse beneficijs eius? qui duxit, & reduxit sanũ, pecuniam a Gabelo ipse recepit, vxorẽ ipse me habere fecit, & demoniũ ab ea ipse cõpescuit, gaudiũ parentibꝰ eius fecit, meipsum a deuoratione piscis eripuit, te quoq; videre fecit lumen celi, et bonis omnibus per eum repleti sumus. Quid illi ad hec poterimus dignũ dare? Sed peto te pater mi, vt roges eum, si forte dignabitur medietatẽ de omnibus que allata sunt, sibi assumere. Et vocãtes eũ, pater scilicet, & filius tulerũt eum in partẽ: & rogare ceperunt, vt dignaret dimidiã partẽ omnium que attulerant, acceptam habere. Tunc dixit eis occulte. Benedicite deũ celi, & cor̃ã omnibus viuentibus cõfitemini ei, quia fecit vobiscum misericordiã suam. Et enim sacramentũ regis abscondere, bonũ est: opera autem dei reuelare et confiteri, honorificũ est. Bona est oratio cum ieiunio: & eleemosyna magis quam thesauros auri recõdere, quoniã eleemosyna a morte liberat, & ipsa est que purgat peccata, & facit inuenire vitã eternam. Qui autẽ faciunt peccatũ & iniquitatẽ, hostes sunt anime sue. ¶ Manifesto ergo vobis veritatem, & nõ abscõdam a vobis occultum sermonẽ. Quãdo orabas cũ lachrymis, & sepeliebas mortuos, & derelinquebas prandium tuũ: & mortuos abscondebas per diem in domo tua, & nocte sepeliebas eos, ego obtuli orationem tuã domino. Et quia acceptus eras deo, necesse fuit vt tẽtatio probaret te. Et nunc misit me dominus vt curarẽ te, & Sarã vxorẽ filij tui a demonio liberarẽ. Ego enim sum Raphael angelus vnus ex septẽ, qui astamus ante dñm. Cũq; hec audissent, turbati sunt, & tremẽtes ceciderũt super terrã in faciẽ suã. Dixitq; eis angelus. Pax vobis, nolite timere. Et em̃ cũ essem vobiscũ, p̃ volũtatẽ dei eram: ipsum bñdicite, & cantate illi. Videbar quidẽ vobiscũ manducare, & bibere: ſz ego cibo inuisibili, & potu, q̃ ab hoibus videri non potest, vtor. Tẽpus est ergo, vt reuertar ad eũ q̃ me misit: vos aũt bñdicite deũ, & narrate oia mirabilia eiꝰ. Et cũ hec dixisset, ab aspectu eorũ ablatꝰ est, & vltra eũ videre nõ potuerũt. Tũc prostrati per horas tres in faciẽ bñdixerunt deũ: & exurgẽtes narrauerunt oia mirabilia eius.

¶ C.S. Bñdicit & cõfitet Tobias senior dño. Caput. xij.

A APeriẽs aũt Tobias senior os suũ, bñdixit dominũ, & dixit. ¶ Magnus es dñe in eternũ, & in oia secula regnũ tuũ: q̃m tu flagellas, & saluas: deducis ad inferos, & reducis: et nõ est q̃ effugiat manũ tuã. Cõfitemini dño filij Israꝫ, & in cõspectu gẽtiũ laudate eũ: q̃m ideo dispersit vos inter gẽtes, q̃ ignorãt eũ, vt vos enarretis mirabilia eius, et faciatis scire eos q; nõ est alius deus oipotens p̃ter eũ. Ipse castigauit nos ꝓpter iniq̃tates nostras, & ipse saluabit nos ꝓpter miam suã. Aspicite ergo q̃ fecit nobiscũ, & cũ timore & tremore confitemini illi: regẽq; seculoꝝ exaltate in opib⁹ vr̃is. Ego aũt in terra captiuitatis mee cõfitebor illi: q̃m ostẽdit maiestatẽ suã in gentem peccatricẽ. Cõuertemini ita q; peccatores, et facite iustitiã cor̃ã deo, credẽtes q̃ faciat vobiscũ miam suã. Ego aũt, & aĩa mea in eo letabimur. Bñdicite dñm oẽs electi eius: agite dies letitie, & confitemini illi. Jer'lm ciuitas dei, castigauit te dñs in operib⁹ manuũ tuarũ. Confitere dño in bonis tuis, & bñdic deũ seculoꝝ, vt reedificet in te tabernaculũ suũ, & reuocet ad te oẽs captiuos, & gaudeas in oia secula seculorũ. Luce splẽdida fulgebis, et oẽs fines terre adorabunt te. Nationes ex longinquo ad te veniẽt: & munera deferentes, adorabũt in te dñm. & terrã tuã in sanctificationẽ habebũt. Nomẽ em̃ magnũ inuocabũt in te. ¶ Maledicti erũt q̃ contẽpserint te: & cõdẽnati erũt oẽs q̃ blasphemauerint te, bñdictiq; erũt q̃ edificauerint te. Tu aũt letaberis in filijs tuis, q̃m oẽs bñdicẽtur, & cõgregabunr̃ ad dñm. Beati oẽs q̃ diligunt te, & qui gaudent sup pace tua. Anima mea benedic dñm, q̃m liberauit Jerusalẽ ciuitatẽ suã a cũctis tribulationibus eius dñs deus noster. Beatus ero, si fuerint reliquie semis mei ad videndam claritatẽ Jerusalẽ. Porte Jerusalem ex Sapphiro, & Smaragdo edificabuntur: et ex lapide pretioso omnis circũitus muroꝝ eius. Ex lapide candido, & mundo omnes platee eius sternẽtur: & per vicos eius halleluia cãtabitur. Benedictus dominus, qui exaltauit eã, vt sit regnum eius in secula seculorum super eam. Amen.

¶ Capituli Summarium. Tobias senior moriturus filiũ & nepotes ad pietatem hortatur. Caput. xiij.

A ET cõsummati sunt sermones Tobie. Et postq̃ illuminatus est Tobias, vixit annis q̃draginta duobus, & vidit filios nepotum suoꝝ. Cõpletis itaq; annis centũ duobus, sepultꝰ est honorifice in Ninive. Quinq̃ginta nãq; & sex annoꝝ lumen oculorum amisit: sexagenariꝰ võ recepit. Reliquũ võ vite sue in gaudio fuit, & cũ bono ꝓfectu timoris dei prexit in pace. In hora autẽ mortis sue vocauit ad se Tobiã filiũ suũ, et septem iuuenes filios suos nepotes, dixitq; eis. Prope erit interitus Ninive. nõ em̃ excidit verbũ dñi: & fratres nostri qui dispersi sunt a terra Jsrael, reuertẽtur ad eã. Dis aũt deserta terra eiꝰ replebit, & domus dei, q̃ in ea incẽsa est, iterũ reedificabit: ibiq; reuertent oẽs timẽtes deũ, & relinquent gentes idola sua, & venient in Jer'lm, & habitabũt in ea: & gaudebũt mea, oẽs reges terre, adorãtes deũ Jsrl. Audite g̃ filij mei patrẽ vestrũ: Seruite dño in veritate, & ingrite vt faciatis q̃ placita sunt illi: & filijs vr̃is mãdate vt faciant iustitias, et eleemosynas, vt sint memores dei, & benedicant eũ in oi tpe in veritate, & in tota virtute sua. Nunc ergo filij audite me, & nolite manere hic: sed quacũq; die sepelieritis matrẽ vestrã

Deuter. xxxij. f. j. Regũ. ij. a. Sapien. xvj. b.

Apoca. xxj.

circa me in vno sepulchro, ex eo dirigite gressus vestros, vt exeatis hinc. Video enim quę inigtas eius finę habitei. Factum est autem post obitum matris suę. Tobias abscessit ex Ninive cum vxore sua, et filijs, et filiorum filijs, et reuersus est ad soceros suos. Inuenitq; eos incolumes in senectute bona. et curam eorum gessit, et ipse clausit oculos eorum: et omnem hereditatem domus Raguelis ipse percepit: viditq; quintam gnationem, filiosq; filiorum suorum. Et completis annis nonaginta nouem in timore dñi cum gaudio, sepelierunt eum. Omnis autem cognatio eius, et omnis generatio eius in bona vita, et in sancta conuersatione permansit, ita vt accepti essent tam deo, quam hominibus, et cunctis habitantibus in terra.

¶ Finis.

¶ Hieronymi prefatio in librum Judith.

Apud Hebreos liber Judith inter agiographa legitur cuius authoritas ad roborandam fidem in cōtentione veniunt: minus idonea iudicatur. Chaldeo tamen sermone cōscriptus inter historias computatur. Sed et huic libro sy nodus Nicena in numero sanctarum scripturarum legitur computasse: acquiescat postulationi vestre: imo exactioni: et seposita occupationibus quibus vehementer arctabar: huic vnam lucubratiuculam dedi: magis sensum e sensu: quam ex verbo verbum transferens. Multorum codicum veritatem vitiosissimam amputaui: sola ea que intelligentia integra in verbis Chaldeis inuenire potui: Latinis expressi. Accipite Judith: et iuuam: castitatis exemplum: et triumphali laude perpetuis eam preconijs declarate. Habet enim non solum feminis: sed et viris imitabilem dedit: qui castitatis eius remunerator: virtutem et talem tribuit: vt inuictum omnibus hominibus vincere: et insuperabilem superare.

¶ Liber Judith.

¶ Capituli Summa. Nabuchodonosor victo rege Medorum omnibus dominari cupit. Caput.j.



Arphaxad itaq; rex Medorum subiugauerat multas gentes imperio suo, et ipse edificauit ciuitatem potentissimam, quam appellauit Ecbathanis. Ex lapidibus quadratis et sectis fecit muros eius, in altitudine cubitorum septuaginta, et in latitudine cubitorum triginta: turres vero eius posuit in altitudine cubitorum centum. Per quadrum vo earum latus vtrumq; vicenorum pedum spatio tendebat. posuitq; portas eius in altitudine turrium. Et gloriabat quasi potens in potentia exercitus sui, et in gloria quadrigarum suarum. Anno igitur duodecimo regni sui. Nabuchodonosor rex Assyriorum, q regnabat in Ninive ciuitate magna, pugnauit contra Arphaxad: et obtinuit eum in campo magno, qui appellatur Ragau, circa Euphratem, et Tigrin, et Jadason in campo Erioch regis Elicorum. Tunc exaltatum est regnum Nabuchodonosor, et cor eius eleuatum est: et misit ad omnes, qui habitabant in Cilicia, et Damasco, et Libano: et ad gentes que sunt in Carmelo, et Cedar, et inhabitantes Galileam in campo magno Esdrelon: et ad omnes q erant in Samaria et trans flumen Jordanem vsq; ad Jerm, et omnem terram Jesse, quousq; perueniatur ad montes Ethiopie. Ad hos omnes misit nuntios Nabuchodonosor rex Assyriorum, qui omnes vno animo contradixerunt, et remiserunt eos vacuos, et sine honore abiecerunt. Tunc indignatus Nabuchodonosor rex ad omnem terram illam, iurauit per thronum et regnum suum, quod defenderet se de omnibus regionibus his.

¶ Capituli Summarum. Mittitur dux Holofernes ad deuastandum terras et populos. Caput.ij.

Anno tertiodecimo Nabuchodonosor regis, vicesima et secunda die mensis primi, factum est verbum in domo Nabuchodonosor regis Assyriorum, vt defenderet se. Vocauitq; omnes maiores, omnesq; duces et bellatores suos, et habuit cum eis mysterium consilij sui. Diritq; cogitationem suam in eo esse, vt omnem terram suo subiugaret imperio. Quo dicto, cum placuisset omnibus, vocauit Nabuchodonosor rex Holofernem principem militie sue, et dixit ei. Egredere aduersum omne regnum occidentis: et contra eos precipue qui contempserunt imperium meum. Non parcet oculus tuus vlli regno, omnemq; urbem munitam subugabis mihi. Tunc Holofernes vocauit duces, et magistratus virtutis Assyriorum: et dinumerauit viros in expeditione: sicut precepit ei rex, centum viginti milia peditum pugnatorum, et equites sagittarios duodecim milia. Omnemq; expeditionem suam fecit preire in multitudine innumerabilium camelorum, cum his que exercitibus sufficerent copiose: bouum quoq; armenta, greges quoq; ouium, quorum non erat numerus. Frumentum ex omni Syria in transitu suo parari constituit. Aurum vero et argentum, de domo regis assumpsit multum nimis. Et profectus est ipse et omnis exercitus, cum quadrigis et equitibus, et sagittarijs, qui cooperuerunt faciem terre, sicut locuste. Cumq; ptransisset fines Assyriorum, venit ad magnos montes Ange, qui sunt a sinistro Cilicie, ascendit omnia castella eorum, et obtinuit omnem munitionem. Effregit autem ciuitatem opinatissimam Melothi, predauitq; oves filios Tharsis et filios Ismahel, q erat contra faciem deserti, et ad austrum terre Chellon. Et transiuit Euphratem, et venit in Mesopotamiam: et fregit oes ciuitates excelsas que erant ibi, a torrente Mabre, vsq; quo pueniat ad mare: et occupauit terminos eius, a Cicilia vsq; ad fines Japheth, qui sunt ad austrum. Adduxitq; oes filios Madiam, et predauit omnem locupletationem eorum, oesq; resistentes sibi occidit in ore gladij. Et post hec descendit in campos Damasci in diebus messis, et succendit omnia sata, omnesq; arbores et vineas fecit incidi, et cecidit timor illius super omnes inhabitantes terram.

¶ Capituli Summarum. Tyrannus Holofernes sponte se dedentibus non parcit. Caput.iij.

Tunc miserunt legatos suos vniuersarum vrbium, ac puinciarum reges ac principes. Syrie scz et Mesopotamie, et Syrie Sobal, et Libie, atq; Cilicie, q venientes ad Holofernem, dixerunt. Desinat indignatio tua circa nos. Melius est enim, vt viuentes seruiamus Nabuchodonosor regi magno, et subditi simus tibi, quam moriętes cū interitu nostro ipsi seruitutis nostre dāna patiamur. Omnis ciuitas nostra, oisq; possessio, oes montes, et colles, et capi, et armenta boum, greges quoq; ouium et caprarum, equorumq; et camelorum, et vniuerse facultates nostre atq; familie in conspectu tuo sunt. sint omnia sub lege tua. Nos etiam et filij nostri, serui tui sumus. Veni nobis pacificus dñs, et vtere seruitio nostro, sicut placuerit tibi. Tunc descendit de montibus cum equitibus in virtute magna, et obtinuit omnem ciuitatem, et omnem inhabitantem terram. De vniuersis autem vrbibus, assumpsit sibi auxiliarios viros fortes, et electos ad bellum. Tantusq; metus pauoris illis incubuit, vt vniuersarum vrbium habitatores principes et honorati simul cum populis exirent in obuiam venienti, excipientes eum cū coronis et lampadibus ducentes choros in tympanis et tibijs. Hec ista tamen facientes, ferocitatem eius pectoris mitigare potuerunt. Nam et ciuitates eorum destruxit, et lucos eorum excidit. Preceperat enim illi Nabuchodonosor rex, vt omnes deos terre exterminaret, videlicet vt ipse solus diceretur deus ab his nationibus que potuissent Holofernis potentia subiugari. Pertransiens ante Syriam Sobal, et omnem Apamiam, omnemq; Mesopotamiam, venit ad Idumeos in terram Gabaa, accepitq; ciuitates eorum, et sedit ibi per triginta dies, in quibus diebus adunari precepit vniuersum exercitum virtutis sue.

¶ L.S.

¶ Capituli Summarium. Filij Israel muniunt se contra Holofernem. Caput. iij.

A Tunc audientes hec filij Israel, qui habitabãt in terra Juda, timuerũt valde a facie ei⁹. Tremor etiã & horror inuasit sensus eorũ, ne hoc faceret Jerl'm & tẽplo dñi, qõ fecerat ceteris ciuitatibus & tẽplis earũ. Et miserũt in oẽm Samariam per circumitũ vsq; Jericho, & poccupauerũt oẽs vertices mõtiũ. Et muris circũdederũt vicos suos et congregauerũt frumenta in preparationẽ pugne. Sacerdos etiã Eliachim, scripsit ad vniuersos, q erãt cõtra Esdrelon: que est cõtra faciẽ campi B magni, iuxta Dothaim, & vniuersis per quos vie transitus esse poterat, vt obtinerent ascensus montium, per quos via esse poterat ad Jerusalem, & illic custodirẽt vbi angustum iter esse poterat inter montes. Et fecerũt filij Israel sm qõ constituerat eis sacerdos dñi Eliachim. Et clamauit oĩs ppl's ad dñm instãtia magna, & humiliauerũt aĩas suas in ieiunijs et orationibus, ipsi et mulieres eorũ. Et induerunt se sacerdotes cilicijs, & infantes prostrauerũt cõtra faciem tẽpli dñi, & altare dñi operuerũt cilicio. Et clamauerũt ad C dñm deum Israel vnanimiter, ne darentur in pdam infantes eorum, et vxores eorum in diuisionem, ciuitates eorum in exterminium, & sancta eorum in pollutionem, & fierent in opprobriũ gẽtibus. Tũc Eliachim sacerdos dñi magnus circũiit oẽm Israel, allocutusq; est ad eos, dicẽs. Scitote qm exaudiet dñs preces vestras, si manentes permanseritis in ieunijs, & orationibus in cõspectu dñi. Mdemores estote D Exodi xvij.d. Mdoysi serui dñi, qui Amalec confidentem in virtute sua, & in potẽtia sua, & in exercitu suo, & in clypeis suis, & in curribus suis, & in equitibus suis, nõ ferro pugnãdo, sed precibus sanctis orãdo deiecit. sic erũt vniuersi hostes Israel, si perseueraueritis in hoc opere, qõ cepistis. Ad hanc igitur exhortationẽ eius deprecãtes dominum, permanebãt in cõspectu domini, ita vt etiam hi qui offerebant domino holocausta, precincti Cilicijs offerrent sacrificia domino, & erat cinis supra capita eorum. Et ex toto corde suo oẽs orabãt deum, vt visitaret populum suum Israel.

¶ Capituli Summarium. Achior monet holofernem ne temere pugnet contra Judeos. Caput. v.

Afferte dño filij dei,afferte dño filios arietũ.Afferte dño gloriã⁊ honorẽ,afferte dño gloriã nomini eius:adorate dñm in atrio sancto eius. Vox dñi sup aquas,deus maiestatis intonuit:dominus sup aquas multas.Vox dñi in virtute:vox domini in magnificentia.Vox dñi confringentis cedros:⁊ confringet dñs cedros Libani.Et cõminuet eas tanq̃ vitulũ Libani,⁊ dilectus quemadmodũ filius vnicornũ.Vox domini intercidẽtis flammã ignis:vox dñi cõcutientis desertũ⁊ cõmouebit dñs desertũ cades.Vox dñi ꝓparantis cervos,⁊ reuelabit condensa:⁊ in tẽplo eius oĩs dicent gloriã. Dns diluuiũ inhabitare facit:⁊ sedebit dñs rex eternũ. Dñs virtutẽ ppło suo dabit:dñs bñdicet ppło suo i pace.

¶Psalmus cantici in dedicatione domus Dauid. xxix.

Exaltabo te dñe,qm̃ suscepisti me:nec delectasti inimicos meos sup me.Dñe deus meus clamaui ad te,⁊ sanasti me.Dñe eduxisti ab iferno aiam meã:salnasti me a descendẽtibus in lacũ. Psallite dño sancti eius:⁊ confitemini memorie sanctitatis eius.Qm̃ ira in indignatiõe eius:⁊ vita in voluntate eius.Ad vesperũ demorabit̃ fletus:⁊ ad matutinũ letitia.Ego autẽ dixi in abũdantia mea,Nõ mouebor in eternũ.Dñe in voluntate tua ꝓstitisti decori meo virtutẽ.Auertisti faciẽ tuã a me,⁊ factus sum cõturbatus.Ad te dñe clamabo,⁊ ad deũ meũ deprcabor.Que vtilitas i sanguine meo dũ descẽdero in corruptionẽ;Nũqd cõfitebit̃ tibi pulus,aut annũciabit veritatẽ tuã?Audiuit dñs,⁊ miserꝰ est mei:dñs factus est adiutor meus.Conuertisti planctũ meũ in gaudiũ mihi:cõcidisti saccũ meũ,⁊ circũdedisti me letitia:Ut cantet tibi gloria mea⁊ nõ cõpungar:dñe deus meus in eternũ cõfitebor tibi.

¶ In finem Psalmus David. xxx.

IN te dñe speraui,nō cōfundar in eternū:in iustitia tua libera me. Inclina ad me aurē tuā:accelera vt eruas me. Esto mihi in deū protectorē,& in domū refugij:vt saluum me facias. Quā fortitudo mea & refugiū meū es tu:& ppter nomen tuū deduces me,et enutries me. Educes me de laqueo hoc quem abscōderūt mihi:quā tu es protector me⁹. In manꝰ tuas cōmendo spiritū meū:redemisti me dñe deꝰ vitatis. Odisti obseruātes vanitates supuacue. Ego aūt in dño speraui:exultabo & letabor in mia tua. Quā respexisti hūlitatē meā,saluasti de necessitatibꝰ aiaz meā. Nec cōclusisti me in manibꝰ inimici:statuisti in loco spatioso pedes meos. Miserere mei dñe quā tribulor: cōturbatꝰ est in ira oculꝰ meꝰ,aīa mea,& vēter meꝰ. Quā defecit in dolore vita mea,& anni mei in gemitibꝰ. Infirmata ē in pauptate virtꝰ mea,& ossa mea cōturbata sunt. Super oēs inimicos meos factꝰ sum opprobriū vicinis meis valde,et timor notis meis. Qui videbāt me foras fugerūt a me:obliuion datꝰ sum tāq̄ mortuꝰ a corde. Factꝰ sum tanq̄ vas pditū:quā audiui vituperationē multorū commorātiū in circuitu. In eo dū cōuenirēt simul aduersum me:accipe aīam meā ꝯsiliati sunt. Ego aūt in te spaui dñe:dixi,deꝰ meꝰ es tu, in manibus tuis sortes mee. Eripe me de manu inimicorū meorū,& a psequētibꝰ me. Illustra faciē tuā sup seruū tuū, saluū me fac in mia tua:dñe nō cōfundar,quā inuocaui te. Erubescāt impij,& deducanꝫ in infernū:muta fiāt labia dolosa. Que loquunꝫ aduersus iustū in iniqtatē in superbia & in abusione. Quā magna multitudo dulcedinis tue dñe quā abscondisti timētibꝰ te. Perfecisti eis q sperāt in te,in ꝯspectu filiorū hoim. Absc̄des eos in absc̄dito facieitue a cōturbatiōe hoim. Protteges eos in tabernaculo,a ꝯdictiōe linguarū. Bñdictꝰ dñs:quā mirificauit mia suā mihi in ciuitate munita. Ego aūt dixi in excessu mētis mee. Proiectꝰ sum a facie oculorū tuorū. Ideo exaudisti vocē orōnis mee,dū clamarē ad te. Diligite dñm oēs sancti eius:quā veritatē requret dñs,& retribuet abūdanter facientibus superbiā. Viriliter agite,& cōfortet cor vestrū omnes qui speratis in domino.

¶ Ipsi Dauid intellectus. xxxj.

BEati,quorū remisse sunt iniqtates,& quorū tecta sunt peccata. Beatꝰ vir,cui nō iputauit dñs peccatū,nec est in spū eius dolꝰ. Quā tacui inueterauerūt ossa mea:dū clamarem tota die. Quā die ac nocte grauata est sup me manꝰ tua:cōuersus sum in erumna mea,dū ꝯfigit spina. Delictū meū cognitū tibi feci:& iniustitiā meā nō abscōdi. Dixi,cōfitebor aduersum me iniustitiam meā dño:& tu remisisti impietatē peccti mei. Pro hac orabit ad te oīs sanctus in tpe opportuno. Verūtū in diluuio aquarū multarū,ad eū nō approximabūt. Tu es refugiū meū a tribulatiōe q̄ circūdedit me: exultatio mea eme me a circūdātibꝰ me. Intellectū tibi dabo,& īstruā te in via hac q̄ gradieris:firmabo sup te oculos meos. Nolite fieri sicus equꝰ & mulus:quibꝰ nō est intellectꝰ. In camo & freno maxillas eorū cōstringe q nō approximāt ad te. Multa flagella peccatoris:sperātē aūt in dño mia circūdabit. Letamini in dño & exultate iusti:& gloriamini omnes recti corde.

¶ In finem Psalmus Dauid. xxxij.

EXultate iusti in dño:rectos decet collaudatio. Cōfitemini dño in citharā:in psalterio decē chordarū psallite illi. Cāte ei cāticū nouū:bñ psallite ei in vociferatione. Quia rectū est vbū dñi,& oīa opa eius in fide. Diligit miam & iudiciū:mia dñi plena est terra. Verbo dñi celi firmati sunt,& spiritu oris eius oīs virtus eorū. Cōgregās sicut in vtre aquas maris,ponēs in thesauris abyssos. Timeat dñm oīs terra:ab eo autē commoueant oēs inhabitātes orbē. Quā ipse dixit,& facta sunt: ipse mādauit,& creata sunt. Dñs dissipat cōsilia gentiū:reprobat aūt cogitationes pplorū,& reprobat cōsilia prīcipū. Cōsiliū autē dñi in eternū manet:cogitationes cordis eius in gnātione & gnationē. Beata gens cuius est dñs deꝰ eius: pplus quē elegit in hereditatem sibi. De celo respexit dñs, vidit oēs filios hoim. De pparato habitaculo suo respexit super oēs qui habitant terram. Qui finxit sigillatim corda eorū:qui intelligit oīa opera eorū. Nō saluat rex per multā virtutē:et gigas non saluabit in multitudine virtutis sue. Fallax equus ad salutē:in abundātia aūt virtutis sue non saluabit. Ecce oculi dñi sup metuentes eū:& in eis q sperāt sup mia ei⁹. Ut eruat a morte aīas eorū:& alat eos in fame. Anima nra sustinet dñm:quā adiutor & protector noster est. Quia in eo letabit cor nrm:& in noie sancto ei⁹ speraui⁹. Fiat mia tua dñe super nos:quēadmodū speraui⁹ in te. 1. Regū xxj.d.

¶ Dauid cum immutauit vultū suū coram Abimelech:& dimisit eum:& abijt. ps.xxxiij.

BEnedicā dñm in oī tpe:semp laus ei⁹ in ore meo. In dño laudabit aīa mea:audiant mansueti:& letentur. Magnificate dñm mecum:et exaltemus nomē eius in idipsum. Exquisiui dñm:& exaudiuit me,et ex oībus tribulationibus meis eripuit me. Accedite ad eum,& illuminamini:& facies vestre nō cōfundentur. Iste pauper clamauit,& dñs exaudiuit eū:& ex oībus tribulationibus eius saluauit eū. Immittet angelus dñi in circuitu timētiū eū:& eripiet eos. Gustate,& videte quā suauis est dominus:beatus vir qui sperat in eo. Timete dñm oēs sancti eius:quā nō est inopia timētibus eum. Diuites egueruntꝫ et esurierūt:inquirētes aūt dñm nō minuent oī bono. Venite filij audite me:timorē dñi docebo vos. Quis est hō q vult vitā,diligit dies videre bonos? Prohibe linguā tuā a malo,et labia tua ne loquanꝫ dolū. Diuerte a malo & fac bonū,inquire pacē et psequere eā. Oculi dñi super iustos:aures eius in pces eorū. Vultus aūt dñi sup facientes mala:vt pdat de terra memoriā eorū. Clamauerūt iusti,& dñs exaudiuit eos:& ex oībus tribulationibus eoꝝ liberauit eos. Iuxta est dñs ijs qui tribulato sunt corde:& hūles spiritu saluabit. Multe tribulationes iustorū:& de oībus his liberabit eos dñs. Custodit dñs oīa ossa eorū:vnum ex his nō cōteretur. Mors peccatorū pessima:& qui oderūt iustū,delinquent. Redimet dñs animas seruorum suorum:& nō delinquent omnes qui sperant in eo.

¶ Huic Dauid. xxxiij.

IUdica dñe nocentes me:expugna impugnantes me. Apprehende arma & scutū:et exurge in adiutorium mihi. Effunde phrameam,& cōclude aduersus eos qui persequuntur me:dic anime mee. Salus tua ego sum. Confundantur et reuereantur querentes animam meam. Auertantur retrorsum & confundantur cogitantes mihi mala. Fiant tanq̄ pulus ante faciem venti,& angelus domini coartans eos. Fiant vie illorum tenebre et lubricum:et angelus domini persequens eos. Quoniam gratis absconderunt mihi interitum laquei sui, supernacue exprobrauerunt animam meam. Veniat illi laqueus quem ignorat,et captio quam abscondit apprehendat eum:et in laqueum cadat in ipsum. Anima autem mea exultabit in domino:& delectabitur sup salutari suo. Omnia ossa mea dicent,Domine,quis similis tibi? Eripiens inopem de manu fortiorum eius,egenū & pauperem a diripientibus eum. Surgentes testes iniqui,que ignorabā interrogabant me. Retribuebant mihi mala pro bonis:sterilitatem anime mee. Ego autem cum mihi molesti essent induebar cilicio. Humiliabam in ieiunio animam meam: & oratio mea in sinu meo conuertat. Quasi proximū,& quasi fratrem nostrum,sic complacebam:quasi lugens et contristatus sic humiliabar. Et aduersum me letati sunt,& conuenerunt:congregata sunt super me flagella,et ignorani. Dissipati sunt nec compuncti,tentauerūt me,subsannauerūt me subsannatione:frenduerūt super me dentibus suis. Domine,quando respicies:restitue animam meam a malignitate eorum,a leonibus vnicam meam. Confitebor tibi in ecclesia magna,in populo graui laudabo te. Non supergaudeant mihi qui aduersantur mihi inique,qui oderunt me gratis,et annuunt oculis. Quoniā mihi quidē pacifice loquebant:et in iracūdia terre loquētes,dolos cogitabant.

Luce xxiij.b.

Esaie. lxv.d.

Judith xvj.d.

Ro.liij.a.

Ecclē. xv.d. Hebreo. iiij.c.

Jo.xv.d.

Et dilatauerũt sup me os suum: dixerũt. Euge, euge, viderunt oculi nri. Vidisti dñe ne sileas: dñe ne discedas a me. Exurge et intende iudicio meo: deus meus, et dñs meus in causam meã. Judica me scõm iustitiã tuã dñe deus meus: ⁊ nõ supergaudeant mihi. Nõ dicãt in cordibus suis Euge, euge, aĩe nostre: nec dicãt, Deuorabimus eum. Erubescant ⁊ reuereantur simul qui gratulant malis meis. Induantur cõfusione ⁊ reuerẽtia qui magna loquunt super me. Exultent ⁊ letentur qui volũt iustitiã meã: ⁊ dicant semper, Magnificetur dominus, qui volũt pacem serui eius. Et lingua mea meditabitur iustitiam tuam, tota die laudem tuam.

¶ In finem sermo domini Dauid. xxxv.

Dixit iniustus vt delinquat in semetipso, nõ est timor dei ante oculos eius. Quõm dolose egit in cõspectu eius: vt inueniat iniquitas eius ad odiũ. Verba oris eius iniqtas ⁊ dol⁹: noluit intelligere vt bñ ageret. Iniqtatẽ meditatus est in cubili suo: astitit oĩ vie nõ bone, malitiã aũt nõ odiuit. Dñe in celo mĩa tua: ⁊ veritas tua vsq; ad nubes. Justitia tua sicut montes dei: iudicia tua abyssus multa. Homines ⁊ iumẽta saluabis dñe: quẽadmodũ multiplicasti mĩam tuã deus. Filij autẽ hoĩm in tegmine alarũ tuarũ sperabũt. Inebriabunt abybertate domus tue: ⁊ torrẽte voluptatis tue potabis eos. Quoniã apud te est fons vite: ⁊ in lumine tuo videbim⁹ lumẽ. Prorrẽde dñe mĩam tuã sciẽtib⁹ te, ⁊ iustitiã tuã bis q recto sunt corde. Nõ veniat mihi pes superbie: et manus peccatoris nõ moueat me. Ibi ceciderunt omnes qui operantur iniquitatem: expulsi sunt, nec potuerunt stare.

¶ Ipsi Dauid. xxxvj.

Noli emulari in malignãtib⁹, neq; zelaueris facientes iniqtatẽ. Quõm tanquã fenũ velociter arescẽt: ⁊ quẽadmodũ olera herbarũ cito decidẽt. Spera in dño, ⁊ fac bonitatẽ, ⁊ habita terrã, ⁊ pascẽris in diuitijs ei⁹. Delectare in dño: ⁊ dabit tibi petitiones cordis tui. Reuela dño viã tuã, ⁊ spera in eo: ⁊ ipse faciet. Et educet q̃si lumẽ iustitiã tuã, ⁊ iudiciũ tuũ tanquã meridiẽ: subditus esto dño, ⁊ ora eũ. Noli emulari in eo qui prosperat in via sua, in hoĩe faciente iniustitias. Desine ab ira, ⁊ derelinq̃ furorẽ: noli emulari vt malignẽris. Quõm qui malignant exterminabunt: sustinẽtes aũt dñm ipsi hereditabũt terrã. Et adhuc pusillũ, ⁊ nõ erit peccator: ⁊ q̃res locũ eius, ⁊ nõ inuenies. Mansueti autẽ hereditabũt terrã, ⁊ delectabunt in multitudine pacis. Obseruabit peccator iustũ: ⁊ stridebit sup eũ dẽtibus suis. Dñs aũt irridebit eũ: quõm prospicit q̃ venet dies eius. Gladiũ euaginauerunt peccatores, intenderũt arcũ suũ. Vt decipiant pauperẽ ⁊ inopem, vt trucidẽt rectos corde. Gladius eorũ intret in corda ipsor: ⁊ arcus eor q̃ cõfringat. Melius est modicũ iusto sup diuitias peccatorũ multas. Quõm brachia pctor q̃ conterent: cõfirmat aũt iustos dñs. Nouit dñs dies imaculator: ⁊ hereditas eorũ in eternũ erit. Nõ cõfundent in tpe malo, ⁊ in diebus famis saturabuntur: q̃ pctores peribũt. Inimici vero dñi mor vt honorificati fuerint ⁊ exaltati: deficiẽtes quẽadmodũ fumo deficiẽt. Mutuabit peccator, ⁊ nõ soluet: iustus aũt miseret ⁊ retribuet. Quia bñdicentes ei hereditabũt terrã: maledicẽtes aũt ei, disperibũt. Apud dñm gressus hoĩs dirigent: et viã eius volet. Cũ ceciderit, nõ collidet: q̃ dñs supponit manũ suã. Junior fui, etenim senui: ⁊ non vidi iustũ derelictũ nec semẽ ei⁹ querẽs panẽ. Tota die miseret ⁊ cõmodat: ⁊ semen illi⁹ in bñdictiõe erit. Declina a malo, ⁊ fac bonũ, ⁊ inhabita in seculũ seculi. Quia dñs amat iudiciũ: ⁊ nõ derelinquet sanctos suos: in eternũ conseruabunt. Iniusti puniẽtur: ⁊ semẽ impior⁹ peribit. Justi aũt hereditabũt terrã: ⁊ inhabitabũt in seculũ seculi sup eã. Os iusti meditabit sapiẽtiam: ⁊ lingua eius loquet iudiciũ. Lex dei ei⁹ in corde ipsi⁹: ⁊ nõ supplãtabunt gressus eius. Cõsyderat peccator iustũ: ⁊ querit mortificare eũ. Dominus aũt nõ derelinquet eum in manib⁹ ei⁹: nec dãnabit eũ cũ iudicabit illi. Expecta dñm, et custodi viã ei⁹: ⁊ exaltabit te vt hereditate capias terrã: cũ perierint peccatores videbis. Vidi impiũ supereraltatũ ⁊ elevatum sicut cedros Libani. Et trãsiui, ⁊ ecce non erat: quesiui eũ, ⁊ nõ est inuẽtus locus eius. Custodi innocẽtiam, ⁊ vide equitatem: quoniã sunt reliquie homini pacifico. Iniusti autem disperibũt: simul reliquie impiorum interibũt. Salus autẽ iustorũ a domino: ⁊ protector eorũ in tẽpore tribulationis. Et adiuuabit eos dñs, et liberabit eos: et eruet eos a peccatoribus, ⁊ saluabit eos: quia sperauerũt in eo.

mat. v.a.

ecclĩ.c.

Esa. lj.c.

¶ Psalmus in rememoratione: diei sabbathi. xxxvij.

Domine, ne in furore tuo arguas me, neq; in ira tua corripias me. Quõm sagitte tue infixe sunt mihi: ⁊ cõfirmasti sup me manũ tuã. Nõ est sanitas in carne mea a facie ire tue: non est pax ossibus meis a facie pcatorũ meorũ. Quõm iniqtates mee supergresse sunt caput meũ ⁊ sicut on⁹ graue grauate sunt sup me. Putruerũt ⁊ corrupte sunt cicatrices mee a facie insipiẽtie mee. Miser fact⁹ sum ⁊ curuat⁹ sum vsq; in finẽ: tota die contristatus ingrediebar. Quõm lũbi mei impleti sunt illusiõibus: ⁊ nõ est sanitas in carne mea. Afflict⁹ sum ⁊ hũiliat⁹ sum nimis: rugiebã a gemitu cordis mei. Dñe, aũ te oẽ desyderiũ meũ ⁊ gemitus me⁹ a te nõ est abscõditus. Cor meũ cõturbatũ est, dereliqt me virt⁹ mea: ⁊ lumẽ oculorũ meor q̃ ipm nõ est mecũ. Amici mei ⁊ primi mei, aduersum me appropiq̃uerũt ⁊ steterũt. Et q̃ iuxta me erãt de lõge steterũt: et vim faciebant qui q̃rebãt aĩam meã. Et q̃ ingrebãt mala mihi locuti sunt vanitates ⁊ dolos tota die meditabantur. Ego aũt tanq̃ surdus, nõ audiebã: ⁊ sicut mutus nõ aperiens os suũ. Et factus sum sicut hõ nõ audiens, ⁊ nõ habens in ore suo redargutiones. Quõm in te dñe speraui, tu exaudies me dñe deus meus. Quia dixi, Nequã supergaudeant mihi inimici mei: ⁊ dũ cõmouent pedes mei, sup me magna locuti sunt. Quõm ego in flagella parat⁹ sum: ⁊ dolor meus in cõspectu meo semp. Quõm iniquitatẽ meã annũtiabo: ⁊ cogitabo p peccato meo. Inimici autẽ mei vivũt, ⁊ confirmati sunt sup me: ⁊ multiplicati sunt qui oderũt me iniq̃. Qui retribuũt mala pro bonis, detrahebãt mihi qm̃ sequebar bonitatem. Ne derelinquas me domine deus meus: ne discesseris a me. Intende in adiutorium meum, dñe deus salutis mee.

¶ In finem pro Jdithum canticum Dauid. xxxviij.



Dixi, Custodiã vias meas: vt nõ delinquã in lingua mea. Posui ori meo custodiã: cũ consisteret peccator aduersum me. Obmutui, ⁊ humiliatus sum, ⁊ silui a bonis: ⁊ dolor meus renouatus est. Cõcaluit cor meũ intra me: ⁊ in meditatiõe mea exardescet ignis. Locutus sum in lingua mea. Notũ fac mihi dñe finẽ meũ. Et numerũ dierũ meorũ quis est: vt sciã qd desit mihi. Ecce mẽsurabiles posuisti dies meos: ⁊ substãtia mea tanquã nihilũ aũ te. Verũtamen vniuersa vanitas: omis hõ viuens. Verũtamen in imagine pertransit hõ: sed ⁊ frustra cõturbat. Thesaurizat: ⁊ ignorat cui cõgregabit ea. Et nũc q̃ ẽ expectatio mea: nonne dñs, ⁊ substãtia mea apud te est: Ab omnibus iniqtatibus meis eripe me: opprobrium insipienti dedisti me. Obmutui, ⁊ non aperui os meũ, quõm tu fecisti: amoue a me plagas tuas. A fortitudine manus tue ego defeci in increpationibus: propter iniquitatem corripuisti hoiem. Et tabescere fecisti sicut araneã animã eius, verũtamen vane conturbatur omnis homo. Exaudi orationem meã dñe, et deprecationem

cationem meā auribus pape lacrymas meas. Ne sileas: quō aduena ego sum apud te & pegrinus, sicut oēs pres mei. Remitte mihi, vt refrigerer prius & abeā: & amplius nō ero.

℣ In finem, Psalmus Dauid. xxxix.

EXpectans expectaui dñm: et intendit mihi. Et exaudiuit pces meas, & eduxit me de lacu miserie, et de luto fecis. Et statuit supra petram pedes meos, & direxit gressus meos. Et imisit in os meū cāticū nouum, carmen deo nro. Videbūt multi & timebunt: & sperabūt in dño. Beat⁹ vir cuius est nomē dñi spes eius: et nō respexit in vanitates, & insanias falsas. Multa fecisti tu dñe deus meus mirabilia tua: & cogitationibus tuis nō est q̄ similis sit tibi. Annūtiani & locut⁹ sum: multiplicate sunt sup numerū. Sacrificiū & oblationē noluisti: aures aūt pfecisti mihi. Holocaustū et p̄ peccato non postulasti: tunc dixi. Ecce venio. In capite libri scriptū est de me vt facerē volūtatē tuā: deus meus volui, et legē tuā in medio cordis mei. Annūtiani iustitiā tuā in ecclesia magna: ecce labia mea nō prohibebo, dñe tu scisti. Justitiā tuā nō abscōdi in corde meo, veritatē tuā & salutare tuū dixi. Nō abscōdi miam tuā & veritatē tuā a cōcilio multo. Tu aūt dñe ne lōge facias miserationes tuas a me: miā tua & veritas tua semper suscepērūt me. Quīm circūdederūt me mala quorū nō est numer⁹: cōprehenderūt me iniqtates mee, & nō potui vt viderem. Multiplicate sunt sup capillos capitis mei: et cor meū dereliquit me. Complaceat tibi dñe vt eruas me: dñe ad adiuuādum me respice. Cōfundant & reuereant simul: q̄ q̄rūt aiaz meā vt auferant eā. Cōuertant retrorsum & reuereant qui volūt mihi mala. Ferāt cōfestim cōfusionē suā, q̄ dicūt mihi. Euge, euge. Exultēt & letent sup te oēs q̄rētes te, & dicant semper, magnificet dñs, q̄ diligunt salutare tuum. Ego autem mēdicus sum & paup, dñs solicitus est mei. Adiutor meus & protector meus tu es: deus meus ne tardaueris.

℣ In finem Psalmus Dauid. xl.

BEat⁹ vir q̄ intelligit sup egenū & pauperē: in die mala liberabit eū dñs. Dñs cōseruet eū, & viuificet eū, & beatū faciat eū in terra: & nō tradat eū in aiam inimicorū ei⁹. Dñs opē ferat illi sup lectū doloris eius: vniuersuz stratū ei⁹ versasti in infirmitate ei⁹. Ego dixi, Dñe miserere mei: sana aiam meā, q̄ peccaui tibi. Inimici mei dixerunt mala mihi, q̄m morie & peribit nomē ei⁹? Et si ingrediebāt vt videret, vana loqbāt cor ei⁹: cōgregabant iniqtatē sibi. Egrediebāt foras: et loquebāt in idipsum. Aduersum me susurrabāt oēs inimici mei: aduersum me cogitabāt mala mihi. Verbū iniquū cōstituerūt aduersuz me. Nūgd q̄ dormit non adijciet vt resurgat? Et teū hō pacis mee in q̄ sperauī, q̄ edebat panes meos: magnificauit sup me supplātationē. Tu aūt dñe miserere mei, & resuscita me: retribuā eis. In hoc cognouī q̄m voluisti me: q̄m nō gaudebit inimicus meus sup me. Me aūt p̄ter innocētiā suscepisti: & confirmasti me in conspectu tuo in eternum. Bñdictus dñs deus Israel a seculo & vsq̄ in seculū: fiat fiat.

℣ In finem intellectus filijs core Psalmus. xlj.

QUemadmodū desyderat cervus ad fontes aquarū: ita desyderat aia mea ad te deus. Sitiuit aia mea ad deū fontē viuū, q̄n veniā et apparebo añ faciē dei? Fuerūt mihi lachryme mee panes die ac nocte: dū dicit mihi quotidie. Ubi est deus tuus? Hec recordatus sum, & effudi in me aiam meā: q̄m transibo in locū tabernaculi admirabilis vsq̄ ad domū dei. In voce exultationis & cōfessionis sonus epulātis. Quare tristis es aia mea: & quare cōturbas me? Spera in deo, q̄m adhuc cōfitebor illi: salutare vultus mei, & deus meus. Ad meip̄m anima mea cōturbata est: p̄pterea memor ero tui de terra Jordanis, & Hermonijm a mōte modico. Abyssus abyssū inuocat in voce cataractarū tuarū. Oia excelsa tua & fluctus tui sup me trāsierūt. In die mādauit dñs miam suā, & nocte cāticū eius. Apud me or⁹ deo vite mee: dicam deo, suscep⁹ meus es. Quare oblit⁹ es mei: & q̄re cōtristat⁹ incedo, dum affligit me inimic⁹? Dū confringunt ossa mea: exprobrauerunt mihi qui tribulāt me inimici mei. Dū dicūt mihi per singulos dies. Ubi est deus tuus? quare tristis es aia mea: & quare conturbas me? Spera in deo, quoniam adhuc confitebor illi: salutare vultus mei, & deus meus.

℣ Psalmus filijs core. xlij.

JUdica me deus, & discerne cām meā de gēte non sancta: ab hoie iniquo et doloso erue me. Quia tu es deus fortitudo mea: q̄re me repulisti? & quare tristis incedo, dum affligit me inimicus? Emitte lucē tuā, & veritatē tuā: ipsa me deduxerūt & adduxerunt in mōtē sanctū tuū, & in tabernacula tua. Et introibo ad altare dei: ad deū qui letificat iuuentutem meā. Confitebor tibi in cithara deus deus meus: quare tristis es anima mea? et quare cōturbas me? Spera in deo, quoniam adhuc confitebor illi: salutare vultus mei, & deus meus.

℣ In finem filijs core ad intellectum. xliij.

DEus auribus nris audiuim⁹: patres nri annūtiauerūt nobis. Opus quod operatus es in diebus eorū, & in dieb⁹ antiquis. Manus tua gētes dissperdidit, & plātasti eos: afflixisti pp̄los, et expulisti eos. Nec enī in gladio suo possederūt terrā, & brachium eorū nō saluauit eos. Sed dextera tua, & brachiū tuū, & illuminatio vultus tui: q̄n complacuisti in eis. Tu es ipse rex meus & deus meus: q̄ mandas salutes Jacob. In te inimicos nros vētilabimus cornu: & in noie tuo spernemus insurgētes in nobis. Nō enī in arcu meo sperabo: & gladius me⁹ nō saluabit me. Saluasti enī nos de affligēti b⁹ nos: & odiētes nos cōfudisti. In deo laudabimur tota die: & in nomine tuo cōfitebimur in secula. Nūc aūt repulisti & cōfudisti nos: et non egredieris deus in virtutibus nostris. Auertisti nos retrorsum post inimicos nostros: & q̄ oderūt nos diripiebāt sibi. Dedisti nos tanq̄ oues escarū: & in gentibus dispersisti nos. Vēdidisti pp̄lm tuū sine p̄tio: & nō fuit multitudo in cōmutationib⁹ eorū. Posuisti nos opprobriū vicinis nris, subsannationē & derisum his q̄ sunt in circūtu nro. Posuisti nos in similitudinē gētibus: cōmotionē capitis in populis. Tota die verecūdia mea ꝫ me est, & confusio faciei mee cooperuit me. A voce exprobrātis & obloquētis, a facie inimici & persequētis. Hec oia venerūt sup nos, nec obliti sumus te: & inique nō egim⁹ in testō tuo. Et nō recessit retro cor nostrū: & declinasti semitas nostras a via tua. Quīm humiliasti nos in loco afflictionis: & cooperuit nos vmbra mortis. Si obliti sumus nomen dei nostri: & si expandimus manus nostras ad deū alienū. Nōne deus requiret ista? ipse enī nouit abscōdita cordis. Quīm p̄pter te mortificamur tota die: estimati sumus sicut oues occisiōis. Exurge, quare obdormis dñe: exurge, & ne repellas in finē. Quare faciē tuā auertis? obliuiscēris inopie nre, & tribulationis nostre? Quīm humiliata est in puluere aia nostra: cōglutinat⁹ est in terra vēter nr̄. Exurge dñe adiuua nos: & redime nos p̄pter nomē tuū.

ro. viij. g.

℣ In finem pro ijs qui cōmutabuntur: filijs core ad intellectum: canticum pro dilecto. xliij.

ERuctauit cor meū verbū bonum: dico ego opa mea regi. Lingua mea calamus scribe velociter scribētis. Speciosus forma pre filijs hominum, diffusa est gr̄a in labijs tuis: p̄pterea bñdixit te deus in eternū. Accingere gladio tuo super femur tuum, potētissime. Specie tua & pulchritudine tua, intende prospere, procede, & regna. Propter veritatē & mansuetudinē & iustitiā: & deducet te mirabiliter dextera tua. Sagitte tue acute (populi sub te cadent) in corda inimicorū regis. Sedes tua deus in seculū seculi: virga directionis virga regni tui. Dilexisti iustitiā, & odisti iniquitatē: p̄pterea vnxit te deus deus tuus oleo letitie, pre consortibus tuis. Myrrha et gutta et casia a vestimētis tuis a domib⁹ eburneis: ex q̄b⁹ delectauerunt te filie regum in honore tuo. Astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato, circūdata varietate. Audi filia & vide, et inclina aurem tuam: & obliuiscere populum tuum, et domum patris tui. Et concupiscet rex decorem tuum: quoniam ipse est dominus deus tuus, et adorabunt eum.

Heb. J. c.

Matth. xvj. b. Marci viij. b. Luce viij. b. Joham. viij. b. Act. j. c.

Et filie Tyri, in muneribus vultū tuū deprecabunt oēs di-
uites plebis. Omis gloria eius filie regis ab intus, in fimbrijs
aureis circūamicta varietatibus. Adducent regi virgines
posteā: prime eius afferent tibi. Afferent in letitia et exulta-
tiōe, adducent in tēplū regis. Pro pfibus tuis nati sunt tibi
filij, cōstitues eos principes super omnem terram. Memor
ero nominis tui domine in omni gnatione et gnationē. Pro
pterea populi cōfitebunt tibi in eternum, et in seculū seculi.

℣ In finē filijs core pro arcanis. Psalmus. xlv.

DEus nr refugiū et virt⁹: adiutor in tribulatiōib⁹
q̄ inuenerūt nos nimis. Propterea nō timebim⁹
dū turbabit terra, et trāsferent mōtes in cor ma-
ris. Sonuerūt et turbate sunt aq̄ eorū: cōturbati
sunt mōtes in fortitudine eius. Flumnis impetus letificat
ciuitatē dei: sanctificauit taberna culū suū altissim⁹. Deus
in medio eius nō cōmouebit: adiuuabit eā deus mane dilu
culo. Cōturbate sunt gētes, et inclinata sunt regna: dedit vo
cem suā, mota est terra. Dñs virtutū nobiscū: susceptor no
ster deus Jacob. Venite, et videte opa dñi, q̄ posuit pdigia
sup terrā: auferēs bella vsq; ad finē terre. Arcū cōteret et cō
fringet arma: et scuta cōburet igni. Vacate, et videte q̄m ego
sum deus: exaltabor in gētibus, et exaltabor in terra. Dñs
virtutum nobiscum: susceptor noster deus Jacob.

℣ In finem pro filijs core. Psalmus. xlvj.

OMnes gētes plaudite manibus: iubilate deo in
voce exultationis. Q̄m dñs excelsus, terribilis,
rex magn⁹ sup oēm terrā. Subiecit populos no-
bis: et gētes sub pedib⁹ nr̄is. Elegit nobis here-
ditatē suā: spēm Jacob quē dilexit. Ascendit de⁹ in iubilo:
dñs in voce tube. Psallite deo nostro, psallite: psallite regi
nostro, psallite. Q̄m rex omnis terre deus: psallite sapiēter.
Regnabit deus super gentes, deus sedet super sedē sanctā
suā. Principes populorū cōgregati sunt cū deo Abrahā:
quoniam dij fortes terre vehementer eleuati sunt.

℣ Psalmus cāntici filijs core seōa sabbati. Psalm⁹. xlvij.

MAgn⁹ dñs et laudabilis nimis in ciuitate dei nr̄i,
i mōte sctō ei⁹. Fūdat exultatiōe vniuerse terre:
mons sion, latera aquilonis, ciuitas regis magni.
De⁹ in domib⁹ ei⁹ cognoscet: cū suscipiet eam.
Q̄m ecce reges terre cōgregati sunt: cōuenerūt in vnū. Ipsi
vidētes, sic admirati sunt, cōturbati sunt, cōmoti sunt: tre-
mor apprehēdit eos. Ibi dolores vt pturiētis: in spū vehe-
mēti cōteres naues Tharsis. Sicut audiuim⁹ sic vidim⁹ in
ciuitate dñi virtutū, in ciuitate dei nr̄i: de⁹ fundauit eam in
eternū. Suscepim⁹ de⁹ mīam tuā in medio tēpli tui. Scōm
nomē tuū de⁹, sic et la⁹ tua in fines terre: iustitia plena est de-
xtera tua. Letet mons sion, et exultēt filie Jude: pptere iudi
cia tua dñe. Circūdate siō, et cōplectimini eā, narrate in tur
ribus eius. Ponite corda vestra in virtute ei⁹, et distribuite
domos eius, vt enarretis in pgenie altera. Q̄m hic est de⁹,
deus nr̄ in eternū, et in seculū seculi: ipse reget nos in secula.

℣ In finem filijs core. Psalmus. xlviij.

*Psalmo. lxxvij.

AUdite hec oēs gētes: auribus percipite oēs q̄ habi-
tatis orbē. Quiq; terrigene et filij hoīm simul in
vnū dines et pauper. Os meū loquet sapientiā:
et meditatio cordis mei prudentiā. Inclinabo in
parabolā aurē meā, aperiā in psalterio propositionē meā.
Cur timebo in die malā: iniquitas calcanei mei circūdabit
me. Qui confidūt in virtute sua: et in multitudie diuitiar⁹ sua-
rū gloriant. Frater nō redimit, redimet hō: non dabit deo
placationē suā. Et pciū redēptionis aie sue: et laborabit in
eternū, et vinet adhuc in finē. Nō videbit interitū, cū viderit
sapiētes moriētes: simul insipiēs et stultus peribūt. Et relin-
quēt alienis diuitias suas: et sepulchra eor̄ domus illor̄ in
eternū. Tabernacula eor̄ in pgenie et pgenie, vocauerūt
noīa sua in terris suis. Et hō cū in honore esset nō intellexit:
cōparatus est iumētis insipiētibus, et similis factus est illis.
Hec via illor̄ scandalū ipsis: et postea in ore suo complace
bunt. Sicut oues in inferno positi sunt: mors depascet eos.
Et dñabunt eorū iusti in matutino: et auxilium eor̄ vetera-
scet in inferno a gloria eorū. Verūtū deus redimet aiam
meā de manu inferi cū acceperit me. Ne timueris cū diues
factus fuerit hō: et cū multiplicata fuerit gloria dom⁹ eius.
Q̄m cū interierit, nō sumet oia: neq; descendet cū eo gloria
eius. Quia aia eius in vita ipsius benedicet: confitebit tibi
cū bñfeceris ei. Introibit in pgenies patrū suorū: et vsq; in
eternū nō videbit lumē. Hō cū in honore esset nō intellexit:
cōparatus est iumentis insipientibus, et silis factus est illis.

℣ Psalmus Asaph. xlix.

DEus deorū dñs locutus est: et vocauit terram. A
solis ortu vsq; ad occasum: ex Sion species de-
coris eius. Deus manifeste veniet: deus noster,
et nō silebit. Ignis in cōspectu eius exardescet: et
in circūtu ei⁹ tēpestas valida. Aduocauit celū desursum:
et terrā discernere pp̄lm suū. Cōgregate illi sanctos eius: q̄
ordināt testm̄ eius super sacrificia. Et annūtiabunt celi iu-
stitiā eius: q̄m deus iudex est. Audi pp̄le me⁹, et loq̄r: Isrl, et
testificabor tibi: deus deus tuus ego sum. Non in sacrificijs
tuis arguam te: holocausta autē tua in cōspectu meo sunt
semp. Nō accipiā de domo tua vitulos: neq; de gregib⁹ tuis
hircos. Q̄m mee sunt oēs fere syluarū, iumēta in mōtibus,
et boues. Cognoui oia volatilia celi: et pulchritudo agri me
cum est. Si esuriero, nō dicā tibi: meus est enī orbis terre: et
plenitudo eius. Numq̄d māducabo carnes taurorū: aut san-
guinē hircorum potabo? Immola deo sacrificiū laudis: et
redde altissimo vota tua. Et invoca me in die tribulatiōis:
eruā te: honorificabis me. Peccatori aūt dixit de⁹. Quare
tu enarras iustitias meas, et assumis testm̄ meū per os tuū?
Tu vero odisti disciplinā: et pieciste sermones meos retror-
sum. Si videbas furē, currebas cū eo, et cum adulteris por-
tionē tuā ponebas. Os tuū abūdauit malitia: et lingua tua
cōcinnabat dolos. Sedens, aduersus fratrē tuum loqueba
ris, et aduersus filiū mr̄is tue ponebas scādalū: hec feciste et
tacui. Existimasti inique q⁹ ero tui silis: arguā te, et statuā cō
facie tuā. Intelligite hec q̄ obliuiscimini deū: nequando ra
piat, et nō sit qui eripiat. Sacrificium laudis honorificabit
me: et illic iter quo ostendam illi salutare dei.

℣ In finem Psalmus Dauid cum venit ad eum Nathā
propheta: quando intrauit ad Bethsabee. ij. reg. xij. l.

MIserere mei deus scōm magnā mīam tuam. Et
scōm multitudinē miserationū tuar⁹ dele iniqui-
tatē meā. Amplius laua me ab iniqtate mea: et
a peccato meo munda me. Q̄m iniquitatē meā Ro. iij. a
ego cognosco: et pctm̄ meū cōtra me est semp. Tibi soli peccaui,
et malū coram te feci: vt iustificeris in sermonib⁹ tuis, et vincas
cum iudicaris. Ecce enī in iniquitatibus cōceptus sum: et in
peccatis cōcepit me mr̄ mea. Ecce enī veritatē dilexisti: in-
certa et occulta sapiētie tue manifestasti mihi. Asperges me
hyssopo, et mundabor: lauabis me, et sup niuē dealbabor.
Auditui meo dabis gaudiū et letitiā: et exultabūt ossa hūi-
liata. Auerte faciē tuā a pctis meis: et oēs iniquitates meas
dele. Cor mūdū crea in me de⁹: et spm̄ rectū innoua in visce
ribus meis. Ne pijcias me a facie tua: et spm̄ sanctū tuū ne
auferas a me. Redde mihi letitiā salutaris tui: et spū pnci-
pali cōfirma me. Docebo iniq̄s vias tuas: et impij ad te cōver
tent. Libera me de sanguinib⁹ de⁹ de⁹ salutis mee: et exalta
bit lingua mea iustitiā tuam. Dñe labia mea aperies, et os
meū annūtiabit laudē tuā. Q̄m si voluisses sacrificium de-
disssem. vtiq; holocaustis nō delectaberis. Sacrificiū deo,
spūs cōtribulatus: cor cōtritū et humiliatū deus nō despi-
cies. Benigne fac dñe in bona voluntate tua Sion, vt edifi-
centur muri Jerusalē. Tūc acceptabis sacrificiū iustitie, ob-
lationes et holocausta, tūc imponēt super altare tuū vitulos.

℣ In finē intellectus Dauid: cū venit ad eū Doeg Idu
meus: et annūtiauit Saul: et dixit, venit Dauid in domū
Abimelech. j. reg. xxij. b. lj.

QUid gloriaris in malitia, q̄ potēs es in iniquita-
te: Tota die iniustitiam cogitauit lingua tua: si-
cut nouacula acuta feciste dolū. Dilexisti malī-
tiā sup benignitatē: iniqtatē magis, q̄ loqui equi-

tatem.

tem. Diliſti omnia verba precipitatiõis, lingua doloſa. Propterea deꝰ deſtruet te in finẽ: euellet te, et emigrabit te de tabernaculo tuo, ⁊ radicẽ tuã de terra viuẽtiũ. Videbũt iuſti ⁊ timebũt, ⁊ ſup eũ ridebũt: ⁊ dicẽt. Ecce homo qui non poſuit deũ adiutorẽ ſuũ. Sed ſperauit in multitudine diuitiarum ſuarum: ⁊ preualuit in vanitate ſua. Ego autẽ ſicut oliua fructifera in domo dei, ſperaui in miſericordia dei in eternũ, ⁊ in ſeculũ ſeculi. Confitebor tibi in ſeculũ qꝛ feciſti, ⁊ expectabo nomẽ tuũ, qm̃ bonũ eſt in cõſpectu ſcõꝝ tuorũ.

¶ In finem pro Mahalath intelligentia Dauid. liij.



Dixit inſipiẽs in corde ſuo, Non eſt deꝰ. Corrupti ſunt ⁊ abominabiles facti ſunt in iniqtatibꝰ, nõ ẽ qꝫ faciat bonũ. Deꝰ de celo pſperit ſup filios hominũ: vt videat ſi eſt intelligẽs: aut requirens deũ. Oẽs declinauerũt, ſimul inutiles facti ſunt, non eſt qꝫ faciat bonũ, nõ eſt vſqꝫ ad vnũ. Nõne ſciẽt oẽs qꝫ operant iniqtatẽ, qꝫ deuorãt plebẽ meã vt cibũ panis? ⁊ Deũ nõ inuocauerũt: illic trepidauerũt timore, vbi nõ erat timor. Qm̃ deꝰ diſſipauit oſſa eorũ qꝫ hoibꝰ placẽt: cõfuſi ſunt, qm̃ deus ſpreuit eos. Quis dabit ex Sion ſalutare Iſrl? cũ cõuerterit deus captiuitatẽ plebis ſue, exultabit Iacob, ⁊ letabit Iſrael.

¶ In finẽ in carminibꝰ intellectꝰ dauid cũ veniſſent zyphei: ⁊ dixiſſent ad ſaul, Nõne dauid abſcõditꝰ eſt apud nos? liij.

Deus in noſe tuo ſaluũ me fac, ⁊ in virtute tua iudica me. Deꝰ exaudi oratiõẽ meã, auribꝰ percipe verba oris mei. Qm̃ alieni inſurrexerũt aduerſum me, ⁊ fortes queſierũt aiam meã: ⁊ non ꝓpoſuerũt deũ ante cõſpectũ ſuũ. Ecce enim deꝰ adiuuat me, et dñs ſuſceptor eſt aĩe mee. Auerte mala inimicis meis: et in veritate tua diſperde illos. Voluntarie ſacrificabo tibi: ⁊ confitebor nomini tuo dñe qm̃ bonũ eſt. Qm̃ ex oĩ tribulatione eripuiſti me, ⁊ ſup inimicos meos deſpexit oculus meus.

¶ In finem in carminibus intellectus Dauid. liiij.

Exaudi deꝰ oratiõẽ meã, ⁊ ne deſpexeris deprecatiõẽ meam: intẽde mihi, ⁊ exaudi me. Cõtriſtatus ſum in exercitatione mea: et conturbatus ſum a voce inimici ⁊ a tribulatione peccatoris. Qm̃ declinauerũt in me iniqtates: ⁊ in ira moleſti erãt mihi. Cor meũ cõturbatũ eſt in me: ⁊ formido mortis cecidit ſup me. Timor ⁊ trẽmor venerũt ſup me: ⁊ contexerũt me tenebre. Et dixi. Quis dabit mihi pẽnas ſicut columbe: ⁊ volabo ⁊ requieſcã? Ecce elongaui fugiẽs: ⁊ mansi in ſolitudine. expectabã eũ qꝫ ſaluũ me fecit a puſillanimitate ſpũs, ⁊ tempeſtate. Precipita dñe, divide linguas eorũ: qm̃ vidi iniqtatẽ ⁊ cõtradictiõẽ in ciuitate. Die ac nocte circũdabit eã ſup muros eiꝰ iniqtas: ⁊ labor in medio eiꝰ, et iniuſtitia. Et nõ defecit de plateis eiꝰ vſura ⁊ dolus. Qm̃ ſi inimicꝰ meus maledixiſſet mihi: ſuſtinuiſſem vtiqꝫ. Et ſi is qꝫ oderat me, ſup me magnalocutꝰ fuiſſet: abſcõdiſſem me forſitã ab eo. Tu vero homo vnanimis, dux meꝰ ⁊ notus meꝰ. Qui ſimul mecũ dulces capiebas cibos: in domo dei ambulauimꝰ cũ cõſenſu. Veniat mors ſup illos: ⁊ deſcẽdãt in infernũ viuentes. Qm̃ nequitie in habitaculis eorũ in medio eorũ. Ego autem ad deũ clamaui: ⁊ dñs ſaluauit me. Veſpere, ⁊ mane: et meridie narrabo ⁊ annũtiabo, ⁊ exaudiet vocẽ meã. Redimet in pace aiam meã ab his qꝫ appropinquant mihi: qm̃ inter multos erãt mecũ. Exaudiet deus, ⁊ humiliabit illos: qui eſt ante ſecula. Nõ enim eſt illis cõmutatio, ⁊ nõ timuerũt deũ: extẽdit manũ ſuã in retribuẽdo. Cõtaminauerũt teſtamentũ eiꝰ, diuiſi ſunt a ira vultꝰ eius: et appropinquit cor illius. Mollita ſunt ſermones eiꝰ ſup oleũ: ⁊ ipſi ſunt iacula. Jacta ſup dñm curã tuã, ⁊ ipſe te enutriet: non dabit meternũ fluctuationẽ iuſto. Tu vero deus deduces eos in puteũ interitus. Viri ſanguinum et doloſi, non dimidiabunt dies ſuos, ego autem ſperabo in te domine. Wauh. vj.d. Luce xij.c. j.pet.v.b.

¶ In finẽ pro populo qꝫ a ſanctis longe factꝰ eſt Dauid in tituli inſcriptione cũ tenuerunt eũ Philiſthei in Geth. lv.

Miſerere mei deus, qm̃ cõculcauit me homo: tota die impugnãs tribulauit me. Cõculcauerũt me inimici mei tota die: qm̃ multi bellantes aduerſum me. Ab altitudine diei timebo: ego vero in te ſperabo. In deo laudabo ſermones meos, in deo ſperaui: nõ timebo qd faciat mihi caro. Tota die vba mea execrabant, aduerſum me oẽs cogitatiões eorũ in malũ. Inhabitabũt ⁊ abſcõdent, ipſi calcaneũ meũ obſeruabũt. Sicut ſuſtinuerũt aiam meã, ꝓ nihilo ſaluos facies illos: in ira populos cõfringes. Deus vitã meam annũtiaui tibi: poſuiſti lachrymas meas in conſpectu tuo. Sicut et in promiſſione tua: tunc conuertent inimici mei retrorſum. In quacũqꝫ die inuocauero te: ecce cognoui qm̃ deꝰ meꝰ es. In deo laudabo verbũ, in dño laudabo ſermonẽ: in deo ſperaui, non timebo qd faciat mihi hõ. In me ſunt deꝰ vota tua, que reddã laudationes tibi. Qm̃ eripuiſti aiam meã de morte, et pedes meos de lapſu, vt placeam cor̃ deo in lumine viuentium. ij. Regũ. xxij.c.xxiij.

¶ In finem ne diſperdas Dauid, in tituli inſcriptione: cũ fugeret a facie ſaul in ſpeluncam. lvj.

Miſerere mei deꝰ, miſerere mei, qm̃ in te confidit aĩa mea. Et in vmbra alarũ tuarũ ſperabo, donec tranſeat iniquitas. Clamabo ad deũ altiſſimũ, deũ qui benefecit mihi. Miſit de celo ⁊ liberauit me, dedit in opprobriũ conculcantes me. Miſit deus miſericordiã ſuã ⁊ veritatẽ ſuã, ⁊ eripuit aiam meã de medio catulorũ leonũ: dormiui cõturbatꝰ. Filij hoim, dentes eorũ arma ⁊ ſagitte: ⁊ lingua eor gladius acutus. Exaltare ſup celos deꝰ: ⁊ in oẽm terrã gloria tua. Laqueũ parauerũt pedibꝰ meis: ⁊ incurnauerũt aiam meã. Foderũt ante faciẽ meã foueã: ⁊ inciderũt in eã. Paratũ cor meũ deus, paratum cor meũ: cantabo ⁊ pſalmũ dicam. Exurge gloria mea, exurge pſalterium ⁊ cithara: exurgã diluculo. Confitebor tibi in populis dñe: pſalmũ dicã tibi in gẽtibꝰ. Qm̃ magnificata eſt vſqꝫ ad celos miſia tua, ⁊ vſqꝫ ad nubes veritas tua. Exaltare ſuper celos deus: ⁊ ſuper omnem terram gloria tua. j. Regũ. xxij.c.xxiij. Jo.ij.d.

¶ In finẽ ne diſperdas Dauid in tituli inſcriptiõe. lvij.

Si vere vtiqꝫ iuſtitiam loquimini: recte iudicate filij hoim. Etenim in corde iniquitates operamini in terra, iniuſtitias manus veſtre cõcinnãt. Alienati ſunt peccatores a vulua: errauerunt ab vtero, locuti ſunt falſa. Furor illis ſm̃ ſimilitudinem ſerpentis: ſicut aſpidis ſurde, ⁊ obturãtis aures ſuas. Que non exaudiet vocẽ incãtantiũ, ⁊ venefici incantãtis ſapiẽter. Deus cõteret dẽtes eorũ in ore ipſorũ: molas leonũ cõfringet dñs. Ad nihilũ deuenient tãq̃ aqua decurrẽs: intẽdit arcũ ſuum donec infirmentur. Sicut cera que fluit auferent: ſupercecidit ignis, ⁊ nõ viderũt ſolem. Priuſq̃ intelligerẽt ſpine veſtre rhamnũ: ſicut vmbr̃ ſic in ira abſorbet eos. Letabitur iuſtus cũ viderit vindictam: manus ſuas lauabit in ſanguine peccatoris. Et dicet homo. Si vtiqꝫ eſt fructus iuſto: vtiqꝫ eſt deus iudicans eos in terra.

¶ In finẽ ne diſperdas Dauid in tituli inſcriptiõe: qm̃ miſit ſaul, ⁊ cuſtodiuit domũ eius vt interficeret eum. lvij.

Eripe me de inimicis meis deꝰ meus: ⁊ ab inſurgentibus in me libera me. Eripe me de operãtibus iniquitatem: et de viris ſanguinũ ſalua me. Quia ecce ceperũt aiam meã: irruerũt in me fortes. Neqꝫ iniquitas mea, neqꝫ peccatũ meũ dñe, ſine iniquitate cucurri et direxi. Exurge in occurſum meũ et vide: et tu j. Regũ. xix.

Universidad de Deusto Biblioteca

dñe deus virtutū deus Jsrael. Intēde ad visitādas oēs gentes: nō miserearis oibus qui operant iniquitatē. Conuertētur ad vesperā, & famē patiētur vt canes: & circūibūt ciuitatē. Ecce loquent in ore suo, & gladi⁹ in labijs eorū: qm̄ quis audiuit? Et tu dñe deridebis eos, & ad nihilū deduces oēs gētes. Fortitudinē meā ad te custodiā, quia deus susceptor me⁹ es: deus me⁹ misericordia ei⁹ preueniet me. Deus ostēdit mihi sup inimicos meos, ne occidas eos: neq̄ obliuiscant ppli mei. Disperge illos in virtute tua: & depone eos protector me⁹ dñe. Delictū oris eor sermonē labior ipsor, & cō prehēdant in superbia sua. Et de execratiōe & mēdacio annūtiabunt in cōsummatione: in ira cōsummationis, & nō erūt. Et sciēt quia deus dñabit Jacob, & finū terre. Conuertent ad vesperā, & famē patient vt canes: & circūibunt ciuitatē. Ipsi dispergent ad māducādū: si vero nō fuerint saturati, & murmurabunt. Ego aūt cātabo fortitudinē tuā, & exaltabo mane misericordiā tuā. Quia factus es susceptor me⁹, & refugium meū in die tribulatiōis mee. Adiutor mens tibi psallā, quia deus susceptor meus es: deus meus misericordia mea.

℣ In finem, p ijs qui immutabunt, in tituli inscriptiōe ipsi Dauid in doctrinam, cum succēdit Syriā mesopotamie: & Syriam Soba, & conuertit Joab, & percussit Jdumeam in valle Salinarū duodecim millia. lix.

ñ. Re. Būvtij. & j. Paral. xviij.

Deus repulisti nos, & destruxisti nos, iratus es et misert⁹ es nobis. Cōmouisti terrā, et cōturbasti eā: sana cōtritiones ei⁹, quia cōmota est. Ostendisti pplo tuo dura: potasti nos vino compunctionis. Dedisti metuētib⁹ te significationē: vt fugiant a facie arc⁹? Vt liberent dilecti tui: saluū fac dextera tua, et exaudi me. Deus locut⁹ est in sancto suo. Letabor, & ptibor Sichimā, & cōuallē tabernaculorū metibor. Mē⁹ est Galaad, & meus est Manasses: & Ephraim fortitudo capitis mei. Juda rex me⁹, Moab olla spei mee. In Jdumeā extēdā calceamētū meū mihi alienigene subditi sunt. Quis deducet me in ciuitatē munitā: quis deducet me vsq; i Jdumeā: Nōne tu deus q repulisti nos: & nō egredieris deus in virtutib⁹ nr̄is? Da nobis auxiliū de tribulatiōe: quia vana salus hominis. In deo faciemus virtutē: & ipse ad nihilū deducet tribulātes nos.

℣ In finem, in hymnis ps Dauid. lx.

Exaudi deus deprecationē meā: intende orationi mee. Ab finib⁹ terre ad te clamaui, dū anxiaret cor meum: in petra exaltasti me. Deduxisti me, quia factus es spes mea: turris fortitudinis a facie inimici. Inhabitabo in tabernaculo tuo i secula: protegar in velamēto alarū tuarū. Quōm tu deus me⁹ exaudisti orationem meā: dedisti hereditatē timētib⁹ nomē tuū. Dies sup dies regis adijcies: annos ei⁹ vsq; in diē gnationis et gnationis. Permanet in eternū in conspectu dei: misericordiā & veritatem eius quis requiret. Sic psalmum dicā nomini tuo in seculum seculi: vt reddam vota mea de die in diem.

℣ In finem pro Jdithum Psalmus Dauid. lxj.

Nonne deo subiecta erit anima mea: ab ipso enī salutare meū. Nā & ipse deus meus et saluator me⁹: susceptor me⁹, & nō mouebor amplius. Quo usq; irruitis in hoiem: interficitis vniuersi vos: tāq̄ parieti inclinato, & macerie depulse? Verūtamen pretiū meū cogitauerūt repellere: cucurri i siti, ore suo bñdicebāt, & corde suo maledicebāt. Verūtamē deo subiecta esto aia mea: quoniā ab ipso patiētia mea. Quia ipse deus meus & saluator meus: adiutor me⁹, nō emigrabo. In deo saluatore meum, & gloria mea: deus auxiliū mei, & spes mea in deo est. Sperate in eo omnis congregatio populi, effundite coram illo corda vestra: deus adiutor noster in eternū. Verūtamē vani filij hominum, mēdaces filij hominū in stateris: vt decipiant ipsi de vanitate in idipsum. Nolite sperare in iniquitate, & rapinas nolite cōcupiscere: diuitie si affluant, nolite cor apponere. Semel locutus est deus, duo hec audiui: quia potestas dei est, & tibi domine misericordia, quia tu reddes vnicuiq; iuxta opera sua.

Cor. ñ. b. Gal. vj. b j. Regū. xxij.

℣ Psalmus Dauid cum esset in deserto Jdumee. lxij.

Deus deus meus ad te de luce vigilo. Sitiuit in te aia mea, & multipliciter tibi caro mea. In terra deserta, inuia & inaquosa, sic in sancto apparui tibi vt viderē virtutē tuā & gloriā tuā. Quōm melior est mia tua sup vitas: labia mea laudabūt te. Sic bñdicam te in vita mea: & in noīe tuo leuabo manus meas. Sicut adipe & pinguedine repleat aia: & labijs exultatiōis laudabit os meū. Si memor fui tui sup stratū meū: in matutinis meditabor in te q⁹ fuisti adiutor meus. Et in velamēto alarū tuarū exultabo, adhesit anima mea post te, me suscepit dextera tua. Ipsi vero in vanū q̄sierūt aiam meā, introibūt in inferiora terre, tradētur in manus gladij, partes vulpium erunt. Rex vero letabit in deo, laudabunt omnes qui iurāt in eo, quia obstructum est os loquentium iniqua.

℣ In finem Psalmus Dauid. lxiij.

Exaudi deus orationē meā cū deprecor: a timore inimici eripe aiam meā. Protexisti me a cōuentu malignātiū: a multitudine operātū iniquitatē. Quia exacuerūt vt gladiū linguas suas, intēderūt arcū rē amarā: vt sagittēt i occultis imaculatū. Subito sagittabūt eū, & nō timebūt: firmauerūt sibi sermonē nequā. Narrauerūt vt abscōderēt laqueos: dixerunt, quis videbit eos? Scrutati sunt iniquitates, defecerūt scrutātes scrutinio. Accedet hō ad cor: altū, & exaltabit⁹ deus. Sagitte parulorū facte sunt plage eorū, & infirmate sunt cōtra eos lingue eor. Cōturbati sunt oēs q videbāt eos, & timuit oīs homo. Et annūntiauerūt opera dei: & facta ei⁹ intellexerūt. Letabitur iustus in dño, & sperabit in eo: & laudabunt oēs recti corde.

℣ In finem Psalmus Dauid. lxiiij.

Te decet hymn⁹ deus in Sion: & tibi reddet votū in Jerusalē. Exaudi deus orationē meā, ad te oīs caro veniet. Verba iniquor⁹ prevaluerūt sup nos: & impietatib⁹ nr̄is tu ppitiaberis. Beat⁹ quē elegisti & assumpsisti: inhabitabit i atrijs tuis. Replebimur in bonis domus tue: sanctū est templū tuū, mirabile in equitate. Exaudi nos deus salutaris noster: spes oīm finū terre, & in mari lōge. Preparās mōtes in vtute tua, accinct⁹ potētia: q cōturbas profundū maris, sonū fluctuū ei⁹. Turbabunt gētes, & timebūt q habitāt terminos, a signis tuis: exitus matutini & vespere delectabis. Visitasti terrā & inebriasti eam: multiplicasti locupletare eam. Flumē dei repletū est aquis: parasti cibū illor: quia ita est apparatio ei⁹. Rivos ei⁹ inebriās, multiplica genimina eius in stillicidijs eius letabit germinans. Benedices corone anni benignitatis tue, & campi tui replebunt vbertate. Pinguescent speciosa deserti: & exultatione colles accingent. Indut⁹ sunt arietes ouium: & valles abundabūt frumento: clamabunt, etenim hymnum dicēt.

℣ In finem Psalmus Dauid. lxv.

Jubilate deo oīs terra, psalmum dicite nomini eius: date gloriā laudi ei⁹. Dicite deo. Quā terribilia sunt opa tua dñe: in multitudine virtutis tue mentient tibi inimici tui. Omis terra adoret te, et psallat tibi, psalmum dicat nomini tuo. Venite, et videte opera dei: terribilis in cōsilijs sup filios hoim. Qui cōuertit mare in aridā, in flumine ptrāsibūt pedestribi letabimur in ipso. Qui dñatur in virtute sua in eternū, oculi ei⁹ sup gētes respiciunt: q exasperāt, non exaltent in semetipsis. Bñdicite gētes deū nostrū, & auditā facite vocē laudis eius. Qui posuit aiam meā ad vitā: & nō dedit i cōmotionē pedes meos. Quōm pbasti nos deus, igne nos examinasti, sicut examinatur argētū. Induxisti nos in laqueum, posuisti tribulationes in dorso nostro, imposuisti hoies sup capita nostra. Transiimus per ignē & aquā, & eduxisti nos in refrigerium. Introibo in domū tuā in holocaustis: reddā tibi vota mea, q̄ distinxerunt labia mea. Et locutū est os meū in tribulatione mea. Holocausta medullata offerā tibi cū incēso arietum: offerā tibi boues cū hircis. Venite et audite: oēs q timetis deū, & narrabo quanta fecit aie mee. Ad ipsum ore meo clamaui, & exultaui sub lingua mea. Iniquitatē si aspexi in corde meo: nō exaudiet dñs. Propterea exaudiuit de⁹: & attē-

dit voci deprecationis mee. Benedictus deus, qui nō amouit orationem meam, & misericordiam suam a me.

¶ In finem in hymnis Psalmus cantici Dauid. lxvj.

DEus misereat nr̄i, & benedicat nobis: illuminet vultū suum super nos, & misereat nr̄i. Ut cognoscamus in terra viā tuā: in oīb⁹ gētib⁹ salutare tuū. Cōfiteant tibi pp̄li de⁹: confiteant tibi pp̄li oēs. Letent̄ & exultent gentes, q̄m iudicas pp̄los in eq̄tate, & gētes in terra dirigis. Cōfiteantur tibi populi deus, cōfiteant tibi pp̄li oēs: terra dedit fructū suū. Bñdicat nos deus de⁹ nr̄, bñdicat nos deus, & metuant eū oēs fines terre.

¶ In finem Psalmus cantici Dauid. lxvij.

ret me. Perijt fuga a me: & nō est q requirat aiam meā. Cla
maui ad te dñe, dixi. Tu es spes mea, portio mea in terra
viuentiū. Intende ad deprecationē meā: q humiliat⁹ sum
nimis. Libera me a persequētibus me: q cōfortati sunt su
per me. Educ de custodia aiam meam, ad confitendum no
mini tuo: me expectant iusti, donec retribuas mihi.

¶ Psalmus Dauid qū eū filius suus persequebat. cxlij.

OMine exaudi oronē meā, auribus pcipe obse
crationē meā: in veritate tua exaudi me in tua
iustitia. Et nō intres in iudiciū cū seruo tuo: q
nō iustificabit cōspectu tuo oīs viuēs. Quia
persecut⁹ est inimic⁹ aiam meā: humiliauit in terra vitā meā.
Collocauit me i obscuris sicut mortuos seculi, & anxiatus
est sup me spūs me⁹: in me turbatū est cor meū. Memor fui
dierū antiquor⁹ meditat⁹ sum i oīb⁹ opib⁹ tuis: i factis ma
nuū tuarū meditabar. Expādi man⁹ meas ad te: aia mea si
cut terra sine aq̄ tibi. Velociter exaudi me dñe, defecit spiri
tus meus. Nō auertas faciē tuā a me, & similis ero descēdenti
bus in lacū. Audita fac mihi mane miam tuā, q̄: i te spaui.
Nota fac mihi viā in q̄ ambulē, q: ad te leuaui aiam meā.
Eripe me de inimicis meis dñe, ad te cōfugi: doce me face
re volūtatē tuā, q: deus meus es tu. Spūs tu⁹ bon⁹ deduc
cet me in terrā rectā, ppter nomen tuū dñe vivificabis me
in equitate tua. Educes de tribulatiōe aiam meā, & in mia
tua disperdes omnes inimicos meos. Et perdes oēs q tri
bulant aiam meam, quoniam ego seruus tuus sum.

¶ Dauid aduersus Goliath. cxliij.

BEnedictus dñs de⁹ meus q docet manus meas
ad pliū: & digitos meos ad bellū. Mia mea et
refugiū meū: susceptor meus, & liberator meus.
Protector meus, & in ipo speraui: q subdis po
pulū meū sub me. Dñe qd est hō q innotuisti ei, aut filius
hois q reputas eū: Hō vanitati similis fact⁹ est: dies eius si
cut vmbra ptereūt. Dñe inclina celos tuos, & descēde, tāge
montes, & fumigabūt. Fulgura coruscationē, & dissipabis
eos: emitte sagittas tuas, & cōturbabis eos. Emitte manū
tuā de alto, eripe me & libera me de aqis multis, & de manu
filior⁹ alienor⁹. Quor⁹ os locutū est vanitatē, & dextera eor⁹
dextera iniqtatis. Deus cāticū nouū cātabo tibi, in psalte
rio decachordo psallā tibi. Qui das salutē regibus: q rede
misti Dauid seruū tuum, de gladio maligno eripe me. Et
erue me de manu filiorū alienor⁹, quor⁹ os loquutū est vani
tatē: & dextera eor⁹ dextera iniquitatis. Quor⁹ filij sicut no
uelle plātatiōes in iuuētute sua. Filie eor⁹ cōpositē, circūor
nate vt similitudo tēpli. Promptuaria eor⁹ plena, eructātia ex
hoc in illud. Oues eor⁹ fetose, abūdātes in egressibus suis:
boues eorū crasse. Nō est ruina macerie, neq̄ trāsitus, neq̄
clamor in plateis eor⁹. Beatum dixerunt populum cui hec
sunt: beatus populus, cuius dominus deus eius.

¶ Laudatio ipsi Dauid. cxliij.

EXaltabo te de⁹ me⁹ rex, & bñdicā nomini tuo i secu
lū, & in seculū seculi. Per singulos dies bñdicā
tibi, & laudabo nomē tuū in seculū, & in seculum
seculi. Magn⁹ dñs & laudabilis nimis: & magni
tudinis ei⁹ nō est finis. Gñatio & gñatio laudabit opa tua:
& potētiā tuā pnūtiabūt. Magnificētiā glorie sanctitatis
tue loquentur, & mirabilia tua narrabūt. Et virtutē terribi
liū tuorū dicēt: & magnitudinē tuā narrabūt. Memoriam
abundātie suauitatis tue eructabunt, & iustitia tua exulta
bunt. Miserator & misericors dñs: patiens & multū miseri
cors. Suauis dñs vniuersis: & miserationes ei⁹ sup oīa opa
eius. Cōfiteant tibi dñe oīa opa tua, & sancti tui benedicāt
tibi. Gloriā regni tui dicēt: & potētiā tuā loquent. Vt notā
faciāt filij hoīm potentiā tuā: & gloriā magnificentie regni
tui. Regnū tuū regnū oīm seculorū: & dñatio tua in oi gna
tione & gnationē. Fidelis dñs in oībus verbis suis, et sanc
tus in oīb⁹ opib⁹ suis. Alleuat dñs oēs q corruūt, & erigit
oēs elisos. Oculi oīm i te sperāt dñe, & tu das escā illorū in
tpe opportuno. Aperis tu manū tuā, & imples oē aīal bñdi
ctiōe. Just⁹ dñs i oīb⁹ vijs suis: & sanct⁹ i oīb⁹ opibus suis.
Prope est dñs oīb⁹ inuocātib⁹ eū: oīb⁹ inuocātib⁹ eū in verita
te. Voluntatē timētiū se faciet, & deprecationē eorū exau
diet: & salvos faciet eos. Custodit dñs oēs diligentes se, et
oēs peccatores dispdet. Laudationē dñi loquet os meum,
& bñdicat oīs caro nomini sctō eius in seculū & in seculū seculi.

¶ Halleluia Aggei & zacharie. cxlv.

LAuda aīa mea dñm: laudabo dñm in vita mea,
psallā deo meo q̄diu fuero. Nolite cōfidere i prin
cipib⁹, neq̄ in filijs hoīm, i q⁹ nō est sal⁹. Exibit
spūs ei⁹ & reuertet in terrā suā: in illa die pibūt
oēs cogitatiōes eor⁹. Beat⁹ cuius de⁹ Jacob adiutor eius,
spes ei⁹ in dño deo ipsius, q fecit celū & terrā, mare & oīa q̄
in eis sunt. Qui custodit veritatē in seculum, facit iudicium
iniuriā patiētib⁹, dat escā esurientib⁹. Dñs soluit compedi
tos, dñs illuminat cecos. Dñs erigit elisos, dñs diligit iu
stos. Dñs custodit aduenas, pupillum & viduā suscipiet: &
vias peccatorum disperdet. Regnabit dominus in secula
deus tuus Sion, in generatione & generationem.

act. xiij. c. apo xviij. b.

¶ Halleluia. cxlvj.

LAudate dñm qm̄ bonus est psalm⁹: deo nr̄o sit
iucūda decora q̄ laudatio. Edificans Jerusalē
dñs, dispsiones Jsraelis congregabit. Qui sanat
cōtritos corde, & alligat contritiones eorū. Qui
numerat multitudinē stellarū, & oīb⁹ eis noīa vocat. Ma
gnus dñs noster, & magna virt⁹ ei⁹: & sapiētie eius nō est nu
merus. Suscipiēs māsuetos dñs: humilians aūt peccato
res vsq̄ ad terrā. Precinite dño in confessiōe, psallite deo
nr̄o in cithara. Qui operit celū nubibus, & parat terre plu
uiā. Qui pducit in mōtibus fenū & herbā seruituti hominū.
Qui dat iumētis escā ipsorū, & pullis coruorū invocātib⁹
eū. Nō in fortitudine equi volūtatē habebit: nec in tibijs vi
ri beneplacitū erit ei. Beneplacitū est domino super timen
tes eum, & in eis qui sperant super misericordia eius.

¶ Halleluia. cxlvij.

LAuda Jerusalē dñm, landa deū tuū Sion. Quo
mā cōfortauit seras portarū tuarū: benedixit fil⁹
tuis in te. Qui posuit fines tuos pacē: & adipe fru
mēti satiat te. Qui emittit eloquiū suū terre, ve
lociter currit sermo ei⁹. Qui dat niuē sicut lanā, nebulam si
cut cinerē spargit. Mittit crystallū suā sicut buccellas, ante
faciē frigoris ei⁹ qs sustinebit? Emittet verbū suū, & lique
faciet ea: flabit spūs eius, & fluent aque. Qui annūtiat ver
bum suum Jacob, iustitias & iudicia sua Jsrael. Non fecit
taliter omni nationi, & iudicia sua non manifestauit eis.

¶ Halleluia. cxlvij.

LAudate dñm de celis, laudate eū i excelsis. Lau
date eum omnes angeli eius, laudate eū omnes
virtutes eius. Laudate eum sol & luna, laudate
eum omnes stelle & lumen. Laudate eum celi ce
lorum, & aque que super celos sunt, laudent nomē domini.
Quia ipse dixit, & facta sunt, ipse mandauit et creata sunt.
Statuit ea in eternum & in seculum seculi: preceptum po
suit, et non preteribit. Laudate dominum de terra, dra co
nes et omnes abyssi. Ignis, grando, nix, glacies, spiritus

Danie. iij. c.

procellarum

procellarum,que faciunt verbum eius. Montes ⁊ omnes colles,ligna fructifera,⁊ omnes cedri. Bestie,⁊ vniuersa pecora,serpentes,⁊ volucres pennate. Reges terre,⁊ omnes populi, principes, et omnes iudices terre. Iuuenes,⁊ virgines,senes cum iunioribus,laudent nomen domini, quia exaltatum est nomen eius solius. Confessio eius super celum et terram, et exaltauit cornu populi sui. Hymnus omnibus sanctis eius, filijs Israel populo appropinquanti sibi.

¶ Hallelvia. cxlix.

Cantate domino canticum nouum,laus eius in ecclesia sanctorum. Letetur Israel in eo qui fecit eum, et filie Sion exultent in rege suo. Laudent nomen eius in choro,in tympano ⁊ psalterio psallant ei. Quia beneplacitum est domino in populo suo,⁊ exaltauit mansuetos in salutem. Exultabunt sancti in gloria,letabũtur in cubilibus suis. Exultationes dei in gutture eorum,⁊ gladij ancipites in manibus eorum. Ad faciendam vindictam in nationibus,increpationes in populis. Ad alligandos reges eorum in compedibus, et nobiles eorum in manicis ferreis. Ut faciant in eis iudicium conscriptum,gloria hec est omnibus sanctis eius.

¶ Hallelvia. cl.

Laudate dominum in sanctis eius, laudate eum in firmamento virtutis eius. Laudate eum in virtutibus eius, laudate eum ſm multitudinez magnitudinis eius. Laudate eum in sono tube laudate eum in psalterio et cithara. Laudate eum in tympano ⁊ choro,laudate eum in chordis ⁊ organo. Laudate eum in cymbalis benesonantibus,laudate eum in cymbalis iubilationis,omnis spiritus laudet dominum.

¶ Explicit psalterium.



¶ Epistola sancti Hieronymi presbyteri:ad Chromatium ⁊ Heliodorum episcopos de libris Salomonis.

Iungat epistola quos iungit sacerdotium: imo charta non dividat quos Christi nectit amor. Commentarios in Osee Amos et zachariam: Malachiam quoq; poscitis. Scripsissem si licuisset pre valitudine. Mittitis solatia sumptuum: notarios nostros ⁊ librarios sustentatio vt vobis potissimum nostrum desudet ingenium. Et ecce ex latere frequens turba diuersa poscẽtium quasi aut equum sit me vobis esurientibus alijs laborare: aut in ratione dati ⁊ accepti:cuiq; preter vos obnoxius sim. Itaq; longa egrotatione fractus: ne penitus hoc anno reticerem: et apud vos mutus essem: tridui opus nomini vestro consecraui interpretationem:videlicet trium Salomonis voluminum: Misse quod Hebrei parabolas: vulgata autem editio prouerbia vocat. Coeleth:quem grece ecclesiasten:latine concionatorem possumus dicere: Sir Hasirim:quod in lingua nostra vertitur: Canticum Canticorum. Fertur ⁊ paneretos Iesu filij Sirach liber: et alius pseudepigraphus:qui Sapientia Salomonis inscribitur. Quorum priorem:hebraicum reperi:non ecclesiasticum vt apud Latinos:sed parabolas prenotatum.cui iuncti erant:Ecclesiastes et Canticum Canticorum:vt similitudinẽ Salomonis:non solum numero librorum: sed etiam materiarum genere coequaret. Secundus: apud Hebreos nusq; est quin et ipse stylus:Grecam eloquentiam redoleret:et nonnulli scriptorum veterum hunc esse Iudei Philonis affirmant. Sicut ergo Iudith: et Tobie:et Machabeorum libros legit quidem ecclesia: sed eos inter canonicas scripturas non recipit: sic ⁊ hec duo volumina legat ad edificationem plebis:non ad authoritatẽ ecclesiasticorum dogmatum confirmandam. Si cui sane septuaginta interpretum magis editio placet:habet eam a nobis olim emendatam. Neq; enim noua sic cudimus:vt vetera destruamus. Et tamen cum diligentissime legerit:sciat magis nostra scripta intelligi: que non in tertium vas transfusa coacuerint:sed statim de prelo purissime commendata teste:suum saporem seruauerint.

¶ Explicit Epistola sancti Hieronymi.

¶ Incipit prologus in libros eiusdem.

Tribus nominibus vocatum fuisse Salomonem scripture manifestissime docent. Pacificum id est Salomonem:et Idida: hoc est dilectum domini: et quod nunc dicitur Coeleth: id est Ecclesiasten. Ecclesiastes autem greco sermone est appellatus:quia cetum: id est ecclesiam congreget: quem nos nuncupare possumus concionatorem eo quod loquatur ad populum: et sermo eius non specialiter ad vnum:sed ad vniuersos dirigatur generaliter. Porro pacificus: et dilectus domini ab eo quod regno eius parfuerit: ⁊ eum dominus dilexerit appellatus est. Nã ⁊ psalmus xliij.⁊ lxxj. dilecti ⁊ pacifici titulo prenotantur. Qui tamen et si ad prophetiam Christi ecclesieq; pertinentes: felicitatem et vires Salomonis excedunt: tamen secundum historiam super Salomonem scripti sunt. Itaq; iuxta numerum vocabulorum tria volumina edidit. Prouerbia: Ecclesiasten: Canticum Cãticorum. In prouerbijs paruulum docens:⁊ quasi de officijs per sententias erudiens. Unde ⁊ ad filium sermo crebro reperitur. In Ecclesiaste vero mature virum etatis instituens:ne quicq; in mundi rebus putet esse perpetuum: sed caduca et breuia vniuersa que cernimus. Ad extremum iam consummatum virum ⁊ calcato seculo preparatum: in Canticis canticorum: sponse iungit amplexibus. Nisi enim prius reliquerimus vitia: et pompis seculi renuntiantes expeditos nos ad aduentum preparauerimus non possumus cantare Canticum Canticorum. Sed et hoc diligentius attendendum tres libros authore diuerso esse intitulatos. In prouerbijs enim notantur prouerbia Salomonis filij Dauid regis Israel. In Ecclesiaste vero verba Ecclesiastes filij Dauid regis Ierusalem. Superfluum quippe est Israel hic/quod male in Grecis et Latinis codicibus inuenitur. In Cantico autem Canticorum nec filius Dauid nec rex Israel siue Ierusalem prescribitur: sed tantum Canticum Canticorum Salomonis. Sicut enim prouerbia et rudis institutio ad duodecim tribus et ad totum pertinet Israel: et quomodo contemptus mundi non nisi Metropolitis conuenit: hoc est habitatoribus Ierusalem: ita Canticum canticorum ad eos proprie pertinet qui tãtum superna desyderant. Ad incipientes et proficientes et paterna dignitas et regni proprij merito vendicatur authoritas:ad perfectos vero vbi non timore eruditur: sed amore: proprium nomen sufficit:et equalis magister est:⁊ nescit se esse regem. Que omnia referuntur ad Christum.

¶ Incipit alius Prologus.

Tres libros Salomonis: id est prouerbia: Ecclesiasten: et Canticum Canticorum: veteri septuaginta interpretum authoritati reddidi: vel antepositis lineis superflua quecq; designans vel stellis titulo prenotatis ea que minus habebantur interferens vt plenius Paula ⁊ Eustochium cognoscatis:q̃d in libris nostris minus sit quidue redũdet. Necnon etiam illa que imperiti trãslatores male in linguam nostram de Greco sermone verterãt obliterans ⁊ antiquans curiosissima veritate correxi. Et vbi prepostero ordine atq; peruerso sententiarum fuerat lumen ereptum: suis locis restituens feci intelligi quod latebat. Porro in eos libro quia plerisq; sapiẽtia Salomonis inscribitur:et in Ecclesiastico quẽ esse Jesu filij Syrach nullus ignorat:calamum temperaui:tantummodo canonicas scripturas vobis emendare desyderans:⁊ studium meum certis magis q̃ dubijs commẽdare. Ideo Greco ⁊ Hebreo prefatiuncula vtraq; in libro premissa est:quia nonnulla de Greco. hoc ad illuminationem sensus et legentis edificationem vel inserta Hebraice trãslationi:vel extrinsecus iuncta sunt. Et idcirco qui legis semper peregrina memento.

¶ Incipit Liber Prouerbiorum.

quem Hebrei Misle vel Maslotb appellant.

¶ Capituli Summarium. Sapientia amplectenda, malorum consortium vitandum. Caput.i.



A Parabole Salomonis filij Dauid regis Israel: ad sciendam sapientiam & disciplinam, ad intelligenda verba prudentie et suscipiendam eruditionem doctrine, iustitiam, & iudicium, & equitatē: vt detur paruulis astutia, adolescenti scientia & intellectus. Audiens sapiens, sapientior erit, & intelligens gubernacula possidebit. Eliaduertet parabolam & interpretationem, verba sapientum, & enigmata eorū. Timor dñi, principium sapientie. Sapientiam atq; doctrinam stulti despiciunt. Audi fili mi disciplinam patris tui, & ne dimittas legem matris tue, vt addat gratia capiti tuo, & torques collo tuo. Fili mi, si te lactauerint peccatores, ne acquiescas. Si dixerint. Veni nobiscum, insidiemur sanguini, abscondamus tendiculas contra insontē frustra, deglutiamus eū sicut infernus viuentē, & integrum quasi descendentē in lacum. Omnēpretiosam substantiam reperiemus, implebimus domos nostras spolijs, sortem mitte nobiscum, marsupium vnū sit oīm nostrū: fili mi ne ambules cū eis, prohibe pedē tuum a semitis eorū. Pedes enim illorū ad malū currunt, & festināt vt effundant sanguinē. Frustra autē iacitur rete ante oculos pennatorum. Ipsi quoq; contra sanguinem suū insidiantur, & molliūtur frandes cōtra animas suas: sic semite omnis auari animas possidentiū rapiunt. Sapientia foris predicat, in plateis dat vocē suam: in capite turbarum clamitat, in foribus portarum vrbis profert verba sua, dicens. Vsq;quo paruuli diligitis infantiā, & stulti ea que sibi sunt noxia cupiunt, & imprudentes odibunt scientiam? Cōuertimini ad correptionē meā: en proferam vobis spiritum meum, & ostendam vobis verba mea. Quia vocaui, & renuistis: extendi manum meam, & non fuit qui aspiceret: despexistis omne consilium meum, & increpationes meas neglexistis: ego quoq; in interitu vestro ridebo, & subsannabo cū vobis id qō timebatis aduenerit. Cū irruerit repentina calamitas, & interitus quasi tempestas ingruerit: quando venerit super vos tribulatio & angustia tunc inuocabūtme, & nō exaudiā: mane cōsurgēt & nō inuenient me: eo qō exosam habuerint disciplinā, & timorē domini nō susceperint, nec acquieuerint cōsilio meo, & detraxerint vniuerse correptioni mee. Comedent igitur fructus vie sue, suisq; consilijs saturabuntur. Auersio paruulorū interficiet eos, & prosperitas stultorū perdet illos. Qui autem me audierit, absq; terrore requiescet, & abūdantia perfruetur, timore malorum sublato.

¶ Capituli Summarium. Sapientia magnum dei donū, & sine ea vbiq; erratur. Caput. ij.

Fili mi si susceperis sermones meos, & mandata mea absconderis penes te, vt audiat sapientiā auris tua, inclinabis cor tuum ad cognoscendā prudentiā. Si enī sapientiā inuocaueris, & inclinaueris cor tuum prudentie, si quesieris eā quasi pecuniā, et sicut thesauros effoderis illā, tūc intelliges timorem dñi, & scientiā dei inuenies. q; dñs dat sapiētiā, & ex ore eius prudentia & sciētia. Custodiet rectorū salutem, & proteget gradientes simpliciter, seruans semitas iustitie, & vias sanctorum custodiēs. Tunc intelliges iustitiam & iudiciū, & equitatem, & oēm semitā bonam. Si intrauerit sapiētia cor tuū, & sciētia anime tue placuerit: consiliū custodiet te, & prudentia seruabit te, vt eruaris a via mala, ab hoie qui peruersa loquitur. Qui relinquunt iter rectū & ambulant per vias tenebrosas, qui letātur cū malefecerint, & exultāt in rebꝰ pessimis: quorum vie peruerse sunt, & infames gressus eorū. Vt eruaris a muliere aliena, & ab extranea que mollit sermones suos, & relinquit ducē pubertatis sue, & pacti dei sui oblita est (inclinata est enī ad mortē domus eius, & ad inferos semite ipsius. Omnes qui ingrediuntur ad eam, nō reuertentur nec apprehendent semitas vite) vt ambules in via bona, & calles iustorum custodias. Qui enim recti sunt, habitabunt in terra, & simplices permanebunt in ea: impij vero de terra perdentur, & qui inique agunt, auferentur ex ea.

¶ Capituli Summarium. Dictas in deum & proximum, vera sapientia. Caput. iij.

A

Filimi,ne obliuiscaris legis mee,z pcepta mea cor tuū custodiat.lōgitudinē eīm dierū,z annos vite,z pacē apponent tibi.Misericordia z veritas te nō deserāt,circūda eas gutturi tuo,z describe in tabulis cordis tui:z inuenies gratiā z disciplinam bonā coram deo z hoīb⁹. Habe fiduciā in dño ex toto corde tuo,z ne innitaris prudentie tue. In oībus vijs tuis cogita illū,z ipse diriget gressus tuos. Ne sis sapiens apud temetipsum. Time dñm,z recede a malo.sanitas quippe erit umbilico tuo,z irrigatio ossiū tuor. Honora dñm de tua substantia,z de primitijs oīm frugū tuarū da pauperib⁹,z implebunt horrea tua saturitate,z vino torcularia tua redūdabunt. Disciplinā dñi fili mi,ne abijcias,nec deficias cū ab eo corriperis.quē eīm diligit dñs,corripit:z quasi pater in filio cōplacet sibi.Beat⁹ homo q inuenit sapientiā,z qui affluit prudētia.melior est acqsitio eī⁹ negotiatiōe argēti,z auro primo fruct⁹ eius.pretiosior est cūctis opibus,z oīa q̄ desyderant,huic nō valēt cōparari.lōgitudo dierū in dextera eī⁹,z in sinistra illius diuitie z gloria. vie eius vie pulchre,z omnes semite illius pacifice.lignū vite est his q apprehenderint eā,z qui tenuerit eā,beatus. Dñs sapientia fundauit terrā,stabiliuit celos prudentia. Sapiētia illius eruperūt abyssi,z nubes rore cōcrescunt. Fili mi,ne effluāt hec ab oculis tuis. Custodi legē atq consilium:z erit vita anime tue,z gratia faucibus tuis.tunc ambulabis fiducialiter in via tua,z pes tuus nō impinget. si dormieris,non timebis:quiesces,z suauis erit somnus tuus. Ne paneas repentino terrore,z irruentes tibi ruinas impiorū. dñs enim erit in latere tuo,z custodiet pedem tuum ne capiaris. Noli prohibere benefacere eū qui potest.si vales,z ipse benefac. Ne dicas amico tuo. Uade z reuertere, et cras dabo tibi: cū statim possis dare. Ne moliaris amico tuo malū,cū ille in te habeat fiduciā. Nō cōtendas aduersus hoīem frustra, cū ipse tibi nihil mali fecerit. Ne emuleris hoīem iniustū, nec imiteris vias eius: q abominatio dñi est oīs illusor,et cū simplicibus sermocinatio eius. Egestas a dño in domo impij,habitacula aūt iustorū benedicentur. Ipse deludet illusores, z mansuetis dabit gratiam. Gloriam sapientes possidebunt,stultorum exaltatio ignominia.

¶ Capituli Summarium. Sapientia ornat hominem, et ducit per semitam iustitie. Caput.iij.

Audite filij disciplinā pris,z attēdite,vt sciatis prudentiā.Donū bonū tribuā vobis,legē meā ne dereliquatis.nā z ego fili⁹ fui pris mei,tenellus,z vnigenit⁹ coram matre mea: z docebat me, atq dicebat. Suscipiat verba mea cor tuū, custodi pcepta mea,z vines. Posside sapiētiā,posside prudentiā. Ne obliuiscaris,neq declines a verbis oris mei. Ne dimittas eaz, z custodiet te,diligē eā,z conseruabit te. Principiū sapientie,posside sapiētiā,z in oī possessiōe tua acgre prudētiam. arripe illā,z exaltabit te:glorificaberis ab ea, cū eā fueris amplexat⁹. Dabit capiti tuo augmēta gratiaruz,z corona inclyta pteget te. Audi fili mi,z suscipe verba mea,vt multiplicent tibi anni vite.viam sapiētie monstraui tibi,z duxi te p semitas equitatis. qs cū ingressus fueris,nō arctabunt gressus tui,z currēs nō habebis offendiculum. Tene disciplinā,ne dimittas eā.custodi illā,q ipa est vita tua. Ne delecteris in semitis impiorū,nec tibi placeat malorū via. fuge ab ea,nec trāseas p illā,declina z desere eā.nō eīm dormiūt, nisi malefecerint:z nō rapit somn⁹ ab eis, nisi supplātauerint. Comedūt panē impietatis,z vinū iniqtatis bibūt. Iustorū aūt semita,quasi lux splēdēs,pcedit z crescit vsq ad pfectā diē. Via impiorū tenebrosa:nesciūt vbi corruāt. Fili mi ausculta sermones meos,z ad eloquia mea inclina aurem tuā.ne recedāt ab oculis tuis, custodi ea in medio cordis tui.vita eīm sunt inuenientibus ea, et vniuerse carni sanitas. Omni custodia serua cor tuum, q ex ipso vita pcedit. Remone a te os prauū, z detrahentia labia sint pcul a te. Oculi tui recta videāt, z palpebre tue pcedāt gressus tuos. Dirige semitas pedibus tuis, z omnes vie tue stabilientur. Ne declines ad dexterā, neq ad sinistram:auerte pedē tuū a malo.vias enim que a dextris sunt,nouit dñs,pernerse vero sunt, que a sinistris sunt. Ipse enim rectos faciet cursus tuos,itinera autem tua in pace producet.

¶ Capitulū Summarium. Cauēdum ab extranea muliere,z adherendum proprie vxori. Caput.v.

Fili mi,attēde ad sapiētiā meā, z prudētie mee inclina aurē tuā,vt custodias cogitatiōes.z disciplinā labia q̄seruēt. Ne intēderis fallacie mulieris.fauus eīm distillās labia meretricis, z nitidius oleo guttur eī⁹: nouissima aūt illius amara quasi absynthium,z lingua eius,acuta quasi gladius biceps. Pedes eius descendunt in mortem, z ad inferos gressus eius penetrat.per semitam vite non ambulant, vagi sunt gressus eī⁹ z inuestigabiles. Nūc ergo fili mi audi me,z ne recedas a verbis oris mei. Longe fac ab ea viā tuā,z ne appropinques foribus dom⁹ eī⁹. Ne des alienis honorē tuum,et annos tuos crudeli: ne forte impleant extranei viri b⁹ tuis, z labores tui sint in domo aliena,z gemas in nouissimis qñ consumpseris carnes tuas z corpus tuū,z dicas. Cur detestatus sum disciplinā, z increpationibus nō acquieuit cor meū,nec audiui vocē docētiū me, z magistris nō inclinaui aurē meam: Pene fui in omni malo,in medio ecclesie z synagoge. Bibe aquā de cisterna tua,z fluenta putei tui. Deriuentur fontes tui foras, z in plateis aquas tuas diuide. Habeto eas solus,nec sint alieni participes tui. Sit vena tua benedicta, z letare cum muliere adolescentie tue.cerua charissima,z gratissimus hinnulus. vbera eius inebrient te in omni tēpore,in amore eius delectare iugiter. Quare seduceris fili mi ab aliena,z foueris in sinu alteri⁹? Respicit dñs vias hoīs,z omnes gressus eius cōsyderat. Iniquitates sue capiunt impiū,z funibus peccatorū suorum confringitur. Ipse morietur,quia nō habuit disciplinam,z in multitudine stultitie sue decipietur.

¶ Capituli summarium. Pigritia abominabilis, z septē sunt que odit dominus. Caput.vj.

Fili mi,si spopōderis p amico tuo,defixisti apō extraneū manū tuā, illaqueatus es verbis oris tui,z captus pprijs sermonib⁹. Hac ergo qō dico fili mi,z temetipm libera, q incidisti in manū primi tui. Discurre,festina,suscita amicū tuū,ne dederis somnū oculis tuis,nec dormitent palpebre tue. Eruere q̄si damula de manu,z quasi auis de manu aucupis. Uade ad formicā o piger,z q̄sidera vias eī⁹,z discе sapiētiā: q cū nō habeat ducē,nec preceptorem, nec principē:parat in estate cibū sibi, z cōgregat in messe qō comedat. Usqquo piger dormies:qñ cōsurges e somno tuo? Paululum dormes, paululū dormitabis, paululū cōseres manus tuas vt dormias, z veniet tibi quasi viator egestas, z pauperies quasi vir armatus. Si vo mpiger fueris, veniet vt fons messis tua,z egestas longe fugiet a te. Homo apostata vir inutilis graditur ore perverso, annuit oculis,terit pede,digito loquit̄,prauo corde machinat malū, z omni tpe iurgia seminat.huic ex tēplo veniet pditio sua, z subito q̄teret̄,nec habebit vltra medicinā. Sex sunt q̄ odit dñs,z septimū detestatur aīa eī⁹:oculos sublimes,linguā mēdacē,man⁹ effundentes innoxiū sanguinē,cor machinās cogitationes pessimas,pedes veloces ad currēdū in malū,pferentē mēdacia testē fallacē,z eū que seminat inter fratres discordias. Cōserua fili mi precepa patris tui,z ne dimittas legem matris tue,liga ea in corde tuo iugiter, z circunda gutturi tuo. cuz ambulaueris,gradiātur tecū:cū dormieris,custodiāt te,et euigilās loquere cū eis:q mādatū lucerna est, et lex lux,et via vite increpatio disciplinе,vt custodiāt te a muliere mala,z a blāda lingua extranee. Nō q̄cupiscat pulchritudinē eius cor tuū,ne capiaris nutibus illius.pretiū eīm scorti vix est vnius panis: mulier autem viri pretiosam aīam capit. Numqd potest hom⁹ abscōdere ignē in sinu suo, vt vestimēta illius nō ardeant:aut ambulare super prunas,vt nō cōburātur plāte eius? sic q ingredit̄ ad mulierē proximi sui:

Job. xxxiij.c.

D non erit mūdus, cū tetigerit eā. Nō grādis est culpa, cū quis furatus fuerit. furatur enī vt esuriētem impleat animā, deprehēsus quoq; reddet septuplū, & oēm substantiā domus sue tradet, & liberabit se. Qui aūt adulter est, ppter cordis inopiā perdet animā suā turpitudinē & ignominiā congregat sibi, & opprobriū illius nō delebitur. quia zelus & furor viri nō parcet in die vindicte, nec acquiescet cuiusq; precibus, nec suscipiet pro redemptione dona plurima.

¶ Capituli Summarium. Adolescētes blāditijs mulierum facile irretiuntur. Caput.vij.

A Fili mi, custodi sermones meos, & precepta mea recōde tibi. Fili honora dñm, & valebis, preter eū vo, ne timueris alienū. Serua mādata mea, & vives: & legē meā quasi pupillā oculi tui. liga ea in digitis tuis, scribe illam in tabulis cordis tui. Dic sapientie. Soror mea es, & prudētiā voca amicā tuā, vt custodiat te a muliere extranea, & ab aliena q̄ verba sua dulcia facit. De fenestra enī domus mee p cancellos prsperi, & video parvulos. Cōsydero vecordē iuvenē, qui trāsit per plateas iuxta angulū: & prope viā dom⁹ illi⁹ graditur in obscuro, aduesperascēte die, in noctis tenebris, & caligine. et ecce occurrit illi mulier ornatu meretricio, pparata ad decipiēdas animas, garrula & vaga, quietis impatiēs, nec valens in domo cōsistere pedib⁹ suis, nūc foris, nūc in plateis, nūc iuxta angulos insidiās. Apprehēsum q̄ deosculat⁹ iuvenē, & pcaci vultu blādit⁹, dicēs. Victimas p salute deuoui, hodie reddidi vota mea. idcirco egressa sum i occursum tuū, desyderās te videre, & reperi. intexui funib⁹ lectulū meum, straui tapetib⁹ pictis ex Ægypto, aspersi cubile meū myrrha & aloe, & cinnamomo. veni, veninebriemur vberib⁹, et fruamur cupitis amplexib⁹, donec illucescat dies. non est enī vir in domo sua, abijt via longissima. sacculū pecunie secū tulit, in die plene lune reuersur⁹ est in domū suā. Irretiuit eū multis sermonib⁹, & blāditijs labioꝝ ptraxit illum. Statim eā sequit⁹ quasi bos duct⁹ ad victimā, & quasi agn⁹ lasciuiēs, & ignorat q̄ ad vincula stult⁹ trahat⁹, donec trāfigat sagitta iecur eius: velut si auis festinet ad laqueum, & nescit q̄ de periculo aie illius agit⁹. Nunc ergo fili mi audi me, & attēde verbis oris mei. Ne abstrahatur in vijs illius mens tua, neq; decipiaris semitis eius. multos enim vulneratos deiecit, & fortissimi quiq; interfecti sunt ab ea. Vie inferi domus eius, penetrantes interiora mortis.

¶ Cap. Sum. Sapientie nil equari potest. Caput.viij.

A Vnqd nō sapiētia clamitat & prudētia dat vocem suā: In summis excelsisq; verticib⁹ supra viā in medijs semitis stans, iuxta portas ciuitatis in ipsis foub⁹ loquit⁹, dicens. O viri ad vos clamito, & vox mea ad filios hominū. Intelligite parvuli astutiā, & insipiētes animaduertite audite qm̄ de rebus magnis locutura sum: & aperientur labia mea, vt recta prodicent. Veritatē meditabit⁹ guttur meū, & labia mea detestabuntur impiā. Justi sunt oēs sermones mei, nō est in eis pravum quid, neq; peruersum, recti sunt intelligētibus, & equi inuenētibus scientiā. Accipite disciplinā meā, & nō pecuniā: doctrinā magis, & aurū diligite. Melior est enī sapientia cūctis pretiosissimis: & omne desyderabile ei nō pōt cōparari. Ego sapiētia habito in cōsilio, & eruditis intersum cogitationibus. Timor dñi odit malū: arrogantiā, & superbiā, & viā prauā, & os bilingue detestor. Mea enim est cōsiliū & equitas, mea est prudētia mea est fortitudo. Per me reges regnāt, & legū cōditores iusta decernūt. Per me principes imperant, & potentes decernūt iustitiā. Ego diligentes me, diligo: & qui mane vigilant ad me, inuenient me. Mecum sunt diuitie & gloria, opes superne & iustitia. Melior est fructus meus auro & lapide pretioso: & genimina mea argēto electo. In vijs iustitie ambulabo, in medio semitarū iudicij vt ditē diligentes me, & thesauros eorū repleam. Dñs possedit me in initio viarū suarum, anteq̄ quicq̄ faceret a principio, ab eterno ordinata sum, & ex antiquis anteq̄ terra fieret. Nondum erant abyssi, & ego iam concepta eram: necdum fontes aquarū eruperant, necdū montes gravi molle cōstiterant. Ante colles ego parturiebar: adhuc terrā nō fecerat, & flumina: & cardines orbis terre. Quādo preparabat celos, aderam: quādo certa lege & gyro vallabat abyssos, quādo ethera firmabat sursum, & librabat fontes aquarū, quādo circūdabat mari terminū suū, & legē ponebat aquis, ne trāsirēt fines suos. Quādo appendebat fundamenta terre, cū eo eram cuncta componens. Et delectabar per singulos dies, ludēs coram eo omni tempore, ludens in orbe terrarū: & delitie mee, esse cū filijs hominū. Nunc ergo filij audite me. Beati q̄ custodiunt vias meas. Audite disciplinam & estote sapiētes, & nolite abijcere eam. Beat⁹ homo qui audit me, qui vigilat ad fores meas quotidie, et observat ad postes ostij mei. Qui me inuenerit, inueniet vitam, & hauriet salutem a dño. qui aūt in me peccauerit, ledet animam suā. Oēs qui me oderunt, diligunt mortem.

¶ L. S. Sapientia omnes invitat ad se ꝛc. Caput.ix.

A Sapiētia edificauit sibi domū, excidit colūnas septē. Immolauit victimas suas, miscuit vinū, & proposuit mēsam suā. Misit ancillas suas vt vocarēt ad arcē, & ad mēnia ciuitatis. Si q̄s est parvulus, veniat ad me. Et insipientibus locuta est. Venite comedite panē meū, & bibite vinū quod miscui vobis. Relinquite infantiam, & vivite, & ambulate per vias prudentie. Qui erudit derisorem, ipse iniuriam sibi facit, & qui arguit impium, sibi maculā generat. Noli arguere derisorem, ne oderit te. Argue sapientem, & diliget te. Da sapienti occasionem, & addetur ei sapientia. Doce iustū, & festinabit accipere. Principiū sapientie, timor domini: & scientia sanctorum, prudētia. Per me enim multiplicabūtur dies tui, & addentur tibi anni vite. Si sapiens fueris, tibimetipsi eris: si autem illusor, solus portabis malum. Mulier stulta & clamosa, plena q̄q illecebris, & nihil omnino sciens, sedet in foribus domus sue super sellam in excelso vrbis loco, vt vocaret transeuntes per viam & pergentes in itinere suo. Quis est parvulus, declinet ad me. Et vecordi locuta est. Aque furtiue dulciores sunt, & panis absconditus suauior. Et ignorant quod ibi sint gigantes, & in profundis inferni conuiue eius. Qui enim applicabitur illi, descendet ad inferos, nam qui abscesserit ab ea saluabitur.

¶ Parabole Salomonis.

¶ Ca. Sum. Labia & lingua iusti, lignum vite. Caput.x.

A Filius sapiēs letificat patrē: filius vo stult⁹ mestitia est matris sue. Nil pderūt thesauri impietatis: iustitia vo liberabit a morte. Nō affliget dñs fame animā iusti, & insidias impioꝝ subuertet. Egestatem operata est manus remissa, manus autem fortiū diuitias parat. Qui nititur mēdacijs, hic pascit vētos, idē aūt ipse sequit⁹ aues volātes. Qui congregat in messe filius sapiēs est, qui aūt stertit estate filius cōfusionis. Benedictio dñi super caput iusti, os autē impiorū operit iniquitas. Memoria iusti cum laudibus, & nomē impiorum putrescet. Sapiēs corde precepta suscipiet, stultus ceditur labijs. Qui ambulat simpliciter, ambulat confidenter, qui autē depravat vias suas manifestus erit. Qui annuit oculo dabit dolorem, & stultus labijs verberabitur. Vena vite, os iusti: os autē impiorū operit iniquitas. Odiū suscitat rixas: & vniuersa delicta operit charitas. In labijs sapientis invenitur sapiētia: & virga in dorso eius qui indiget corde. Sapientes abscondunt scientiā, os autē stulti confusioni proximum est. Substātia diuitis, vrbs fortitudinis eius: pavor pauperū, egestas eorū. Opus iusti ad vitā, fructus autem impij ad peccatū. Via vite custodienti disciplinā: qui autē increpationes relinquit, errat. Abscōdunt odium labia mēdacia, qui profert cōtumeliā insipiēs est. In multiloquio non deerit peccatū: qui aūt moderat labia sua prudētissim⁹ est. Argentū electū lingua iusti, cor autē impiorum pro nihilo. Labia iusti eruditunt plurimos: qui aūt indocti sunt, in cordis egestate morientur. Benedictio dñi diuites facit, nec sociabitur ei afflictio. Qui asi per risum stult⁹ ope-

ratur

Universidad de Deusto Biblioteca

ratur scelus: sapientia autem est viro prudentia. Quod timet impius, veniet super eum: desyderium suum iustis dabitur. Quasi tempestas transiens non erit impius: iustus autem quasi fundamentum sempiternum. Sicut acetū dentibus, & fumus oculis, sic piger his qui miserunt eum. Timor domini apponet dies, & anni impiorum breuiabūtur. Expectatio iustorum, letitia: spes autem impiorū peribit. Fortitudo simplicis, via domini: & pauor his qui operant malum. Justus in eternum non commouebitur: impij aūt non habitabūt super terram. Os iusti parturiet sapientiā, lingua prauorum peribit. Labia iusti consyderant placita: & os impiorum peruersa.

¶ C.S. Bonorum & malorū cōtrarie operatiōes. Cap. xj.

A Statera dolosa abominatio est apō dominū, & pondus equū voluntas eius. Vbi fuerit superbia, ibi erit & cōtumelia: vbi aūt est humilitas, ibi & sapientia. Simplicitas iustorum diriget eos, & supplantatio peruersorum vastabit illos. Non proderunt diuitie in die vltionis, iustitia autē liberabit a morte. Justitia simplicis diriget viam eius: in ipietate sua corruet impius. Justitia rectos liberabit eos, & in insidijs suis capientur iniqui. Mortuo homine impio nulla erit vltra spes, & expectatio solicitorū peribit. Justus de angustia liberatus est, & tradetur impius pro eo. Simulator ore decipit amicū suū, iusti aūt liberabuntur scientia. In bonis iustorum exultabit ciuitas, & in perditione impiorū erit laudatio. Benedictione iustorū exaltabitur ciuitas, & ore impiorum subuertetur. Qui despicit amicum suum, indigēs corde est, vir autē prudens tacebit. Qui ambulat fraudulēter, reuelat arcana: qui autē fidelis est, celat amici commissum. Vbi non est gubernator, populus corruet, salus autē, vbi multa consilia. Affligetur malo, qui fidem facit pro extraneo: qui autē cauet laqueos, securus erit. Mulier gratiosa inueniet gloriam, & robusti habebunt diuitias. Bene facit anime sue vir misericors: qui autē crudelis est, etiā propinquos abijcit. Impius facit opus instabile: seminanti aūt iustitiam, merces fidelis. Clementia preparat vitā, & sectatio malorum mortem. Abominabile dño cor prauū, & voluntas eius in his qui simpliciter ambulāt. Manus in manu non erit innocens malus: semen autē iustorum saluabitur. Circulus aureus in naribus suis, mulier pulchra & fatua. Desyderium iustorum omne bonū est: prestolatio impiorum furor. Alij diuidunt propria, & ditiores fiunt: alij rapiunt non sua: & semper in egestate sunt. Anima que benedicit impinguabit, & qui inebriat, ipse quoq; inebriabit. Qui abscōdit frumēta, maledicetur in populis benedictio autē super caput vēdentiū. Bene cōsurgit diluculo, q̄ querit bona: qui aūt inuestigator malorū est, opprimet ab eis. Qui cōfidit in diuitijs suis, corruet: iusti autē quasi virens folium germinabunt. Qui cōturbat domū suam, possidebit ventos, & qui stultus est, seruiet sapienti. Fructus iusti lignū vite, & qui suscipit animas, sapiens est. Si iustus in terra recipit, quanto magis impius & peccator.

¶ Ca. S. Justorū & impiorū contrarie cōditiones. Ca. xij.

A Qui diligit disciplinā, diligit scientiam: qui aūt odit increpationes, insipiens est. Qui bonus est, hauriet gratiā a dño: qui autē cōfidit in cogitatiōibus suis, impie agit. Non roborabitur homo ex impietate: & radix iustorū nō cōmouebitur. Mulier diligēs, corona est viro suo: & putredo in ossibus eius, que cōfusione res dignas gerit. Cogitationes iustorū, iudicia: & consilia impiorū, fraudulenta. Verba impiorū insidiātur sanguini, os iustorū liberabit eos. Verte impios, & nō erūt: domus autē iustorū permanebit. Doctrina sua noscetur vir: qui aūt vanus & exors est patebit cōtemptui. Melior est pauper & sufficiens sibi, q̄ glorios & indigēs pane. Non auit iustus iumentorū suorū animas: viscera autē impiorū crudelia. Qui operatur terrā suā, satiabit panib⁹, qui autē sectatur otiū, stultissimus est. Qui fugauis est vnit in moderationibus, in suis munitionibus relinquit contumeliam.

Desyderiū impij monumētū est pessimorum: radix aūt iustorū pficiet. Propter peccata labiorū ruina primat malo, effugiet autem iustus de angustia. De fructu oris sui vnus quisq; replebitur bonis, & iurta opa manuū suarū retribuetur ei. Via stulti recta in oculis eius: qui aūt sapiēs est, audit cōsilia. Fatuus statim indicat irā suam: qui aūt dissimulat iniuriā, callidus est. Qui q̄ nouit loquit, iudex iustitie est, qui aūt mētitur, testis fraudulētus. Est q̄ pmittit, & quasi gladio pūgitur cōscientia: lingua autē sapientū, sanitas est. Labiū veritatis firmū erit in perpetuū, qui aūt testis est repētinus, cōcinnat linguā mēdacij. Dolus in corde cogitantiū mala: qui autē pacis ineūt cōsilia, sequitur eos gaudium. Non cōtristabit iustū, quicquid ei acciderit: impij aūt replebūtur malo. Abominatio est dño labia mēdacia: qui autē fideliter agūt, placent ei. Homo versutus celat scientiā, & cor insipiētiū puocat stultitiā. Manus fortiū dñabit: que autem remissa est, tributis seruiet. Meror in corde viri humiliauit illum, & sermone bono letificabitur. Qui negligit damnum propter amicum, iustus est, iter autem impiorum decipiet eos. Non inueniet fraudulētus lucrum, & substantia hominis erit auri pretium. In semita iustitie, vita: iter autem deuium ducit ad mortem.

¶ C.S. Justi & sapientes opa agunt sine querela. Ca. xiij.

A Filius sapiens, doctrina patris: qui aūt illusor est, nō audit cū arguitur. De fructu oris sui homo satiabitur bonis, aia autē preuaricatorum iniqua. Qui custodit os suū, custodit animam suā: qui aūt inconsyderatus est ad loquendū, sentiet mala. Vult & non vult piger, anima aūt operantiū impinguabit. Verbū mendax iustus detestabitur, impius autē cōfundit & cōfundetur. Justitia custodit innocentis viam, impietas autē peccatorem supplātat. Est quasi diues, cum nihil habeat: & est quasi pauper, cum in multis diuitijs sit. Redemptio anime viri, diuitie sue, qui autē pauper est, increpatiōnē non sustinet. Lux iustorū letificat, lucerna autē impiorū extinguet. Inter superbos semp iurgia sunt, qui aūt agunt opa cum consilio, regūtur sapientia. Substātia festinata minuetur, que autē paulatim colligit manu, multiplicabit. Spes que differtur, affligit aiam: lignū vite desyderiū veniens. Qui detrahit alicui rei, ipse se in futurū obligat, qui autē timet preceptū in pace versabitur. Filio doloso nihil erit boni, seruo autē sapiēti, prosperi erunt actus, & dirigetur via eius. Lex sapiētis fons vite, vt declinet a ruina mortis. Doctrina bona dabit gratiā: in itinere contēptorū vorago. Astutus opa agit cum consilio: qui autem fatuus est, aperit stultitiā. Nuntius impij cadet in malū, legatus autē fidelis, sanitas. Egestas & ignominia ei qui deserit disciplinam, qui autē acquiescit arguenti, glorificabitur. Desyderium si cōpleatur, delectat animā, detestātur stulti eos qui fugiunt mala. Qui cū sapientibus graditur sapiens erit, amicus stultorū similis efficietur. Peccatores persequetur malū, & iustis retribuētur bona. Bonus relinquet heredes, filios & nepotes: & custoditur iusto substantia peccatoris. Multi cibi in noualibus patrum, et alijs congregantur absq; iudicio. Qui parcit virge sue, odit filium suum, qui autem diligit illum, instanter erudit. Justus comedit, & replet animam suā: venter autem impiorum insaturabilis.

¶ C.S. Sapiētes & stulti cōtraria sentiūt, & agūt. C. xiij.

A Sapiēs mulier edificauit domū suam, insipiens extructā quoq; manibus destruet. Ambulans recto itinere, & timēs dñm, despicitur ab eo qui infami gradtur via. In ore stulti virga superbie, labia autē sapientū custodiūt eos. Vbi nō sunt boues, presepe vacuū est: vbi autem plurime segetes, ibi manifesta est fortitudo bouis. Testis fidelis non mētietur, profert autem mendacium dolosus testis. Querit derisor sapientiā, & non inuenit, doctrina prudentium facilis. Vade contra virum stultum, & nescit labia prudētie. Sapientia callidi est intelligere viam suam, & imprudentia stultorum errās. Stultus illudet peccatū, & inter iustos morabitur gratia.

Cor quod nouit amaritudinē anime sue, in gaudio eius nō miscebitur extraneus. Domus impiorū delebitur, tabernacula iustorum germinabunt. Est via que videtur homini iusta, nouissima autē eius deducūt ad mortem. Risus doloze miscebitur, z extrema gaudij luctꝰ occupabit. Uijs suis replebit stultus, z sup eū erit vir bonus. Innocēs credit omni verbo: astutus cōsyderat gressus suos. Filio dolosonihil erit boni: seruo aūt sapiēti psperi erūt actus, z dirigetur via eiꝰ. Sapiēs timet, z declinat a malo: stultus trāsilit z cōfidit. Impatiēs operabitur stultitiā, z vir versutus odiosus est. Possidebūt parvuli stultitiam, z expectabunt astuti scientiā. Jacebūt mali ante bonos, z impij ante portas iustorū. Etiā proximo suo pauper odiosus erit: amici vero diuitū multi. Qui despicit proximū suum, peccat, qui autē miserek pauperis, beatꝰ erit. Qui credit in dño, misericordiā diligit. Errāt qui operātur malū: misericordia et veritas preparāt bona. In omni opere erit abundātia: vbi aūt verba sunt plurima, ibi frequenter egestas. Corona sapientū, diuitie eorū, fatuitas stultorū, imprudētia. Liberat aias testis fidelis: z profert mēdacia versipellis. In timore domini fiducia fortitudinis, z filijs eius erit spes. Timor dñi fons vite, vt declinet a ruina mortis. In multitudie populi dignitas regis: z in pancitate plebis ignominia principis. Qui patiēs est, multa gubernatur sapiētia: qui aūt impatiens est, exaltat stultitiā suā. Uita carnium, sanitas cordis: putredo ossiū, inuidia. Qui calūniatur egentē, exprobrat factori eius: honorat aūt eū, qui miseretur pauperis. In malitia sua repelletur impius, sperat aūt iustus in morte sua. In corde prudentis requiescit sapientia, z indoctos quosq; erudiet. Justitia eleuat gentem: miseros autem facit populos peccatum. Acceptus est regi minister intelligens: ira cundiam eius inutilis sustinebit.

¶ Capituli summarium. Addites z patientes, deo z hominibus grati. Caput.xv.

Responsio mollis frangit iram: sermo durus suscitat furorē. Lingua sapientū ornat scientiam: os fatuorū ebullit stultitiā. In omni loco, oculi dñi contēplantur bonos z malos. Lingua placabilis, lignū vite: que autē immoderata est, cōteret spiritum. Stultus irridet disciplinā patris sui: qui aūt custodit increpationes, astutior fiet. In abundāti iustitia virtus maxima est, cogitationes autē impiorū eradicabūtur. Domꝰ iusti plurima fortitudo, z in fructibus impij conturbatio. Labia sapientum disseminabūt scientiā: cor stultorū dissimile erit. Uictime impiorū abominabiles dño: vota iustorū placabilia. Abominatio est dño via impij: qui sequitur iustitiā, diligit ab eo. Doctrina mala deserentiū viā: vite qui increpationes odit, morietur. Infernus z perditio corā dño: quāto magis corda filiorū hominū? Nō amat pestilens eū qui se corripit: nec ad sapiētes gradit. Cor gaudēs exhilarat faciē: in merore animi deijcitur spūs. Cor sapiēs queret doctrinā, z os stultorū pascetur imperitia. Oēs dies pauperis, malus: secura mens quasi iuge conuiuiū. Melius est parum cū timore dñi, q̄ thesauri magni z insatiabiles. Melius est vocari ad olera cū charitate, q̄ ad vitulū saginatū cū odio. Uir iracūdꝰ prouocat rixas: qui patiēs est, mitigat suscitatas. Iter pigrorū quasi sepes spinarū: via iustorū absq; offendiculo. Filius sapiēs letificat patrē: z stultus homo despicit matrē suā. Stultitia gaudiū stultorū: z vir prudēs dirigit gressus suos. Dissipātur cogitationes vbi nō est cōsilium: vbi vero sunt plures cōsiliarij, cōfirmātur. Letat homo in sentētia oris sui: z sermo oportunꝰ est optimus. Semita vite super eruditū, vt declinet de inferno nouissimo. Domū superboꝝ demolietur dñs, z firmos faciet terminos vidue. Abominatio dñi cogitationes male, z purus sermo pulcherrimus firmabitur ab eo. Conturbat domum suā, qui sectat auaritiā: qui autē odit munera, viuet. Per misericordiā z fidē purgātur peccata, per timorē aūt dñi declinat omnis a malo. Addens iusti meditabitur sapiētiam, os impiorum redundat malis. Longe est dñs ab impijs: et orationes iustorum exaudiet. Lux oculorū letificat animam, fama bona impinguat ossa. Auris que audit increpationes vite, in medio sapientū commorabitur. Qui abycit disciplinā, despicit animam suam: qui autē acquiescit increpationibus, possessor est cordis. Timor domini disciplina sapientie, z gloriam precedit humilitas.

¶ Capituli Summarium. Prudentia z prouidentia precedere debent verba z actus. Caput.xvj.

Hominis est animā preparare, z dñi gubernare linguā. Omnes vie hominū patent oculis eius, spirituū ponderator est dñs. Reuela dño opera tua, z dirigentur cogitationes tue. Universa propter semetipsum operatus est dñs, impiū quoq; ad diem malū. Abominatio dñi est oīs arrogans: etiā si manus ad manū fuerit, nō erit innocēs. Initium vie bone, facere iustitiā: accepta est aūt apud deū magis, q̄ immolare hostias. Addisericordia z veritate redimit iniquitas: z in timore dñi declinatur a malo. Cū placuerint dño vie hois, inimicos quoq; eius conuertet ad pacē. Melius est parū cū iustitia, q̄ multi fructus cū iniquitate. Cor hominis disponit viaz suā, sed dñi est dirigere gressus eius. Diuinatio in labijs regis, in iudicio non errabit os eius. Pondus z statera iudicia dñi sunt: z opera eius oēs lapides sacculi. Abominabiles regi qui agūt impie: q̄n iustitia firmatur soliū. Uolūtas regū labia iusta: qui recta loquit, diligetur. Indignatio regis, nuntij mortis: z vir sapiēs placabit eam. In hilaritate vultus regis, vita: z clementia eius quasi imber serotinus. Possidе sapientiam, q̄ auro melior est: z acquire prudentiam, q̄ pretiosior est argento. Semita iustorū declinat mala: custos aie sue seruat viā suā. Contritionem precedit superbia, z ante ruinā exaltabitur spūs. Melius est humiliari cū mitibꝰ, q̄ diuidere spolia cum superbis. Eruditus in verbo reperiet bona: z qui sperat in dño beatus est. Qui sapiēs est corde, appellabit prudēs: z qui dulcis eloquio, maiora reperiet. Fons vite eruditio possidētis: doctrina stultorū, fatuitas. Cor sapiētis, erudiet os eiꝰ, z labijs eiꝰ addet gratiā. Fauus mellis cōposita verba, dulcedo anime z sanitas ossiū. Est via que videt homini recta, z nouissima eiꝰ ducūt ad mortē. Anima laborātis laborat sibi, quia cōpulit eū os suū. Uir insipiens fodit malū, z in labijs eiꝰ ignis ardescit. Homo peruersus suscitat lites, z verbosus separat principes. Uir iniquus lactat amicū suū, z ducit eū per viam non bonā. Qui attonitis oculis cogitat prava, mordens labia sua perficiet malū. Corona dignitatis senectus que in vijs iustitie reperietur. Melior est patiens viro forti: z qui dominabitur animo suo, expugnatore vrbium. Sortes mittuntur in sinum, sed a domino temperantur.

¶ L.S. Prudēs omnibus sese attemperat. Caput.xvij.

Melior est bucella sicca cū gaudio, q̄ domꝰ plena victimis cū iurgio. Seruus sapiens dominabitur filijs stultis, z inter fratres hereditatē diuidet. Sicut igne probatur argentū, z aurū camino, ita corda probat dñs. Malus obedit lingue inique: z fallax obtemperat labijs mendacibus. Qui despicit paupere, exprobrat factori eius: z qui in ruina letatur alterius, nō erit impunitus. Corona senū, filij filiorum: z gloria filiorū, patres eorū. Nō decent stultū verba cōposita, nec principem labiū mentiēs. Gemma gratissima expectatio prestolantis: quocūq; se vertit, prudēter intelligit. Qui celat delictū, querit amicitias, qui altero sermone repetit, separat federatos. Plus proficit correctio apud prudentem, q̄ centum plage apud stultum. Semper iurgia querit malus: angelus aūt crudelis mittetur contra eū. Expedit magis vrse occurrere raptis fetibus, q̄ fatuo cōfidenti sibi in stultitia sua. Qui reddit mala pro bonis, non recedet malū de domo eius. Qui dimittit aquā, caput est iurgiorū: z anteqū patiatur cōtumeliā, iudiciū deserit. Qui iustificat impiū, et qui condemnat iustum, abominabilis est vterq; apud deum. Quid prodest stulto habere diuitias, cū sapientiā emere non possit? Qui altam facit domum suam, querit

ruinam, & qui eruit at discere, incidet in mala. Omni tempo
re diligit qui amicus est, & frater in angustijs cõprobatur.
Stultus homo plaudet manibus, cũ spopondert pro ami
co suo. Qui meditatur discordias, diligit rixas: & qui exal
tat os suũ, querit ruinã. Qui peruersi cordis est, non inue
niet bonũ: et qui vertit linguã, incidet in malum. ¶Natus est
stultus in ignominiã suã, sed nec pater in fatuo letabitur.
D Animus gaudẽs etatẽ floridam facit: spiritus tristis exic
Eccli. cat ossa. ¶Munera de sinu impius accipit, vt peruertat semi
ij.c.viij.a tas iudicij. In facie prudentis lucet sapientia: oculi stulto
rum in finibus terre. Ira patris filius stultus, & dolor ma
Jac.j.c. tris que genuit eum. Nõ est bonum, damnum inferre iusto,
nec percutere principem qui recta iudicat. Qui moderatur
sermones suos, doctus & prudens est: & pretiosi spiritus, vir
eruditus. Stultus quoq; si tacuerit, sapiens reputabitur: &
si compresserit labia sua, intelligens.
¶ Capituli Summarium. Stultus & impius non verẽtur
male agere. Caput.xviij.
A Occasiones querit, qui vult recedere ab amico,
omni tempore erit exprobrabilis. Non recipit
stultus verba prudentie, nisi ea dixeris que ver
santur in corde eius. Impius cum in profundũ
venerit peccatorum, contemnit: sed sequitur eum ignomi
nia & opprobrium. Aqua profunda verba ex ore viri: & tor
rens redundans fons sapientie. Accipere personam impij
non est bonũ, vt declines a veritate iudicij. Labia stulti mi
scent seriis, & os eius iurgia prouocat. Os stulti cõtritio
B eius, & labia ipsi⁹ ruina anime ei⁹. Verba bilinguis, quasi
simplicia, & ipsa perueniunt vsq; ad interiora ventris. ¶Pi
grum deiecit timor: anime autem effeminatorum esurient.
Qui mollis & dissolutus est in opere suo, frater est sua ope
ra dissipantis. Turris fortissima nomen domini: ad ipsam
currit iustus, & exaltabitur. Substantia diuitis vrbs robo
ris eius, & quasi murus validus circundans eum. Ante eꝝ
cõteratur, exaltatur cor hominis: & ante eꝝ glorificetur, hu
miliatur. Qui prius respondet eꝝ audiat, stultum se esse
demonstrat, & confusione dignum. Spiritus viri sustentat
imbecillitatem suam, spiritum vero ad irascendum facilẽ
quis poterit sustinere? Cor prudentis possidebit scientiã,
et auris sapientium querit doctrinam. ¶Donum hominis
dilatat viam eius, & ante principes spatium ei facit. Justus
prior est accusator sui: venit amicus ei⁹, & inuestigabit eũ.
Contradictiones comprimit sors, & inter potentes quoq;
dijudicat. Frater qui adiuuatur a fratre quasi ciuitas fir
ma, & iudicia quasi vectes vrbium. De fructu oris viri re
plebitur venter eius, & genimma labiorum ipsius satura
bunt eũ. ¶Mors & vita in manibus lingue: qui diligunt eam,
comedent fructus eius. Qui inuenit mulierem bonam inue
nit bonũ, & hauriet iucunditatem a dño. Qui expellit mu
lierem bonam, expellit bonum: qui autem tenet adulteram
stultus est & insipiens. Cum obsecrationibus loquetur pau
per, & diues effabitur rigide. Vir amicabilis ad societatem
magis amicus erit: eꝝ frater.
¶ Capituli Summarium. Pauperes & abiecti plerunq;
postponuntur diuitibus & abiectis. Caput.xix.
M Elior est pauper q ambulat in simplicitate sua,
eꝝ torquens labia sua, & insipiens. Ubi non est
scientia anime, non est bonum: & qui festinus est
pedibus, offendet. Stultitia hominis supplan
tat gressus eius, & contra dñm feruet animo suo. ¶Diuitie ad
Dante. dunt amicos plurimus: a paupere autem & hi quos habuit
xiij.g. separãtur. Testis falsus nõ erit impunit⁹, & qui mendacia
B loquitur, non effugiet. ¶Multi colunt personam potentis, et
amici sunt dona tribuentis. Fratres oẽs pauperis oderũt
eũ, insuper & amici procul recesserunt ab eo. Qui tantũ ver
ba sectatur, nihil habebit: qui autẽ possessor est mentis, di
ligit animam suam, & custos prudentie inueniet bona. Fal
sus testis nõ erit impunit⁹, & qui loquitur mẽdacia peribit.
Non decent stultũ delitie, nec seruũ dominari principibus.
¶Doctrina viri per patiẽtiã noscitur, & gloria ei⁹ est inigna
pretergredi. Sicut fremitus leonis, ita & regis ira: et sicut
ros super herbã, ita & hilaritas eius. ¶Dolor patris, filius
stultus, & tecta inter perstillãtia, litigiosa mulier. ¶Dom⁹
& diuitie dantur a patribus, a dño autem proprie vxor pru
dens. ¶Pigredo immittit soporem, & aĩa dissoluta esuriet.
Qui custodit mãdatum, custodit animã suam: qui aũt ne
gligit viam suã, mortificabitur. Feneratur dño, qui misere
tur pauperis, & vicissitudinẽ suã reddet ei. Erudi filiũ tuũ,
ne desperes: ad interfectionẽ autem eius ne ponas animam
tuã. qui enim impatiẽs est, sustinebit damnũ: & cũ rapuerit,
aliud apponet. Audi cõsiliũ, & suscipe disciplinã, vt sis sa
piens in nouissimis tuis. ¶Multe cogitatiões in corde viri:
volũtas autẽ dñi in eternũ permanebit. ¶Homo indigẽs mi
sericors est: & melior est pauper, eꝝ vir mendax. Timor dñi
D ad vitã, & in plenitudine commorabitur absq; visitatione
pessimi. Abscondit piger manum suã sub asella, nec ad os
Infra suũ applicat eam. ¶Pestilente flagellato stultus sapientior
xxj.b. erit: si autẽ corripueris sapientẽ, intelliget sapiẽtiam. Qui
affligit patrem, & fugit matrẽ, ignominiosus erit, & infelix.
Non cesses audire fili doctrinã, nec ignores sermones scie
tie. Testis iniquus deridet iudicium, & os impiorum deuo
rat iniquitatẽ. ¶Parata sunt derisoribus iudicia, & malleis
percutientes stultorum corporibus.
¶ Capituli Summarium. Ebrietas, contentio, immundi
tia, crudelitas fugienda &c. Caput.xx.
A Luxuriosa res vinũ, & tumultuosa ebrietas: qui
cunq; his delectatur, non erit sapiẽs. Sicut ru
gitus leonis, ita & terror regis: qui prouocat eũ,
peccat in animas suam. ¶Honor est homini qui
separat se a contentionibus, omnes autẽ stulti miscentur
contumelijs. ¶Propter frigus piger arare noluit, mendica
bit ergo estate, & non dabitur illi. Sicut aqua profunda sic
consilium in corde viri: sed homo sapiens exhauriet illud.
¶Multi homines misericordes vocantur, virum autẽ fidẽ
lem quis inueniet? Justus qui ambulat in simplicitate sua,
beatos post se filios derelinquit. Rex qui sedet in solio in
dicij, dissipat omne malum intuitu suo. Quis potest dice
re, ¶Mundum est cor meum, purus sum a peccato? ¶Pon
dus & pondus, mensura & mensura, vtrũq; abominabile est
apud dñm. Ex studijs suis intelligitur puer, si munda & recta
sint opera eius. Aurẽ audientem & oculum videntẽ, dñs fe
cit vtrunq;. Noli diligere somnum ne te egestas oppримat.
Aperi oculos tuos & satura re panibus. ¶Malũ est, malum
est, dicit omnis emptor. & cũ recesserit, tunc gloriabitur. Est
aurũ, & multitudo gemmarum: vas autem pretiosum labia
scientie. Tolle vestimentum eius, qui fideiussor extitit alie
ni, & pro extraneis aufer pignus ab eo. Suauis est homini
panis mendacij, & postea implebitur os eius calculo. Co
gitationes cõsilijs roborãtur, & gubernaculis tractãda sunt
bella. Ei qui reuelat mysteria, & ambulat fraudulenter, & di
latat labia sua, ne cõmiscearis. Qui maledicit patri suo &
matri, extinguetur lumen eius in mediis tenebris. ¶Hereditas
ad quã festinatur in principio, in nouissimo benedictio
ne carebit. Ne dicas. ¶Reddã malum: expecta dñm & libera
bit te. Abominatio est apud dñm pondus & pondus, statera
dolosa nõ est bona. A dño diriguntur gressus viri quis
autem hominum intelligere potest viã suã? Ruina est ho
mini deuotare sanctos, & post vota retractare. Dissipat im
pios rex sapiẽs, & incuruat super eos fornicem. Lucerna do
mini spiraculũ hominis, que inuestigat oia secreta vẽtris.
¶Misericordia & veritas custodiunt regem, & roboratur cle
mentia thronus eius. Exaltatio iuuenũ fortitudo eorũ, et
dignitas senum canities. Liuor vulneris abstergit mala, &
plage in secretioribus ventris.
¶ Capituli Summarium. Qui misericors est proximo,
habebit deum propitium. Caput.xxj.
A Sicut diuisiones aquarũ, ita cor regis in manu
dñi: quocũq; voluerit, inclinabit illud. Omis via
viri recta sibi videt, appẽdit aũt corda dñs. Fa
cere iustitiã & iudicium magis placet dño, eꝝ vi-

Exodi xxj.c. Leuitici xx.b. Matth. xv.a. D ẽ. xvij.c. Roma. xij.d. j.pet.ij.b. j.thes.v. d.

j. Jo.j.a. iij. regũ. viij.c. ij. Para. vj.g. Eccles vij.c.

ctime. Exaltatio oculorum ⁊ dilatatio cordis, lucerna impiorum peccatum. Cogitationes robusti semper in abundantia, omnis autem piger in egestate est. Qui congregat thesauros lingua mendacij, vanus ⁊ excors est, ⁊ impingetur ad laqueos mortis. Rapine impiorū detrahent eos, qui noluerunt facere iudicium. Peruersa via viri, aliena est: qui autem mundus est, rectū opus eius. ℳelius est sedere in angulo domatis, q̄ cum muliere litigiosa, ⁊ in domo cōmuni. Anima impij desyderat malum non miserebitur proximo suo. ℳulctato pestilente sapientior erit parvulus: ⁊ si sectetur sapientē, sumet scientiā. Excogitat iustus de domo impij, vt detrahat impios a malo. Qui obturat aurē suam ad clamorem pauperis, ⁊ ipse clamabit, ⁊ non exaudietur. ℳunus absconditum extinguit iras, ⁊ donum in sinu indignationē maximam. Gaudium iusto est facere iudicium, ⁊ pauor operantibus iniquitatē. Vir qui errauerit a via doctrine, in cetu gigātium cōmorabitur. Qui diligit epulas, in egestate erit: qui amat vinum ⁊ pinguia, nō ditabitur. Pro iusto datur impius, ⁊ pro recto iniquus. ℳelius est habitare in terra deserta, q̄ cum muliere rixosa ⁊ iracūda. Thesaurus desyderabilis, ⁊ oleum in habitaculo iusti: ⁊ imprudens homo dissipabit illud. Qui sequitur iustitiam ⁊ misericordiam, inuenet vitam, iustitiam ⁊ gloriam. Ciuitatem fortium ascendit sapiens, destruxitq; robur fiducie eius. Qui custodit os suum, ⁊ linguam suā, custodit ab angustijs animam suam. Superbus ⁊ arrogans vocat indoctus, qui intra operatur superbiā. Desyderia occidūt pigrū, noluerunt enim quicq̄ manus eius operari. Tota die cōcupiscit ⁊ desyderat: qui aūt iustus est, tribuet, ⁊ non cessabit. Hostie impiorū abominabiles, que offeruntur ex scelere. Testis mēdax peribit, vir obediens loquetur victoriam. Vir impius procaciter obfirmat vultum suū: qui autem rectus est, corrigit viam suam. Non est sapientia, non est prudentia, non est consilium contra dominum. Equus paratur ad diem belli: dominus autem salutem tribuit.

¶ Capituli Summarium. Probitas vite diuitijs anteponenda. Caput.xxij.

ℳelius est nomē bonum, q̄ diuitie multe: super argentum enim ⁊ aurū gratia bona. Diues et pauper obuiauerunt sibi: vtriusq; operator est dōs. Callidus vidit malum, ⁊ abscondit se: innocens pertransyt, ⁊ afflictus est damno. Finis modestie timor dōi, diuitie ⁊ gloria ⁊ vita. Arma ⁊ gladij in via peruersi: custos autē anime sue longe recedit ab eis. Prouerbium est. Adolescens iuxta viā suam, etiam cum senuerit, non recedet ab ea. Diues pauperibus imperat: ⁊ qui accipit mutuum, seruus est fenerantis. Qui semnat iniquitatem, metet mala, ⁊ virga ire sue cōsummabitur. Qui pronus est ad misericordiam, benedicetur: de panibus enī suis dedit pauperi. Victoriam ⁊ honorē acquiret qui dat munera: animā autem aufert accipientiū. Eijce derisorē, ⁊ exibit cū eo iurgium, cessabuntq; cause, ⁊ contumelie. Qui diligit cordis munditiam, propter gratiā labiorum suorum habebit amicū regem. Oculi dōi custodiunt scientiā, ⁊ supplantantur verba iniqui. Dicit piger, Leo est foris, in medio platearū occidendus sum. Fouea profunda os aliene: cui iratus est dōs, incidet in eā. Stultitia colligata est in corde pueri, ⁊ virga disciplme fugabit eā. Qui calūniatur pauperem, vt augeat diuitias suas, dabit ei, se ditior, ⁊ egebit. Fili mi inclina aurē tuam, ⁊ audi verba sapientium. Appone autem cor ad doctrinam meam, que pulchra erit tibi cum seruaueris eam in ventre tuo, ⁊ redundabit in labijs tuis: vt sit in dōo fiducia tua, vnde ⁊ ostēdi eam tibi hodie. Ecce descripsi eam tibi tripliciter, in cogitationib⁹ ⁊ scientia, vt ostenderē tibi firmitatē ⁊ eloquia veritatis, respondere ex his illis qui miserunt te. Non facias violentiā pauperi, quia pauper est: neq; cōteras egenum in porta: qr iudicabit dōs causam eius, ⁊ confliget eos qui cōfixerunt animam eius. Noli esse amicus homini iracundo, neq; ambules cum viro furioso: ne forte discas semitas eius, ⁊ sumas scandalum anime tue. Noli esse cum his qui defigunt manus suas, ⁊ qui vades se offerunt pro debitis: si enim nō habes vnde restituas, quid cause est vt tollat operimētum de cubili tuo? Ne trāsgrediaris terminos antiquos, quos posuerunt patres tui. Vidisti virum velocem in opere suo? coram regibus stabit, nec erit ante ignobiles.

¶ Ca. Sum. ℳoderationi per oia studendum. Ca. xxiij.

Quando sederis vt comedas cū principe, diligēter attende q̄ posita sunt ante faciē tuā, ⁊ statue cultrū in gutture tuo, si tamē habes in potestate animam tuā. Ne desyderes de cibis eius in quo est panis mēdacij. Noli laborare vt diteris, sed prudētie tue pone modum. Ne erigas oculos tuos ad opes quas nō potes habere: qr facient sibi pennas quasi aquile, ⁊ volabunt in celum. Ne comedas cum homine inuido, ⁊ ne desyderes cibos eius: quoniam in similitudinem arioli ⁊ coniectoris estimat quod ignorat. Comede ⁊ bibe, dicet tibi: et mens eius nō est tecum. Cibos quos comederas euomes, et perdes pulchros sermones tuos. In auribus insipientium ne loquaris, quia despicient doctrinam eloquii tui. Ne attingas parvulorum terminos et agrum pupillorum ne introeas, propinquus enim illorum fortis est, et ipse iudicabit contra te causam illorum. Ingrediatur ad doctrinam cor tuum, ⁊ aures tue ad verba scientie. Noli subtrahere a puero disciplinam. si enim percusseris eum virga, non morietur. tu virga percuties eum: ⁊ animā eius de inferno liberabis. Fili mi si sapiens fuerit animus tuus, gaudebit tecū cor meum: ⁊ exultabunt renes mei, cū locuta fuerint recta labia tua. Non emuletur cor tuum peccatores, sed in timore dōi esto tota die: qr habebis spem in nouissimo: et prestolatio tua auferetur. Audi fili mi, ⁊ esto sapiens, ⁊ dirige in via animū tuum. Noli esse in conuiuijs potatorum, nec in comessationibus eorū qui carnes ad vescendū cōferunt: qma vacantes potibus, ⁊ dantes symbola, consumētur, ⁊ vestietur pannis dormitatio. Audi patrem tuum qui genuit te: ⁊ ne contemnas cum senuerit mater tua. Veritatem eme, ⁊ noli vendere sapientiam, ⁊ doctrinam ⁊ intelligentiam. Exultat gaudio pater iusti: ⁊ qui sapientē genuit, letabitur in eo. Gaudeat pater tuus, ⁊ mater tua, ⁊ exultet que genuit te. Prebe fili mi cor tuum mihi, ⁊ oculi tui vias meas custodiāt. Fouea enim profunda est meretrix, et puteus angustus aliena. Insidiatur in via quasi latro, ⁊ quos incautos inuenerit interficiet. Cui ve, cuius patri ve, cui rixe, cui fouee, cui sine causa vulnera, cui suffossio oculorum: nonne his qui commorantur in vino, ⁊ student calicib⁹ epotandis? Ne intuearis vinum, quando flauescit, cum splenduerit in vitro color eius: ingreditur blande, sed in nouissimo mordebit vt coluber, ⁊ sicut regulus venena diffundet. Oculi tui videbunt extraneas, ⁊ cor tuum loquetur peruersa. Et eris sicut dormiens in medio mari, et quasi sopitus gubernator amisso clauo, et dices. Verberauerunt me, sed non dolui: traxerunt me, ⁊ ego non sensi. quādo euigilabo, et rursus vina reperiam?

¶ Capituli Summarium. ℳali fugiendi, ⁊ post lapsum mox resurgendum ⁊c. Caput.xxiiij.

Ne emuleris viros malos, nec desyderes esse cū eis: quia rapinas meditatur mens eorū, ⁊ fraudes labia eorum loquuntur. Sapientia edificabitur domus, ⁊ prudentia roborabitur. In doctrina replebuntur cellaria, vniuersa substātia pretiosa et pulcherrima. Vir sapiens, fortis est: vir doctus, robustus ⁊ validus: quia cum dispositiōe initur bellum, ⁊ erit salus vbi multa consilia sunt. Excelsa stulto sapientia, in porta non aperiet os suum. Qui cogitat mala facere, stultus vocabitur. Cogitatio stulti peccatum est: et abominatio hominum detractor. Si desperaueris lapsus in die angustie: imminuetur fortitudo tua. Erue eos qui ducūtur ad mortem, ⁊ qui trahuntur ad interitum liberare ne cesses. Si dixeris. Vires non suppetunt: qui inspector est cordis, ipse intelligit, ⁊ seruatorem anime tue nihil fallit, reddetq; ho-

mini

mini iuxta opa sua. Comede fili mi mel, q̃ bonum est, et fauum dulcissimũ gutturi tuo, sic̃ doctrina sapientie, anime tue: quã cũ inueneris, habebis in nouissimis spem, et spes tua nõ peribit. Ne insidieris, ⁊ queras impietatem in domo iusti, neq; vastes requiẽ eius. septies enĩ cadet iustus, ⁊ resurget, impij aũt corruẽt in malũ. Cũ ecciderit inimicus tuus, ne gaudeas, ⁊ in ruina eius ne exultet cor tuũ: ne forte videat dominus, ⁊ displiceat ei, ⁊ auferat ab eo iram suam. Ne cõtendas cum pessimis, nec emuleris impios, q̃ nõ habent futurorũ spẽ mali, ⁊ lucerna impiorũ extinguet. Time dñm fili mi ⁊ regẽ, ⁊ cũ detractoribus non cõmiscearis. Q̃ repẽte cõsurget perditio eorũ, ⁊ ruinã vtriusq; quis nouit? Hec q̃z sapiẽtibus. Cognoscere personã in iudicio, nõ est bonũ. Qui dicit impio. Justus es: maledicẽt eis populi, ⁊ detestabuntur eos tribus. Qui arguũt eum, laudabuntur, et superipsos veniet benedictio. Labia deosculabit, qui recta vba respõdet. Prepara foris opus tuũ, ⁊ diligẽter exerce agrũ tuũ, et postea edifices domũ tuã. Ne sis testis frustra contra proximũ tuũ, nec lactes quẽquã labijs tuis. Ne dicas, Quõ fecit mihi, sic faciã ei: reddã vnicuiq; scõm opus suum. Per agrum hominis pigri trãsiui, ⁊ per vineam viri stulti, ⁊ ecce totum repleuerant vrtice, operuerant superficiẽ eius spine, ⁊ macerialapidũ destructa erat. quod cum vidissem, posui in corde meo, et exemplo didici disciplinã. Usquequo piger dormies, vsquequo de somno consurges? Parum inquam dormies, modicum dormitabis, paurillum manus conseres, vt quiescas: et veniet tibi quasi cursor egestas tua, ⁊ mẽdicitas quasi vir armatus.

¶ L.S. Reuerenter agendũ cũ maioribus. ⁊c. Caput. xxv.

¶ Hec quoq; parabole Salomonis, quas transtulerũt viri Ezechie regis Juda.

Gloria dei est celare verbum, ⁊ gloria regũ inuestigare sermonem. Celum sursum, ⁊ terra deorsum, ⁊ cor regum inscrutabile. Aufer rubiginem de argento, et egredietur vas purissimum. aufer impietatẽ de vultu regis, ⁊ firmabitur iustitia thronus eius. Ne glorioſus appareas corã rege, et in loco magnorum ne steteris. Melius est enĩ vt dicat tibi. Ascẽde huc, q̃ vt humilieris coram principe. Que viderunt oculi tui, ne proferas in iurgio cito: ne postea emẽdare nõ possis, cum dehonestaueris amicum tuum. Causam tuã tracta cum amico tuo, ⁊ secretum extraneo ne reueles: ne forte insultet tibi cum audierit, ⁊ exprobrare non cesset. Gratia ⁊ amicitia liberant, quas tibi serua, ne exprobrabilis fias. Mala aurea in lectis argẽteis, qui loquitur verbũ in tẽpore suo. Jnauris aurea, ⁊ margaritũ fulgẽs, qui arguit sapientẽ ⁊ aurem obediẽtẽ. Sicut frigus niuis in die messis, ita legatus fidelis ei q̃ miserit eũ, animã ipsius refocillare facit. Nubes ⁊ vẽtus pluuiã nõ sequentes, vir glorioſus, ⁊ promissa nõ cõplẽs. Patiẽtia lenietur princeps: et lingua mollis confringet duritiã. Mel inueniſti, comede q̃ sufficit tibi: ne forte satiatus euomas illud. Subtrahe pedẽ tuũ de domo proximi tui, ne quando satiatus oderit te. Jaculũ ⁊ gladius ⁊ sagitta acuta, hõ q̃ loquit cõtra proximum suum falsum testimoniũ. Dens putridus, ⁊ pes lassus q̃ sperat super infideli in die angustie, ⁊ amittit palliũ in die frigoris. Acetũ in nitro, qui cãtat carmina cordi pessimo. Sicut tinea vestimento et vermis ligno ita tristitia viri nocet cordi. Si esurierit inimicus tuus, ciba illum: si sitierit, da ei aquam bibere. prunas enĩ congregabis super caput eius, ⁊ dñs reddet tibi. Ventus aquilo dissipat pluuias, ⁊ facies tristis linguam detrahentem. Melius est sedere in angulo domatis, q̃ cum muliere litigiosa et in domo cõmuni. Aqua frigida anime sitiẽti, ⁊ nuntius bonus de terra longinqua. Fons turbatus pede, ⁊ vena corrupta, iustus cadens coram impio. Sicut qui mel multũ comedit, nõ est ei bonũ: sic q̃ scrutator est maiestatis, opprimet a gloria. Sicut vrbs patens ⁊ absq; murorũ ambitu, ita vir qui non potest in loquendo cohibere spiritum suum.

¶ Capituli Summarium. Stulto nihil cõmittẽdũ presertim futili ⁊ maledico. Caput. xxvj.

Quomodo nix in estate, ⁊ pluuie in messe, sic indecens est stulto gloria. Sicut auis ad alia trãsuolans, ⁊ passer quolibet vadẽs: sic maledictũ frustra prolatũ in quẽpiã superueniet. Flagellũ eq̃, ⁊ camus asino, ⁊ virga dorso imprudẽtiũ. Ne rñdeas stulto iuxta stultitiã suã, ne efficiaris ei similis. Rñde stulto iuxta stultitiã suã, ne sibi sapiẽs esse videat. Claudus pedibus, ⁊ iniquitatẽ bibẽs, qui mittit verba per nuntiũ stultum. Quõ pulchras frustra habet claudus tibias: sic indecẽs est in ore stultorũ parabola. Sicut qui mittit lapidẽ in acerniũ mercurij: ita qui tribuit insipienti honorẽ. Quõ si spina nascat in manu temulenti: sic parabola in ore stultorũ. Judiciũ determinat causas: ⁊ qui imponit stulto silentiũ, iras mitigat. Sicut canis qui reuertit̃ ad vomitũ suũ sic imprudens qui iterat stultitiam suã. Vidisti hominem sapientẽ sibi videri, magis illo spẽ habebit insipiẽs. Dicit piger. Leo est in via, ⁊ leena in itineribꝰ. Sicut ostiũ vertitur in cardine suo, ita piger in lectulo suo. Abscondit piger manus sub ascella sua, ⁊ laborat si ad os suum eas conuerterit. Sapiẽtior sibi piger videt̃ septẽ viris loquẽtibus sentẽtias. Sicut q̃ apprehendit auribus canẽ, sic qui trãsit impatiẽs, ⁊ cõmiscet̃ rixe alterius. Sicut noxius est q̃ mittit sagittas, ⁊ lãceas, ⁊ mortem: ita vir q̃ fraudulẽter nocet amico suo, ⁊ cũ fuerit deprehensus, dicit, Ludẽs feci. Cũ defecerint ligna, extinguetur ignis: ⁊ susurrone subtracto, iurgia cõquiescũt. Sicut carbones ad prunas, ⁊ ligna ad ignẽ, sic homo iracũdus suscitat rixas. Verba susurronis quasi simplicia, et ipsa perueniunt ad intima cordis. Quõ si argẽto sordido ornare velis vas fictile, sic labia tumẽtia cum pessimo corde sociata. Labijs suis intelligitur inimicus, cũ in corde tractauerit dolos. q̃ submiserit vocẽ suã, ne credideris ei, q̃m septẽ nequitie sunt in corde illius. Qui operit odiũ fraudulẽter, reuelabit̃ malitia eius in concilio. Qui fodit foueam, incidet in eam: ⁊ qui voluit lapidẽ, reuertetur ad eum. Lingua fallax non amat veritatem, et os lubricum operatur ruinas.

¶ L.S. Cohibẽda est ira, ⁊ cauẽda fraudulẽtia. ca. xxvij.

Ne glorieris in crastinũ, ignorãs q̃d supernẽtura pariat dies. Laudet te alienus, et non os tuum, extraneus, ⁊ nõ labia tua. Grane est sarũ, ⁊ onerosa arena: sed ira stulti vtroq; grauior. Jra nõ habet misericordiam, nec erũpens furor: ⁊ impetũ concitati ferre q̃s poterit? Melior est manifesta correptio, q̃ amor abscõditus. Melliora sunt vulnera diligentis, q̃ fraudulẽta oscula odientis. Anima saturata calcabit fauũ, ⁊ anima esuriẽs etiã amarũ p̃ dulci sumet. Sicut auis trãsmigrans de nido suo, sic vir qui derelinqt locũ suũ. Unguẽto ⁊ variis odoribus delectat̃ cor: et bonis amici consilijs anima dulcoratur. Amicum tuũ, ⁊ amicũ patris tui ne dimiseris: ⁊ domum fratris tui ne ingrediaris in die afflictionis tue. Melior est vicinus iurta, q̃ frater procul. Stude sapientie fili mi, ⁊ letifica cor meũ, vt possis exprobranti respondere sermonem. Astutus vidẽs malũ, absconditus est, parvuli trãseuntes sustinuerũt dispẽdia. Tolle vestimẽtũ eius qui spopondit pro extraneo, ⁊ pro alienis aufer ei pignus. Qui bñdicit primo suo voce grãdi, de nocte cõsurgens, maledicẽti similis erit. Tecta perstillãtia in die frigoris, ⁊ litigiosa mulier cõparantur. qui retinet eam, quasi qui ventũ teneat, ⁊ oleum dextre sue euacuet. Ferrũ ferro exacuit̃, ⁊ homo exacuit faciem amici sui. Qui seruat ficum, comedet fructus eius: ⁊ q̃ custos est domini sui, glorificabitur. Quomodo in aqis respondent vultus prospicentium, sic corda hominum manifesta sunt prudentibus. Jnfernus et perditio nunquã implẽtur, similiter et oculi hominũ insatiabiles. Quo modo probatur in conflatorio argentum, ⁊ in fornace aurum: sic probatur homo ore laudãtis. Cor iniqui inquirit mala, cor aũt rectum inquirit scientiam. Si cõtuderis stultum in pila, q̃si ptisanas feriente desuper pilo, nõ auferetur ab eo stultitia eius. Diligẽter agnosce vultum pecoris tui tuosq; greges considera. non enĩ habebis iugiter potestatem, sed corona tribuetur in generatione et gñationẽ. Aperta sunt prata, et

apparuerūt herbe virētes,⁊ collecta sunt fena de montib⁹. Agni ad vestimentum tuum,⁊ hedi agri pretiū. Sufficiat tibi lac caprarum in cibos tuos,⁊ in necessaria domus tue, et ad victum ancillis tuis.

¶ L.S. Equitas ⁊ iustitia in cūctis seruāda. Caput.xxviij.

A — FUgit impius nemine persequente,iustus autem quasi leo confidens,absq; terrore erit. Propter peccata terre multi principes eius:⁊ propter hominis sapientiam ⁊ horum scientiam que dicūtur,vita ducis longior erit. Vir pauper calumnians pauperes,similis est imbri vehemēti,in quo paratur fames. Qui derelinquunt legem,laudant impium,qui custodiunt,succenduntur contra eum. Viri mali non cogitant iudiciū,qui autem inquirunt dominū,animaduertunt omnia. Melior est pauper ambulās in simplicitate sua q̄ diues in prauis itineribus. Qui custodit legem,filius sapiēs est qui aūt comessatores pascit,confundit patrem suum. Qui coacervat diuitias vsuris,⁊ fenore liberali,in pauperes ꝯgregat eas. Qui declinat aures suas ne audiat legem,oratio eius erit execrabilis. Qui decipit iustos in via mala,in interitu suo corruet,⁊ simplices possidebūt bona. Sapiēs sibi videt vir diues,pauper autē prudēs scrutabitur eum. In exultatione iustorum multa gloria est,regnātibus impijs ruine hominum. Qui abscōdit scelera sua,nō dirigēt,qui aūt cōfessus fuerit,et reliquerit ea,misericordiam consequetur. Beatus homo qui semper est pauidus:qui vero mentis est dure,corruet in malum. Leo rugiens,⁊ vrsus esuriens,princeps impius super populū pauperē. Dux indigens prudētia,multos opprimet per calūniā:qui aūt odit auaritiā,longi fient dies eius. Homine qui calūniat animę sanguinē,si vsq; ad lacū fugerit,nemo sustinet. Qui ambulat simpliciter,saluus erit:qui peruersis gradit vijs,cōcidet semel. Qui operatur terrā suam,satiabit panibus:qui autē sectat ocium,replebitur egestate. Vir fidelis multū laudabitur:q autē festinat ditari,nō erit innocēs. Qui cognoscit in iudicio faciem,nō bene facit,iste ⁊ pro bucella panis deserit veritatē. Vir qui festinat ditari,⁊ alijs inuidet,ignorat q̄ egestas supueniet ei. Qui corripit hominē,gratiā postea inueniet apud eum magis,q̄ ille qui per lingue blādimenta decipit. Qui subtrahit aliquid a patre suo,⁊ a matre,⁊ dicit hoc nō esse peccatum:particeps homicide est. Qui se iactat ⁊ dilatat,iurgia cōcitat:q vero sperat in dño,sanabitur. Qui cōfidit in corde suo,stultus est:q autē gradit sapiēter,ipse saluabit. Qui dat pauperi,nō indigebit,qui despicit deprecantem, sustinebit penuriam. Cum surrexerint impij,abscondētur homines:cum illi perierint,multiplicabuntur iusti.

¶ L.S. Sub rectoribus iustis floret respublica. Cap.xxix.

A — VIr qui corripiente dura ceruice cōtēnit,repentinus ei superueniet interitus,⁊ eum sanitas nō sequet. In multiplicatione iustoū letabit vulgus:cū impij sumpserint principatū,gemet pplūs. Vir qui amat sapientiā,letificat patrem suum:qui autē nutrit scorta,perdet substantiā. Rex iustus erigit terram,vir auarus destruit eam. Homo qui blādis fictisq; sermonib⁹ loquitur amico suo,recte expādit gressibus suis. Peccantē virū iniquū muoluet laqueus,⁊ iustus laudabit atq; gaudebit. Nouit iustus causam pauperū,impius ignorat scientiam. Homines pestilētes dissipant ciuitatē,sapiētes vero auertūt furorē. Vir sapiēs si cū stulto cōtēderit,siue irascatur,siue rideat,nō inueniet requiem. Viri sanguinū oderūt simplicē:iusti aūtē querunt animā eius. Totū spiritū suum pfert stultus:sapiēs differt ⁊ reseruat in posterū. Princeps qui libenter audit verba mendacij,omnes ministros habet impios. Pauper ⁊ creditor obuiauerunt sibi:vtriusq; illuminator est dominꝰ. Rex qui iudicat in veritate pauperes, thronus eius in eternum firmabitur. Virga atq; correctio tribuit sapientiam,puer autem qui dimittitur voluntati sue, confundit matrem suam. In multiplicatione impiorū multiplicabuntur scelera,et iusti ruinas eorum videbūt. Erudi filium tuū,⁊ refrigerabit te,et dabit delitias anime tue. Cū

Supra xx.a.

B

C

Supra xx.b. Eccle. xx.d.

D

A

Luc. xv.e.

B

C

ppheta defecerit,dissipabitur populus: qui vero custodit legem,beatus est. Seruus verbis non ꝓtest erudiri: quia quod dicis intelligit,et respondere contemnit. Vidisti hominem velocem ad loquendum,stultitia magis sperāda est q̄ illi⁹ correctio. Qui delicate a pueritia sua nutrit seruum suum,postea sentiet eum cōtumacem. Vir iracundus prouocat rixas:et qui ad indignandum facilis est,erit ad peccata procliuior. Superbum sequitur humilitas,⁊ humilem spiritu suscipiet gloria. Qui cū fure partitur,odit animam suam,adiurantē audit,et non iudicat. Qui timet hominem,cito corruet:qui sperat in dño,subleuabitur. Multi requirunt faciem principis,et iudicium a domino egreditur singulorum. Abominantur iusti virum impium,⁊ abominantur impij eos qui in recta sunt via. Verbū custodiēs filius,extra peditionem erit.

D

Job xxij.d.

¶ Capitulū Summarium. Sapientia a deo petenda,duo a deo ꝓstulanda,tria insaturabilia.&c. Caput.xxx.

A — VErba congregantis filij vomentis. Visio quam locutus est vir,cum quo est deus,⁊ qui deo secū morante confortatus,ait. Stultissimus sum virorum,⁊ sapientia hominum non est mecum. nō didici sapientiam,⁊ noui scientiam sanctorum. Quis ascēdit in celum,atq; descendit: Quis continuit spiritū in manibus suis: Quis colligauit aq̄s quasi in vestimēto: Quis suscitauit omnes terminos terre: Quod nomē est eius,⁊ qō nomen filij eius,si nosti: Omnis sermo deo ignitus,clypeus est sperantibus in se. Ne addas quicquā verbis illius,et arguaris,inueniarisq; mendax. Duo rogaui te,ne deneges mihi antequam moriar. Vanitatē,⁊ verba mendacij longe fac a me. Mendicitatem,⁊ diuitias ne dederis mihi,tribue tantum victui meo necessaria. ne forte satiatus illiciar ad negandum,et dicam,Quis est dominus: aut egestate compulsus furer,et periurem nomen dei mei. Ne accuses seruū ad dominum suum,ne forte maledicat tibi,⁊ corruas. Generatio que patri suo maledicit,et que matri sue non benedicit. Generatio que sibi munda videt,⁊ tamen non est lota a sordibus suis. Generatio cuius excelsi sunt oculi,⁊ palpebre eius in alta surrecte. Generatio que pro dētibus gladios habet,et commandit molaribus suis,vt comedat inopes de terra,⁊ pauperes ex hominibus. Sanguisuge due sunt filie,dicentes. Affer affer. Tria sunt insaturabilia,et quartū quod nūquā dicit,Sufficit. Infernus,⁊ os vulue,⁊ terra que nō satiatur aqua:ignis vero nunquā dicit Sufficit. Oculum qui subsannat patrem,et qui despicit partum matris sue,suffodiant eum corui de torrentibus,et comedant eum filij aquile. Tria sunt difficilia mihi,et quartum penitus ignoro. Viam aquile in celo,viam colubri super petram,viam nauis in medio mari,⁊ viam viri in adolescentula. Talis est via mulieris adultere,que comedit,⁊ tergēs os suum,dicit. Non sum operata malum. Per tria mouetur terra,et quartum non potest sustinere. Per seruū cū regnauerit,per stultū cum saturatus fuerit cibo,et per odiosam mulierem cum in matrimonium fuerit assumpta,⁊ per ancillam cum fuerit heres domine sue. Quatuor sunt minima terre,et ipsa sunt sapientiora sapientib⁹: formice populus infirmus,qui preparat in messe cibum suū, lepusculus plebis inualida,qui collocat in petra cubile suum: regem locusta non habet,et egreditur vniuersa per turmas suas: stellio manibus nititur,et moratur in edibus regis. Tria sunt que bene gradiuntur,⁊ quartum quod incedit feliciter: leo fortissimus bestiarum,ad nullius pauebit occursum: gallus succinctus lumbos suos,⁊ aries,nec est rex qui resistat ei. Et qui stultus apparuerit,postq; eleuatus est in sublime: si cū intellexisset,ori suo imposuisset manū. Qui autē fortiter premit vbera ad eliciendum lac,exprimit butyrum: ⁊ qui vehementer emungit,elicit sanguinem: et qui prouocat iras,producit discordias.

B

Psalmo xvij.c.

C

¶ Capituli Summarium. Mirentes consolandi. Item qualis debeat esse mulier proba. Caput.xxxj.

¶ Verba Lamuelis regis. visio qua erudiuit eū mater sua.

A Quid dilecte mi, qđ dilecte vteri mei, qđ dilecte votorũ meorũ: Ne dederis mulieribꝰ substantiã tuã, & vias tuas ad delẽdos reges. Noli regibus o Lamuel, noli regibꝰ dare vinũ: qꝛ nullũ secretũ est, vbi regnat ebrietas. ne forte bibãt & obliuiscant iudiciorũ, & mutẽt cãm filiorũ pauperis. Date siceram merentibus, & vinũ his q amaro sunt aio. Bibãt & obliuiscant egestatis sue, & doloris sui nõ recordent amplius. Api os tuũ muto, & causis oĩm filiorũ q pertranseunt. Aperi os tuũ, decerne qđ iustũ est, & vindica inopẽ, & pauperẽ. Aleph. Mulierẽ fortẽ qs inueniet: procul, & de vltimis finibꝰ ptũ eius. Beth. Cõfidit in ea cor viri sui, & spolijs nõ indigebit. Bimel. Reddet ei bonũ, & nõ malũ, oĩbus diebꝰ vite sue. Daleth. Quesiuit lanã, & linũ, & opata est cõsilio manũ suarũ. He. Facta est quasi nauis institoris de lõge portãs panem suũ. Uau. De nocte surrexit, dediteꝫ ꝑdã domesticis suis, & cibaria ancillis suis. Zain. Cõsiderauit agrũ, & emit eum, de fructu manuũ suarũ plantauit vineam. Heth. Accinxit fortitudine lumbos suos, & roborauit brachiũ suuꝫ. Teth. Gustauit qm̃ bona est negotiatio eius, nõ extinguet in nocte lucerna eius. Iod. Manũ suam misit ad fortia, et digiti eius apprehẽderũt fusum. Caph. Manũ suã aperuit inopi, & palmas suas extendit ad pauperẽ. Lamed. Non timebit domui sue a frigoribus nimis, oẽs enĩ domestici eius vestiti sunt duplicibus. Mem. Stragulatam vestem fecit sibi, byssus & purpura indumentum eius. Nun. Nobilis in portis vir eius, quando sederit cũ senatoribus terre. Samech. Sindonem fecit & vendidit, & cingulum tradidit chananeo. Ain. Fortitudo & decor indumentum eius et ridebit in die nouissimo. Phe. Os suũ aperuit sapientie, et lex clementie in lingua eius. Sade. Cõsiderat semitas domus sue, & panẽ otiosa nõ comedit. Coph. Surrexerũt filij eius, et beatissimã predicauerũt: vir eius, & laudauit eã. Res. Multe filie congregauerũt diuitias: tu supergressa es vniuersas. Sin. Fallax gratia, & vana est pulchritudo: mulier timens dñm ipsa laudabitur. Thau. Date ei de fructu manuum suarum, et laudent eam in portis opera eius. ¶ Finis.

¶ Explicitunt prouerbia Salomonis.

¶ Incipit prologus sancti Hieronymi in librum ecclesiasten.

Memini me ante hoc ferme quinquennũ cũ adhuc rome essem et ecclesiastẽ sancte blesille legerẽ vt eã ad contẽptũ mũdi huius prouocarẽ: & oẽ qđ in mũdo cerneret putaret esse pro nihilo rogatũ ab ea: vt in morẽ cõmentariolũ obscura queq; dissererẽ: vt absq; me posset intelligere q̃ legebat: Itaq; qm̃ in pcinctu nr̃i opis subita mortẽ subtracta est: & vbi nõ meruim⁹ o paula & eustochium talem vite nr̃e hr̃e consortẽ tãtoq; vulnere tũc percussus obmutui: & nũc in bethleẽ positus: angustioꝛe vez ciuitate: silentij memorie & vobis reddo qđ debeo. Hoc breuiter admonẽs q̃ nullius autoritatẽ secutus sum: sed de hebreo trãsferẽs maxime septuaginta interpꝛũ consuetudini me coaptauiꝛ in his dũtaxat q̃ nõ multũ ab hebraicis discrepabant. Interdũ aq̃le & symmachi & theodotionis recordat⁹ sum: vt nec nouitate nimia lectoꝛis studiũ deterrerẽ: nec rursum cõtra cõsciam meam fonte veritatis omisso: opinionum riuulos consecrarer.

¶ Explicit prologus.

¶ Incipit Liber Ecclesiastes: qui ab Hebreis cobeleth appellatur.

¶ C.S. Omnia transitoria & stulta in mundo. Caput.j.



A Verba ecclesiastis filij Dauid regis Ierusalẽ. Uanitas vanitatum: dixit Ecclesiastes, vanitas vanitatũ, et omnia vanitas. Quid habet amplius homo de vniuerso labore suo quo laborat sub sole? Generatio preterit, et generatio aduenit, terra aũt in eternũ stat. Oritur sol, & occidit, & ad locum suum reuertit, ibiq; renascens Gyrat per meridiẽ & flectit ad aquilonẽ. Lustrãs vniuersa in circuitu pergit spiritus, & in circulos suos reuertit. Oĩa flumina intrãt in mare, & mare nõ redũdat. Ad locũ vñ exeũt flumina, reuertunt, vt iterũ fluant. Cũcte res difficiles: nõ põt eas hõ explicare sermone. Nõ saturat oculus visu, nec auris auditu impleꝛ. Quid est qđ fuit, ipm̃ qđ futurũ est. Quid est qđ factum est? ipsum qđ faciẽdũ est. Nihil sub sole nouũ, nec valet quisquã dicere. Ecce hoc recens est, iã ẽm pcessit in seculis, q̃ fuerunt ante nos. Nõ est priorũ memoriã, sed nec eorũ qdẽ q̃ postea futura sunt, erit recordatio apud eos q futuri sunt in nouissimo. Ego Ecclesiastes fui rex Israel in Ierusalẽ, & proposui in aio meo q̃rere & inuestigare sapiẽter de oĩbus que fiũt sub sole. Mãc occupationẽ pessimã dedit deus filijs hoĩm: vt occuparent in ea. Uidi que fiunt cuncta sub sole, et ecce vniuersa vanitas, & afflictio spiritus. Peruersi difficile corrigunt, & stultorũ infinitus est numerus. Locut⁹ sum in corde meo, dicens. Ecce magnus effectus sum, et pcessi omnes sapia, qui fuerũt ante me in Ierusalẽ, et mens mea cõtemplata est multa sapiẽter, & didici: dediq; cor meũ, vt scirem prudentiã atq; doctrinã, erroꝛesq; & stultitiã. & agnoui q̃ in his q̃q; esset labor, & afflictio spiritus, eo q̃ in multa sapia, multa sit indignatio: & qui addit scientiam, addit & dolorẽ.

¶ C.S. Uoluptatibus frena laxare vanitas est. Caput.ij.

A Ixi ergo in corde meo. Uadã & affluã delicijs, & fruar bonis. Et vidi q̃ hoc quoq; esset vanitas. Risum reputaui erroꝛem, & gaudio dixi. Quid frustra deciperis? Cogitaui in corde meo abstrahere a vino carnem meam, vt animũ meũ transferrẽ ad sapientiam, deuitarẽq; stultitiã, donec viderẽ quid esset vtile filijs hoĩm, qđ facto opꝰ est sub sole numero dierũ vite sue. Magnificaui opera mea, & edificaui mihi domos, & plãtaui vineas, feci hortos & pomeria, & consaui ea cunctis gñis arboꝛũ: extruxi mihi piscinas aquarũ, vt irrigarẽ syluam lignoꝛ germinantiũ. Possedi seruos & ancillas, multamq; familiã habui: armenta quoq; & magnos ouium greges vltra oẽs q fuerũt añ me in Ierusalẽ. Coacernaui mihi argẽtum & aurũ, & substantias regũ & puinciarũ. Feci mihi cantoꝛes, & cãtatrices, & delicias filioꝛ hoĩm scyphos, & urceos in ministerio ad vina fundenda: & supgressus sum opibꝰ oẽs q añ me fuerũt in Ierusalẽ. Sapiẽtia q̃q; pseuerauit mecũ. & oĩa q̃ desiderauerũt oculi mei, non negaui eis: nec phibui cor meũ qn omni voluptate frueret, & oblectaret se in his q̃ ꝑparauerã. Et hãc rat⁹ sum ptẽ meã, si vterer labore meo. Cũq; me conuertissem ad vniuersa opa q̃ fecerãt manꝰ mee, et ad labores in qbꝰ frustra sudauerã, vidi in oĩbꝰ vanitatẽ & afflictionẽ animi, & nihil pmanere sub sole. Trãsiui ad contẽplandã sapientiã, erroꝛesq; & stultitiã. Quid est, inquam, hõ vt seq possit regẽ factorẽ suũ? Et vidi q̃ tñ pcederet sapientia stultitiã, quantum differt lux a tenebris. Sapientis oculi in capite eius, stult⁹ in tenebris ambulat. Et didici qđ vnꝰ vtriusq; esset interit⁹, & dixi in corde meo. Si vnꝰ & stulti & meus occasus erit: qđ mihi prodest q̃ maiorẽ sapiẽ dedi operã? Locutusq; cũ mẽte mea, aduerti q̃ hoc q̃q; esset vanitas. Nõ enĩ erit memoria sapiẽtis sili⁹ vt stulti i perpetuũ: & futura tpa obliuione cũcta pariter operiẽt. Morit̃ doct⁹ sili⁹ vt indoct⁹, & idcirco tedut me vite mee videntẽ mala vniuersa esse sub sole, & cuncta vanitatem et afflictionẽ spirit⁹. Rursus detestatus sum omnẽ industriã meã, qua sub sole studiosissime laboraui, habiturus heredem post me, quem ignoro vtrum sapiens an stultus futurus sit, et dominabitur in laboꝛibus meis quibꝰ desudaui & solicit⁹ fui: & est quã tam vanũ? Unde cessaui, renũtiauitq; cor meũ vltra laborare sub sole. Nã cũ alius laboret i sapia & doctria & solici-

Infra viij.a. Prouer. xvij.d.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tudine, homini otioso quesita dimittit. et hoc q3 vanitas et magnum malum. Quid eñ proderit homini de vniuerso labore suo, et afflictiõe spiritus, qua sub sole cruciatus est: Cuncti dies eius doloribus 7 erũnis pleni sunt, nec p noctẽ mente requiescit. et hoc nõne vanitas est? Nonne melius est comedere, 7 bibere, 7 ostẽdere anime sue bona de laborib9 suis: 7 hꝫ de manu dei est. Quis ita vorabit 7 deliciis affluet vt ego? Homini bono in cõspectu suo dedit deus sapiam 7 scientiã 7 letitiã: peccatori aũt dedit afflictionem 7 curam superfluam, vt addat et congreget, et tradat ei qui placuit deo. sed et hoc vanitas est et cassa solicitudo mentis.

¶ L.S. Omnia suo tempore facienda sunt. Caput. iij.

A Omnia tempus habẽt, et suis spatijs transeunt vniuersa sub celo. Tẽpus nascẽdi, 7 tẽpus moriendi. Tẽpus plãtandi, 7 tẽpus euellẽdi quod plantatũ est. Tẽpus occidendi, 7 tẽpus sanãdi. Tẽpus destruẽdi, 7 tps edificãdi. Tẽpus flẽdi, 7 tps ridẽdi. Tẽpus plãgẽdi, 7 tẽpus saltãdi. Tẽpus spargẽdi lapides, et tẽpus colligẽdi. Tẽpus amplexãdi, 7 tẽpus lõge fieri ab amplexibus. Tẽpus acquirẽdi, 7 tẽpus perdendi. Tempus

B custodiẽdi, 7 tẽpus abijciẽdi. Tẽpus scindẽdi, 7 tẽpus consuendi. Tẽpus tacẽdi, 7 tẽpus loquẽdi. Tẽpus dilectiõis, 7 tẽpus odij. Tẽpus belli, 7 tẽp9 pacis. Quid habet amplis homo de labore suo? Vidi afflictionẽ quã dedit deus filijs hoim, vt distendant in ea. Cuncta fecit bona in tpe suo, 7 mundũ tradidit disputationi eorũ, vt nõ inueniat hõ opus, qõ opatus est deus ab initio vsq3 ad finẽ. Et cognoui q9 nõ

C esset melius, nisi letari, 7 facere bene in vita sua. Dis eñ hõ qui comedit 7 bibit, 7 videt bonũ de labore suo, hoc donum dei est. Didici q9 omnia opera que fecit deus, perseuerẽt in perpetuũ nõ possumus eis quicquã addere, nec auferre, que fecit deus vt timeatur. Quod factum est, ipsum permanet. Que futura sunt, iam fuerũt: 7 de9 instaurat qõ abijt. Vidi sub sole in loco iudicij impietatẽ, 7 in loco iustitie iniquitatẽ: 7 dixi in corde meo. Justũ 7 impiũ iudicabit dñs, 7 tempus

D omni rei tũc erit. Dixi in corde meo de filijs hominum, vt probaret eos deus, 7 ostẽderet similes esse bestijs. Idcirco vnus interitus est hominis 7 iumẽtorũ, 7 equa vtriusq3 conditio. sicut morit homo, sic 7 illa moriunt. similiter spirant omnia, 7 nihil habet homo iumẽto amplius. Cuncta sub iacent vanitati, 7 oia pergunt ad vnũ locũ. De terra facta sunt, 7 in terram pariter reuertũtur. Quis nouit si spiritus filiorũ Adam ascẽdat sursum, 7 si spiritus iumẽtorũ descẽdat deorsum? Et deprehendi nihil esse melius, q9 letari hominem in opere suo, et hanc esse partem illius. Quis enim eum adducet, vt post se futura cognoscat?

¶ Capituli Summarium. Multe calũnie, oppressiones,

A 7 afflictiones in mundo. Caput. iiij.

Verti me ad alia, 7 vidi calũnias q̃ sub sole gerũtur, 7 lachrymas innocẽtiũ, et neminẽ cõsolatorem, nec posse resistere eorũ violentie cunctorum auxilio destitutos. Et laudaui magis mortuos, q9 viuentes: 7 felicioꝛẽ vtroq3 iudicaui qui necdũ natus est, nec vidit mala que sub sole fiunt. Rursum cõtẽplatus sum

B omnes labores hominũ, et industrias animaduerti patere inuidie proximi. 7 hoc ergo vanitas, 7 cura supflua est. Stultus cõplicat manus suas, 7 comedit carnes suas, dicens. Melior est pugillus cũ requie, q9 plena vtraq3 manus cum labore, 7 afflictione animi. Cõsideraꝛ reperi 7 aliã vanitatẽ sub sole. vnus est, 7 scõm nõ habet, non filiũ, non fratrem, 7

C tamen laborare nõ cessat, nec satiantur oculi eius diuitijs: nec recogitat, dicens. Cui laboro, 7 fraudo animam meam bonis? 7 in hoc q̃q3 vanitas est, 7 afflictio pessima. Melius est ergo duos esse simul, q9 vnum: habent eñ emolumentum societatis sue: si vnus ceciderit, ab altero fulciet. Ve soli: q3 cum ceciderit, nõ habet sublenantẽ se. Et si dormierint duo, fouebuntur mutuo. Unus quomodo calefiet? Et si quispiã

D preualuerit cõtra vnum, duo resistent ei. Funiculus triplex difficile rumpitur. Melior est puer pauper et sapiens, rege sene 7 stulto, qui nescit prouidere in posterũ. Quod 7 de carcere, catenisq3 interdũ quis egrediatur ad regnũ: 7 alius natus in regno inopia consumatur. Vidi cũctos viuentes qui ambulant sub sole cum adolescente secundo, qui consurget pro eo. Infinitus numerus est populi omnium qui fuerunt ante eum, et qui postea futuri sunt, non letabuntur in eo. sed et hoc vanitas et afflictio spiritus. Custodi pedem tuũ ingrediẽs domum dei, 7 appropinqua vt audias. multo enim melior est obedientia, quam stultorum victime, qui nesciũt quid faciunt mali.

¶ Capituli Summarium. Cauẽda preceps loquacitas, 7 insatiabilis auaritia. Caput. v.

A Ne temere quid loquaris, neq3 cor tuum sit velox ad pferẽdũ sermonẽ corã deo. Deus eñ in celo, et tu super terrã, idcirco sint pauci sermones tui. Multas curas sequunt somnia, 7 in multis sermonibus inuenietur stultitia. Si qd vouisti deo, ne moreris reddere. displicet eñ ei infidelis 7 stulta pmissio. q3cũq3 voueris redde. Multoq3 melius est nõ vouere, q̃ post votũ promissa non reddere. Ne dederis os tuũ vt peccare facias carnẽ tuã. neq3 dicas corã angelo. Nõ est prouidẽtia: ne forte iratus de9 cõtra sermones tuos dissipet cũcta opera manuum tuarũ. Ubi multa sunt somnia, plurime sunt vanitates, 7 sermones innumeri. Tu vero deũ time. Si videris ca-

B lũnias egenorũ 7 violenta iudicia, 7 subuerti institiã in prouincia, nõ mireris sup hoc negotio: quia excelso excelsior est alius, 7 super hos quoq3 eminẽtiores sunt alij, 7 insup vniuerse terre rex imperat seruiẽti. Auarus non implebit pecunia: 7 qui amat diuitias, fructum nõ capiet ex eis. et hoc

C ergo vanitas. Ubi multe sunt opes, multi q comedunt eas. Et quid pdest possessori, nisi q9 cernit diuitias oculis suis? Dulcis est somnus operanti, siue parũ, siue multum comedat: saturitas autem diuitis non sinit eum dormire. Est et alia infirmitas pessima, quam vidi sub sole: diuitie conseruate in malum domini sui. pereũt eñ in afflictione pessima. Genuerit filium qui in summa egestate erit. sicut egressus

D est nudus de vtero matris sue, sic reuertetur, et nihil auferet secum de labore suo. Miserabilis prorsus infirmitas: quo modo venit, sic reuertetur. Quid ergo prodest ei q9 laborauit in ventum? Cunctis diebus vite sue comedit in tenebris 7 in curis multis, 7 in erũna atq3 tristitia. Hoc itaq3 visum est mihi bonum vt comedat quis 7 bibat, et fruatur letitia ex labore suo quo laborauit ipe sub sole numero dierũ vite sue quos dedit ei de9, 7 hec est ps illi9. Et omni homini cui dedit deus diuitias, atq3 substantiã, potestatẽq3 ei tribuit vt comedat ex eis, 7 fruatur parte sua, 7 letet de labore suo hoc est donum dei. Non enim satis recordabitur dierum vite sue, eo q9 deus occupet delitijs cor eius.

¶ L.S. Auari non satis audent comedere. Caput. vj.

A Est 7 aliud malum quod vidi sub sole, 7 quidem frequẽs apud homines. vir cui dedit deus diuitias 7 substantiam 7 honorem, 7 nihil deest anime sue ex omnibus que desiderat: nec tribuit ei potestatem deus vt comedat ex eo, sed homo extraneus vorabit illud. hoc vanitas, 7 miseria magna est. Si genuerit quispiam centum liberos, 7 vixerit multos annos, 7 plures

B dies etatis habuerit, 7 anima illius non vtatur bonis substantie sue, sepultura q3 careat: de hoc ego pronũtio q9 melior illo sit abortiuus. frustra eñ venit 7 pergit ad tenebras, 7 oblitione delebitur nomen eius non vidit solem neq3 cognouit distantiã boni 7 mali, etiam si duobus milibus annis vixerit, 7 non fuerit perfruitus bonis. Nonne ad vnũ lo-

C cum properant omnia? Omnis labor hominis in ore eius: sed anima eius nõ implebitur. Quid habet amplius sapiẽs a stulto? et quid pauper, nisi vt pergat illuc, vbi est vita? Melius est videre quod cupias, quam desiderare quod nescias. sed et hoc vanitas est, et presumptio spiritus. Qui

D futurus est, iam vocatum est nomen eius, et scitur quod homo sit, et non possit contra fortiorem se in iudicio contendere. Uerba sunt plurima, multamq3 in disputando habentia vanitatem.

¶ Capituli

1. Regi. xv.c. Ose vj.c.

Deuter. xxiij.d.

Job. j.d. 1. Timo. vj.b.

¶ Capituli Summarium. Tristitia anteferenda letitie, et opulentia iuncta sapientie prodest. Caput.vij.

QUid necesse est homini maiora se querere, cum ignoret quid conducat sibi in vita sua numero dierum peregrinationis sue, & tempore qō velut umbra preterit? Aut quis ei poterit indicare, quid post eum futurum sub sole sit? ¶ Melius est nomen bonum, quā vnguenta pretiosa, & dies mortis die natiuitatis. ¶ Melius est ire ad domū luctus, q̄ ad domū cōuiuij, in illa enī finis cūctorū admonetur hominū, et vincs cogitat quid futurū sit. ¶ Melior est ira risu, q̄ per tristitiā vultus, corrigit animus delinquētis. Cor sapiētū vbi tristitia est, & cor stultorū vbi letitia. ¶ Melius est a sapiētiore corripi, q̄ stultorū adulatione decipi: q̄ sicut sonitus spinarū ardētiū sub olla, sic risus stulti, sed & hoc vanitas. Calūnia cōturbat sapientem, & perdet robur cordis illius. ¶ Melior est finis oratiōis, q̄ principiū. ¶ Melior est patiēs arrogāte. Ne festines velox ad iram, secūdū: quia ira in sinu stulti requiescit. Ne dicas. Quid putas causa est, q̄ priora tpa meliora fuere q̄ nūc sunt: stulta enim est huiusce modi interrogatio. Utilior est sapia cū diuitiis, & magis prodest videntibus solē. Sicut enī protegit sapia, sic protegit pecunia. Hoc autē plus hz eruditio & sapia, q̄ vitā tribuūt possessori suo. Cōsidera opa dei, q̄ nemo possit corrigere, quē ille deseruerit. In die bona fruere bonis, & malam diem pcaue. sicut enī hāc sic & illā fecit deus, vt non inueniat homo contra eū iustas querimonias. Hec q̄z vidi in diebus vanitatis mee. Justus perit in iustitia sua, et impius multo viuit tpe in malitia sua. Noli esse iustus multū: neq; pl⁹ sapias, q̄ necesse est, ne obstupescas. Ne impie agas multū: & noli esse stultus, ne moriaris in tpe nō tuo. Bonū est te iustētare iustū, sed & ab illo ne subtrahas manū tuā: quia qui timet deū, nihil negligit. Sapia cōfortauit sapiēt̄, sup decem principes ciuitatis. Nō est enī homo iustus in terra, qui faciat bonū, & nō peccet. Sed & cūctis sermonib⁹ q̄ dicuntur, ne accōmodes cor tuū: ne forte audias seruū tuū maledicentē tibi. Scit enī cōscientia tua q; & tu crebro maledixisti alijs. Cūcta tentaui in sapia. Dixi, Sapiēs efficiar: & ipsa longius recessit a me, multo magis q̄ erat: & alta profunditas, quis inueniet eā? Lustraui vniuersa animo meo: vt scirem & cōsyderarē, & quererē sapiam & rationē, vt cognoscerem impietatē stulti, & errorē imprudētiū: inueni amariorē morte mulierem, que laqueus venator est, & sagena cor eius, vincula sunt manus illius. q placet deo, effugiet illā: qui aūt peccator est, capietur ab illa. Ecce hoc inueni, dixit Ecclesiastes, vnum & alterū, vt inuenirē rationē, quā adhuc querit anima mea, & nō inueni. Virum de mille vnū reperi: mulierem ex omnibus nō inuenī. Solūmodo hoc inueni, q̄ fecerit deus hominē rectū, & ipse se infinitis miscuerit q̄stiōib⁹. Quis talis vt sapiēs est? & quis cognouit solutionē verbi?

¶ Capituli Summarium. Impij sepe diu viuunt in malum suum. Caput.viij.

Uani aūt sunt oēs hoies, in quib⁹ nō subest scientia dei, ⁊ de his que nō vident bona, nō potuerūt intelligere eū q est, neq; operib⁹ attēdētes agnouerunt qs esset artifex, sed aut ignē, aut spm̄, aut citatū aerē, aut gyrū stellarū, aut nimiā aquā, aut solē ⁊ lunā rectores orbis terrarū deos putauerūt. Quor⁹ ⁊ si specie delectati deos putauerūt: sciāt quanto his dñator eorū speciosior est speciei em̄ gñator hec oīa cōstituit. Aut si virtutē, ⁊ opera eor⁹ mirati sunt intelligāt ab illis quoniā q hec fecit fortior est illis. a magnitudine em̄ speciei, ⁊ creature, cognoscibiliter poterit creator horū videri, sz tū adhuc in his minor est q̄rela. Et hi enim fortasse errāt, deū q̄rētes, ⁊ volentes inuenire. Et tm̄ cū in opib⁹ illi⁹ conuersent: inquirūt, ⁊ pſuasum hūt q̄m bona sunt q̄ vident. Sed terū aūt nec his dz ignosci. Si enim tantū potuerūt scire, vt possent estimare seculū: quō hui⁹ dñm nō facilius inuenerūt? Infelices autē sunt, ⁊ inter mortuos spes illorū est, qui appellauerūt deos opera manuū hoim, aurū ⁊ argentū, artis inuētionē, ⁊ similitudines aialiū, aut lapidē mutilē opus man⁹ antique. Aut si qs artifex faber de sylua lignū rectum secuerit, ⁊ hui⁹ docte ara dat oēm corticē, ⁊ arte sua vsus diligēter fabricet vas vtile in cōuersationē vite, reliquias aūt hui⁹ opis ad ꝓparationē esce abutat: ⁊ reliquū horū q̄ ad nullū vsum facit lignū curuū, ⁊ verticib⁹ plenū sculpat diligēter p vacuitatē suā, ⁊ p sciam sue artis figuret illud, ⁊ assimilet illō imagini hois, aut alicui ex aialib⁹ illud cōparet, pliniēs rubrica, ⁊ rubicū dū facies fuco colorē illi⁹, ⁊ oēm maculā q̄ in illo est pliniēs, ⁊ faciat ei dignā habitationē, ⁊ in pariete ponēs illud, ⁊ 2firmās ferro, ne forte cadat, pspiciēs illi, sciēs q̄m nō pōt adiuuare se, imago ei est, ⁊ op⁹ est illi adiutorij. Et de substātia sua, ⁊ de filijs suis, ⁊ de nuptijs votum faciēs, inquirit. Non erubescit loqui cū illo q sine aīa est: ⁊ p sanitate qdē infirmū

Esaie. xliij.b.

Universidad de Deusto
Biblioteca

deprecatur, & p vita rogat mortuū, & in adiutoriū inutilem inuocat: & pro itinere petit ab eo qui ambulare nō potest: et de acquirendo, & de operando, & de omniū rerum euentu petit ab eo qui in omnibus est mutilis.

¶ Capituli Summarium. Idololatrie origo. Cap. xiiij.

A

Exodi xliij.d.

TErum alius nauigare cogitās, & p feros fluctꝰ iter facere incipiēs, ligno portāte se fragilius ligniū inuocat. Illud em̄ cupiditas agrēdi excogitauit, & artifex sapia fabricauit sua. Tua autē pater puidētia ab initio cūcta gubernat: qm̄ dediſti in mari viā, & inter fluctꝰ semitā firmiſſimā, ostēdēs quoniā potēs es ex oīb⁹ saluare, etiā si sine rate aliqs adeat mare. Sed vt nō essent vacua sapie tue opera, propter hoc etiā et exiguo ligno credūt hoīes animas suas: & trāseūtes mare, per ratē liberati sunt. Sed & ab initio cum perirent superbi gigātes, spes orbis terrarū ad ratē cōfugiēs, remisit seculo semē natiuitatis, que manu tua erat gubernata. Benedictū est enim lignū, per qō fit iustitia. ¶ Per manus aūt qō fit idolū, maledictus est & ipsum, & qui fecit illud: quia ille quidē operatus est, illud aūt cum esset fragile, deus cognominatus est. Sil'r aūt odio sunt deo, impius & impietas eius. Etem̄ qō factū est, cū illo qui fecit, tormenta patiēt. ¶ Propter hoc & in idolis nationū non erit respectus: qm̄ creature dei in odiū facte sunt, & in tētationē animis hominū, & in muscipulā pedib⁹ insipiētiū. Initiū em̄ fornicationis, est exquisitio idolorum: et adinuentio illorum, corruptio vite est. neq; em̄ erant ab initio, neq; erunt in perpetuū. Superuacuitas em̄ hominū, hec adinuenit in orbē terrarū, & ideo breuis illorum finis est inuentus. Acerbo em̄ luctu dolens pater cito sibi rapti filij fecit imaginē: & illū qui tūc quasi homo mortuꝰ fuerat, nūc tanq; deū colere cepit, & cōstituit inter seruos suos sacra, et sacrificia. ¶ Deinde interueniēte tēpore, cōualescente iniqua cōsuetudine, hic error tanq; lex custoditus est, & tyrānorum imperio colebāt figmēta. Et hos quos in palā homines honorare nō poterāt, ppter hoc qō lōge essent, e lōginquo figura eorū allata euidentē imaginē regis, quem honorare volebāt, fecerūt: vt illum qui aberat: tanq; presentē colerēt sua solicitudine. ¶ Prouexit aūt ad horū cultura & hos qui ignorabāt, artificis eximia diligentia. Ille em̄ volens plus placere illi qui se assumpsit, ela borauit arte sua, vt similitudinem in melius figuraret. Multitudo aūt hoīm abducta per speciē operis, eū qui ante tēpus tanq; homo honoratus fuerat, nūc deū estimauerunt. Et hec fuit vite humane deceptio, qm̄ aut affectui, aut regibus deseruiētes homines incōmunicabile nomē lapidibus & lignis imposuerūt. Et nō sufficerat errasse eos circa dei sciētiam, sed & in magno viuentes insciție bello, tot et tā magna mala pacē appellant. Aut em̄ filios suos sacrificantes, aut obscura sacrificia faciētes, aut insanie plenas vigilias habētes: neq; vitā, neq; nuptias mundas iam custodiūt, sed & alius aliū per inuidiā occidit, aut adulterās cōtristat: & omnia cōmista sunt sanguis, homicidium furtum et fictio, corruptio et infidelitas, turbatio et periurij, tumultus, bonorū dei immemoratio, animarū inquinatio, natiuitatis immutatio, nuptiarū inconstātia, inordinatio mechie, & impudicitie. Infandorum em̄ idolorꝰ cultura, oīs mali causa est, & initium & finis. Aut em̄ dū letant, insaniūt: aut certe vaticinant falsa, aut viuūt iniuste, aut periurāt cito. Dū em̄ cōfidunt in idolis que sine aia sunt, male iurātes noceri se nō sperāt. Utraq; ergo illis euenīēt digne, qm̄ male senserūt de deo attēdētes idolis, et iurauerūt iniuste in dolo contēnentes iustitiā. Nō em̄ iurantium est virtus, sed peccantium pena perambulat semper iniustorum preuaricationem.

B

¶ S. Figuli manu fingunt inutiles deos. Caput. xv.

C

A

TU aūt deꝰ noster, suauis & verꝰ es, patiēs & in misericordia disponēs oīa. Etem̄ si peccauerim⁹, tui sum⁹ sciētes magnitudinē tuā: & si nō peccauerim⁹, scim⁹ qm̄ apud te sum⁹ cōputati. Nosse em̄ te, cōsummata iustitia est: & scire iustitiā, & virtutē tuā radix est immortalitatis. Nō em̄ in errorē idurit nos hoīm male artis excogitatio, nec vmbra picture labor sine fructu, & effigies sculpta p varios colores, cuiꝰ aspectus insensato dat cōcupiscētiā, et diligit mortue imaginis effigiē sine anima. Malorꝰ amatores digni sunt morte, q spem habēt i talib⁹, & q faciūt illos, & q diligūt, & q colunt. Sed & figulus mollē terrā premēs laboriose fingit ad vsus nostros vnūquodq; vas, & de eodē luto fingit q̄ mūda sunt in vsus vasa, & silr q̄ his sunt cōtraria. horū aūt vasorꝰ qs sit vsus, iudex est figulus. Et cū labore vano deū fingit de eodē luto: ille q paulo ante de terra factꝰ fuerat, & post pusillū redurit vñ acceptꝰ est repetitꝰ aīe debitū quā habebat. Sed cura est illi, nō q laboratur⁹ est, nec qm̄ breuis illi vita est, sed cōcertat auriſicibus & argētarijs: sed & erarios imitat, & gloriā prefert, qm̄ res supuacuas fingit. Limus est em̄ cor eiꝰ, & terra supuacua spes illiꝰ, & luto vilior vita eiꝰ: qm̄ ignorauit q se finxit, & qui inspirauit illi aiam q̄ opat. et q insufflauit ei spiritū vitalē. Sed & estimauerūt lusum esse vitā nostrā, & cōuersationem vite cōpositā ad lucrū, & oportere vndecūq; etiā ex malo acquirere. Hic em̄ scit se sup oēs delinq̄re, q ex terre materia fragilia vasa, & sculptilia fingit. Oēs em̄ insipiētes, & infelices supra modū aīe supbi sunt, inimici pplī tui, & imperātes illi: qm̄ oīa idola nationū deos estimauerūt, q̄bus neq; oculorū visus est advidendū, neq; nares ad pcipiēdū spū̄, neq; aures ad audiēdū, neq; digiti manuū ad tractādū, sꝫ & pedes eorꝰ pigri ad ambulandū. homo ei fecit illos, & q spūm mutuatus est, is finxit illos. Nemo em̄ sibi simlē hō poterit deū fingere. Cū ei sit mortalis, & mortuū fingit mambꝰ iniquis. Melior em̄ est ipse his quos colit, q̄ ipse qdē vixit, cū esset mortalis, illi aūt nūq̄. Sed & aialia miserrima colūt: insensata enim comparata his, illis sunt deteriora. Sed nec aspectu aliquis ex his animalibus bona potest conspicere. Effugerunt autem dei laudem, & benedictionem eius.

¶ Capituli Summarium. Creature insensate puniūt peccatores, & iustis deseruiunt. Caput. xvj.

D

Ro. ii.d.

Num. xxj.g.

Num. xxj.b

B

Exodi x.a.vlō.f. Apocal. ix.b.

Deuter. xxxij.f. j. Regū. ij.a. Tobie. xiij.a.

C Exodi ix.e.

ROpter hec & his filia passi sunt digne tormenta, & per multitudinē bestiarū exterminati sunt. Pro qbꝰ tormētis bñ disposuisti pplo tuo, quibus dediſti cōcupiscētiā delectamēti sui nouum saporē, escā parās eis ex terra gometrā: vt illi qdē ꝓcupiscētes escā ppter ea q̄ illis ostēsa & missa sunt, etiā a necessaria cōcupiscētia auerterent. Hi aūt in breui inopes facti, nouam gustauerūt escā. Oportebat enim illis sine excusatione qdē supuenire interitū exercētib⁹ tyrānidē: his aūt tantū ostēdere, quē admodū inimici eorū exterminabant. Et ei cū illis supueniunt sena bestiarū ira, morsib⁹ puersorꝰ colubrorū exterminabant. Sz nō in ppetuū ira tua pmānit, sz ad correptionē in breui turbati sunt, signū habētes salutis ad cōmemorationē mādati legis tue. Qui ei cōuersus est, nō per hoc qō videbat sanabat, sz p te oīm saluatorē. in hoc aūt ostendisti inimicis tuis, q̄ tu es q liberas ab oī malo. Illos enim locustarū, & muscarū occiderūt morsus, nō est inuēta sanitas aīe illorū, q̄ digni erant ab huiusmodi exterminari. Filios aūt tuos, nec draconū, nec venenatorꝰ vicerūt dētes, misericordia enim tua aduenīēs sanabat illos. In memoria enim sermonū tuorū exterminabant, & velociter sanabant, ne in altā incidētes oblionē nō possent tuo vti adiutorio. eteniz neq; herba, neq; malagma sanauit eos, sed tuꝰ dñe sermo, q sanat oīa. Tu es enim dñe, q vite & mortis habes potestatem, & deducis ad portas mortis & reducis: homo aūt occidit qdē p malitiā animā suā, & cū exierit spūs, nō reuertetur, nec reuocabit aiam q̄ recepta est. sed tuā manū effugere impossibile est. Negātes enim te nosse impij, p fortitudinē brachij tui flagellati sunt: nouis aquis, & grādinibus & pluuijs psecutionē passi, & p ignē cōsumpti. Qō em̄ mirabile erat: in aqua, que omnia extinguit, plus ignis valebat. vinder est enim orbis iustorū. Quodā ei tpe māsuetabat ignis, ne cōburerent q̄ ad ipios missa erāt aialia sz vt ipsi videntes scirēt qm̄ dei iudicio patiunt psecutionē. Et quodā tpe i aqua supra virtutē ignis exardescebat vndiq;, vt inigna terre nationē exterminaret. Pro qbꝰ angelorū esca nutriuisti populum

pulū tuū,ꝛ paratū panē de celo prestitisti illis sine labore,oē delectamētū in se habētē,ꝛ ois saporis suauitatē. Substantia enim tua dulcedinē tuā quā in filios habes ostēdebat:ꝛ deseruiēs vnusquisq; volūtati,ad qđ q̄sq; volebat cōuertebat. Ignis aūt,ꝛ glacies sustinebāt vim ignis,ꝛ nō tabescebāt:vt scirēt quoniā fructus inimicoū exterminabat ignis ardēs in grādine ꝛ pluuia coruscans. Hoc aūt iterū,vt nutrirent iusti,ignis etiā sue virtutis oblitus est. Creatura enī tibi factori deseruiēs,exardescit in tormētū aduersus iniustos:ꝛ leniōr fit ad benefaciēdū pro his q̄ in te cōfidūt. Propter hoc ꝛ tūc omnia trāsfigurata omniū nutrici gratie tue deseruiebant ad voluntatē eoū qui a te desiderati sunt:vt scirent filij tui,quos dilexisti dñe,q̄m nō natiuitatis fructus pascūt homines,sed sermo tuꝰ hos qui in te crediderint cōseruat. Quod ei ab igne nō poterat exterminari,statim ab exiguo radio solis calefactū tabescebat:vt notū oibꝰ esset, quoniā opꝫ preuenire solē ad benedictionē tuā,et ad ortum lucis te tibi adorare. Ingrati enim spes tanquā hybernalis glacies tabescet,ꝛ diſperiet tanq̄ aqua superuacua.

¶ Capituli Summarium. Mirabilia dei iudicia in malorū punitione. Caput.xvij.

Magna sunt enī iudicia tua dñe,ꝛ inenarrabilia verba tua,propter hoc indisciplinate aie errauerūt. Dū enī psuasum habēt iniqui,posse dñari nationi sancte:vinculis tenebrarū,ꝛ lōge noctis cōpediti,inclusi sub tectis fugitiui ppetue prouidētie iacuerunt. Et dū putāt se latere in obscuris pctis,tenebroso oblionis velamēto dispersi sunt,pauētes horrēde,ꝛ cū admiratione nimia pturbati. Neq; enī q̄ cōtinebat illos spelūca, sine timore custodiebat:quoniā sonitꝰ descēdēs pturbabat illos,ꝛ pśone tristes illis apparētes,pauorē illis prestabāt. Et ignis qđē nulla vis poterat illis lumē prebere, nec fideliū limpide flāme illuminare poterāt illā noctē horrendam. Apparebat antē illis subitaneꝰ ignis,timore plenꝰ:ꝛ timore pcussi illiꝰ q̄ nō videbāt faciei,estimabāt deteriora esse q̄ videbant:ꝛ magice artis appositi erant derisus,et sapiētie gloria correptio cū cōtumelia. Illi enim q̄ pmittebāt timores,ꝛ pturbationes expellere se ab aīa lāgnēte,hi cū derisu pleni timore languebant. Illā ꝛ si nihil illos ex monstris perturbabat:trāsitu aīaliū,et serpentiū sibilatione cōmoti,tremebūdi peribant,ꝛ aerē quē nulla rōne qs effugere posset, negātes se videre. Frequēter enī preoccupāt pessima,redarguēte cōscia. Cū enim sit timida nequitia,dat testimoniuꝫ cōdēnata.semp enim pśumit sena pturbata cōsciētia. Nihil enim est timor,nisi pśumptiōis adiutoriū,pditio cogitationis auxilioū. Et dū ab intromino est expectatio,maioremq; cōputat sniam eius cause de qua tormētū prestat. Illi autē qui impotentē vere noctē,ꝛ ab infimis ꝛ ab altissimis inferis superuenientē eundē somnū dormiētes,aliq̄n monstrorum exagitabant timore,aliq̄n anime deficiebāt traductione.subitaneus enim illis,ꝛ insperatus timor superuenerat. Deinde si quisq̄ ex illis decidisset,custodiebāt i carcere sine ferro reclusus. Si enim rusticus quis erat aut pastor,aut agri laborū operariꝰ preoccupatus esset:ineffugibilē sustinebat necessitatē. Una enī catena tenebrarum omnes erāt colligati. Siue spiritus sibilans,aut inter spissos arborum ramos auiū sonus suauis,aut vis aque decurrentis nimiū, aut sonus validus precipitatarū petrarū,aut ludentiū animaliū cursus inuisus,aut mugiētiū validā bestiaꝝ vox,aut resonās de altissimis montibus Echo:deficiētes faciebant illos pre timore. Ois enim orbis terrarū limpido illuminabatur lumine,ꝛ nō impeditis operibꝰ cōtinebāt. Solis autē illis superposita erat grauis nox,imago tenebrarū,que superuēturā illis erat. Ipsi ergo sibi erāt grauiores tenebris.

¶ S. Durū Egyptioꝝ describit iudiciū. Caput.xviij.

Sanctis aūt tuis maxima erat lux,ꝛ horū quidem vocē inimici audiebāt, sꝫ figurā nō videbāt. Et q̄ nō ꝛ ipsi eadē passi erāt, magnificabāt te:et q̄ ante lesi erāt,q̄ nō ledebātur,grās agebāt tibi: ꝛ vt esset differētia,te deū petebāt. Propter qđ ignis ardētem columnā ducē habuerūt ignote vie, et solē sine lesura boni hospitij prestitisti. Digni quidē illi carere luce,ꝛ pari carcerē tenebrarū,q̄ meluso custodiebant filios tuos,p q̄s incipiebat īcorruptū legis lumē seculo dari. Cū cogitarent iustorū occidere infantes:ꝛ vno exposito filio, sed liberato in traductionē illorū multitudinē filioū abstulisti, et pariter illos pditisti in aqua valida. Illa enī nox ante cognita est a patrib⁹ nostris:vt vere sciētes quibꝰ iuramētis credidērunt aiequiores essent. Suscepta est aūt a pplo tuo sanitas quidem iustorū,ministroū aūt exterminatio. Sicut enim le sisti aduersarios nostros:sic ꝛ nos ꝓuocans magnificasti. Absconse enī sacrificabāt iusti pueri bonorū,ꝛ iustitie legē in cōcordia disposuerūt:sil'r ꝛ bona ꝛ mala recepturos iustos, patri oīm dēcātates laudes. Resonabat aūt icōueniēs inimicoꝝ vox,ꝛ flebilis audiebāt plāctꝰ ploratorū ifantiū. Simili aūt pena seruꝰ cū dño afflictꝰ ē,ꝛ popularis homo regi simulta passꝰ. Sil'r ergo oēs vno nōie mortis,mortuos habebāt innumerabiles. Nec enī ad sepelendū vini sufficiebant:q̄m vno momēto que erat ꝑclarior natio illorū exterminata est. De oibꝰ enī nō credētes ꝓpter beneficia,tūc cū primū fuit exterminiū primogenitorū, spopōderūt populū dei se esse. Cū enim quietū silentiū ꝛtineret oia,ꝛ nox in suo cursu mediū iter haberet omnipotēs sermo tuꝰ dñe exiliēs de celo a regalibꝰ sedib⁹,durꝰ debellator i mediā exterminij terrā psiliit, gladiꝰ acutꝰ īsimulatū īperiū tuū portās ꝛ stans repleuit oia morte,ꝛ vsq; ad celū attingebat stās in terra. Tūc cōtinuo visus somniorū malorū turbauerunt illos ꝛ timores supuenerūt insperati. Et aliꝰ alibi ꝓiectus semiuius:propter quā moriebāt causam demōstrabat mortis. Visiones enī que illos turbauerūt,hec premonebant,ne inscij quare mala patiebant,perirēt. Tetigit aūt tūc ꝛ iustos tentatio mortis,ꝛ cōmotio in eremo facta est multitudinis:sꝫ nō diu pmānsit ira tua. Properās enī hō sine q̄rela deprecari p pplis,proferens seruitutis sue scutū oronē,ꝛ p incensum depcationē allegās restitit ire,ꝛ finē imposuit necessitati,ostendēs q̄m tuꝰ est famulꝰ. Vicit aūt turbas, non in virtute corpis,nec armatura potētie,sꝫ verbo illū q̄ se verabat subiecit,iuramēta parētū ꝛ testamētū cōmemorans. Cū enī iam aceruatim cecidissent sup alterutrū mortui,interstitit,ꝛ amputauit impetū,ꝛ diuisit illā q̄ ad vitos ducebat viā. In veste enī poderis,quā habebat, totꝰ erat orbis terrarum,ꝛ parentum magnalia in quatuor ordinibꝰ lapidum erant sculpta ꝛ magnificentia tua in diademate capitis illius scripta erat. Bis aūt cessit qui exterminabat,ꝛ hec extimuit.erat enim sola tentatio ire sufficiens.

¶ Capituli Summarium. Israelite post exitum de Egypto sepe puniti. Caput.xix.

Impijs aūt vsq; in nouissimū sine mīa ira supuenit. Prescierat enī ꝛ futura illorū: q̄m cū ipsi reuerti essent,amisissent, vt se educerent, ꝛ cū magna solicitudine pmisissent illos penitētie actus. Adhuc ei iter mantꝰ bētes luctū,ꝛ ōplorātes ad monumēta mortuoū, aliā sibi assumpserūt cogitationē insciētie:ꝛ q̄s rogātes piecerāt,hos tāq̄ fugitiuos pseq̄bant. ducebat enī illos ad hūc finē digna necessitas:ꝛ horū q̄ acciderāt cōmemorationē amittebāt,vt q̄ deerant tormētis,repleret punitio,ꝛ ppls qđē tuus mirabiliter trāsiret,illi aūt nouā mortē inuenirēt. Ois enī creatura ad suū genꝰ ab initio refigurabāt,deseruiēs tuis ꝓceptis,vt pueri tui custodirent illesi. Nam nubes castra illoꝝ obūbrabat,ꝛ ex aqua que aū erat, terra arida apparuit,ꝛ i mari rubro via sine impedimēto, et campus germinans de profundo nimio.p quē ois natio trāsiuit q̄ tegebāt tua manu,vidētes tua mirabilia et monstra. Tāq̄ enī equi depauerūt escā,ꝛ tāq̄ agni exultauerūt magnificātes te dñe,q̄ liberasti illos. Memores ei erāt adhuc eoū q̄ in incolatu illoꝝ facta fuerāt:quā admodū p nationē aīaliū produxit terra muscas,ꝛ pro piscibꝰ eructauit fluuius multitudinē ranarū. Nouissime aūt viderunt nouā creaturā auiū,cū adducti cōcupiscētia postulauerūt escas epulationis. In allocutione enim desiderij ascendit illis de

Universidad de Deusto
Biblioteca

mari oxygometra,ꝛ vexationes pctōrib⁹ supuenerūt non sine illis q̄ ante facta erāt argumentis p vim fulminū.iuste eīs patiebant fm suas negtias. Et eīs detestabilioē inhospitalitatē instituerūt.alij qdē ignotos non recipiebāt aduenas,alij aūt bonos hospites in seruitutē redigebant. Et nō solū hec,sed ꝛ ali⁹ qdē respect⁹ illorū erat:cū inuiti recipiebāt extraneos. Qui aūt cū letitia receperūt hos,q eisdē vsi erāt institutis,seuissimis afflixerūt doloribus. ¶Percussi sunt aūt cecitate:sicut illi i foribꝰ iusti cū subitaneis coopti essent tenebris,vnusquisq; transitū ostij sui querebat. In se enim elementa dum conuertunt,sicut in organo qualitatis sonus immutat,oīa suū sonū custodiunt. Unde estimari ex ipso visu certo potest. Agrestia enim in aquatica cōuertebant:ꝛ quecūq; erāt natātia,in terra trāsibāt. Ignis in aqua valebat supra suā virtutē,ꝛ aqua extinguētis nature obliuiscebat. Flāme ecōtrario,ꝛ corruptibiliū aialiū nō verasunt carnes coābulātiū, nec dissoluebāt illā q̄ facile dissoluebatur,sicut glacies bonā escā. In omnibus enim magnificasti populū tuum domine,ꝛ honorasti,ꝛ nō despexisti in omni tempore,ꝛ in omni loco assistens eis.

gen. ix.c. D

¶Explicit Liber Sapientie.

¶Incipit prologus libri Jesu filij Syrach q̄ Ecclesiastic⁹ appellat.

Multa nobis ꝛ magna p legē ꝛ prophetas aliosq; q̄ secuti sunt illos sapiēta demōstrata est:in quibus oportuit laudare Israel doctrine ꝛ sapiētie cā:ꝛ non solū ipsos loquētes necesse est esse peritos:sed etiā extraneos posse et dicentes ꝛ scribentes doctissimos fieri. Auus meus Jesus postq; se amplius dedit ad diligētiā lectionis legis ꝛ prophetarum ꝛ aliorū librorū q̄ nobis a patrib⁹ nr̄is traditi sunt voluit ꝛ ipse scribere aliq̄d horū q̄ ad doctrinā ꝛ sapiētiā pertinēt vt desiderantes discere ꝛ illorū periti fieri magis:magisq; attendāt animo ꝛ cōfirmēt a d legū:ā vitā. Hortor itaq; vos cū benuolentia:ꝛ attētione studio lectionē facere:ꝛ veniā habere in illis in quibꝰ videmur sequētes imaginē sapiētie ꝛ deficere in verborū cōpositione. Nam deficiūt verba hebraica q̄n fuerit trāslata ad alteram linguam. Nō aūt solū hoc sed ꝛ ipsa lex ꝛ pphete:ceteraq; aliorum librorum nō paruā hr̄ie differentiā q̄n inter se dicunt. Nā in octauo ꝛ tricesimo anno regis Ptolomei euergetis regis postq; perueni in Egyptum:ꝛ cum multum tēporis ibi fuissem:inueni ibi libros relictos non parue neq; contēnende doctrine. Ptaq; bonū ꝛ necessariū putaui ꝛ ipse aliquā addere diligētiā:ꝛ laborem interpretandi libū istum:ꝛ multa vigilia attuli doctrinem in spatio tpis ad illa que ad finem ducunt librum istum dare:ꝛ illio qui volunt animum intendere:ꝛ discere/quēadmodū oporteat instituere mores qui secundum legem domini proposuerint vitam agere.

¶Explicit prologus.

¶Incipit prologus Rabbani in librum Ecclesiasticum.

Librum Jesu filij Syrach dicit se Hieronymus reperisse apud hebreos non ecclesiasticū: vt apud latinos sed parabolas prenotatū cui iuncti erāt ecclesiastes et canticum canticorū:vt Salomonē nō modo librorum numero:sed materie genere coequaret:librum vero sapiencie se nō reperisse apud eos sed magis Grecā redolere eloquentiā q̄dē nonnulli philonis esse affirmāt. Ecclesiasticus vero sicut ecclesiastes ecclesie vtilissimus est:qui congregator vel collector interpretatur sicut ille concionator. Sed ecclesiastes xp̄m refert:ꝛ ad quemlibet predicatorem ecclesiastic⁹:q̄ ppter excellentiā virtutum suarum p̄anarete:id est omnium virtutū capax appellatur. Cuius tanta claritas tantaq; latinitas est,vt ipse sibi commenta sit.

¶Explicit prologus Rabbani.

¶Incipit Liber Ecclesiasticus.

¶Capituli Summarium. Sapientia dei omnia cōstant, ꝛ initium sapientie timor domini. Caput.j.



Omnis sapiētia a dño deo est,ꝛ cum illo fuit semp,ꝛ est ante euū. Arenā maris et pluuie guttas,ꝛ dies seculi q̄s dinumerauit? Altitudinē celi,ꝛ latitudinē terre et profundum abyssi q̄s dimēsus est? Sapiētiā dei p̄cedētē oīa,quis inuestigauit? Prior oīm creata est sapiētia,ꝛ intellectus prudētie ab euo. Fōs sapiētie verbum dei in excelsis,ꝛ ingressus illi⁹ mādata eterna. Radix sapiētie,cui reuelata est? ꝛ astutias illius quis agnouit? Disciplina sapiētie cui reuelata est,ꝛ manifestata? ꝛ multiplicationē ingressus illius quis intellexit? Unus est altissim⁹ creator omnū,omnipotēs,ꝛ rex potēs,et metuēdus nimis: sedēs super thronum illius ꝛ dominans deus. Ipse creauit illam in spiritu sancto,ꝛ vidit,ꝛ dinumerauit,et mēsus est. Et effudit illam super omnia opera sua,ꝛ super oēm carnē fm datū suum,ꝛ prebuit illā diligētibus se. Timor dñi gloria,ꝛ gloriatio,ꝛ letitia,ꝛ corona exultationis. Timor dñi delectabit cor,ꝛ dabit letitiā ꝛ gaudiū in lōgitudinē dierū. Timēti dñm bene erit in extremis,ꝛ in die defunctiōis sue benedicet. Dilectio dei,honorabilis sapia. Quibus autez apparuerit in visu,diligūt eā in visione,ꝛ in agnitiōe magnalitū suorū. Initiū sapie timor dñi,ꝛ cū fidelibus in vulua cōcreatus est,ꝛ cū electis feminis gradit,ꝛ cū iustis ꝛ fidelibus agnoscit. Timor dñi,scientie religiositas. Religiositas custodiet ꝛ iustificabit cor,incūditatē atq; gaudiū dabit. Timenti dominū bene erit,ꝛ in diebus cōsummationis illius bñdicet. Plenitudo sapie est,timere deū,ꝛ plenitudo a fructibus illi⁹. Omnē domū illius implebit a gñationibus et receptacula a thesauris illius. Corona sapie,timor dñi,replēs pacē,ꝛ salutis fructū:ꝛ vidit,ꝛ dinumerauit eā. Vtraq; aūt sunt dona dei. Scientiā ꝛ intellectū prudētie sapientia cōpartietur:ꝛ gloriā tenētiū se,exaltat. Radix sapiētie est, timere dñm:ꝛ rami illius longeui. In thesauris sapie intellect⁹,ꝛ scientie religiositas,execratio aūt peccatorib⁹ sapia. Timor dñi expellit p̄ctm.nam qui sine timore est,nō poterit iustificari.ira iracūdia etiā animositatis illius,subuersio illius est. Usq; in tp̄s sustinebit patiēs,ꝛ postea redditio iucūditatis. Bonus sensus vsq; in tēpus absondet verba illi⁹,ꝛ labia multorū enarrabunt sensum illius. In thesauris sapie significatio disciplineꝛ execratio aūt peccatorib⁹,cultura dei. Fili cōcupiscēs sapiētiā,cōserua iustitiā,ꝛ deus p̄bebit illā tibi. Sapia em̄ et disciplina timor dñi:ꝛ q̄ bene placitū est illi, fides ꝛ mānsuetudo,ꝛ adimplebit thesauros illi⁹. Cōtumax nō sis,ꝛ incredibilis timori dei:ꝛ ne accesseris ad illū duplici corde. Ne fueris hypocrita in cōspectu hoīm,ꝛ nō scādalizeris in labijs tuis. Attēde in illis ne forte cadas,ꝛ adducas anime tue inhonorationē,ꝛ reuelet de⁹ abscōsa tua,et in medio synagoge elidat te: q̄m accessisti maligne ad dominum,et cor tuum plenum est dolo et fallacia.

¶C.S. Patientia ꝛ timor domini docentur. Caput.ij.

Fili accedens ad seruitutē dei sta in iustitia ꝛ in timore,ꝛ p̄para aiam tuā ad tēptationē. Depume cor tuū,ꝛ sustine:ꝛ iclina aurē tuā,ꝛ suscipe verba intellectus,ꝛ ne festines in tempus obductionis. Sustine sustētationes dei:cōmingere deo,ꝛ sustine, vt crescat in nouissimo vita tua. Omne q̄d tibi applicitum fuerit,accipe:ꝛ in dolore sustine,ꝛ in humilitate tua patientiam habe:q̄m in igne probatur aurū et argentū, homines vero receptibiles in camino humiliatiōis. Crede deo,ꝛ recuperabit te:ꝛ dirige viam tuā ꝛ spera in illū. Serua timorē illius,ꝛ in illo veterasce. Qui timetis dñm sustinete miam eius:ꝛ non deflectatis ab illo,ne cadatis. Qui timetis dñm, credite illi:ꝛ nō euacuabit merces vestra. Qui timetis dominum,sperate in illum:ꝛ in oblectationem veniet vobis mia. Qui timetis dñm diligite illum,ꝛ illuminabunt corda vra. Respicite filij nationes hoīm:ꝛ scitote q̄ null⁹ sperauit in dño,ꝛ cōfusus est. Quis em̄ p̄mānsit in mādatis eius,ꝛ derelict⁹ est,aut q̄s inuocauit eū,ꝛ despexit illū: Qm̄ pius ꝛ misericors est deus,ꝛ remittit in die tribulationis pctā:et protector est oīb⁹ exq̄rēnt⁹ se in veritate. Ue duplici corde,ꝛ

A

B

Prouer. ja.ix.c. ps.cx.d.

C

D

C ps.xxxvj.

labijs

labijs scelestis,⁊ manibus malefactētiū,⁊ peccatoꝝ terrā
ingrediēti duab⁹ vijs. Ue dissolutis corde,q nō credūt deo:
⁊ iō nō protegēt ab eo. Ue his q̄ perdiderūt sustinētiā,⁊ q̄ de-
reliq̄runt vias rectas,⁊ diuerterūt in vias prauas. Et qd fa-
cietis,cū inspicere ceperit dñs. Qui timēt dñm nō erunt in-
credibiles verbo illi⁹:⁊ q̄ diligūt illū,cōseruabūt vias illi⁹.
Qui timēt dñm,inquirēt q̄ bñplacita sunt ei:⁊ q̄ diligūt eū,
replebunt lege ipsi⁹. Qui timēt dñm ꝓparabūt corda sua,et
in cōspectu illius sanctificabūt aias suas. Qui timēt dñm,
custodiūt mādata illi⁹,⁊ patiētiā habebunt vsq; ad inspe-
ctionē illius,dicentes. Si ꝓniam nō egerimus incidem⁹ in
manus dñi,⁊ nō in manus hominū. Scōm enim magnitu-
dinem ipsius,sic et misericordia illius cum ipso est.

¶ Capituli Summarium. ℙParentes honorandi-humili-
tati studendum,⁊ curiositas fugienda. Caput.iij.

Filij sapie,ecclia iustoꝝ:⁊ natio illoꝝ obediētia
⁊ dilectio. Iudiciū patris audite filij,⁊ sic facite
vt salui sitis. Deꝰ enī honorauit patrē in filijs:⁊
iudiciū matris exquirēs,firmauit in filios. Qui
diligit deū,exorabit p̄ peccatis,⁊ cōtinebit se ab illis,⁊ in ora-
tione dierū erudiet⁹.⁊ sicut q̄ thesaurizat,ita⁊ qui honori-
ficat matrē suā. Qui honorat patrē suū,iucūdabit⁹ in filijs
⁊ in die oratiōis sue exaudiet⁹. Qui honorat patrē suū,vita
vinet longior:⁊ q̄ obedit patri refrigerabit matrē. Qui ti-
met dñm honorat parentes,⁊ quasi dñis seruet his q̄ se ge-
nuerunt. In ope et sermone ⁊ oī patiētia honora patrē tuū,
vt superueniat tibi bñdictio a deo,⁊ bñdictio illius in no-
uissimo maneat. Benedictio patris firmat domos filioꝝ:
maledictio autē matris eradicat fundamēta. Ne glorieris
in cōtumelia patris tui:nō enī est tibi gloria,sed cōfusio.glo
ria enim hois ex honore patris sui,⁊ dedecus filij pater sine
honore. Fili suscipe senectā patris tui,⁊ nō cōtristes eū in
vita illi⁹:⁊ si defecerit sensu,venia da,⁊ ne spernas eū in vir
tute tua,eleemosyna enī patris nō erit in obliuione. Mā pro
peccato matris restituet⁹ tibi bonū,et in iustitia edificabitur
tibi,⁊ in die tribulatiōis cōmemorabit⁹ tui,⁊ sicut in sereno
glacies,soluent⁹ pctā tua. Quā male fame est q̄ dereliq̄t pa
trē.⁊ est maledict⁹ a deo,q̄ exasperat matrē. Fili in mansue-
tudine opa tua pfice,⁊ super hoīm gloriā diligeris. Quāto
magn⁹ es,humilia te in oīb⁹,⁊ cora deo inuenies gratiā:qm̄
magna potētia dei soli⁹,⁊ ab hūilib⁹ honorat⁹. Altiora te
ne q̄sieris,⁊ fortiora te ne scrutat⁹ fueris:sed q̄ precepit tibi
deꝰ,illa cogita semp,⁊ in pluribus opib⁹ eius ne fueris curio-
sus,nō est enī tibi necessariū ea q̄ abscōdita sunt videre ocu
lis tuis. In supuacuis reb⁹ noli scrutari multipliciter,et in
pluribus operib⁹ ei⁹ nō eris curiosus. ℙPlurima enī sup sen-
sum hoīm ostēsa sunt tibi. ℣Multos enī supplātauit suspitio
illoꝝ,⁊ in vanitate detinuit sensus illoꝝ. Cor durū habe-
bit male in nouissimo:⁊ q̄ amat periculū,in illo pibit. Cor in-
gredies duas vias nō habebit successus,⁊ prauū cor i illis
scādalizabit. Cor nequā grauabit in doloribus,⁊ peccator
adyciet ad peccādum. Sinagoge supboꝝ non erit sanitas:
frutex enī pessimꝰ eradicabit⁹ in illis,⁊ nō intelliget. Cor sapiē
tis intelliget in sapiētia,⁊ auris bona audiet cū oī cōcupi-
scentia sapientiā. Sapiēs cor⁊ intelligibile abstinebit se a
peccatis,⁊ in operibus iustitie successus habebit. Ignē ar-
dentē extinguit aqua,⁊ eleemosyna resistit peccatis:⁊ deus
⁊ prospector est eius,qui reddit gratiā. ℣Deminit in posterū,⁊
in tempore casus sui inueniet firmamentum.

¶ Capituli Summarium. ℣Misericordia pauperibus ex-
hibenda,⁊ sapientia pre omnibus tenenda. Caput.iiij.

Fili eleemosynā pauperis ne defraudes,et ocu-
los tuos ne trāsuertas a paupere. Animā esurie-
tem ne deseperis,et nō exasperes pauperem in
inopia sua. Cor inopis ne affligeris,et non pro-
trahas datū angustianti. Rogationem cōtribulati ne abij
cias:⁊ nō auertas faciē tuā ab egeno. Ab inope ne auertas
oculos tuos ꝓpter īrā:⁊ nō relinquas querentib⁹ tibi retro
maledicere. ℣Maledictis enim tibi in amaritudine anime
exaudiet⁹ deprecatio illius,exaudiet autē eū,qui fecit illum

Cōgregationi pauperū affabilē te facito,⁊ presbytero hu
milia animā tuā,⁊ magnato humilia caput tuū. ℙDeclina
pauperi sine tristitia aurē tuā,⁊ redde debitū tuū,⁊ respon-
de illi pacifice in māsuetudine. Libera eū q̄ iniuriam patit⁹
de manu supbi:⁊ nō acide feras in aīa tua. In iudicādo esto
pupillis misericors vt pr̄,⁊ p viro mr̄i illoꝝ:⁊ eris tu velut
filius altissimi obediēs,⁊ miserebit⁹ tui magis q̄ mater. Sa-
piētia filijs suis vitā inspirat,⁊ suscipit exq̄rētes se,⁊ preibit
in via iustitie.⁊ q̄ illā diligit,diligit vitā:⁊ qui vigilauerint
ad illā cōplectent⁹ placorē ei⁹. Qui tenuerint illā,vitā here
ditabunt:⁊ quo introibit,bñdicet deꝰ. Qui seruiūt ei,obse-
quētes erūt sctō:⁊ eos q̄ diligūt illā,diligit deus. Qui audit
illā iudicabit gētes:⁊ q̄ intuet illā,ꝑmanebit ꝑfidēs. Si cre-
diderit ei,hereditabit illā,⁊ erunt in cōfirmatione creature
illoꝝ:qm̄ in tētatiōe ambulat eū eo,⁊ in primis eligit eum.
Timorem⁊ metū,⁊ probationē inducet super illū,⁊ crucia
bit illum in tribulatione doctrine sue,donec tētet eū in co-
gitationibus suis,⁊ credat anime illius. Et firmabit illū,et
iter adducet directum ad illū,⁊ letificabit illū,⁊ denudabit
abscōdita sua illi,⁊ thesaurizabit super illū scīam,⁊ ītelle-
ctum iustitie. Si aūt oberrauerit,derelinquet eū,⁊ tradet eū
in manus inimici sui. Fili cōserua tēpus,⁊ deuita a malo.
Pro anima tua ne cōfundaris dicere verum,est enī cōfusio
adducēs peccatū,⁊ est cōfusio adducēs gloriam⁊ gratiam.
Nec accipias faciem aduersus faciem tuam,nec aduersus
animā tuam mendaciū. Ne reuerearis prorumpere tuū in casu
suo:nec retineas verbū in tēpore salutis. Nō abscondas sa-
pientiā tuam in decore suo. In lingua enī sapiētia dignosci
tur:⁊ sensus,⁊ scīētia,⁊ doctrina in vbo sensati,et firmamē-
tum in operibus iustitie. Nō cōtradicas vbo veritatis vllo
modo,⁊ de mēdacio mendutionis tue cōfundere. Non con-
fundaris cōfiteri pctā tua,⁊ ne subijcias te oi hoi pro petō.
Noli resistere cōtra faciem potētis,nec coneris cōtra ictum
fluuij. Pro iustitia agonizare p aīa tua,⁊ vsq; ad mortem
certa pro iustitia,⁊ deus expugnabit pro te inimicos tuos.
Noli citatus esse in lingua tua:⁊ inutilis,⁊ remissus in ope
ribus tuis. Noli esse sicut leo in domo tua,euertēs domesti-
cos tuos,⁊ opprimens subiectos tibi. Non sit porrecta ma-
nus tua ad accipiendum,⁊ ad dandum collecta.

¶ Capituli Summarium. Non gloriandū in peccatis,nec
differenda penitentia. Caput.v.

Noli attēdere ad possessiones iniquas,⁊ ne dice-
ris. Est mihi sufficiens vita. nihil enim ꝑderit in
tpe vindicte⁊ obductiōis. Ne seq̄ris in fortitu-
dine tua concupiscentiā cordis tui,⁊ ne direris,
Quomodo potui:⁊ quis me subjciet ꝓpter facta mea?
Deus enī vindicās vindicabit. Ne direris, ℙPeccaui,⁊ qd
mihi accidit triste: Altissimus enī est patiens redditor. De
propitiato peccato noli esse sine metu,neq; adjcias pecca
tum super peccatū. Et ne dicas:℣Miseratio domini magna
est,multitudinis peccatoꝝ meoꝝ miserebitur. ℣Misericor-
dia enim,⁊ ira ab illo cito prorimāt,⁊ in peccatores respi-
cit ira illius. Nō tardes cōuerti ad dominū,⁊ ne differas de
die in diem. subito enī veniet ira illius,⁊ in tēpore vindicte
disperdet te. Noli animus esse in diuitijs iniustis:nō enī pro-
derūt tibi in die obductiōis⁊ vindicte. Nō vētiles te in oēm
ventum,⁊ nō eas in omnē viā. sic enim omnis peccator pro-
batur in duplici lingua. Esto firmus in via domini,⁊ in ve
ritate sensus tui⁊ scientia,et prosequatur te verbum pacis
⁊ iustitie. Esto mansuetus ad audiendum verbum dei,vt in-
telligas:⁊ cū sapiētia ꝓfer responsum verū. Si est tibi intelle
ctus,respōde proximo:si nautē,sit manus tua super os tuū,
ne capiaris in verbo indisciplinato,⁊ confundaris. Honor
⁊ gloria in sermone sensati,lingua vero imprudētis subuer
sio est ipsi⁹. Non appelleris susurro in vita tua,⁊ lingua tua
ne capiaris⁊ confundaris. Super furem enim est confusio,
et penitentia,⁊ denotatio pessima super bilinguem: susur-
ratori autem odium,et inimicitia et contumelia. Justifica
pusillum,⁊ magnum similiter.

¶ C.S. Non quiuis temere in amicitiā recipiēd⁹. Cap.vj.

A

Oli fieri pro amico inimicus primo. impropriū enim & cōtumeliam malus hereditabit, & ois peccator inuidus & bilinguis. Non te extollas in cogitatione aīe tue, velut taurus: ne forte elidatur virtus tua per stultitiam, & folia tua comedat, & fructus tuos perdat, & relinquaris velut lignū aridū in eremo. anima eīm nequā disperdet q se habet, & in gaudiū inimicis dat illum, & deducet in sortē impiorū. Verbū dulce multiplicat amicos, & mitigat inimicos: & lingua eucharis in bono homine abundat. Multi pacifici sint tibi, & cōsiliarius sit tibi vnus de mille. Si possides amicū, in tentatione posside eū, & ne facile credas ei teipsum. Est enim amicus sm tps suū,

B

& nō permanebit in die tribulationis. Et est amicus q conuertitur ad inimicitiam: & est amicus qui odiū & rixā & conuitia denudabit. Est autē amicus socius mēse, & nō permanebit in die necessitatis. Amicus si permānserit firus, erit tibi quasi coequalis, & in domesticis tuis fiducialiter aget. si humiliauerit se cōtra te, & a facie tua absconderit se, vnanimē habebis amicitiam bonā. Ab inimicis tuis separare, & ab amicis tuis attēde. Amicus fidelis, protectio fortis: qui autē inuenit illū, inuenit thesaurū. Amico fideli nulla est cōparatio, & nō est digna ponderatio auri et argēti contra bonitatē fidei illi⁹. Amicus fidelis medicamentū vite, & immortalitatis: & qui metuūt dīm, inuenīet illū. Qui timet deū, eque hēbit amicitiā bonā: qm sm illū erit amicus illius.

C

Fili a iuuentute tua excipe doctrinā, & vsq; ad canos inuenies sapiētiam. Quasi is qui arat, & qui seminat, accede ad eā, & sustine bonos fructꝰ illi⁹. in opere enim ipsius eris gnūs laborabis, & cito edes de gnationibus illius. Quā aspera est nimiū sapiētia in doctis hominibus, & nō permanebit in illa ercors. Quasi lapidis virtus probatio erit in illis, & nō demorabunt proijcere illam. Sapīa enim doctrine sm nomen est eius, & nō est multis manifesta. quibus aūt cognita est, permanet vsq; ad conspectū dei. Audi fili, & accipe consilium intellectus, & ne abyicias cōsiliū meū. inijce pedē tuū in cōpedes illi⁹, & in torques illius collū tuū. subijce humerum tuū, & porta illā, & ne accideris vinculis eius. In omni aīo tuo accede ad illā, & in omni virtute tua conserua vias eius. Inuestiga illā, & manifestabitur tibi, & continēs factus ne derelinquas eam. in nouissimis enim inuenies requiē in ea, & conuertet tibi in oblectationē. Et erūt tibi cōpedes ei⁹ in protectionē fortitudinis, & bases virtutis, et torques illi⁹ in stolā glorie. decor enim vite est in illa, & vincula illius alligatura salutaris. Stola glorie indues eā, & coronā gratulationis superpones tibi. Fili, si attēderis mihi, disces: & si accōmodaueris animū tuū, sapiēs eris. Si inclinaueris aurē tuam, excipies doctrinam: & si dilexeris audire, sapiēs eris. In multitudine pbyterorū prudētiū sta, & sapientie illorū ex corde cōiūgere, vt omnē narrationē dei possis audire, et puerbia laudis nō effugiāt a te. Et si videris sensatū, euigila ad eū, & gradus ostiorū illius exterat pes tuus. Cogitatū tuū habe in pceptis dei, & in mādatis illi⁹ maxime assiduus esto: & ipse dabit tibi cor, & cōcupiscētia sapie dabitur tibi.

¶ Capituli Summarium. Potestas nō ambienda mēdacium & multiloquium fugienda &c. Caput.vij.

A

Nolī facere mala, & nō te apprehendēt. Discede ab iniquo, & deficiēt mala abs te. Fili, non semines mala in sulcis iniustitie, & nō metes ea in septuplū. Noli q̄rere ab hoie uncatus, neq; a rege cathedrā honoris. Nō te iustifices añ deū, qm agnitor cordis ipse est: & penes regē noli velle videri sapiēs. Noli q̄rere fieri iudex, nisi valeas virtute irrūpere iniquitates: ne forte extimescas facie potētis, & ponas scādalū in agilitate tua. Nō pecces in multitudinē ciuitatis, nec te immittas in populū, neq; alliges duplicia petā: nec eīm in vno eris imunis. Molieſſe pusillanimis in aīo tuo. Exorare et facere elemosinam ne despicias. Ne dicas. In multitudine munerū meorū respiciet deus, & offerēte me deo altissimo, munera mea suscipiet. Nō irrideas hominē in amaritudine anime: est eīm qui humiliat & exaltat, circūspector deꝰ. Noli orare mēdacium aduersus fratrem tuū: neq; in amicū siīr facias. Noli velle mēturi omne mendacium: assiduitas eīm illius non est bona. Noli verbosus esse in multitudine pbyterorum: et nō iteres verbū in oratiōe tua. Nō oderis laboriosa opera, et rusticationē creatam ab altissimo. Nō te reputes in multitudine indisciplinatorū. Memēto ire, quoniam nō tardabit. Humilia valde spiritum tuum, quoniā vindicta carnis impij, ignis & vermis. Noli preuaricari in amicū pecuniam differentē, neq; fratrem charissimum auro spreueris. Noli discedere a muliere sensata & bona, quā sortiꝰ es in timore domini: gratia eīm verecundie illius super aurum. Non ledas seruū in veritate operantem, neq; mercēnariū dantē animā suam. Seruus sensatus sit tibi dilectus quasi anima tua, nō defraudes illū libertate, neq; inopē dereliquas illū. Pecora tibi sunt, attēde illis: & si sunt vtilia, pseuerēt apud te. Filij tibi sunt, erudi illos, & curua illos a pueritia eorū. Filie tibi sunt, serua corpus illarum, et nō ostēdas hilarem faciem tuam ad illas. Trade filiā, & grande opus feceris, et homini sensato da illā. Mulier si est tibi sm animā tuā, nō proijcias illā: & odibili non credas te in toto corde tuo. Honora patrem tuum, & gemitus matris tue ne obliuiscaris. Memēto qm̄ nisi p illos natus non fuisses: et retribue illis, quomodo & illi tibi. In tota anima tua time dīm, et sacerdotes illius sanctifica. In omni virtute tua dilige eum qui te fecit, & ministros eiꝰ nō derelinquas. Honora deū ex tota anima tua, & honorifica sacerdotes, & propurga te cum brachijs. Da illis partem, sicut mandatū est tibi primitiarum & purgationis: et de negligentia tua purga te cum paucis. Datum brachiorum tuorū et sacrificium sanctificationis offeres dño, & initia sanctorū: & pauperi porrige manus tuā, vt perficiāt propitiatio, & benedictio tua. Gratia datus in cōspectu omnis viuentis, & mortuo non prohibeas gratiā. Non desis plorantibus in consolatione, et cum lugentibus ambula. Non te pigeat visitare infirmum: ex his enim in dilectiōe firmaberis. In omnibus operibus tuis memorare nouissima tua, & in eternum non peccabis.

¶ Capituli Summarium. Maiores non irritandi, nec seniores despiciendi. Caput.viij.

A

Non litiges cum hoie potente, ne forte incidas in manus illius. Nō contēdas cū viro locuplete, ne forte ecōtra cōstituat litem tibi. multos eīm perdidit aurū & argentū, & vsq; ad cor regū extēdit, et cōuertit. Non litiges cū homine linguato, & non strues in ignem illius ligna. Nō cōmunices homini indocto, ne mala de progenie tua loquatur. Ne despicias hominem auertentem se a peccato, neq; improperes ei. memēto qm̄ omnes in corruptione sumus. Ne spernas hominem in sua senectute: etenī ex nobis senescūt. Noli de mortuo inimico tuo gaudere: sciēs qm̄ omnes morimur, & in gaudiū volumus venire. Ne despicias narrationē presbyterorū sapiētiū, & in prouerbijs eorū cōseruare. ab ipsis enim disces sapientiā, & doctrinam intellectus, & seruire magnatis sine querela. Nō te pretereat narratio seniorum: ipsi enim didicerūt a patribus suis: qm̄ ab ipsis disces intellectū, & in tempore necessitatis dare respōsum. Nō incēdas carbones peccatorum arguēs eos, & ne incendaris flāma ignis peccatoꝝ illorū. Ne contra faciem stes cōtumelioſi, ne sedeat quasi insidiator ori tuo. Noli fenerari hoī fortiori te: qō si feneraueris, quasi perditū habe. Non spōdeas super virtutem tuam, qō si spoponderis, quasi restituēs cogita. Nō iudices cōtra iudicē: qm̄ sm qō iustū est iudicat. Cū audace nō eas in via, ne forte grauet mala sua in te: ipse eīm sm voluntatē suā vadit, & simul cū stultitia illi⁹ peries. Cū tractūdo nō facias rixā, et cū audace non eas in desertū: quoniā quasi nihil est ante illum sanguis, & vbi nō est adiutorij, elidet te. Cū fatuis consiliū non habeas. nō enim poterūt diligere, nisi que eis placent. Coram extraneo nō facies consilium: nescis enim quid pariet. Non omni homini cor tuum manifestes: ne forte inferat tibi gratiam falsam, et conuitietur tibi.

¶ L.S. Cū mulieribus caute ambulandū &c. Caput.ix.

Non zeles

C

Ecclesiastici ij.a.

D

Matth. xxv.d.

A Non zeles mulierē sinus tui, ne ostendat super te malitiā doctrine nequā. Nō des mulieri potestatem aie tue, ne ingrediat in virtute tua, ꝛ cōfundaris. Ne respicias mulierē multinolā, ne forte incidas in laqueos illi⁹. Cū saltatrice ne assiduus sis: nec audias illā, ne forte pereas in efficacia illius. Virginem ne cōspicias, ne forte scandalizeris in decore illi⁹. Ne des fornicarijs animā tuā in vllo, ne perdas te ꝛ hereditatē tuam. Noli circūspicere in vicis ciuitatis, nec oberraueris in plateis illi⁹. Auerte faciē tuā a muliere cōpta, ꝛ ne circūspicias speciem alienā. propter speciē mulieris multi perierūt: ꝛ ex hoc, cōcupiscentia quasi ignis exardescit. Omis mulier q̄ est fornicaria, quasi stercus in via ab omnibus pretereūtibus cōculcabit. Speciē mulieris aliene multi admirati reprobi facti sunt. colloquiū enī illius quasi ignis exardescit. Cū aliena muliere nō sedeas omno, nec accūbas cū ea super cubitū: ꝛ nō alterceris cū illa in vino, ne forte declinet cor tuū in illā, ꝛ sanguine tuo labaris in pditionē. Ne derelinquas amicū antiquū: nouus enī nō erit similis illi. Vinū nouū, amicus nouus: veterascet, ꝛ cū suauitate bibes illud. Non zeles gloriā, ꝛ opes peccatoris. non enī scis que futura sit illius subuersio. Nō placeat tibi iniuria iniustoꝝ sciens q̄m vsq; ad inferos nō placebit impius. Longe a besto ab hoie ptātē habēte occidēdi, ꝛ nō suspicaberis timorē mortis. et si accesseris ad illū, noli aliquid cōmittere, ne forte auferat vitam tuā. Cōmunionē mortis scito q̄m in medio laqueorū ingredieris, ꝛ sup dolentiū arma ambulabis. Secūdum virtutē tuā caue te a primo tuo, ꝛ cū sapiētibus ꝛ prudentibus tracta. Viri iusti sint tibi cōmune, ꝛ in timore dei sit tibi gloriatio ꝛ in sensu sit tibi cogitat⁹ dei, ꝛ ois enarratio tua in preceptis altissimi. In manu artificū opera laudabūtur, ꝛ princeps populi in sapientia sermonis sui, in sensu vero seniorum verbum. Terribilis est in ciuitate sua homo linguosus: ꝛ temerarius in verbo suo odibilis erit.

¶ C.S. Talem esse populū, qualis est magistrat⁹. Ca.x.

B Vdex sapiens iudicabit ppl'm suū, ꝛ principat⁹ sensati stabilis erit. Secūdū iudicē populi, sic et ministri eius: ꝛ q̄lis rector est ciuitas, tales ꝛ inhabitātes in ea. Rex insipiens pdet ppl'm suū: ꝛ ciuitates inhabitabūtur per sensum prudētium. In manu dei ptās terre: ꝛ execrabilis ois iniquitas gentiū, ꝛ vtilem rectorē suscitabit in tps sup illā. In manu dei ptās hois, ꝛ super faciē scribe imponet honorē suū. Omis iniurie proximi ne memineris, ꝛ nihil agas in opibus iniurie. Odibilis coram deo est ꝛ hoibus superbia, ꝛ execrabilis ois iniquitas gentium. Regnū a gente in gentē trāsfertur ppter iniustitias, ꝛ iniurias, ꝛ cōtumelias, ꝛ diuersos dolos. Auaro autē nihil est scelestius. Quid superbit terra ꝛ cinis? Nihil est iniquius, q̄ amare pecuniā. hic enī ꝛ aiam suā venalē habuit in vita sua. et piecit intima sua. Omis potentatus, breuis vita. Languor prolixior grauat medicū. Breuē languorē precidit medic⁹: sic ꝛ rex hodie est, ꝛ cras moriet. Cū enī moriet homo, hereditabit serpētes, ꝛ bestias, ꝛ vermes. Initiū superbie hois, apostatare a deo, q̄m ab eo q̄ fecit illū, recessit cor eius. q̄m initiū omis peccati est superbia. q̄ tenuerit illam, adumplebitur maledictis, ꝛ subuertet eū in finē. Propterea exhonorauit dñs cōuentus malorū, ꝛ destruxit eos vsq; in finē. Sedes ducū superborū destruxit de⁹, ꝛ sedere fecit mites pro eis. Radices gentiū superbarū arefecit de⁹, ꝛ plantauit humiles ex ipsis gentib⁹. Terras gentiū euertit dñs, ꝛ perdidit eas vsq; ad fundamentū. Arefecit de⁹ ex ipsis, ꝛ disperdidit eos, ꝛ cessare fecit memoriā eoꝝ a terra. Memoriā superborū pdidit de⁹ ꝛ reliquit memoriā humilium sensu. Nō est creata hoibus superbia: neq; ira cūdita natiōi mulierū. Semē hoim honorabit hoc q̄ timet deū, semen aūt hoc exhonorabitur, q̄ preterit mādata dñi. In medio fratrū rector illorū in honorem qui timēt dñm, erūt in oculis illi⁹. Gloria diuitū honoratoꝝ ꝛ pauperum, timor dei est: nō despicere hoiem iustū pauperē ꝛ nō magnificare virū potētē diuitē. Magnus est iudex, ꝛ potēs est in honore: et nō est maior illo qui timet deū. Seruo sensato liberi seruient: ꝛ vir prudens ꝛ disciplinatus nō murmurabit correptus, ꝛ insci⁹ nō honorabitur. Noli extollere te in faciēdo opere tuo, ꝛ noli cūctari in tēpore angustie. Melior est qui operatur, ꝛ abūdat in oībus, q̄ qui gloriatur, ꝛ eget pane. Fili mi, in māsuetudine serua aiam tuā, ꝛ da illi honorem scōm meritū suū. Peccantē in aiam suā q̄s iustificabit: et quis honorificabit exhonorantē aiam suā? Pauper gloriat per disciplinā ꝛ timorē suum: ꝛ est hō q̄ honorificat ppter substantiā suā. Qui aūt gloriat i pauptate, quāto magis in substātia: ꝛ qui gloriatur in substātia, paupertatē vereat.

¶ C.S. Ab extremis nemo iudicandus ꝛc. Caput.xj.

Onus Damasci. Ecce Damascus desinet esse ciuitas,& erit sicut aceruus lapidũ in ruina. De relicte ciuitates Aroer gregib⁹ erunt,& requiescẽt ibi,& nõ erit q̃ exterreat. Et cessabit adiutorium ab Ephraim,& regnũ a Damasco,& reliquia Syrie,sicut gloria filiorũ Jsrael erũt,dicit dñs exercituũ. Et erit in die illa:attenuabit⁹ gloria Jacob,& pinguedo carnis eius emarcescet & erit sicut cõgregãs in messe,q̃ resistente,& brachiũ eius spicas leget. Et erit sicut querens spicas in valle Raphaim,et relinquet in eo sicut racemus,& sicut excussio olee duarũ vel trium oliuarum in summitate rami,sine quatuor aut quinq̃ in cacuminibus eius fructus eius,dicit dñs deus Jsrael. Jn die illa inclinabitur homo ad factorem suum,et oculi eius ad sanctũ Jsrael respiciẽt,& nõ inclinabit⁹ ad altaria que fecerũt manus eius,& que operati sunt digiti eius, non respiciet lucos & delubra. Jn die illa erũt ciuitates fortitudinis eius derelicte sicut aratra,et segetes que derelicte sunt a facie filiorum Jsrael,et erit deserta. Quia oblita es dei saluatoris tui & fortis adiutoris tui non es recordata: propterea plãtabis plãtationẽ fidelẽ,& germẽ alienũ seminabis. Jn die plãtationis tue labrusca,et mane semẽ tuum florebit. Ablata est messis in die hereditatis,& dolebit graviter. Ue multitudini populorum multorum,vt multitudo maris sonãtis:& tumultus turbarũ,sicut sonitus aquarum multarũ. Sonabũt populi sicut sonitus aquarũ inundãtiũ. & increpabit eũ,& fugiet procul. Et rapiet sicut puluis montium a facie vẽti,& sicut turbo coram tẽpestate. Jn tpe vespere & ecce turbatio:in matutino,& non subsistent. hec est pars eorum qui vastauerunt nos,& sors diripientium nos.

¶ C.S. Prophetia cõtra populos meridianos. cap.xviij.

Ue terre cymbalo alarum que est trans flumen Ethiopie qui mittit in mare legatos,& in vasis papyri super aquas. Jte angeli veloces ad gentem cõuulsam,& dilaceratam:ad populum terribilem post quem non est alius:ad gentem expectantem et conculcatam,cuius diripuerũt flumina terrã eius. Omnes habitatores orbis qui moramini in terra,cum elenatũ fuerit signũ in montibus,videbitis,& clangorẽ tube audietis: q̃ hec dicit dñs ad me. Ego quiescã,et considerabo in loco

meo sicut meridiana lux clara est, & sicut nubes roris in die messis. Ań messem eñ tot⁹ effloruit, & immatura perfectio germinabit, & pcident ramusculi ei⁹ falcib⁹: & que derelicta fuerint, abscindent & exurent. Et relinquentur simul animalibus montiū, & bestijs terre: & estate ppetua erūt sup eū volucres, & oēs bestie terre sup illā hyemabūt. In tpe illo deferetur munus dño exercituum a pplo divulso et dilacerato: a pplo terribili, post quē nō fuit ali⁹ a gente expectante, expectante & conculcata: cuius diripuerūt flumina terrā eius ad locum nominis domini exercituum montem Sion.

¶ C.S. Mala Egypto imminentia predicunt. Cap. xix.

Onus Egypti. Ecce dñs ascendet sup nubē leuē, & ingredietur Egyptum, & mouebunt simulachra Egypti a facie ei⁹, & cor Egypti tabescet in medio ei⁹. Et cōcurrere faciā Egyptios aduersus Egyptios: & pugnabit vir cōtra fratrē suū, & vir cōtra amicum suū, ciuitas aduersus ciuitatē, regnū aduersus regnū. Et dirūpet spiritus Egypti in visceribus eius, & consilium eius precipitabo: & interrogabūt simulachra sua, & diuinos suos, & pythones & ariolos. Et tradā Egyptū in manu dominorū crudelium, & rex fortis dominabit eorū, ait dñs deus exercituū. Et arescet aqua de mari, & fluuius desolabit & siccabit, & deficiēt flumina. Et attenuabunt, & siccabunt riui aggerū. Calamus & iūcus marcescet, nudabit alueus rini a fonte suo. Et omnis sementis irrigua siccabit, arescet, et nō erit. Et merebūt piscatores, et lugebūt omnes mittentes in flumē hamū, et expandētes rete super facie aquarū emarcescent. Cōfundent q operant linū, plectētes & texētes subtilia. Et erūt irrigua eius flaccentia, oēs qui faciebāt lacunas ad capiēdos pisces. Stulti principes Taneos, sapientes cōsiliarij Pharaonis dederūt cōsiliū insipiēs quō dicetis Pharaoni, Filius sapientiū ego, filius regū antiquorū: Ubi nūc sunt sapiētes tui: Annūtiēt & indicēt tibi qd cogitauerit dñs exercituū sup Egyptum. Stulti facti sunt principes Taneos, emarcuerūt principes Memphitheos, decepe runt Egyptū, angulū populoū ei⁹. Dñs miscuit in medio eius spiritū vertiginis: & errare fecerunt Egyptū in oī opere suo sicut errat ebrius & vomēs. Et nō erit Egypto opus q̄ō faciat, caput & caudā incuruantē & refrenantem. In die illa erit Egyptus quasi mulieres, & stupebūt & timebunt a facie cōmotionis manus domini exercituū, quam ipse mouebit super eā, et erit terra Juda Egypto in pauorē. Omnis qui illius fuerit recordatus, pauebit a facie cōsilij domini exercituum, q̄ō ipse cogitauit super eā. In die illa erūt quinq̄ ciuitates in terra Egypti, loquentes lingua Chanaan, & iurantes per dñm exercituum. Ciuitas solis vocabit vna. In die illa erit altare dño in medio terre Egypti, & titulus domini iuxta terminū eius: & erit in signum & in testimoniū dño exercituum in terra Egypti. Clamabunt enī ad dñm a facie tribulātis, & mittet eis saluatorem & propugnatorē qui liberet eos. Et cognoscetur dñs ab Egypto, & cognoscēt Egyptij dñm in die illa, & colēt eū in hostijs et in muneribus: et vota vouebunt domino, & soluēt. Et percutiet dñs Egyptū plaga, & sanabit eā, & reuertent ad dñm, et placabit eis, & sanabit eos. In die illa erit via de Egypto in Assyrios, & intrabit Assyrius in Egyptū: & Egyptius in assyrios, & seruiēt Egyptij Assur. In die illa erit Israel tertius Egyptio et assyrio: bñdictio in medio terre, cui bñdixit dñs exercituū, dicens, Benedictus populus meus Egypti, & opus manuū mearum Assyrius, hereditas autem mea Israel.

¶ C.S. Egyptus & Ethiopia capiēde ab assyrijs. cap. xx.

In anno quo ingressus est Thartan in Azotū cū misisset eum Sargon rex Assyrioꝝ, & pugnasset cōtra Azotū, & cepisset eā: in tpe illo locutus est dñs in manu Isaie filij Amos, dicens, Vade, et solue saccum de lumbis tuis, & calceamēta tua tolle de pedibus tuis. Et fecit sic vadēs nudus, & discalceatus. Et dixit dñs, Sicut ambulauit seru⁹ me⁹ Isaias nud⁹ & discalceat⁹ triū annorū signū & portētū erit sup Egyptū & super Ethiopiā: sic minabit rex Assyrioꝝ captiuitatē Egypti, & trāsmigrationē Ethiopie, iuuenē, & senē, nudū & discalceatum discoopertis natib⁹ ad ignominiā Egypti. Et timebūt, & cōfundent ab Ethiopia spe sua, & ab Egypto gloria sua. Et dicet habitator insule eius in die illa: Ecce hec erat spes nostra, ad quos confugimus in auxilium, vt liberarent nos a facie regis Assyriorum. Et quō effugere poterimus nos?

¶ C.S. Babylon casura predicatur. Caput xxi.

Onus deserti maris. Sicut turbines ab Africo veniunt: de deserto venit, de terra horribili. Visio dura nūtiata est mihi. Qui incredul⁹ est, incredeliter agit: & q depopulator: ē vastat. Ascēde Elā, obside Mede: oēm gemitū ei⁹ cessare feci. Propterea repleti sunt lūbi mei dolore, & angustia possedit me sicut angustia pturiētis. Curui cū audirē, conturbatus sum cū viderem, emarcuit cor meū, tenebre stupefecerūt me. Babylō dilecta mea, posita est mihi in miraculum. Pone mensam, cōtēplare in specula: comedētes & bibētes surgite pncipes, arripite clypeū. Hec enī dixit mihi dom⁹, Vade, et pone speculatorem: & quodcūq̄ viderit annūtiet. Et vidit currū duorum equitū, ascēsorē asini, & ascēsorē cameli: & cōtēplat⁹ est diligenter multo intuitu. Et clamauit leo, Super speculam domini ego sum, stans iugiter per diem: & super custodiam meam ego sum, stans totis noctibus. Ecce, iste venit ascēsor vir bige equitū, & rūdit, & dixit, Cecidit cecidit Babylon, & omnia sculptibilia deoꝝ eius cōtrita sunt in terra. Tritura mea & filius aree mee, que audiui a domino exercituum deo Israel, annuntiaui vobis. Onus Duma, ad me clamat ex Seir. Custos quid de nocte: custos qd de nocte? Dixit custos, Venit mane & nox. Si queritis, querite: conuertimini & venite. Onus in Arabia. In saltu ad vesperā dormietis, in semitis Dedanim. Occurrentes sitienti ferte aquam, qui habitatis terram austri, cum panibus occurrite fugiēti. A facie enī gladiorum fugerūt, a facie gladij imminentis, a facie arcus extenti, a facie grauis prelij: quoniā hec dicit dom⁹ ad me, Adhuc in vno anno quasi in anno mercēnarij et auferetur omnis gloria Cedar, & reliquie numeri sagittariorū fortium de filijs Cedar imminuentur. dominus enim deus Israel locutus est.

¶ C.S. Plangit Isaias vastitatē ppli sui. Caput xxii.

Onus vallis visiōis. Quidnā quoq̄ tibi est, quia ascendisti & tu oēs in tecta: clamoris plena, vrbs frequens, ciuitas exultans: interfecti tui non interfecti gladio: nec mortui tui in bello. Cūcti pncipes tui fugerunt simul, & ure q̄ ligati sunt. Omnes qui inuenti sunt, vincti sunt pariter, procul fugerunt. Propterea dixi, Recedite a me, amare flebo. Nolite incūbere, vt cōsolemini me super vastitate filie populi mei. Dies enim interfectionis & cōculcationis, & fletuū domino deo exercituum in valle visionis, scrutans murum, & magnificus super montē. Et Elam sumpsit pharetram, currū hominis equitis, & parietem nudauit clypeus. Et erūt electe valles tue plene quadrigarū, & equites ponent sedes suas in porta. Et reuelabit operimentū Jude, et videbitis in die illa armamentariū domus saltus: & scissuras ciuitatis Dauid videbitis, q̄ multiplicate sunt. Et cōgregastis aquas piscine inferioris, & domos Jerusalē numerastis, & destruxistis domos ad muniendum murum. Et lacū fecistis inter duos muros, ad aquam piscine veteris: et non suspexistis ad eum qui fecerat eam, & operatorem eius de longe nō vidistis. Et vocabit dñs deus exercituū in die illa ad fletū, & ad planctū, ad caluitiū, et ad cingulū sacci: & ecce gaudiū & letitia occidere vitulos & mugulare arietes, & comedere carnes & bibere vinum. Comedamus & bibam⁹, cras enī moriemur. Et reuelata est in auribus meis vox domini exercituū Si dimittet iniquitas hec vobis donec moriamini: dicit dñs dñs exercituū. Hec dicit dominus dñs exercituum. Vade, ingredere ad eum qui habitat in tabernaculo, ad Sobnam prepositum templi, & dices ad eum. Quid tu hic: aut quasi quis hic & qua excidisti tibi hic sepulchrum, excidisti in excelso memoriale diligenter, impetra tabernaculū tibi. Ecce dñs asportante, faciet,

sicut

sicut asportat gallus gallinaceus, ꝛ ꝯsi amictū sic subleuabit te. Coronās coronabit te tribulatione: quasi pilā mittet te in terrā latā et spatiosam. Ibi morieris, et ibi erit currus gloriæ tuæ, ignominia domꝰ dñi tui. Et expellā te de statione tua: ꝛ de ministerio tuo deponā te. Et erit in die illa: vocabo seruū meū Eliacim filiū Helcie, ꝛ induā illum tunica tua, ꝛ cingulo tuo cōfortabo eū, ꝛ potestatē tuā dabo in manus eius: ꝛ erit ꝯsi pr habitātibꝰ Jerusalē, ꝛ domui Juda. Et dabo clauem domus dauid sup humerū eiꝰ: ꝛ aperiet: ꝛ nō erit q claudat: ꝛ claudet, ꝛ nō erit q aperiat. Et figā illū paxillū in loco fideli, ꝛ erit in soliū gloriæ domui patris sui: ꝛ suspendent sup eū omnē gloriā domus patris eius, vasorū diuersa gēa, oē vas parulū a vasis craterarū vsq; ad oē vas muricorū. In die illa dicit dñs exercituum, auferet paxillus qui firmus fuerat in loco fideli: et frangetur, ꝛ cadet, et peribit quod pependerat in eo, quia dominus locutus est.

¶ L.S. Denatur dominus extui Tyro. Caput.xxiij.

Ulula Tyri. Ululate naues maris, quia vastata est domus, vnde venire cōsueuerāt: de terra Cethim reuelatū est eis. Tacete q habitatis in insula: negotiatio Sidonis transfretantes mare, repleuerunt te. In aquis multis semen Nili, messis fluminis fruges eius: et facta es negotiatio gentiū. Erubesce Sidon, ait enim mare, fortitudo maris, dicens. Nō parturiui, ꝛ non peperi, ꝛ nō enutriui iuuenes, nec ad incrementum perduxi virgines. Cum auditū fuerit in Egypto, dolebūt cū audierint de Tyro. Trāsite maria, vlulate qui habitatis in insula. Numqd nō vestra hec est, q̄ gloriabat a diebus pristinis in antiqtate sua. Ducēt eam pedes sui lōge ad pegrinādū. Quis cogitauit hoc super Tyrū quondā coronatā: cuius negotiatores principes unstitores eiꝰ inclyti terre. Dñs exercituū cogitauit hoc, vt detraheret superbiā oīs gloriæ, ꝛ ad ignominiam deduceret vniuersos inclytos terre. Trāsi terram tuā, ꝯsi flumē filia maris, nō est cingulū vltra tibi. Extēdit manū suā ꝛtēdit sup mare, ꝛ cōturbauit regna. Dominꝰ mādauit aduersus Chanaan, vt cōtereret fortes eius, ꝛ dixit. Non adijcies vltra vt glorieris: calūniā sustinēs virgo filia Sidonis in Cethim. Consurgens trāsfreta, ibi quoq; non erit requies tibi. Ecce terra Chaldeorum talis ppls nō fuit, Assur fundauit eā. In captiuitatē traduxerūt robustos eiꝰ, suffoderūt domos eiꝰ, ꝛ posuerunt eā in ruinā. Ululate naues maris, quia deuastata est fortitudo vra. Et erit in die illa: in oblitione eris o Tyre septuaginta annis, sicut dies regis vnius. Post septuaginta aūt annos erit Tyro quasi canticū meretricis. Sume citharā, circumi ciuitatē meretrix oblitioni tradita. Bñ cane, frequenta cāticū, vt memoria tui sit. Et erit post septuagita annos, visitabit dñs Tyrum, ꝛ reducet eā ad merces suas: ꝛ rursum fornicabit cum vniuersis regnis sup faciē terre. Et erunt negotiatio eius et merces eiꝰ sanctificate dño, nō cōdent, neq; reponentur: q̄ his qui habitauerint cora dño, erit negotiatio eius, vt māducent in saturitatem, ꝛ vestiantur vsq; ad vetustatem.

¶ L.S. Perdet deus Reipublice turbatores. Cap.xxiiij.

Ece dñs dissipabit terrā, ꝛ nudabit eā, ꝛ affliget faciē eius, ꝛ dispergēt habitatores eius. Et erit sicut populus, sic sacerdos: ꝛ sicut seruus, sic dñs eius: ꝛ sicut ancilla, sic dña eiꝰ: sicut emēs, sic ille qui vendit: sicut fenerator, sic is qui mutuū accepit: sicut qui repetit, sic qui debet. Dissipatione dissipabit terra, et direptiōe dabit. dñs enī locutꝰ est verbū hoc. Lurit, ꝛ defluxit terra, et infirmata est: defluxit orbis infirmata est altitudo populi terre. Et terra infecta est ab habitatoribꝰ suis: quia trāsgressi sunt leges, mutauerūt ius, dissipauerūt fedꝰ sempiternū. Propter hoc maledictio vorabit terrā, ꝛ peccabūt habitatores eius. ideoq; insanient cultores eius, ꝛ relinquentur homines pauci. Lurit vindemia, infirmata est vitis, ingemnerūt omnes q letabant corde. Cessauit gaudiū tympanorū, quieuit sonitus letantū, cōticuit dulcedo citharæ. Cū cantico nō bibēt vinū: amara erit potio bibētibus illā. Attrita est ciuitas vanitatis, clausa est omnis domꝰ nullo introeūte. Clamor erit super vino in plateis: deserta est oīs letitia, trāslatū est gaudiū terre. Relicta est in vrbe solitudo, ꝛ calamitas opprimet portas: q̄ hec erūt in medio terre, in medio ppl'orū, quo mō si pauce olive q̄ remāserunt, excutiant ex olea, ꝛ racemi, cū fuerit finita vindemia. Hi leuabūt vocē suā, atq; laudabūt: cū glorificatus fuerit dñs, hinnīēt de mari. Propter hoc in doctrinis glorificate dñm: in īsulis maris nomē dñi dei Jsrl. A finibꝰ terre laudes audiuimus, gloriā iusti. Et dixi, Secretū meū mihi, secretū meū mihi, ve mihi: p uaricātes p uaricati sunt, ꝛ preuaricatione trāsgressorū p uaricati sunt. Formido, ꝛ fouea, ꝛ laqueꝰ sup te q habitator est terre. Et erit: q fugerit a facie formidinis, cadet in foueā: ꝛ q se explicauerit de fouea, tenebit laqueo: q̄ cataracte de excelsis aperte sunt, ꝛ cōcutient fundamēta terre. Cōfractiōe cōfringet terra: cōtritiōe cōteret terra: cō motione cōmouebit terra. Agitatione agitabit terra sicut ebrius: et auferet ꝯsi tabernaculū vniꝰ noctis. Et grauabit eam iniqtas sua, ꝛ corruet, ꝛ nō adijciet vt resurgat. Et erit in die illa: visitabit dñs sup malitiā celi in excelso: ꝛ sup reges terre, q̄ sunt sup terrā. Et cōgregabunt in cōgregatione vnius fascis in lacū, ꝛ claudent ibi in carcere: ꝛ post multos dies visitabunt. Et erubescet luna, ꝛ cōfundet sol, cū regnauerit dominus exercituum in mōte Sion, ꝛ in Jerusalem, ꝛ in conspectu senum suorum fuerit glorificatus.

¶ Capituli Summarium. Dominus in monte Hierosolymitano precipitauit mortem. Caput.xxv.

Domine deus meꝰ es tu, exaltabo te, et cōfitebor noī tuo: q̄m fecisti mirabilia, cogitationes antiqs fideles amē. Quia posuisti ciuitatē in tumulū, vrbē fortē in ruinā, domū alienorū: vt non sit ciuitas, ꝛ in sempiternum nō edificet. Sup hoc laudabit te ppls fortis, ciuitas gētiū robustarū timebit te. Quia factus es fortitudo pauperi, fortitudo egeno in tribulatione sua, spes a turbine, vmbraculū ab estu. Spiritus enī robustorū quasi turbo impellēs parietē. Sicut estus in siti, tumultum alienorū humiliabis: ꝛ quasi calore sub nube torrēte ꝓpaginē fortiū marcescere facies. Et faciet dñs exercituū oībus ppls in mōte hoc, cōuiuiū pinguiū cōuiuiū vindemie, pinguiū medullatorū, vindemie defecate. Et ꝑcipitabit in monte isto faciē vinculi colligati super oēs ppl'os: et telam quā ordditus est sup oēs nationes. Precipitabit mortē in sempiternum. Et auferet dñs deus lachrimā ab omni facie, ꝛ opprobriū ppli sui auferet de vniuersa terra: q̄ dñs locutꝰ est. Et dicēt in die illa. Ecce deus noster iste, expectauimꝰ eum, ꝛ saluabit nos: iste dñs, sustinuimus eum, ꝛ exultabimus, et letabimur in salutari eiꝰ: q̄ requieuit manus dñi in monte isto. Et triturabitur Moab sub eo, sicuti terūtur palee in plaustro. Et extendet manus suas ab eo, sicut extendit natans ad natandū: ꝛ humiliabit gloriā eius cū allisione manuū eius. Et munimēta sublimiū murorū tuorū cōcident, ꝛ humiliabuntur, ꝛ detrahētur in terram vsq; ad puluerem.

¶ L.S. Humiliat deꝰ supbos ꝛ humiles exaltat. ca.xxvj.

In die illa cantabitur canticum istud in terra iuda. Urbs fortitudinis nre Sion saluator, ponetur in ea murus ꝛ antemurale. Aperite portas, et ingrediatur gens iusta, custodiens veritatem. Vetus error abijt: seruabis pacem, quia in te speranimus. Speraſtis in domino in seculis eternis, in domino deo forti in perpetuū. Quia incuruabit habitantes in excelso, ciuitatem sublimem humiliabit. Humiliabit eam vsq; ad terram: detrahet eam vsq; ad puluerem. Conculcabit eā pes, pedes pauperis gressus egenorū. Semita iusti recta est, rectus callis iusti ad ambulandū. Et in semita iudiciorū tuorum dñe sustinuimus te: nomen tuū, ꝛ memoriale tuū in desiderio anime. Anima mea desideranit te in nocte: ꝛ et spū meo in ꝓcordijs meis de mane vigilabo ad te: cum feceris iudicia tua in terra, iustitiā discēt habitatores orbis. Miseream impio, ꝛ nō discet iustitiā facere, in terra sanctorū iniq̄ gessit: ꝛ nō videbit gliā dñi. Dñe exaltet manꝰ tua vt nō videāt: videāt, ꝛ cōfundant zelātes ppli, et ignis hostes

tuos deuoret. Dñe dabis pacē nobis: oīa enī opera nostra operatus es nobis. Dñe deus noster, possederunt nos dñi absq; te, tm̄ in te recordemur nominis tui. Mortuientes non viuant, gigantes nō resurgāt: propterea visitasti & cōtriuisti eos, & perdidisti omnē memoriā eorum. Indulsisti gēti dñe, indulsisti genti: nūquid glorificatus es: elongasti oēs terminos terre. Dñe in angustia requisierunt te, in tribulatione murmuris doctrina tua est. Sicut que concepit, cū appropinq̄uerit ad partū, dolens clamat in doloribus suis: sic facti sumus. A facie tua dñe concepimus, & quasi parturiuimus, & peperimus spiritū salutis. Justitia nō fecim⁹ in terra: ideo nō ceciderūt habitatores terre. Viuēt mortui tui, interfecti mei resurgēt: expergiscimini, & laudate qui habitatis in pulnere: q; ros lucis ros tuus, & terrā gigantū detrahes in ruinam. Vade pp̄le meus, intra in cubicula tua, claude ostia tua super te, absconde modicum ad momentū, donec pertranseat indignatio. Ecce enī dñs egredietur de loco suo, vt visitet iniquitatem habitatoris terre cōtra eum, & reuelabit terra sanguinē suū, & nō operiet vltra interfectos suos.

¶ C.S. Consolatur deus Israel. Caput.xxvij.

In die illa visitabit dñs in gladio suo duro, & grāli & forti, sup leuiathā serpētē vectē, & sup leuiathan serpētē tortuosum, occidet cetū q̄ in mari est. In die illa vinea meri cātabit ei. Ego dñs q̄ seruo ea, repēte rpinabo ei, ne forte visitet cōtra eā: nocte & die seruo eā. Indignatio non est mihi. Quis dabit me spinā & vepres mihi. In plio gradiar sup eā, succēdā eā pariter: An potius tenebit fortitudinē mea: faciet pacē mihi, pacem faciet mihi. Qui egredientur impetus Jacob, florebit & germinabit Israel, & implebūt facie orbis semine. Nūquid iuxta plagam percutientis se percussit eū: aut sicut occidit interfectos eius, sic occisus est: In mēsura cōtra mēsurā cū abiecta fuerit, iudicabit eā: meditatus est in spiritu suo duro die estus. Idcirco super hoc dimittet iniquitas domui Jacob, & iste ois fructus vt auferat peccatum eius, cū posuerit oēs lapides altaris sicut lapides cineris allisos, nō stabūt luci & delubra. Ciuitas enim munita desolata erit, speciosa: relinquetur & dimittet quasi desertū: ibi pascet vitulus, et ibi accubabit, & cōsumet summitates eius. In siccitate messis illius cōterent mulieres venientes et docētes eā: nō est enim pp̄le sapiēs, propterea nō miserebit eius qui fecit eū: & q̄ formauit eū, non p̄cet ei. Et erit in die illa: percutiet dominus ab alueo fluminis vsq; ad torrentē Egypti, & vos cōgregabimini vnus & vnus filij Israel. Et erit in die illa, clāgetur in tuba magna, & venient qui perditi fuerant de terra Assyriorum, et qui electi erant de terra Egypti, & adorabunt dominum in monte sancto in Jerusalem.

¶ C.S. Ebriosi inepti ad docendū & iudicādū. Ca.xxviij.

Ve corone superbie ebriis Ephraim, & flori decidēti, glorie exultationis eius, q̄ erāt in vertice vallis pinguissime errātes a vino. Ecce validus & fortis dñs sicut impetus grādinis turbo cōfringēs, sicut impetus aquarū multarū inūdantiū & emissarū sup terrā spatiosam. Pedibus cōculcabit coronas superbie ebriorum Ephraim, & erit flos decidens glorie exultationis eius, qui est sup verticē vallis pinguiū, q̄si tēporaneū aū maturitatē autūni: q̄ cū asperexerit videns, statim vt manu tenuerit, deuorabit illud. In die illa erit dñs exercituū corona glorie et sertum exultationis residuo pp̄li sui, & spūs iudicij sedenti sup iudiciū, & fortitudo reuertentibus de bello ad portam. Sed & hi quoq; pre vino nescierunt, & pre ebrietate errauerunt. Sacerdos et pp̄heta nescierunt pre ebrietate, absorpti sunt a vino, errauerūt in ebrietate, nescierūt videntem, ignorauerūt iudiciū. Oēs enī mēse replete sunt vomitu sordiūq;, ita vt nō esset vltra locus. Quē docebit sciam: & quē intelligere faciet auditū: Ablactatos a lacte, auulsos ab vberib⁹, q̄: Manda remāda, mānda remāda, expecta reexpecta: expecta reexpecta modicū ibi, modicum ibi. In loquela enim labij, & lingua altera loquet ad pp̄lm istū: cui dixit. Hec est requies mea, reficite lassum, & hoc est meū refrigerium. & noluerūt audire. Et erit eis verbū dñi. Mānda remāda, manda remāda, expecta reexpecta, expecta reexpecta, modicum ibi modicū ibi: vt vadāt & cadāt retrorsum, & conterant̄, et illaqueent̄, et capiant̄. Propter hoc audite verbū dñi viri illusores, qui dñamini super pp̄lm meū q̄ est in Jerusalem. Diristis enī. Percussimus fedus cū morte, & cū inferno fecimus pactū. Flagellū inūdās cū trānierit, nō veniet super nos quia posuimus mendaciū spem nostrā, & mēdacio protecti sumus. Idcireo hec dicit dñs deus. Ecce ego mittam in fundamentis Sion lapidem, lapidē probatum, angularem, pretiosum, in fundamento fundatum. Qui crediderit, non festinet. Et ponā in pondere iudiciū, & iustitiam in mensura. Et subuertet grādo spem mēdacij, & protectionē aque inundabunt. Et delebitur fedus vestrum cum morte, & pactum vestrū cū inferno nō stabit. Flagellū inundās cū transierit, eritis ei in conculcationē. Quandocūq; pertransierit, tollet vos: q̄m mane diluculo pertransibit in die & in nocte, & tantummodo sola veratio intellectū dabit auditu. Lo angustatum est enī stratum, ita vt alter decidat, et pallium breue vt tūq; operire non pōt. Sicut enī in monte diuisionis stabit dominus: sicut in valle que est in Gabaon tra[illegible] vt faciat opus suum, alienū opus eius, vt operetur opus suū, peregrinum opus eius ab eo. Et nunc nolite illudere, ne forte constringantur vincula vestra. Consummationem enim et abbreuiationem audiui a domino deo exercituum super vniuersam terrā. Auribus percipite, & audite vocē meam, attendite & audite eloquiū meum. Nunquid tota die arabit arans vt serat, proscindet & sarriet humū suā? Nonne cum adequauerit facie eius, seret gith, & cyminū sparget, & ponet triticū per ordinē, & hordeū, & milū & vitiā in finibus suis? Et eruditet illū in iudicio, deus suus docebit illū. Non enim in tribulo trituranbit gith nec rota plaustri sup cyminū circūducet: sed in virga excutiet gith, & cyminū in baculo. Panis autē cōmunuetur: verū nō in perpetuum triturās triturabit illum, neq; verabit eū rota plaustri, neq; vngulis suis comminuet eum. Et hoc a domino deo exercituū exiuit, vt mirabile faceret consilium, & magnificaret iustitiam.

¶ Capituli Summariū. Israelite humiliandi vsq; ad puerem, sed non sine vltione hostium. Caput.xxix.

Ve Ariel: Ariel ciuitas quam expugnabit David. Additus est annus ad annum solēnitates euolute sunt. Et circūualabo Ariel, et erit tristis & merens, & erit mihi quasi Ariel. Et circumdabo quasi sphēram in circūitu tuo, & iaciam contra te aggerem, et munimenta ponam in obsidionem tuam. Humiliaberis, de terra loqueris, et de humo audietur eloquium tuū. Et erit q̄si pythonis de terra vox tua, et de humo eloquium tuū mussitabit. Et erit sicut pulvis tenuis multitudo ventilātium tuorum: et sicut fauilla pertransiens multitudo eorum q̄ cōtra te prevaluerunt. Et rursū repēte, cōfestim a dño exercituū visitabitur in tonitruo: et cōmotione terre, et voce magna turbinis & tēpestatis, & flamma ignis deuorantis. Et erit sicut somniū visionis nocturne multitudo omnium gentū que dimicauerūt cōtra Ariel, & omnes qui militauerunt, et obsederunt, et prevaluerunt aduersus eam. Et sicut somniat esuriens et comedit: cum autem fuerit expergefactus, vacua est anima eius, et sicut somniat sitiens et bibit, & postquā fuerit expergefactus lassus adhuc sitit, et anima eius vacua est: sic erit multitudo omnium gentū que dimicauerūt cōtra mōtē Sion. Obstupescite, & admiramini fluctuate & vacillate: inebriamini, & non a vino movemini, & non in ebrietate: quoniam miscuit vobis dominus spiritum soporis. Claudet oculos vestros: prophetas et principes vestros qui vident visiones operiet. Et erit vobis visio omnium sicut verba libri signati: quem cum dederint scienti literas dicent: Lege istū, & rūdebit, Non possum, signatus est enim. Et dabit liber nescienti literas: dicetur q̄ ei, Lege. et rūdebit. Nescio literas. Et dixit dominus. Eo q̄ appropinquat populus iste ore suo, et labijs suis glorificat me, cor autē eius lōge est a me, & timuerūt me mādato hoīm & doctrina: ideo

ecce ego addā vt admiratione faciam pplo huic miraculo
E grādi & stupēdo. perībit enī sapia a sapiētib⁹ ei⁹, & intellect⁹
1 cor. 1. c. prudētū eius abscōdet. Ve q profundi estis corde vt a dño
abd. 1. c. Eccle. si. abscōdatis cōsiliū, quorū sunt in tenebris opa dicūt. Quis
xxij. c. videt nos, & qs nouit nos? Peruersa est hec vra cogitatio:
quasi lutū figulo figulū cogitet, & dicat op⁹ factori suo. Non feci-
F me. & figmētū dicat fictori suo. Nō intelligis. Nonne ad-
Infra huc in modico, & in breui cōuertet Libanus in Charmel, et
xxxij. d. charmel in saltū reputabit? Et audiēt in die illa surdi verba
libri & de tenebris & caligine oculi cecorū videbūt. Et addēt
mites in dño letitiā, & pauperes hoīes in sancto Israel exul
tabūt: quia defecit qui prevalebat. cōsummatus est illusor, et
succisi sunt oēs qui vigilabāt sup iniquitatē q peccare facie
bāt hoīes in verbo, & arguēti in porta supplātabāt, & declinauerūt frustra a iusto. Propter hoc, & hec dicit dñs ad do
G mum Jacob, q redemit Abrahā. Nō mō cōfundet Jacob,
nec mō vultus eius erubescet: sed cū viderit filios suos, opa
manuū mearū in medio sui sanctificātes nomē meū, & sancti
ficabūt sanctū Jacob, & deum Israel predicabunt, & scient
errantes spiritu intellectum, et murmuratores discent legem.
¶ Capituli Summariū. Israēlitarum dei⁹ si preter ipsum hu
mano cōsilio innitantur. Caput. xxx.
H Væ filij desertores, dicit dñs, vt faceretis cōsiliū,
et nō ex me: & ordiremini telā, & nō p spīm meum,
vt adderetis pctīs sup pctīs. q ambulatis vt de-
scēdatis in Egyptū, & os meū nō interrogastis,
sperātes auxilium in fortitudine Pharaonis, & hūtes fidu
ciā in vmbra Egypti. Et erit vobis fortitudo Pharaonis
I in confusionē, & fiducia vmbre Egypti in ignominiā. Erant
enī in Tani principes tui, & nūtij tui vsq; ad Hanes puene
runt. Oēs cōfusi sunt sup pplo q eis pdesse nō potera t: non
fuerūt in auxiliū, & in aliquā vtilitatē, sed in confusionē & in
opprobriū. Onus iumentorū austri. In terra tribulationis
& angustie, leena & leo ex eis, vipera & regul⁹ volās, portan
tes sup humeros iumētorū diuitias suas, & sup gibbum ca
melorū thesauros suos ad pplm qui eis pdesse nō poterit.
K Egypt⁹ enī frustra, et vane auxiliabit: ideo clamaui sup hoc.
Superbia tua est, qescе. Nūc ergo ingressus scribe ei sup burū
& in libro diligēter exara illud, & erit in die nouissimo in testi
monium vsq; in eternū. Pplus enī ad iracundiā prouocās est, & fi
lij mēdaces, filij nolētes audire legē dei. Qui dicūt videntibus. Nolite videre: & aspicientib⁹, Nolite aspicere nobis ea
q recta sunt: loquimini nobis placētia, videte nobis errores:
auferte a me viā, declinate a me semitā, cesset a facie nostra
sanct⁹ Israēl. Propterea hec dicit sanct⁹ Israēl. Pro eo q re
probastis verbum hoc, & sperastis in calūnia et tumultu, et
innixi estis sup eo: propterea erit vobis iniquitas hec sicut iter-
ruptio cadēs, & requisita in muro excelso: quoniā subito dū
nō sperat, veniet cōtritio eius: & cōminuet sicut cōteritur lage-
na figuli cōtritione pualida, & nō inuenet de fragmētis eius
testa, in qua portet ignículus de incēdio, aut hauriat parū
aque de fonea: q hec dicit dñs deus sanctus Israel. Si re-
uertamini & quiescatis salui eritis. In silentio, et in spe erit
fortitudo vestra. Et noluistis: & dixistis. Nequaquā, sed ad
equos fugiemus. ideo fugietis. Et sup veloces ascēdemus.
ideo velociores erūt, qui persequent vos. Mille homines a
facie terroris vnius, et a facie terroris quinq; fugietis, donec
relinquamini quasi malus nauis in vertice montis, et quasi
signū super collē. Propterea expectat dñs vt misereat ve-
stri: & ideo exaltabit pcēs vobis: q deus iudicij dñs. Beati oēs
q expectāt eū. Pplus enī Sion habitabit in Jerusalē. Plo-
rās nequā plorabis, miserēs miserebit tui. Ad vocem cla
mōris tui statim vt audierit, rūdebit tibi. Et dabit vobis dñs
panē arctū, & aquā breuē: & nō faciet auolare a te vltra do-
ctorē tuū: & erunt oculi tui videntes preceptorē tuū, & aures
tue audiēt verbū post tergū monētis. Hec est via, ambula-
te in ea: & non declinetis neq; ad dexterā, neq; ad sinistrā. Et
cōtaminābis lamināas sculptiles argēti tui, et vestimentum
cōflatilis auri tui, & dispges ea sicut immunditiā mēstruate.
Egredere, dices ei: & dabit pluuia semini tuo vbicūq; semi-
naueris in terra, & panis frugum terre erit vberrimus & pin
guis. pascet in possessione tua in die illo agnus spacioseet
tauri tui, & pulli asinorum qui operantur terram, cōmistum
migma comedent sicut in area ventilatum est. Et erūt super
omnem montem excelsum, & super omnem collem eleuatū
riui currētium aquarum in die interfectionis multorū cum
ceciderint turres. Et erit lux lune sicut lux solis, et lux solis
erit septēpliciter, sicut lux septem dierum in die qua alliga-
uerit dominus vulnus populi sui, & percussuras plage eius
sanauerit. Ecce nomē domini veniet de lōginquo, ardens
furore eius, & grauis ad portādum. Labia eius repleta sunt
indignatione, & lingua eius quasi ignis deuorās. Spiritus
eius velut torrēs inundas vsq; ad medium colli ad perdē-
das gētes in nihilum, & frenum erroris quod erat in mandi-
bulis populorum. Canticum erit vobis sicut nox sanctificate
solēnitatis, et letitia cordis sicut qui pergit cum tibia vt in-
tret in mōtem domini ad fortem Israel. Et audita m faciet
dominus gloriam vocis sue, & terrorem brachij sui ostendet
in comminatione furoris, et flamma ignis deuorantis: al-
lidet in turbine & in lapide grandinis. A voce enim domini
pauebit Assur virga percussus, erit transitus virge fundā-
tus, quā requiescere faciet dominus super eū in tympanis
& citharis: & in bellis precipuis expugnabit eos. Preparā
ta est enim ab heri Tophet, a rege preparata, profunda et
dilatata. Nutrimēta eius ignis & ligna multa, flatus domi-
ni sicut torrens sulphuris succendens eam.
¶ C. S. Repetit fere pōris capitis obiurgatio. Ca. xxxj.
A Væ qui descendūt in Egyptū ad auxiliū, in equis
sperātes, & habentes fiduciā super quadrigis: q
multe sunt, et super equitibus quia prevalidi ni-
mis: & nō sunt cōfisi sup sanctū Israel, & dñm nō
requisierūt. Ipse autē sapiēs adduxit malū. & verba sua nō
B abstulit. Et consurget cōtra domū pessimorū, & cōtra auxi-
lium operantiū iniquitatem. Egyptus, homo: & nō deus: &
equi eorū, caro: & nō spīritus. Et dñs inclinabit manū suā,
& corruet auxiliator, & cadet cui prestat auxiliū, simulq; oēs
consument. Quia hec dicit dñs ad me. Quō si rugiat leo, et
C catulus leonis super predā suam, cum occurrerit ei multi-
tudo pastorum, a voce eorum nō formidabit, et a multitu-
dine eorū nō pauebit: sic descendet dominus exercituum vt
prelietur super montē Sion, & super collē eius. Sicut aues
volātes, sic pteget dñs exercituū Jerusalē, protegēs et libe-
rans, trānsiēs & saluās. Cōuertimini sicut in pfundū recesse-
ratis filij Israel. In die enim illa abijciet vir idola argenti
D sui, & idola auri sui, que fecerūt vobis manus vestre in pec-
catū: et cadet Assur in gladio nō viri, & gladius non homi-
nis vorabit eū, & fugiet nō a facie gladij: & iuuenes eius ve-
ctigales erunt: & fortitudo eius a terrore transibit, et pauē-
bunt fugientes principes eius. Dixit dominus, cuius ignis
est in Sion, & caminus eius in Jerusalem.
¶ Capituli Summarium. Tempore Messie ceci spiritu
A illuminabuntur, aures surdorum aperiunt &c. Caput. xxxij.
Ecce in iustitia regnabit rex, & principes in iudi-
cio preerunt. Et erit vir sicut qui absconditur a
vento, & celat se a tempestate, sicut riui aquarum
in siti, & vmbra petre prominentis in terra deser
ta. Non caligabunt oculi videntium, et aures audientium
diligenter auscultabunt, & cor stultorum intelliget scientiā,
et lingua balborum velociter loquetur & plane. Non voca-
B bitur vltra is qui insipiens est, princeps: neq; fraudulentus
appellabitur maior. Stultus enim fatua loquetur, & cor ei⁹
faciet iniquitatem, vt perficiat simulationē, & loquatur ad
dominum fraudulenter, et vacuam faciat animam esurien-
tis, & potum sitienti auferet. Fraudulenti vasa pessima sunt:
ipse enim cogitationes concinnauit ad perdendos mites in
sermone mendacij, cum loqueretur pauper iudicium. Prin-
ceps vero, ea que digna sunt principe cogitabit, et ipse su-
per duces stabit. Mulieres opulente surgite, et audite vo-
cem meam: filie cōfidenter percipite auribus eloquium meū.
Post dies & annum & vos cōturbamini cōfidētes: consum-

mata est eñ vindemia, collectio vltra non veniet. Obstupescite opulẽte, cõturbamini cõfidẽtes: exuite vos, & cõfundimini, accigite lũbos vros. Sup vbera plãgite, sup regione desiderabili, sup vinea fertili. Sup humũ ppli mei spine et vepres ascẽdent: quãto magis sup oẽs domos gaudij ciuitatis exultãtis: ¶Dom⁹ eñ dimissa est, multitudo vrbis relicta est, tenebre & palpatio facte sunt sup speluncas vsq; in eternũ. Gaudiũ onagror⁹ pascua gregũ, donec effundatur sup nõ spũs de excelso. Et erit desertũ i Charmel, & Charmel i saltũ reputabit: & habitabit i solitudine iudiciũ, & iustitia i Charmel sedebit. Et erit op⁹ iustitie pax, & cult⁹ iustitie silẽtiũ, & securitas vsq; in sempiternũ. Et sedebit popul⁹ meus i pulchritudine pacis, & i tabernaculis fiducie, & in requie opulenta. Grando aũt in descensione saltus, & humilitate humiliabitur ciuitas. Beati qui seminatis super omnes aquas, immittentes pedem bouis & asini.

D
5.xxix.f.

¶ Capituli Summariũ. Orat propheta pro salutari dei, subindicãs qui digni sint fructu eius. Cap. xxiij.

A

VE qui ꝑdaris, nonne & ipse predaberis: Et qui spernis, nõne & ipse sperneris: Cũ consummaueris depdationẽ, depredaberis. Cũ fatigatus desieris cõtenere, contẽneris. Dñe miserere nostri: te eñ expectauimus. esto brachiũ nostrum in mane, & salus nra in tempore tribulatiõis. A voce angeli fugerũt populi, & ab exaltatiõe tua dispse sunt gentes. Et congregabunt spolia vra sicut colligit bruch⁹, velut cũ fosse plene fuerint eo. ℟ Magnificat⁹ est dñs, qñ habitauit in excelso. Implebit Sion iudicio & iustitia. Et erit fides in tpibus tuis: diuitie salutis sapia & scia, timor dñi ipse est thesaur⁹ eius. Ecce videntes clamabũt fortes, angeli pacis amare flebũt. Dissipate sũt vie, cessauit trãsiens p semitã, irritũ factũ est pactũ, piecit ciuitates, non reputauit hoies. Luxit, & elãguit terra, cõfusus est Liban⁹, & obstupuit. Et fact⁹ est Sarõ, sicut desertũ: & cõcussa est Basan, & Carmel⁹. Nũc consurgã dicit dñs, nũc exaltabor, nũc sublleuabor. Cõcipietis ardorẽ, & parietis stipulã: spũs vester vt ignis vorabit vos. Et erũt ppli quasi de incẽdio cinis, spine cõgregate igni cõburent. Audite q lõge estis, q̃ fecerim, & cognoscite viam fortitudinem meã. cõterriti sunt in Sion pctores, possedit tremor hypocritas. Quis poterit habitare de vobis cũ igne devorãte: quis habitabit ex vobis cũ ardoribus sempiternis: Qui ambulat i iustitijs & loquit veritatẽ, q̃ pjcit auaritiã ex calũnia, & excutit man⁹ suas ab oi munere, qui obturat aures suas ne audiat sanguinẽ, & claudit oculos suos ne videat malũ. iste i excelsis habitabit, munimẽta saxorũ sublimitas ei⁹: panis ei dat⁹ est, aq̃ ei⁹ fideles sunt. Regẽ in decore suo videbũt oculi ei⁹, cernet terrã de lõge. Cor tuũ meditabit timorẽ. Ubi est l'fatus: vbi ẽ legis verba pderãs: vbi est doctor puerorũ. Pp'lm ipudẽtẽ nõ videbis: pp'lm alti sermonis: ita vt nõ possis itelligere disertitudinẽ lingue ei⁹, i quo nulla ẽ sapia. Respice Sion ciuitatẽ solẽnitatis nre. Oculi tui videbũt Jerusalẽ bitationẽ opulentã, tabernaculũ qõ nequaquã trãsferri potent: nec auferent claui eius in sempiternũ, & oẽs funiculi ei⁹ nõ rumpent: q: solũmõ ibi magnificus est dñs nr. Locus fluuiorũ ruui latissimi, & patẽtes: non trãsibit p eũ natus remigũ, neq; trieris magna trãsgredietur eũ. Dñs eñ iudex nr, dñs legifer nr, dñs rex nr: ipe saluabit nos. Laxati sunt funiculi tui: sed nõ prevalebũt. Sic erit mal⁹ tu⁹: vt dilatare signum nõ queas. Tunc dividẽt spolia pdarũ multarũ, claudi diripiẽt trapinã, nec dicet vicinus, Elãgui. Pp'ls q̃ bitabit in ea, auferet ab eo iniqtas.

B

¶ L.S. Intolerabilis hostibus vltio diuina. Cap. xxxiiij.

A

ACcedite gẽtes, & audite, & pc'li attendite: audiat terra, & plenitudo eius, orbis, & oẽ germen eius. Quia indignatio dñi sup oẽs gẽtes, & furor sup vniuersam malitiã eorũ. Interfecit eos, & dedit eos in occisionẽ. Interfecti eorũ proyicient, & de cadaueribus eor⁹ ascẽdet fetor. Tabescẽt mõtes a sanguine eor⁹, & tabescet ois militia celor⁹, & cõplicabunt sicut liber celi: & ois militia eorũ defluet sicut defluit folium de vinea & de ficu: q̃ inebriatus est in celo gladi⁹ meus. Ecce sup Idumeam descendet & sup pplm interfectiõis mee ad iudiciũ. Gladi⁹ dñi replet⁹ est sanguine, incrassat⁹ est adipe de sanguine agnorũ & hircor⁹, de sanguine medullator⁹ arietũ. Victima enim dñi in Bosra, & interfectio magna i terra Edom. Et descẽdent vnicornes cũ eis, & tauri cũ potentib⁹. Inebriabit terra eorũ sanguine & humus eor⁹ adipe pinguium: q: dies vltionis dñi, annus retributionũ iudicij Sion. Et cõuertent torrentes ei⁹ in picẽ, & humꝰ ei⁹ in sulphur: & erit terra eius in picem ardẽtem, nocte & die nõ extinguet. In sempiternũ ascendet fum⁹ ei⁹: a gñatione i gñationẽ desolabit, in secula seculorũ nõ erit trãsiẽs p eã. Et possidebũt illã onocrotalus, & ericius, & ibis & corvus habitabũt in ea. Et extendetur sup eã mensura, vt redigat ad nihilũ, & ppendiculũ in desolationẽ. Nobiles ei⁹ nõ erũt ibi: regẽ poti⁹ invocabũt, & oẽs principes ei⁹ erũt in nihilũ. Et orient in domib⁹ ei⁹ spine, et vrtice, & pallur⁹ in munitionib⁹ ei⁹: & erit cubile draconum et pascua struthionũ: & occurrent demonia onocentaur⁹, & pilosus clamabit alter ad alterũ. Ibi cubauit lamia, & inuenit sibi requiẽ: ibi habuit fouea ericiũ, & enutriuit catulos & circũfodit, & fouit in vmbra ei⁹ allue cõgregati sunt milui, alter ad alterũ. Regrite diligẽter in libro dñi, & legite: vnũ ex eis nõ defuit, alter alterũ nõ q̃siuit. q: qõ ex ore meo procedit, ille mãdauit, & spũs ei⁹ ipse cõgregauit ea. Et ipe misit eis sortẽ, & man⁹ ei⁹ diuisit eã illis in mẽsurã: vsq; in eternũ possidebũt eã, in gñatione & gñationẽ habitabunt in ea.

B

¶ L.S. Que factur⁹ erat dñs tpe liberatiõis pp'li sui. c.xxxv.

A

LEtabit deserta & inia, & exultabit solitudo, & florebit q̃si lilium. Germinans germinabit, & exultabit letabũda & laudãs. Gloria Libani data est ei, decor Carmeli & Sarõ. Ipsi videbũt gloriam dñi, & decorẽ dei nri. Cõfortate manus dissolutas, & genua debilia roborate. Dicite pusillanimes, Confortamini, nolite timere. ecce de⁹ vester vltionem adducet retributionis: deus ipse veniet, & saluabit vos. Tũc aperiẽtur oculi cecorũ, & aures surdorũ patebũt. Tũc saliet sicut ceru⁹ claudus, et apta erit lingua mutorũ: q: scisse sunt i deserto aq̃, & torrentes in solitudine, & q̃ erat arida in stagnũ, & sitiens in fontes aquarũ. In cubilib⁹ in q̃b⁹ pri⁹ draco habitabãt, orietur viror calami & iunci, & erit ibi semita & via, & via sancta vocabitur. Nõ trãsibit per eã pollutus, & hec erit vobis directa via, ita vt stulti nõ errẽt per eã. Nõ erit ibi leo, & mala bestia non ascẽdet per eã, nec inueniet ibi. Et ambulabũt q liberati fuerint, & redempti a dño: cõuertent & venient in Sion cum laude, et letitia sempiterna super caput eorum. Gaudium et letitiam obtinebunt, & fugiet dolor et gemitus.

C

¶ Capituli Summarium. Oppugnatur Jerusalem ab exercitu Assyriorum. Cap. xxxvj.

A

FActũ est in q̃rtodecimo anno regis Ezechie, ascẽdit Sẽnacherib rex Assyriorũ sup oẽs ciuitates Juda munitas, et cepit eas. Et misit rex Assyriorũ Rabsacen de Lachis in Jerusalem, ad regẽ Ezechiã in manu grani, & stetit in aqueductu piscine superioris in via agri fullonis. Et egressus ẽ ad eũ Helias cim filius Helcie, q erat sup domũ, & Sobna scriba & Joabe filius Asaph a cõmẽtarijs. Et dixit ad eos Rabsaces. Dicite ezechie, Hec dicit rex magn⁹, rex assyriorũ. Que ẽ ista fiducia q̃ cõfidis? aut quo cõsilio vel fortitudie rebellare disponis? sup quẽ habes fiduciã, q: recessisti a me? Ecce cõfidis sup baculũ arundineũ confractũ istũ sup Egyptũ: cui si innixus fuerit hõ, intrabit in manũ eius, & pforabit eam: sic Pharao rex Egypti oib⁹ q cõfidunt in eo. Q̃ó si rũderis mihi, In dño deo nro cõfidimus: nõne ipse est cui⁹ abstulit Ezechias excelsa & altaria, & dixit Jude & Jerusalẽ, Coram altari isto adorabitis? Et nunc trade te dño meo regi Assyriorũ, & dabo tibi duo mlia equorũ, nec poteris ex te prebere ascensores eorũ: & quõ sustinebis facẽ iudicis vni⁹ loci ex seruis dñi mei minorib⁹? Quod si confidis in Egypto, in quadriga, & in equitibus: & nunc quinquid sine dño ascendi ad terrã istã, vt disperderem eam? Dominus dixit

ad me,

ad me, Ascende sup terrā istā, & dispersde eā. Et dixit Eliacim, et Sobna, et Joabe a Rabsacen. Loquere ad seruos tuos Syra lingua: intelligim⁹ enī, ne loquaris ad nos Judaice in auribꝫ populi qui est super murū. Et dixit ad eos Rabsaces. Nūqd ad dñm tuū & ad te, misit me dñs meus, vt loquerer oīa verba ista, & nō potiꝰ ad viros q sedēt i muro, vt comedāt stercora sua, & bibāt vrinā pedū suoꝝ vobiscum? Et stetit Rabsaces, & clamauit voce magna Judaice et dixit. Audite verba regis magni, regis Assyriorum. Hec dicit rex. Nō seducat vos Ezechias, quia non poterit eruere vos: & nō vobis tribuat fiduciā Ezechias sup dño. dicēs. Eruens liberabit nos dñs, nō dabitur ciuitas ista in manu regis Assyriorū. Nolite audire Ezechiam. Hec enī dicit rex Assyriorū. Facite mecū būdictionē, et egredimini ad me, & comedite vnusquisqꝫ vineā suā, & vnusquisqꝫ ficum suā: & bibite vnusquisqꝫ aquā cisterne sue, donec veniā & tollam vos a terra, que est vt terra vestra, terrā frumēti et vini terrā panū & vinearū. Nec cōturbet vos Ezechias, dicens. Dñs liberabit nos. Nūquid liberauerūt dij gentium vnusquisqꝫ terrā suam de manu regis Assyriorū? Ubi est deus Emath & Arphad? Ubi est deus Sepharuaim? Nunquid liberauerūt Samaria de manu mea? Quis est exoibꝰ dijs terrarū istarū, q eruerit terrā suā de manu mea, vt eruat dominus Jerusalē de manu mea? Et siluerunt, & nō respōderunt ei verbū. Nā dauerat enī eis rex, dicēs. Ne respōdeatis ei. Et ingressus est Eliacim filius Helcie q erat sup domum, & Sobna scriba, & Joabe filiꝰ Asaph a cōmētarijs, ad Ezechiā scissis vestibꝰ, & nūtiauerūt ei, vba Rabsacis.

¶ Capituli Summarium. Spe diuini subsidij animos obsessorum firmat Ysaias. Caput. xxxvij.

Et factū est: cum audisset rex Ezechias, scidit vestimēta sua, & obuoluitꝰ est sacco, & intrauit in domum dñi. Et misit Eliacim, q erat sup domū, et Sobnā scribā, & seniores de sacerdotibus opertos saccis ad Ysaiā filiū Amos pphetā, & dixerunt ad eū. Hec dicit Ezechias, Dies tribulationis, & correptionis, & blasphemie dies hec: q venerūt filij vsqꝫ ad partū, & virtus non est pariēdi. Si quomodo audiat dñs deus tuus verba Rabsacis, quē misit rex Assyriorū dñs suus ad blasphemādū dñm deū viuētē, & exprobrādū sermonibꝰ quos audiuit dñs deus tuus. Leua ergo orationē pro reliquijs, q reperte sunt. Et venerunt serui regis Ezechie ad Ysaiā, et dixit ad eos Ysaias. Hec dicetis dño vro. Hec dicit dñs, Ne timeas a facie verboꝝ q audisti, qbꝰ blasphemauerūt pueri regis Assyriorū me. Ecce, ego dabo ei spīm, & audiet nuntiū, & reuertēt ad terrā suā, & corruere eū faciā gladio in terra sua. Reuersus est aūt Rabsaces, & inuenit regē Assyriorū preliātē aduersus Lobnā. Audierat enī q profectus esset de Lachis, & audiuit de Tharaca rege Ethiopie, dicētes. Egressus est vt pugnet cōtra te. Quod cū audisset, misit nuntios ad Ezechiam, dicens. Hec dicetis Ezechie regi Jude dicētes. Nō te decipiat deus tuus, in quo tu confidis dicēs. Nō dabit Jerusalē in manu regis Assyrioꝝ. Ecce, tu audisti oīa q fecerūt reges Assyriorū oibꝰ terris quas subuerterūt, & tu poteris liberari? Nūquid eruerūt eos dij gentiū, quos subuerterūt pfes mei Gozā & Harā: & Reseph, & filios Eden, q erāt in Thalassar? Ubi est rex Emath, & rex Arphad, & rex vrbis Sepharuaim, Ena et Ana? Et tulit Ezechias libros de manu nuntioꝝ, & legit eos, & ascendit in domū dñi, expādit eos Ezechias coram dño. Et oravit ad dñm, dicēs. Dñe exercituū deꝰ Isrl q sedes sup cherubim: tu es deꝰ solus omnū regnorū terre, tu fecisti celū & terram. Inclina dñe aurē tuā & audi: aperi dñe oculos tuos et vide. & audi oia vba Sēnacherib, q misit ad blasphemādū deū viuētē. Vere enī dñe delerta fecerunt reges Assyrioꝝ terras, & regiones earū. Et dederūt deos eoꝝ igni: nē enī erant dij, sed opa manuū hoim, lignū & lapis, & cōminuerunt eos. Et nūc dñe deꝰ noster salua nos de manu eiꝰ, & cognoscant oia regna terre quia tu es dñs solus. Et misit Ysaias filius Amos ad Ezechiā, dicēs. Hec dicit dñs deꝰ Israel. Pro quibus rogasti me de Sennacherib rege Assyriorū, hoc est verbū qđ locutus est dñs sup eū. Despexit te, & subsannauit te virgo filia Sion: post te caput mouit virgo filia Jerusalem. Cui exprobrasti, & quē blasphemasti, & sup quē exultasti vocē tuā, & leuasti altitudinē oculoꝝ tuorū? Ad sanctum Israel, in manu seruorū tuorū exprobrasti dño, & dixisti. In multitudine quadrigarū meaꝝ ego ascendi in altitudinem montiū iuga Libani: & succidā excelsa cedroꝝ eiꝰ, & electas abietes illius, & introibo altitudinē summitatis eius, saltū Carmeli eius. Ego fodi, & bibi aquā, & exiccabo vestigio pedis mei oēs riuos aggerū. Nunquid nō audisti q olim fecerim ei? Et diebꝰ antiquis ego plasmaui illud: & nunc adduxi, & factū est in eradicationē colliū cōpugnātū, et ciuitatū munitaꝝ. Habitatores eaꝝ abbreuiata manu cōtremuerūt & confusi sunt: facti sunt sicut fenū agri, et gramen pascue, et herba tectorū q exaruit anteq̄ matureſceret. Habitationē tuā, & egressum tuū, & introitū tuū ego cognoui, et insaniam tuā cōtra me. Cū fureres aduersum me, superbia tua ascēdit in aures meas, ponā ergo circulū in naribꝰ tuis, et frenum in labijs tuis, & reducā te in viā p quā veniſti. Tibi aūtē hoc erit signū, Comede hoc anno que sponte nascūt, et in anno secundo pomis vescere: in anno aūt tertio seminate, & metite: et plātate vineas et comedite fructū earum. Et metet id qđ saluatū fuerit de domo Juda, et qđ reliquum est, mittet radicē deorsum, & faciet fructū sursum: q de Jerusalem exibunt reliquie, et saluatio de monte Sion: zelus dñi exercituū faciet istud. Propterea hec dicit dñs de rege Assyriorū. Nō intrabit ciuitatē hāc, & nō iaciet ibi sagittā: & non occupabit eā clypeus, & nō mittet in circuitu eius aggerē. In via qua venit, per eā reuertet, & ciuitatē hac non ingredietur, dicit dñs. Et p̄tegā ciuitatē istā, vt saluē eā ppter me, & propter Dauid seruum meū. Egressus est aūtē angelus dñi, et percussit in castris Assyriorum centū octoginta quinq̄ milia. Et surrexerunt mane, & ecce omnes cadauera mortuoꝝ. Et egressus est, & abijt: et reuersus est Sēnacherib rex Assyriorum. & habitauit in Ninive. Et factum est cum adoraret in templo Nesrach deum suum, Adramelech, et Sarasar filij eius percusserunt eum gladio, fugerūtq̄ in terrā Ararat, et regnauit Asarhaddon filius eius pro eo.

¶ Capituli Summarium. Ezechias ingenti miraculo celi conualescit a morbo. Caput. xxxviij.



In dieb⁹ illis egrotauit Ezechias vsqꝫ ad mortē: & introiuit ad eū Ysaias filiꝰ Amos pphetā, et dixit ei. Hec dicit dominus. Dispone domui tue, q morieris tu, & nō viues. Et conuertit Ezechias faciē suā ad parietem, & oravit ad dominum, & dixit. Obsecro dñe, memento queso qūo ambulauerim coram te in veritate, et in corde pfecto, & qđ bonū est in oculis tuis fecerim. Et flenit Ezechias fletu magno. Et factum est verbum dñi ad Ysaiam, dicēs. Vade & dic Ezechie, Hec dicit dñs deus David patris tui. Audiui orationē tuam, et vidi lachrymas tuas, et ecce ego adijciā sup dies tuos quindecim annos, et de manu regis Assyriorū eruā te et ciuitatē istā, & p̄tegā eā. Hoc aūt tibi erit signū a dño q faciet dñs verbū hocq̄ locutꝰ est. Ecce ego reuerti faciā vmbrā linearū, per quas descēderat in horologio Achā in sole retrorsum

A iiij. Reg. xix.a.

B

C

D

E

F

G

A iiij. Reg. xx.a. ij. Paral. xxxij.f.

B

C

D

iiij. Reg. ix.g. Eccl. xlviij. j. machab. vij. f. g. Macha. viij.c.

decē lineis. Et reuersus est sol decē lineis per gradus quos descēderat. Scriptura Ezechie regis Juda cū egrotasset, & cōualuisset de infirmitate sua. Ego dixi in dimidio dierū meoꝝ. Vadā ad portas inferi: quesiui residuū annorū meorū. Dixi, Nō videbo dñm deū in terra viuētiū, non aspiciā hominē vltra & habitatorē quietis. Generatio mea ablata est: & cōuoluta est a me, quasi tabernaculū pastoꝝ. Precisa est velut a texēte vita mea: dum adhuc ordirer, succidit me. De mane vsqꝫ ad vesperam finies me. Sperabam vsqꝫ ad mane, quasi leo sic cōtriuit oia ossa mea. De mane vsqꝫ ad vesperā finies me. Sicut pullus hirūdinis sic clamabo, meditabor vt columba. Attenuati sunt oculi mei suspicientes in excelsum. Dñe vim patior, respōde pro me. Quid dicā, aut quid respōdebit mihi, cū ipse fecerit? Recogitabo tibi oēs annos meos in amaritudine anime mee. Dñe si sic viuitur, & in talib⁹ vita spūs mei, corripies me & viuificabis me. Ecce in pace amaritudo mea amarissima: tu autem eruisti animā meā vt non periret, proiecisti post tergū tuū omnia peccā mea. Quia nō infern⁹ cōfitebit tibi, neqꝫ mors laudabit te: nō expectabūt q descēdūt in lacū, veritatē tuam. Viuens viuēs ipse cōfitebit tibi, sicut et ego hodie: pater filiis notā faciet veritatē tuā. Dñe saluū me fac, et psalmos nostros cātabimus cūctis diebus vite nostre in domo dñi. Et iussit Ysaias vt tollerēt massam de ficis, & cataplasmarent super vulnus eius, et sanaretur. Et dixit Ezechias. Quod erit signum quia ascendam in domum domini:

¶ Capituli Summariū. Ostendit Ezechias Babylonis thesauros regios. Caput.xxxix.

A iiij. Reg. xx.c.

In tempore illo misit merodach Baladan filius Baladan rex Babylonis, libros et munera ad Ezechiā: audierat enī qō egrotasset, & cōualuisset. Letat⁹ est aūt sup eis Ezechias, et ostēdit eis cellā aromatum, & argēti, & auri, & odoramētoū, et vnguēti optimi, & oēs apothecas supellectilis sue, et vniuersa q inuenta sunt in thesauris eius. Nō fuit verbū qō non ostēderet eis Ezechias in domo sua, & in omni potestate sua. Introiuit aūt Ysaias propheta ad Ezechiā regē, et dixit ei. Quid dixerūt viri isti, et vnde venerunt ad te? Et dixit Ezechias. De terra lōginqua venerūt ad me de Babylone. Et dixit, Quid viderunt in domo tua? Et dixit Ezechias, Omnia que in domo mea sunt, viderunt: non fuit res quam nō ostenderim eis in thesauris meis. Et dixit Ysaias ad Ezechiam. Audi verbum domini exercituum: Ecce dies venēt, et auferentur omnia q in domo tua sunt, & q thesaurizauerūt patres tui vsqꝫ ad diē hāc, in Babylonē: nō relinquetur qcq, dicit dñs. Et de filiis tuis qui exibunt de te, quos genueris, tollēt, & erūt eunuchi in palatio regis Babylonis. Et dixit Ezechias ad Ysaiā, Bonum verbum domini quod locut⁹ est. Et dixit, Fiat tantum pax & veritas in diebus meis.

¶ S. Gloria dñi per Christū reuelanda. Caput.xl.

Matth. iij.a. Marci j.a. Luce iij.a Joā. j.c. B Eccles. xlix.c. Jac. j.b. j. pet. j.d. Joā. xij.

Consolamini cōsolamini populē meus, dicit deus vester. Loquimini ad cor Jerusalē, et aduocate eā: quia cōpleta est malitia eius, dimissa est iniquitas illius. Suscepit de manu dñi duplicia p oībus peccatis suis. Vox clamātis in deserto: parate viā domini, rectas facite in solitudine semitas dei nostri. Omnis vallis exaltabitur, & oīs mons & collis humiliabitur, & erūt prauа in directa, et aspera in vias planas. Et reuelabitur gloria domini, & videbit omnis caro pariter qō os domini locutū est. Vox dicētis, Clama. Et dixi, Quid clamabo? Omnis caro fenum, & omnis gloria eius quasi flos agri. Exiccatum est fenum, et cecidit flos: quia spiritus domini sufflauit in eo. Vere fenū est ppls. Exiccatū est fenū, & cecidit flos: verbum aūt dei nostri manet in eternū. Sup mōtē excelsum ascēde tu que euāgelizas Siō exalta in fortitudine vocē tuā que euāgelizas Jerusalem, exalta, noli timere. Dic ciuitatibus Jude. Ecce deus vester: ecce dñs deus in fortitudine veniet, & brachiū eius dñabit. Ecce, merces eius cū eo, & opus illius coram illo. Sicut pastor, gregē suū pascet: in brachio suo congregabit agnos, & in sinu suo leuabit, fetas ipse portabit. Quis mēsus est pugillo aquas & celos palmo pōderauit? Quis appēdit tribus digitis molē terre, & librauit in pōdere montes, & colles in statera? Quis adiuuit spūtū dñi: aut qs cōsiliarius eius fuit & ostēdit illi? Cū quo iniit cōsiliū et instruxit eum, et docuit eum semitam iustitie, et eruditit eum scientia, et viam prudentie ostendit illi? Ecce, & gentes quasi stilla situle & quasi momētū statere reputate sunt. Ecce, insule quasi puluis exiguus, & Liban⁹ nō sufficiet ad succēdendū, & animalia eius nō sufficiēt ad holocaustū. Oēs gentes quasi nō sint, sic sunt coram eo, & quasi nihilū & inane reputate sunt ei. Cui ergo similē fecistis deū? aut quā imaginē ponetis ei? Nūqd sculptile cōflabit faber? aut aurifex auro figurabit illud, & lamīnis argēteis argētarius? Forte lignum et imputribile elegit artifex sapiēs, qrit quō statuat simulachrū qd nō moueat. Nūqd nō scietis? nūqd nō audietis? nūquid nō annuntiatū est vobis ab initio? nunqd non intellexistis fundamēta terre? Qui sedet sup gyrū terre, & habitatores eius sunt quasi locuste. Qui extendit velut nihilū celos, & expādit eos sicut tabernaculū ad inhabitandū. Qui dat secretorū scrutatores quasi non sint, iudices terre velut vanū fecit: equidem neqꝫ plantatos, neqꝫ satos, neqꝫ radicato in terra trunco eorum. repente flauit in eos, & arruerunt, turbo quasi stipulā auferet eos. Et cui assimilastis me, et adequastis, dicit sanctus? Leuate in excelsum oculos vestros, & videte quis creauit hec. Qui educit in numero militiam eorū, et omnes ex nomine vocat. Pre multitudine fortitudinis, et roboris, virtutisqꝫ eius neqꝫ vnum reliquum fuit. Quare dicis Jacob, & loqueris Jsrael. Abscondita est via mea a dño, & a deo meo iudiciū meū trānsiit. Nūquid nescis, aut non audisti, Deus sempiternus dñs, qui creauit terminos terre, nō deficiet neqꝫ laborabit, neqꝫ est inuestigatio sapientie eius? Qui dat lasso virtutem, & his qui non sunt, fortitudinem, & robur multiplicat. Deficient pueri, & laborabūt, & iuuenes infirmitate cadent. Qui autē sperāt in domino, mutabunt fortitudinem, assument pennas sicut aquile, current et nō laborabunt, ambulabunt et non deficient.

¶ S. Que bona fidelibus largiatur deus. Caput.xli.

Tacēt ad me insule & gētes mutent fortitudinē. Accedāt & tūc loquant, simul ad iudicium propinquemus. Quis suscitauit ab oriente iustū, vocauit eū vt sequeret se? dabit in cōspectu eius gētes, et reges obtinebit: dabit quasi puluerē gladio eius, sicut stipulā vento raptā arcui eius? Persequet eos, trāsibit in pace semita in pedibus eius nō apparebit. Quis hec operat⁹ est & fecit, vocās generatiōes ab exordio? Ego dñs primus, & nouissimus ego sum. Viderunt insule, & timuerūt extrema terre obstupuerūt, & appropinquauerūt, & accessērūt. Vnusquisqꝫ primo suo auxiliabit, & fratri suo dicet, Cōfortare. Cōfortauit faber ararius percutiēs malleo cū eo qui eudebat tūc tēporis, dicēs glutino, Bonū est. & confortauit eum clauis, vt non moueatur. Et tu Jsrael serue meus, Jacob quem elegi, semen Abrahā amici mei, in quo apprehēdi te ab extremis terre, & a longinquis eius vocani te, & dixi tibi. Seruus meus es tu, elegi te, & nō abieci te. Ne timeas, quia ego tecū sum: ne declines: quia ego deus tuus. Confortauit te, & auxiliatus sum tibi, & suscepit te dextera iusti mei. Ecce confundentur & erubescēt omnes qui pugnāt aduersum te. Erūt quasi nō sint, & peribūt viri q contradicūt tibi. Queres eos, & nō inuenies viros rebelles tuos: erūt quasi nō sint, et veluti cōsumptio hominis bellantis aduersum te. quia ego dñs deus tuus apprehēdens manū tuā, dicens qꝫ tibi. Ne timeas, ego adiuui te. Noli timere vermis Jacob, q mortui estis er Jsrael: ego auxiliatus sum tui, dicit dñs, & rēdēptor tuus sanctus Jsrael. Ego posui te quasi plaustrū triturās nouū, hūs rostra serrātia. Triturabis mōtes, & cōminues, colles quasi puluerē pones. Ventilabis eos, & ventus tollet eos, & turbo disperget eos: & tu exultabis in dño, & in sancto Jsrael letaberis. Egen et pauperes qrūt aquas, & nō sunt: lingua eorū siti aruit. Et dominus exaudiā eos, deus Jsrael nō derelinquā eos. Aperiā in supremis collibus flumina, &

in medio cāporū fontes. Ponā desertū in stagna aquarū, ⁊ terrā inuiā in riuos aquarū. Dabo in solitudinē cedrum, ⁊ spinā, ⁊ myrtū, ⁊ lignū oliue: ponā in deserto abietē, vlmū, ⁊ Buxū simul: vt videāt, ⁊ sciāt, ⁊ recogitēt, ⁊ intelligāt pariter q̄ manus dñi fecit hec, ⁊ sanctus Israel creauit illud. Prope facite iudiciū vestrū, dicit dñs: afferte, si quid forte habetis, dixit rex Jacob. Accedāt, ⁊ nuntiēt nobis quecūq; ventura sunt. priora que fuerūt nūtiate, et ponemus cor nostrum, ⁊ sciemus nouissima eorū, ⁊ que vēture sunt indicate nobis. Annuntiate que vēture sunt in futurū, ⁊ sciem⁹ quia dij estis vos. Bene quoq; aut male, si potestis, facite: ⁊ loq̄mur, ⁊ videamus simul. Ecce vos estis ex nihilo, ⁊ opus vestrum ex eo q̄ nō est: abominatio est qui elegit vos. Suscitaui ab aq̄lone, et veniet, ab ortu solis: vocabit nomē meū, et adducet magistratus, quasi lutū, ⁊ velut plastes cōculcās bumū. Quis annuntiauit ab exordio, vt sciamus: et a principio, vt dicamus, Justus es: Nō est annuntiās neq; prediceus, neq; audiens sermones vestros. Primus ad Sion dicet. Ecce adsum, ⁊ Jerusalem euangelistam dabo. Et vidi, et non erat ex istis qui q̄sq; quā iniret consilium, et interrogatus responderet verbum. Ecce omnes eorum, ⁊ opera eorum, ventus ⁊ inane simulachra eorum.

¶ L.S. Predicat a ppheta māsuetudo christi. cap. xlij.

Ecce seruus meus, suscipiā eū: electus me⁹: cōplacuit sibi in illo aia mea. Dedi spm̄ meū super eū, iudiciū gētibus pferet. Nō clamabit, neq; accipiet psona, nec audiet vox eius foris. Calamū quassatū nō cōteret, ⁊ linū fumigās nō extinguet. In veritate educet iudiciū: nō erit tristis, neq; turbulētus, donec ponat in terra iudiciū: ⁊ legē eius insule expectabūt. Hec dicit dominus deus creās celos, ⁊ extendēs eos, fumās terrā, et que germinat ex ea: dās flatū pplo, qui est sup eā, ⁊ spiritū calcātibus eā. Ego dominus vocaui te in iustitia, ⁊ apprehendi manū tuā, ⁊ seruauit te. Et dedi te in fedus populi, in lucem gentium: vt aperires oculos cecorū, ⁊ educeres de cōclusiōe vinctū de domo carceris, sedētes in tenebris. Ego dom⁹, hoc est nomē meū. Gloriam meā alteri nō dabo, et laudem meam sculptilibus. Que prima fuerūt, ecce venerunt. noua quoq; ego annuntio: ante q̄ oriantur, audita vobis faciam. Cantate dño canticum nouum. laus eius ab extremis terre, qui descēdetis in mare, ⁊ plenitudo eius: insule, ⁊ habitatores earum. Letet deserta, ⁊ ciuitates eius: in domibus habitabit Cedar. Laudate habitatores petra, de vertice montium clamabūt. Ponēt domino gloriā, ⁊ laudē eius in insulis nuntiabūt. Dominus sicut fortis egredief, sicut vir pretiator suscitabit zelum. Vociferabitur, ⁊ clamabit: sup inimicos suos confortabit. Tacui, semp silui, patiēs fui, sicut parturiēs loquar. Dissipabo, ⁊ absorbebo simul: desertos faciā montes, ⁊ colles, ⁊ omne gramē eor⁹ exiccabo: ⁊ ponā flumina in insulas, ⁊ stagna arefaciā. Et educā cecos in viā quā nesciūt: ⁊ in semitis quas ignorauerunt, ambulare eos faciā. Ponā tenebras coram eis in lucē, ⁊ prava i recta. Hec verba feci eis, ⁊ nō dereliqui eos. Conuersi sunt retrorsum. Cōfundātur cōfusione, q̄ cōfidūt in sculptili, q̄ dicūt cōflatili. Vos dij nostri. Surdi audite, ⁊ ceci intuemini ad videndū. Quis cecus, nisi seruus meus: ⁊ surdus, nisi ad quē nuntios meos misi: Quis cecus, nisi q̄ venūdatus est: Quis cecus, nisi seru⁹ dñi: Qui vides multa, nōne custodies: Qui apertas habes aures, nonne audies: Et dñs voluit vt sanctificaret eū, ⁊ magnificaret legē, ⁊ extolleret: ipse autē pplus direptus, ⁊ vastat⁹. Laqueus iuuenū oēs, ⁊ in domib⁹ carcerū absconditi sunt. Facti sunt in rapina: nec est qui eruat: in direptionē, nec est qui dicat, Redde. Quis est in vobis qui audiat hoc, attendat, ⁊ auscultet futura: Quis dedit in direptionem Jacob, ⁊ Israel vastantibus: nonne dominus ipse, cui peccauimus: Et nolnerunt in vijs eius ambulare, ⁊ non audierunt legem eius. Et effudit super eum indignationem furoris sui, ⁊ forte bellum: ⁊ combussit eū in circuitu, ⁊ non cognouit: ⁊ succendit eum, et non intellexit.

¶ L.S. Dilpsos fideles de⁹ misericors cōgregat. ca. xliij.

Et nūc hec dicit dñs creans te Jacob, ⁊ formans te Israel: Noli timere, q̄ redemi te, ⁊ vocauit te nomine tuo: meus es tu. Cū trāsieris p aquas, tecū ero, ⁊ flumina non operiēt te. Cū ambulaueris in igne nō cōbureris, ⁊ flāma nō ardebit in te: q̄ ego dñs deus tuus sanct⁹ Israel saluator tuus, dedi propitiationē tuam Egyptū. Ethiopiā ⁊ Saba pte. Ex quo honorabilis fact⁹ es in oculis meis, ⁊ glorios⁹: ego dilexi te, ⁊ dabo homines p te, ⁊ pplos p aia tua. Noli timere, q̄ ego tecū sum. Ab oriēte adducā semē tuū, ⁊ ab occidēte cōgregabo te. Dicā aquilonī, Da: ⁊ austro, Noli phibere, affer filios meos de longinquo, ⁊ filias meas ab extremis terre. Et omnē q̄ inuocat nomē meū, in gloriā meā creaui eū: formaui eū, ⁊ feci eum. Educ foras populū cecū, ⁊ oculos habentē, surdū, ⁊ aures habentes. Oēs gētes cōgregate sunt simul, ⁊ collecte sunt trib⁹: quis in vobis annūtiet istud, ⁊ q̄ prima sunt, audire nos faciet: Dent testes eorū, ⁊ iustificent, ⁊ audiāt, et dicāt, Vere. Vos testes mei, dicit dñs, ⁊ seruus me⁹ quē elegi: vt sciatis, ⁊ credatis mihi, ⁊ intelligatis q̄ ego ipse sum. Ante me nō est format⁹ deus: ⁊ post me nō erit. Ego sum, ego sum dñs, ⁊ nō est absq; me saluator. Ego annūtiaui, ⁊ saluaui: audituū feci, ⁊ nō fuit in vobis alienus. Vos testes mei, dicit dñs, et ego deus. Et ab initio ego ipse, ⁊ nō est qui de manu mea eruat. Operabor, ⁊ quis auertet illud: Hec dicit dñs redēptor vester sanctus Israel. Propter vos emisi in Babylonē, ⁊ detraxi vectes vniuersos, ⁊ Chaldeos in nauib⁹ suis gloriātes. Ego dñs sanct⁹ vester, creās Israel rex vester. Hec dicit dñs: q̄ dedit in mari viā, ⁊ in aq̄s torrētibus semitā. Qui edurit quadrigam ⁊ equū: agmen, robustūq; simul obdormierūt, nec resurgēt: contriti sunt q̄si linū, ⁊ extincti sunt. Ne memineritis priora, ⁊ antiqua ne itueamini. Ecce ego facio noua, ⁊ nunc orient, vtiq; cognoscetis ea. Ponā in deserto viā, ⁊ in inuio flumina. Glorificabit me bestia agri, draco nes ⁊ strutiones: q̄ dedi in deserto aquas, flumina in inuio, vt dare potū populo meo, electo meo. Populū istū formaui mihi, laudē meā narrabit. Non me inuocasti Jacob, nec laborasti in me Israel. Nō obtulisti mihi arietē holocausti tui, ⁊ victimis tuis nō glorificasti me. Nō te seruire feci in oblatione, nec laborē tibi prebui in thure. Nō emisti mihi argētō calamū, ⁊ adipe victimarū tuarū nō inebriasti me. Verū tamē seruire me fecisti in peccatis tuis, ⁊ offendisti me in iniquitatib⁹ tuis. Ego sum, ego sum ipse q̄ deleo iniquitates tuas ppter me, ⁊ peccatorū tuor⁹ nō recordabor. Reduc me in memoriā, ⁊ iudicemur simul: narra si quid habes vt iustificeris. Pater tuus primus peccauit, ⁊ interpretes tui puaricati sunt in me. Et contaminaui principes sanctos, ⁊ dedi ad interecionem Jacob, ⁊ Israel in blasphemiam.

¶ Capituli Summarū. Deus est primus ⁊ nouissimus, ⁊ idola sunt nihil. Caput. xliij.

Et nunc audi Jacob seruе meus, ⁊ Israel quem elegi. Hec dicit dom⁹ faciēs ⁊ formans te, ab vtero auxiliator tuus: Noli timere serue meus Jacob, ⁊ rectissime quem elegi. Effundam enim aquas super sitientē, ⁊ fluenta super aridā. Effundā spiritum meū sup semē tuum, ⁊ benedictionē meā sup stirpē tuam, et germinabūt inter herbas q̄si salices iuxta pterfluētes aq̄s. Iste dicet, Dñi ego sum, et ille vocabit in nomine Jacob. Et hic scribet manu sua dño, et in noie Israel assimilabit. Hec dicit dñs rex Israel, ⁊ redēptor eius dñs exercituum, Ego primus, ⁊ ego nouissim⁹, ⁊ absq; me non est de⁹. Quis similis mei: vocet ⁊ annūtiet: ⁊ ordinē exponat mihi, ex quo constitui populum antiquum: vēntura et que futura sunt annuntiēt eis. Nolite timere, neq; cōturbemini: extunc audire te feci, ⁊ annūtiaui: vos estis testes mei. Numq̄d est de⁹ absq; me: ⁊ formator quē ego non nouerim: Plaste idoli omnes nihil sunt, ⁊ amātissima eorū nō pderūt eis. Ipsi sunt testes eorū q̄ nō vidēt neq; intelligūt, vt confundantur. Quis formauit deū, ⁊ sculptile cōflauit ad nihil vtile: Ecce oēs participes eius confundent. Fabri enim sunt ex hoibus. Conuenient enim oēs, stabunt ⁊ pauebunt, et confundent simul.

Sapien. xiij.c.

Faber ferrarius lima operatus est:in prunis,& in malleis formauit illud,& operatus est in brachio fortitudinis sue:esuriet et deficiet,nō bibet aquam:& lassescet. Artifex lignarius extēdit normā,formauit illū in runcina. Fecit illud in angularib⁹,& in circino tornauit illud:& fecit imaginē viri q̄si speciosum hoiem habitātē in domo. Succidit cedros,tulit ilicem,& quercū q̄ steterat inter ligna saltus. Plātauit pinū, quā pluuia nutriuit,& facta est hominib⁹ in focū. Sumpsit ex eis,& calefactus est:& succendit,& coxit panes:de reliquo aūt operat⁹ est deū,& adorauit:fecit sculptile,et curuat⁹ est ante illud. Mediū eius combussit igni,& de medio ei⁹ carnes comedit:coxit pulmētū,& saturat⁹ est,& calefactus est,& dixit,Vah calefact⁹ sum:vidi focū. Reliquū aūt eius deū fecit & sculptile sibi. Curuatur ante illud,et adorat illud,et obsecrat,dicens. Libera me,quia deus meus es tu. Nescierunt,neq; intellexerunt. Oblti enī sunt,ne videant oculi eorum,& ne intelligāt corde suo. Non recogitant in mente sua, neq; cognoscunt,neq; sentiūt:vt dicāt. Medietatē eius cōbussi igni,& coxi sup carbones eius panes:coxi carnes et comedi,& de reliquo eius idolum faciā,ante truncū ligni procidam. Pars ei⁹ cinis est:cor insipiēs adorabit illud,& non liberabit animā suā:neq; dicet. Forte mēdaciū est in dextera mea. Memento horum Jacob et Jsrael,quoniā seruus me⁹ es tu. Formaui te,seruus me⁹ es tu, Jsrael non obliuiscaris mei. Deleui vt nubē iniquitates tuas,& quasi nebulam peccata tua. Reuertere ad me,quoniā redemi te. Laudate celi,quoniā fecit dōs:iubilate extrema terre. Resonate montes laudationē,saltus & omne lignū ei⁹:q̄m redemit dōs Jacob,& Jsrael gloriabitur. Hec dicit dōs redemptor tuus,& formator tuus ex vtero. Ego sum dōs faciēs omnia, extendēs celos solus,stabiliēs terrā,& nullus mecū. Irrita faciens signa diuinorū,& ariolos in furorē vertens. Conuertens sapiētes retrorsum:& scientiā eor⁹ stultā faciēs. Suscitans verbum serui sui,& cōsiliū nuntiorū suor⁹ cōplēs. Qui dico Jerusalē,Habitaberis:& ciuitatib⁹ Jude,Edificabimini,& deserta ei⁹ suscitabo. Qui dico profundo,Desolare,& flumina tua arefaciam. Qui dico Cyro,Pastor meus es:& omnem volūtatem meam complebis. Qui dico Jerusalem,Edificaberis:& templo,Fundaberis.

¶ Capituli Summarium [redacted]

Caput.xlv.

Hec dicit dōs christo meo Cyro,cui⁹ apprehendi dexterā,vt subyciā ante faciē ei⁹ gētes,& dorsa regū vertā,& aperiā coram eo ianuas,& porte non claudent. Ego ante te ibo:et gloriosos terre humiliabo. Portas ereas cōterā,et vectes ferreos cōfringam. Et dabo tibi thesauros abscōditos,& arcana secretorū:vt scias q̄ ego dōs qui voco nomē tuū de⁹ Jsrael,propter seruū meū Jacob,& Jsrael electum meū. Et vocauite noīe tuo:assimilaui te,& nō cognouisti me. Ego dōs,et non est amplius:extra me nō est de⁹. Accinxi te,& nō cognouisti me:vt sciāt hi q̄ ab ortu solis,& q̄ ab occidēte q̄m absq; me nō est. Ego dōs,& nō est alter:formās lucem et creans tenebras:faciēs pacē,& creās malum. Ego dōs faciēs oia hec. Rorate celi de sup,& nubes pluāt iustū:aperiat terra,& germinet saluatorem:& iustitia oriatur simul. Ego dōs creaui eū. Ue q̄ cōtradicit factori suo,testa de samijs terre. Nūqd dicet lutū figulo suo. Quid facis,& opus tuū absq; manib⁹ est:Ue q̄ dicit patri. Quid generas:& mulieri. Quid parturis:? Hec dicit dōs sanct⁹ Jsrael & plastes eius. Uētura interrogate me:sup filios meos:et super opus manuū mearū mādate mihi. Ego feci terrā:& hoiem sup eā creaui:ego,manus mee tetēderūt celos,& oi militie eor⁹ mādaui. Ego suscitaui eū ad iustitiā,& oēs vias ei⁹ dirigā. Ipse edificabit ciuitatē meā,& captiuitatē meam dimittet,non in pretio,neq; in muneribus,dicit dōs de⁹ exercituū. Hec dicit dōs, Labor Egypti & negotiatio Ethiopie,& Sabaim viri sublimes ad te trānsibūt,& tui erūt. Post te ambulabunt,vincti manicis pergēt,& te adorabūt,teq; deprecabunt. Tātū in te est de⁹, & nō est absq; te deus Jsrael. Uere tu es de⁹ absconditus,de⁹ Jsrl̄ saluator. Cōfusi sunt,& erubuerūt oēs:simul abierunt in cōfusionē fabricatores erroris. Jsrael saluatus est in dōo salute eterna. Nō cōfundemini & nō erubescetis vsq; in seculum seculi:q̄ hec dicit dōs creās celos,ipse de⁹ formās terrā,& faciēs eā,ipse plastes ei⁹. Nō in vanū creauit eā:vt haberet formauit eā. Ego dōs,& nō est alius. Nō in abscōdito locutus sum,in loco terre tenebrosо. Nō dixi semini Jacob. Frustra querite me. Ego dōs loquens iustitiam,annūtians recta. Cōgregamini & venite,& accedite simul q̄ saluati estis ex gētib⁹. Nescierūt q̄ leuāt lignū sculpture sue,& rogāt deū nō soluantē. Annūtiate & venite,& cōsiliamini simul. Quis audiuit hoc ab initio:extūc p̄dixit illud. Nunqd nō ego dōs,& nō est vltra de⁹ absq; me;? De⁹ iustus & saluās nō est preter me. Cōuertimini ad me,& saluemini oēs fines terre: q̄ ego de⁹ & nō est alius. In memetipso iurauī. Egredietur de ore meo iustitie v̄bū,& nō reuertet:q̄ mihi curuabit̄ omne genu,& iurabit omis lingua. Ego in dōo,dicet,mee sunt iustitie & imperiū. Ad eū venient,& cōfundent̄ oēs qui repugnāt ei. In dōo iustificabitur & laudabitur omne semen Jsrael.

¶ Capituli Summarium [redacted]

Caput.xlvj.

Contractus est Bel,cōtrit⁹ est Nabo,facta sunt simulacra eorū bestijs & iumentis. onera vestra graui pondere vsq; ad lassitudinē cōta buerūt,& trita sunt simul. Nō potuerūt saluare portātē, et ala eorū in captiuitatē ibit. Audite me domus Jacob,et omne residuū dom⁹ Jsrael,q̄ portamini a meo vtero,q̄ gestamini a mea vulua. Usq; ad senectā ego ipse,& vsq; ad canos ego portabo. Ego feci,& ego feram:ego portabo,& saluabo. Cui assimilastis me,& adequastis & comparastis me, et fecistis similem:equi confertis aurum de sacculo,& argentum in statera ponderauerunt:conducētes aurificem:vt faciat deum:& procidunt & adorāt. Portant illū in humeris gestātes,& ponētes in loco suo,& stabit,ac de loco suo nō mouebitur. Sed & cum clamauerint ad eum non audiet:de tribulatione nō saluabit eos. Memētote istud,& confundamini: redite preuaricatores ad cor. Recordamini priorus seculi, quū ego sum de⁹,& nō est vltra de⁹,nec est similis mei annuntians ab exordio nouissimū,& ab initio q̄ necdū facta sunt, dicēs. Cōsiliū meū stabit,& omnis volūtas mea fiet:vocās ab oriēte auē,& de terra longinqua virū volūtatis mee. Et locutus sum & adducam illud:creaui,& faciā illud. Audite me duri corde,qui longe estis a iustitia. Propefeci iustitiā meam non elongabitur:& salus mea nō morabitur. Dabo in Sion salutem,& in Jsrael gloriam meam.

¶ Capituli Summariū. Superba Babylon per astrologos seducta in vilem venit seruitutem. Caput.xlvij.

Descende:sed in puluere virgo filia Babylon:sede in terra. Nō est tibi solium filie Chaldeorū,q̄ vltra non vocaberis mollis et tenera. Tolle molam, & mole farinā. Denuda turpitudinē tuā,discoperi humerū,reuela crura,& trāsi flumina. Reuelabit̄ ignominia tua,& videbit opprobriū tuū. Ultionē capiam,& non resistet mihi homo. Redēptor noster. Dōs exercituum nomen illi⁹,sanctus Jsrael. Sede tacēs,et intra in tenebras filia Chaldeorū:q̄ nō vocaberis vltra dōna regnorū. Iratus sum sup pp̄lm meū,cōtaminaui hereditatē meā,& dedi eos in manu tua. Non posuisti eis misericordias. Sup senē aggrauasti iugū tuū valde,& dixisti. In sempiternum ero dōna. Non posuisti hec super cor tuū,neq; recordata es nouissimi tui. Et nūc audi hec delicata,& habitās cōfidenter,q̄ dicis in corde tuo. Ego sum,& nō est preter me amplius non sedebo vidua,& ignorabo sterilitatem. Uenient tibi duo hec subito in die vna,sterilitas & viduitas. Uniuersa venerūt super te,ppter multitudinē maleficiorū tuor⁹,& propter durissimam incantatorū tuor⁹ vehemētē. Et fiduciā habuisti in malitia tua,& dixisti. Non est qui videat me. Sapiētia tua & scientia tua,hec decepit te. Et dixisti in corde tuo. Ego sum,et preter me nō est altera. Uenient sup te malū,et nescies ortū eius: et irruet sup te calamitas,quā non poteris expiare. Uenient

super te repẽte miseria, quã nescies. Sta cũ incantatoribus tuis, & cũ multitudine maleficiorũ tuorũ in quibus laborasti ab adolescẽtia tua, si forte quid prosit tibi & si possis fieri fortior. Defecisti in multitudine cõsiliorum tuorum. Stent et saluẽtte augures eis, qui cõtemplabantur sydera, & supputabant menses, vt ex eis annuntiarẽt ventura tibi. Ecce facti sunt quasi stipula: ignis combussit eos. Non liberabunt animam suam de manu flãme: non sunt prune quibus calefiant, nec focus, vt sedeãt ad eum. sic facta sunt tibi, in quibus cũq; laboraueras. Negotiatores tui ab adolescẽtia tua, vnusquisq; in via sua errauerunt: non est qui saluet te.

¶ Capituli Summariũ. Deus que Israeli fecit, ante per prophetas prenuntiauit. Caput. xlviij.

AUdite hec dom⁹ Jacob, qui vocamini nomine Israel, & de aquis iuda existis, qui iuratis in nomine domini, & dei Israel recordamini nõ in veritate neq; in iustitia. De ciuitate enim sancta vocati sunt, & super deũ Israel constabiliti sunt. Dominus exercituum nomen eius. Priora extũc annuntiaui, & ex ore meo exierũt, et audita feci ea: repẽte operatus sum, & venerunt. Sciui eñ q̃ durus es tu, & nervus ferreus cervix tua, et frons tua erea. Predixi tibi extunc: anteq̃ venirent indicaui tibi, ne forte diceres, Idola mea fecerũt hec, & sculptilia mea, & conflatilia mandauerũt ista. Que audisti, vidisti omnia: vos autem non annuntiastis. Audita feci tibi nova extũc, & conseruata qui nescisti. Nũc creata sunt, et nõ extũc: & ante diem, & nõ audisti ea, ne forte dicas. Ecce ego cognoui ea. Neq; audisti, neq; cognouisti, neq; extũc aperta est auris tua. Scio eñ quia prevaricans prevaricaberis, & transgressorem ex vtero vocaui te. Propter nomen meum longe faciã furorem meum: & laude mea infrenabo te, ne intereas. Ecce excoxi te, sed nõ quasi argentũ: elegite in camino paupertatis. Propter me, propter me faciã, vt nõ blasphemer: & gloriam meã alteri non dabo. Audi me Jacob, et Israel quẽ ego voco. Ego ipse, ego primus, & ego nouissim⁹. Manus q̃q; mea fundauit terrã, & dextera mea mensa est celos: ego vocabo eos, & stabũt simul. Cõgregamini omnes vos, & audite: quis de eis annũtiauit hec? Dominus dilexit eũ, faciet voluntatẽ suã in Babylone, & brachiũ suũ in Chaldeis. Ego ego locut⁹ sum, & vocaui eũ: adduxi eũ, & directa est via eius. Accedite ad me, & audite hec: non a principio in abscõdito locutus sum: ex tẽpore anteq̃ fieret, ibi erã, & nũc dominus deus misit me, & spiritus eius. Hec dicit dñs, redẽptor tuus sanctus Israel. Ego dñs deus tuus docens te vtilia, gubernans te in via qua ambulas. Utinam attendisses mãdata mea: facta fuisset sicut fluuiꝰ pax tua, & iustitia tua sicut gurgites maris, & fuisset quasi arena semẽ tuũ, & stirps vteri tui vt lapilli eius: non interisset, nec nõ fuisset attritum nomẽ eius a facie mea. Egredimini de Babylone: fugite a Chaldeis, in voce exultationis annũtiate: auditũ facite hoc, & efferte illud vsq; ad extrema terre. Dicite. Redemit dñs seruum suum Jacob. Nõ sitierunt in deserto, cũ educeret eos. Eliquam de petra produxit eis, et scidit petrã, et fluxerunt aque. Non est pax impijs, dicit dominus.

¶ S. Libertas Israeli promittitur. Caput. xlix.

AUdite insule, & attẽdite ppli de longe. Dñs ab vtero vocauit me, de vẽtre matris mee recordatus est nominis mei. Et posuit os meũ quasi gladium acutũ. in vmbra manus sue protexit me et posuit me sicut sagittã electam. In pharetra sua abscõdit me, & dixit mihi, Seruus meus es tu Israel, quia in te glorificabor. Et ego dixi, Inuanum laborani sine causa, et vane fortitudinẽ meam cõsumpsi. Ergo iudicũ meũ cũ domino, & opus meũ cũ deo meo. Et nũc hec dicit dñs formãs me ex vtero seruum sibi, vt reducã Jacob ad eum, & Israel nõ cõgregabit. Et glorificatus sum in oculis domini, & deus meus factꝰ est fortitudo mea. Et dixit, Parũ est vt sis mihi seruus ad suscitãdas tribus Jacob, & feces Israel conuertendas. Dedi te in lucẽ gentium, vt sis salus mea vsq; ad extremũ terre. Hec dicit dominus redẽptor Israel, sanctus eius, ad cõtemptibilẽ animã, ad abominatam gentẽ, ad seruũ dñorum: reges videbũt, & cõsurgẽt principes, & adorabũt ppter dñm, quia fidelis est, & sanctũ Israel qui elegit te. Hec dicit dñs. In tẽpore placito exaudiui te, & in die salutis auxiliatus sum tui. Et seruaui te, et dedi te in fedus populi, vt suscitares terram, & possideres hereditates dissipatas: vt diceres his qui vincti sunt, Exite: & his q̃ in tenebris, Reuelamini. Super vias pascẽtur, & in omnibus planis pascua eorum. Nõ esurient, neq; sitient, & nõ percutiet eos estus et sol: quia miserator eorũ reget eos, & ad fontes aquarũ potabit eos. Et ponã omnes montes meos in viã, et semite mee exaltabuntur. Ecce isti de longe venient, et ecce illi ab aquilone & mari, & isti de terra australi. Laudate celi et exulta terra, iubilate montes laude: quia cõsolatus est dñs populũ suum, & pauperũ suorũ miserebitur. Et dixit Siõ. Dereliquit me dñs, & dñs oblitꝰ est mei. Numqd obliuisci potest mulier infantẽ suũ, vt nõ misereat filio vteri sui? Et si illa oblita fuerit, ego tũ nõ obliuiscar tui. Ecce, in manibꝰ meis descripsi te: muri tui coram oculis meis semper. Venerũt structores tui destruẽtes te, & dissipãtes a te exibũt. Leua in circuitu oculos tuos & vide, oẽs isti cõgregati sunt, venerunt tibi. Viuo ego, dicit dñs: q̃ oĩbus his, velut ornamẽto vestieris, et circũdabis tibi eos q̃si spõsa. q̃ deserta tua, et solitudines tue et terra ruine tue nũc angustia erũt pre habitatoribꝰ, & lõge fugabunt q̃ absorbebãt te. Adhuc dicẽt in auribꝰ tuis filij sterilitatis tue, Angustus est mihi locus, fac spacium mihi vt habitẽ. Et dices in corde tuo. Quis genuit mihi istos? Ego sterilis, & non pariens, transmigrata & captiua: & istos q̃s enutriuit? Ego destituta & sola: & isti vbi hic erant? Hec dicit dñs deus. Ecce, leuabo ad gẽtes manũ meam, & ad populos exaltabo signũ meũ. Et afferent filios tuos in vlnis, et filias tuas sup humeros portabũt. Et erũt reges nutritij tui, & regine nutrices tue. Vultu in terra demisso adorabũt te, & puluerem pedũ tuorum lingent. Et scies, quia ego dñs, sup quo nõ cõfundent q̃ expectãt eũ. Numqd tolletur a forti, preda: aut quod captũ fuerit a robusto, saluũ esse poterit? Quia hec dicit dominus. Etquidẽ & captiuitas a forti tolletur: & quod ablatum fuerit a robusto, saluabitur. Eos vero qui iudicauerũt te, ego iudicabo et filios tuos ego saluabo. Et cibabo hostes tuos carnibꝰ suis: & quasi musto, sanguine suo inebriabunt. Et sciet omnis caro quia ego dominus saluans te, et redemptor tuus fortis Jacob.

¶ Capitali Summarium. Predicitur populi dei p christi passionem liberatio. Caput. l.

HEc dicit dñs. Quis est hic liber repudij matris vestre, quo dimisi eã? Aut q̃s est creditor meus, cui vẽdidi vos? Ecce eñ in iniquitatibꝰ vestris vẽditi estis, & in sceleribꝰ vestris dimisi matrem vestrã: q̃ veni, & nõ erat vir: vocaui, & nõ erat q̃ audiret. Numquid abbreuiata & paruula facta est manus mea vt nõ possim redimere? aut nõ est in me virtꝰ ad liberãdũ? Ecce, in increpatiõe mea desertũ faciã mare, ponã flumina in siccum. Cõputrescẽt pisces sine aqua, & morient in siti. Induam celos tenebris, & saccũ ponã operimẽtũ eorũ. Dñs dedit mihi linguã eruditã, vt sciã sustẽtare eũ q̃ lassus est, vẽbo. Erigit mane, mane erigit mihi aurẽ, vt audiã quasi magistrum. Dñs deꝰ aperuit mihi aurẽ: ego aũt non cõtradico, retrorsum nõ abij. Corpꝰ meũ dedi percutientibꝰ, & genas meas vellentibꝰ. Faciẽ meã nõ auerti ab increpãtibꝰ, & cõspuentibꝰ. Dñs deꝰ auxiliator meꝰ, ideo nõ sum confusus: ideo posui faciẽ meã vt petrã durissimã, & scio q̃m nõ cõfundar. Iuxta est q̃ iustificat me, quis contradicet mihi? stemus simul. quis est aduersariꝰ meꝰ? accedat ad me. Ecce dñs deus, auxiliator meus: q̃s est q̃ cõdẽnet me? Ecce oẽs quasi vestimẽtum cõterent, et tinea comedet eos. Quis ex vobis timens dñm, audiẽs vocẽ serui sui, q̃ ambulauit in tenebris, & non est lumen ei: speret in nõie dñi, & innitat super deum suum. Ecce vos omnes accedentes ignem accincti flammis: ambulate in lumine ignis vestri, & in flãmis quas succendistis, de manu mea factum est hoc vobis in doloribus dormietis.

¶ Capituli Summarium. Salutem Abrahe promissam, deus adesse prenuntiat. Caput.lj.

A Audite me qui sequimini qō iustum est, & queritis dñm: attendite ad petram vnde excisi estis, & ad cauernam laci de qua precisi estis. Attendite ad Abraham patrē vestrū, & ad Saram q̄ peperit vos: q̄ vnū vocaui eū, & benedixi ei, & multiplicaui eū. Cōsolabitur ergo dñs Sion, & cōsolabit omnes ruinas eius: & ponet desertum eius quasi delitias, et solitudinē eius quasi hortū dñi. Gaudiū, & letitia inuenietur in ea: gratiarū actio, & vox laudis. Attendite ad me populе meus, & tribus mea me audite: quia lex a me exiet, & iudiciū meū in lucem populorū requiescet. ¶ Prope est iustus meus, egressus est saluator meus, & brachia mea populos iudicabūt. ¶ De insule exspectabunt, & brachiū meum sustinebūt. Leuate in celū oculos vestros, et videte sub terra deorsum. q̄ celi sicut fumus liquescēt, et terra sicut vestimentū atteret, & habitatores eius sicut hec interibūt. Salus autē mea in sempiternū erit, & iustitia mea non deficiet. Audite me qui scitis iustū, populus meus lex mea in corde eorū. Nolite timere opprobriū hoim, & blasphemias eorū ne metuatis. Sicut enī vestimentum, sic comedet eos vermis: & sicut lanam, sic deuorabit eos tinea. Salus aūt mea in sempiternum erit, & iustitia mea in generationes generationum. Cōsurge cōsurge, induere fortitudinem brachiū domini: consurge sicut in diebus antiquis, in generationib⁹ seculorū. Nunquid nō tu percussisti superbum, vulnerasti draconē? Nūquid nō tu siccasti mare aquā abyssi vehemētis: qui posuisti profundum maris viam, vt trāsirēt liberati? Et nūc q redēpti sunt a dño, reuertentur, & venēt in Sion laudātes, & letitia sempiterna super capita eorū: gaudiū & letitiā tenebūt, fugiet dolor & gemitus. Ego ego ipse cōsolabor vos. q̄s tu vt timeres ab hoie mortali, & a filio hois, q̄ q̄si fenū ita arescet: & oblitus es dñi factoris tui, qui tetēdit celos, & fundauit terrā: & formidasti iugiter tota die a facie furoris eius q̄ te tribulabat, et parauerat ad perdendū. Vbi nūc est furor tribulātis? Cito veniet gradiens ad aperiendū, & nō interficiet vsq̄ ad internecionē, nec deficiet panis eius. Ego aūt sum dñs deus tuus, q̄ cōturbo mare, & intumescūt fluctus eius. Dñs exercituū nomē meū. Posui verba mea in ore tuo, & in vmbra manus mee protexi te, vt plantes celos, & fundes terrā, et dicas ad Sion. Populus meus es tu. Exurge, exurge, consurge Ierusalē, que bibisti de manu dñi calicem ire eius: vsq̄ ad fundū calicis soporis bibisti, & potasti vsq̄ ad feces. Nō est qui sustētet eā ex oib⁹ filijs q̄s genuit: & nō est q apprehēdat manū eius ex omnib⁹ filijs quos enutriuit. Duo sunt que occurrerūt tibi: q̄s contristabit super te: vastitas & cōtritio, & fames, et gladi⁹, q̄s cōsolabitur te. Filij tui proiecti sunt, dormierunt in capite omnū viarū, sicut oryx illaqueatus: plenі indignatiōe dñi, increpatione dei tui. Idcirco audi hoc paupercula, & ebria nō a vino. Hec dicit dominator tuus dñs, & deus tuus, qui pugnauit pro populo suo. Ecce tuli de manu tua calicē soporis, fundum calicis indignationis mee. nō adijcies vt bibas illum vltra. Et ponā illum in manu eorum qui te humiliauerūt, & dixerunt anime tue. Incurua, vt transeamus, & posuisti vt terram corpus tuū, & quasi viam trāseuntibus.

¶ Capituli Summarū. Jubentur bono esse animo a domino redimendi. Caput.lij.

A Consurge, cōsurge, induere fortitudine tua Sion: induere vestimentis glorie tue Ierusalē ciuitas sancti, q̄ nō adijciet vltra vt pertrāseat per te incircūcisus & immūdus. Excutere de puluere, cōsurge, sede Ierusalem. Solue vincula colli tui captiua filia Sion: q̄ hec dicit dñs, Gratis venūdati estis, & sine argento redimemini. Quia hec dicit dñs de⁹. In Egyptū descēdit populus meus in principio: vt colonus esset ibi: et Assur absq̄ vlla causa calūniat⁹ est eū. Et nūc quid mihi est hic, dicit dñs: q̄m ablatus est populus meus gratis? Dominatores eius inique agunt, dicit dñs: & iugiter tota die nomen meū blasphematur. Propter hoc sciet populus meus nomen meū in die illa: quia ego ipse q̄ loquebar ecce adsum. Quam pulchri super montes pedes annuntiantis & predicantis pacem: annuntiantis bonum, predicantis salutem: dicentis Sion. Regnabit deus tuus. Vox speculatorū tuorum leuauerūt vocem, simul laudabūt: quia oculo ad oculum videbunt cū conuerterit dñs Sion. Gaudete et laudate simul deserta Ierusalē: q̄ cōsolatus est dñs populū suū, redemit Ierusalē. Parauit dñs brachiū sanctū suum in oculis omnū gētium: & videbūt oēs fines terre salutare dei nostri. Recedite, recedite, exite inde, pollutū nolite tangere. Exite de medio ei⁹, mūdamini q̄ fertis vasa dñi. Qm̄ nō in tumultu exibitis, nec in fuga properabitis. Precedet enī vos dñs, & congregabit vos deus Israel. Ecce intelliget seruus meus, exaltabit, & elevabit, & sublimis erit valde. Sicut obstupuerunt super te multi: sic inglorius erit inter viros aspect⁹ ei⁹, & forma eius inter filios hoim. Iste asperget gētes multas, super ipsum continebunt reges os suū quia quibus non est narratū de eo, viderūt: & qui non audierunt, cōtēplati sunt.

¶ Capituli Summarium. Christus ferēs iniquitates nostras: vt ouis oblatus est. Caput.liij.

Quis credidit auditui nostro? et brachiū dñi cui reuelatū est? Et ascēdet sicut virgultū coram eo, et sicut radix de terra sitienti. Nō est species ei neq̄ decor. Et vidimus eū, & nō erat aspectus, & desideraumus eū despectū, & nouissimū virorū, virū dolorū et scientē infirmitatē. Et quasi absconditus vultus eius et despect⁹, vnde nec reputauimus eū. Vere languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit. Et nos reputauimus eū quasi leprosum, & percussum a deo et humiliatū. Ipse aūt vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra. Disciplina pacis nostre super eū, et liuore eius sanati sum⁹. Oēs nos quasi oues errauim⁹, vnusquisq̄s in viā suā declinauit: & posuit dñs in eo iniquitatē omnium nostrum. Oblatus est q̄: ipse voluit, et nō aperuit os suum. Sicut ouis ad occisionē ducet, & quasi agnus coram tondēte se, obmutescet & nō aperiet os suū. De angustia et de iudicio sublatus est: generationē eius q̄s enarrabit? q̄: abscissus est de terra viuentiū: propter scelus ppli mei percussi eū. Et dabit impios pro sepultura, & diuitē p morte sua: eo q̄ iniquitatē non fecerit, neq̄ dolus fuerit in ore ei⁹. et dñs voluit conterere eū in infirmitate. Si posuerit pro peccato animā suā, videbit semē longeuū, & voluntas domini in manu eius dirigēt. Pro eo q̄ laborauit anima eius, videbit & saturabitur. In scientia sua iustificabit ip̄e iustus seruus meus multos, & iniquitates eorū ipse portabit. Idco diuidet ei plurimos, & fortiū diuidet spolia, pro eo q̄ tradidit in mortem animam suam, & cū sceleratis reputatus est: et ipse peccata multorum tulit, & pro transgressoribus rogauit.

¶ C. S. Blanditur dominus Israeli penit⁹ tr. & apud. liij.

Tuda sterilis q̄ nō paris: decan.. dē et hymni, que nō paries: q̄m multi filij deserti magis q̄ eius q̄ habebat virū, dicit dñs. Dilata locū tētorij tui, & pelles tabernaculorū tuorū extēde, ne parcas: longos fac funiculos tuos, & clauos tuos cōsolida. Ad dexterā enī, & ad leuā penetrabis: & semē tuū gentes hereditabit, & ciuitates desertas ihabitabit. Noli timere, quia nō cōfunderis, neq̄ erubescas. Nō enī te pudebit: quia confusiōis adolescētie tue oblīuisceris, et opprobriū viduitatis tue nō recordaberis amplius. Quia dñabit tui qui fecit te, Dñs exercituū nomē eius: & redēptor tuus sanct⁹ Israel. Deus oīs terre vocabit. Quia vt mulierē derelictā, et merētē spū vocauit te dñs, & vxorē ab adolescētia abiectā. Dixit deus tuus. Ad pūctum in modico dereliqui te: et in miserationibus magnis cōgregabo te. In momēto indignationis abscondi faciem meā parūper a te, & in misericordia sempiterna misertus sum tui: dixit redēptor tuus dñs. Sicut in diebus Noe istud mihi est, cui iurauī ne inducerē aquas Noe vltra supra terrā: sic iurauī vt nō irascar tibi, & non increpem te. Montes enī cōmouebūtur, & colles contremiscent: misericordia autem mea nō recedet a te, & fœdus pacis mee

non mouebitur

Universidad de Deusto Biblioteca

nō monebitur: dixit miserator tuus dñs. Paupercula tempestate cōmulsa absq; vlla cōsolatione. Ecce ego sternā per ordinē lapides tuos, & fundabo te in saphiris, & ponā iaspidem propugnacula tua: & portas tuas in lapides sculptos, & oēs terminos tuos in lapides desiderabiles: vniuersos filios tuos doctos a dño: & multitudinē pacis filijs tuis: & in iustitia fundaberis. Recede procula calūnia, quia nō timebis: & a pauore, quia nō appropinquabit tibi. Ecce accola veniet, qui nō erat mecum, aduena quondam tuus adiungetur tibi. Ecce, ego creaui fabrum suffiātem in ignem prunas, & proferentem vas in opus suum, & ego creaui interfectorem ad disperdendum. Omne vas quod fictum est, cōtra te non dirigetur: & omnem linguam resistentem tibi in iudicio iudicabis. Hec est hereditas seruorum domini, et iustitia eorum apud me, dicit dominus.

¶ L.S. Gentes ad verbum dñi vocāde. Caput.lv.

ODnes sitientes venite ad aquas: et qui non habetis argentum, ppērate, emite & comedite. Venite, emite absq; argento, et absq; vlla commutatione vinū et lac. Quare appēditis argentum nō in panibus, & laborem vestrum nō in saturitate? Audite audientes me, & comedite bonū, & delectabit̄ in crassitudine aīa vra. Inclinate aurē vestrā, & venite ad me: audite, & viuet aīa vra, & feriā vobiscū pactū sempiternū, mīas dauid fideles. Ecce testē pplis dedi eū, ducē ac pceptorē gētibus. Ecce, gentē quā nescie bas, vocabis: & gentes q̄ te nō cognouerūt, ad te currēt ppter dñm deū tuū, & sanctū Israel: quia glorificauit te. Querite dñm dum inueniri potest, invocate eū dū prope est. Derelinquat impius viā suā, & vir iniquus cogitatiōes suas, & reuertatur ad dñm, & miserebitur eius, et ad deū nostrū, qm̄ multꝰ est ad ignoscēdū. Nō em̄ cogitationes mee cogitationes vestre: neq; vie vestre, vie mee, dicit dñs. Quia sicut exaltant celi a terra, sic exaltate sunt vie mee a vijs vestris, & cogitatiōes mee a cogitationibꝰ vr̄is. Et quomodo descēdit imber, & nix de celo, et illuc vltra nō reuertitur, sed inebriat terrā & infundit eā, et germinare eam facit, & dat semen serēti, & panē comedēti: sic erit verbū meū quod egredietur de ore meo. Non reuertetur ad me vacuū, sed faciet quecūq; volui, & prosperabitur in his ad que misi illud. Quia in letitia egrediemini, et in pace deducemini. Montes & colles cantabunt coram vobis laudem, et omnia ligna regionis plaudent manu. Pro saliūcula ascēdet abies, & pro vrtica crescet myrtus. Et erit dominus nominatus in signum eternum, quod non auferetur.

¶ Capituli Summarium. Hortatur dominus ad obseruantiam sabbati & federis sui. Caput.lvj.

HEc dicit dñs, Custodite iudicium et facite iustitiā: quia iuxta est salus mea vt veniat, & iustitia mea vt reueletur. Beatus vir qui facit hoc, & filius hois, qui apprehēdet istud. Custodiēs sabbathum ne polluat illud, custodiens manus suas ne faciat omne malū. Et nō dicat filiꝰ aduene. Qui adheret dño, dicens. Separatione diuidet me dñs a populo suo. Et nō dicat eunuchus. Ecce ego lignum aridū. Quia hec dicit dñs eunuchis. Qui custodierint sabbatha mea, & elegerint que volui & tenuerint fedus meū. Dabo eis in domo mea, et in meis locū, & nomē melius a filijs & filiabꝰ: nomē sempiternū dabo eis, q̄ nō peribit. Et filios aduene qui adherēt dño vt colāt eū, & diligāt nomē eiꝰ, vt sint ei in seruos, omnē custodiētē sabbathū ne polluat illud, & tenentē fedus meū. Adducā eos in mōtē sanctū meū, & letificabo eos in domo orōnis mee. Holocausta eorū, & victime eorū placebūt mihi sup altari meo: q̄ domꝰ mea, domꝰ orōnis vocabit̄ cunctis pplis. Ait dñs deꝰ q congregat dispersos Israel. Adhuc cōgregabo ad eū cōgregatos eiꝰ. Oēs bestie agri venite ad deuorandū, vniuerse bestie saltus. Speculatores eius cecī oēs, nescierūt vniuersi: canes multi nō valentes latrare, videtes vana, dormiētes, & amantes somnia. Et canes impudentissimi nescierunt saturitatē: ipsi pastores ignorauerunt intelligentiā: oēs in viā suam declinauerūt, vnusquisq; ad auaritiam suam, a summo vsq; ad nouissimū. Venite, sumamus vinum, & impleamur ebrietate: & erit sicut hodie, sic et cras, et multo amplius.

¶ Capituli Summarium. Sanat dominus suos ab idolorum abominationibus. Caput.lvij.

IUstus perit, & nō est qui recogitet in corde suo, & viri misericordie colligūtur, q̄ nō est qui intelligat: a facie em̄ malitie collectꝰ est iustꝰ. Veniat pax, requiescat in cubili suo qui ambulauit in directione sua. Vos aūt accedite huc filij auguratricis, semē adulteri: & fornicarie. Sup quē lusistis: super quē dilatastis os, & eiecistis linguam: nunqd nō vos filij scelesti, semē mendax: qui consolamini in dijs subter omne lignū frondosum, immolantes paruulos in torrentibus subter eminentes petras: In partibus torrētis pars tua, hec est sors tua: & ipsis effudisti libamen, obtulisti sacrificiū, nunquid super his nō indignabor. Super montem excelsum et sublimen posuisti cubile tuū, & illuc ascendisti, vt immolares hostias. Et post ouium, & retro postem posuisti memoriale tuum: quia iuxta me discooperuisti, et suscepisti adulterum: dilatasti cubile tuum, et pepigisti cum eis. Dilexisti stratum eorum manu aperta, et ornasti te regio vnguento, & multiplicasti pigmenta tua. Direxisti legatos tuos procul, & humiliata es vsq; ad inferos. In multitudine vie tue laborasti: nec dixisti. Quiescam. Vitam manus tue inuenisti, propterea non rogasti. Pro quo solicita timuisti, quia mentita es, & mei non es recordata, neq; cogitasti in corde tuo: quia ego tacēs, et quasi non videns, & mei oblita es. Ego annuntiabo iustitiā tuā, & opera tua non proderunt tibi. Cum clamaueris, liberent te cōgregati tui, et omnes eos auferet vētus, tollet aura. Qui autem fiduciam habet mei, hereditabit terram, et possidebit montem sanctum meū. Et dicam, Viam facite, prebete iter, declinate de semita, auferte offendicula de via populi mei. Quia hec dicit excelsus, & sublimis habitans eternitatem, & sanctū nomē eius in excelso & in sancto habitās, & cū contrito et humili spiritu, vt viuificet spiritum humilium, vt viuificet cor cōtritorum. Non enim in sempiternū litigabo, neq; vsq; ad finem irascar: quia spiritꝰ a facie mea egredietur: et flatus ego faciam. Propter iniquitatem auaritie eius iratus sum, & percussi eū: abscōdi, & indignatus sum: & abijt vagus in via cordis sui. Vias eius vidi, & sanauī eum, & reduxi eum, & reddidi cōsolationes ipsi, & lugētibus eius. Creaui fructū labiorū pacē, pacem ei q̄ longe est & q̄ prope, dixit dñs, & sanauī eū. Impij autē quasi mare feruens, quod quiescere nō potest, & redundant fluctus eius in cōculcationem & lutum. Non est pax impijs, dicit dominus deus.

¶ L.S. Veri ieiunij descriptio. Caput.lviij.

CLama, ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuā, & annūtia populo meo scelera eorū, & domui Iacob peccata eorū. Me etenim de die in diē querunt, & scire vias meas volūt: quasi gens q̄ iustitiam fecerit, & iudiciū dei sui non dereliquerit. Rogant me iudicia iustitie, & appropinquare deo volunt. Quare ieiunauimus, & non aspexisti: humiliauimus animas nostras, et nescisti? Ecce in die ieiunij vestri inuenit̄ volūtas vestra, & omnes debitores vestros repetitis. Ecce, ad lites, & ad cōtentiones ieiunatis, et percutitis pugno impie. Nolite ieiunare sicut vsq; ad hāc diem, vt audiatur in excelso clamor vester. Numquid tale est ieiunū quod elegi, per diem affligere hominē animā suam et nūquid contorquere quasi circulum caput suum, & saccum & cinerem sternere? nunquid istud vocabis ieiunium, & diem acceptabilem domino? Nonne hoc est magis ieiunū q̄ō elegi? dissolue colligationes impietatis, solue fasciculos deprimentes, dimitte eos qui cōfracti sunt liberos, et omne onus dirumpe. Frange esurienti panē tuum, & egenos vagosq;, induc in domū tuam. Cum videris nudum, operi eum, & carnem tuam ne despexeris. Tunc erumpet quasi mane lumē tuū, & sanitas tua citius orietur, et anteibit faciē tuam iustitia tua, & gloria domini colliget te. Tunc inuocabis, et dñs exaudiet te: clamabis, et dicet.

Ecce adsum.si abstuleris de medio tui catenam,et desieris
ertendere digitum,z loqui quod non prodest.cum effuderis
esurienti animam tuam,z animã afflictam repleueris:orie-
tur in tenebris lux tua,z tenebre tue erũt sicut meridies. Et
requiem tibi dabit dominus semper,et implebit splendori-
bus animam tuam,et ossa tua liberabit.Et eris quasi hor-
tus irriguus,et sicut fons aquarũ,cuius nõ deficient aque.
Et edificabuntur in te deserta seculorum:fundamẽta gene-
rationis z generationis suscitabis:z vocaberis Edificabor
sepium,auertẽs semitas in quietem.Si auerteris a sabba-
tho pedem tuum facere voluntatẽ tuam in die sancto meo,
et vocaueris sabbathum delicatum,et sanctũ domini glo-
riosum,et glorificaueris eum dum non facis vias tuas,et
non inuenietur voluntas tua vt loquaris sermonẽ:tunc de-
lectaberis super domino, et sustollam te super altitudines
terre, et cibabo te hereditate Jacob patris tui. Os enim
domini locutum est.

¶ Capituli Summarium. Veritas, iustitia, iudiciũ par
z equitas corruerunt apud Judeos. Caput.lx.

Ecce,non est abbreuiata manus dñi vt saluare
nequeat neqz aggrauata est auris eius vt nõ ex-
audiat:sz iniquitates vestre diuiserũt inter vos
z deũ vestrũ,z peccata vestra abscõderunt faciẽ
eius a vobis ne exaudiret.Manus enim vestre pollute sunt
sanguine,z digiti vestri iniquitate:labia vestra locuta sunt
mendaciũ,z lingua vestra iniquitatẽ fatur. Nõ est qui invo-
cet iustitiã,neqz est qui iudicet vere:sed confidũt in nihili et
loquunt vanitates. Cõceperunt laborem,z pepererũt mi-
quitatẽ.Ova aspidum ruperunt,et telas aranee texuerunt.
Qui comederit de ouis eorum,morietur:et qõ confotũ est,
erumpet in regulum.Tele eorum nõ erunt in vestimentum,
neqz operientur operibus suis.opera eorũ opera inutilia,z
In illo tpe, ait dñs eijcient ossa regis Juda, & ossa principũ eius, & ossa sacerdotũ, & ossa pphetarũ & ossa eorũ qui habitauerũt Jerusalẽ. de sepulchris suis: & expandẽt ea ad solẽ, & lunã, & omnẽ militiã celi q̃ dilexerũt, & quib⁹ seruierũt, & post q̃ ambulauerũt, & q̃ quesierũt & adorauerũt. Nõ colligẽtur, & nõ sepelientur: in sterquiliniũ sup faciẽ terre erũt. Et eligent magis mortẽ q̃ vitã oẽs qui residui fuerint de cognatiõe hac pessima in vniuersis locis q̃ derelicta sunt, ad que eieci eos dicit dñs exercituũ. Et dices ad eos, Hec dicit dñs, Nũquid qui cadet, nõ resurget: & qui auersus est nõ reuertet: Quare ergo auersus est pp̃s iste in Jerusalẽ auersione cõtentiosa: Apprehenderũt mẽdaciũ, & noluerũt reuerti. Attendi, & auscultaui: nemo qõ bonũ est loquut, nullus est q̃ agat penitentiã super pctõ suo, dicẽs, Quid feci: Oẽs cõuersi sunt ad cursum suũ, quasi equus impetu vadẽs ad preliũ. Milius in celo cognouit tẽpus suum: turtur, & hirũdo, & ciconia custodierũt tẽpus aduẽtus sui: pp̃s aũt meus non cognouit iudiciũ dñi. Quõ dicitis, Sapientes nos sumus, & lex dñi nobiscum est: Vere mẽdaciũ operatus est stylus mẽdax scribarũ. Cõfusi sunt sapientes, perterriti & capti sunt: verbũ eñ dñi proiecerũt, & sapiẽtia nulla est in eis. Propterea dabo mulieres eorũ exteris, agros eorũ heredibus: q; a minimo vsq; ad maximũ oẽs auaritiã sequunt: a pphẽta vsq; ad sacerdotẽ cũcti faciũt mẽdaciũ. Et sanabãt cõtritionẽ filie pp̃li mei ad ignominiã dicẽtes, Pax, pax: cũ esset pax. Confusi sunt, q; abominationẽ fecerũt: quinimo cõfusione nõ sunt cõfusi, & erubescere nescierũt: idcirco cadẽt inter corruẽtes, in tpe visitatiõis sue corruẽt, dicit dñs. Cõgregãs cõgregabo eos, ait dñs. Nõ est vua in vitib⁹, & nõ sunt ficus in ficulnea, foliũ defluxit: & dedi eis q̃ preter gressa sunt. Quare sedemus: cõuenite & ingrediamur ciuitatẽ munitã, & sileamus ibi: q; dñs deus noster silere nos fecit, & potum dedit nobis aquã fellis: peccauimus eñ dño. Expectauimus pacẽ, & non erat bonũ: tps medele, & ecce formido. A Dan audit⁹ est fremitus equorũ eius, a voce hinnitus pugnatorũ eius cõmota est omis terra. Et venerũt, & devorauerũt terrã, & plenitudinẽ eius: vrbẽ & habitatores eius. Quia ecce ego mittã vobis serpentes regulos, quibus nõ incãtatio: & mordebũt vos, ait dominus. Dolor meus super dolorem: in me cor meum merẽs. Ecce, vox clamoris filie populi mei de terra longinqua, Nũquid dñs nõ est in Sion: aut rex eius nõ est in ea: Quare ergo me ad iracundiã concitauerũt in sculptilibus suis, & in vanitatibus alienis: Transijt messis, finita est estas & nos saluati nõ sumus. Super contritione filie populi mei cõtristatus sum & cõtristatus, stupor obtinuit me. Nũquid resina non est in Galaad: aut medicus nõ est ibi: quare igitur non est obducta cicatrix filie populi mei:

¶ L. S. Deploratur interitus Jsraelitarum. Caput.ix.

Quis dabit capiti meo aquã, & oculis meis fontem lachrymarũ: & plorabo die ac nocte interfectos filie populi mei: Quis dabit me in solitudine diuersoriũ viatorũ: & derelinquã populũ meũ, & recedã ab eis: q; oẽs adulteri sunt, & cetus prevaricatorũ. Et extẽderũt linguã suã quasi arcũ mẽdacij & nõ veritatis: cõfortati sunt in terra, q; de malo ad malum egressi sunt, & me nõ cognouerũt, dicit dñs. Vnusquisq; se a proximo suo custodiat, & in omni fratre suo nõ habeat fiduciã: q; oĩs frater supplantãs supplãtabit: & oĩs amicus fraudulẽter incedet. Et vir fratrẽ suũ derideb it, & veritatẽ nõ loquẽtur: docuerunt enĩ linguã suã loqui mendaciũ vt iniq; agerẽt laborauerunt. Habitatio tua in medio doli: in dolo renuerunt scire me, dicit dñs. Propterea hec dicit dñs exercituũ, Ecce ego conflabo & probabo eos: quid enĩ aliud faciã a facie filie populi mei: Sagitta vulnerãs lingua eorũ, dolũ locuta est. In ore suo pacẽ cũ amico suo loquitur, & occulte ponit ei insidias. Nũquid sup hijs nõ visitabo, dicit dñs: aut in gẽte huiusce modi nõ vlciscetur aĩa mea: Super mõtes assumã fletũ ac lamentũ, & super speciosa deserti plãctũ: eñ incẽsa sunt, eo q̃ nõ sit vir pertransiẽs: & nõ audierunt vocẽ possidentis: a volucre celi vsq; ad pecora trãsmigrauerunt & recesserunt. Et dabo Jerusalẽ in aceruos arene, & cubilia draconũ: & ciuitates Juda dabo in desolationẽ, eo q̃ nõ sit habitator. Quis est vir sapiẽs qui intelligat hoc, & ad quẽ verbum oris dñi fiat vt annuntiet istud: quare perierit terra, et exusta sit quasi desertum eo q̃ nõ sit qui pertrãseat: Et dixit dñs, Quia dereliquerũt legẽ meã, quã dedi eis, & nõ audierunt vocẽ meã, & nõ ambulauerũt in ea: & abierunt post prauitatẽ cordis sui, & post Baalim, q̃ didicerunt a patribus suis. Ideo hec dicit dñs exercituũ deus Jsrael, Ecce ego cibabo pp̃lm istũ absynthio, & potũ dabo eis aquã fellis: & dispergã eos in gẽtibus, quas non nouerunt ipsi et patres eorũ: & mittã post eos gladiũ donec cõsumant eos. Hec dicit dñs exercituũ, Cõtẽplamini, & vocate lamẽtatrices, vt veniãt: & ad eas que sapientes sunt, mittite, & properent, festinent & assumant super nos lamentũ. Deducant oculi nostri lachrymas, & palpebre nostre effluant aquis: q; vox lamentationis audita est de Sion, Quõ vastati sumus et cõfusi vehementer: q; dereliquimus terrã, eñ dejecta sunt tabernacula nostra. Audite ergo mulieres verbũ dñi, & assumant aures vestre sermonem oris eius: & docete filias vestras lamentũ, & vnaqueq; proximã suã planctũ: q; ascẽdit mors per fenestras nostras, ingressa est domos nostras, disperdere parvulos de foris, iuuenes de plateis. Loquere, Hec dicit dñs, Et cadet morticinũ hois quasi stercus sup faciẽ regionis, & quasi fenũ post tergũ metentis, & nõ est qui colligat. Hec dicit dñs, Non glorietur sapiens in sapientia sua, & nõ glorietur fortis in fortitudine sua, & nõ glorietur dives in diuitijs suis: sed in hoc glorietur qui glorian. scire & nosse me q; ego sum dñs qui facio miam & iudiciũ & iustitiam in terra. hec enim placẽt mihi, ait dñs. Ecce dies veniũt, dicit dñs: & visitabo super oẽm qui circũcisum hz preputiũ, sup Egyptũ, & super Judã, & super Edom, & super filios Ammon, & super Moab, & super omnes qui attonsi sunt in comam, habitantes in deserto: q; omnes gentes habent preputium, omnis aũt domus Jsrael incircũcisi sunt corde.

¶ Capituli Summarium. Vanus cultus idolorum, cum deus sit verus deus. Caput.x.

Audite verbū qō locut⁹ est dñs sup vos domus Jsrael, Hec dicit dñs: Juxta vias gētiū nolite discere: ⁊ a signis celi nolite metuere, q timēt gētes: qz leges ppl'oꝝ vane sunt: qz lignū de saltu precidit op⁹ man⁹ artificis in ascia. Argēto ⁊ auro decorauit illud, clauis ⁊ malleis cōpegit, vt nō dissoluat. Jn similitudinē palme fabricata sunt, ⁊ nō loquent: portata tollentur: qz incedere nō valēt. Nolite ergo timere ea, qz nec male possunt facere, nec bene. Non est similis tui dñe: magn⁹ es tu, ⁊ magnū nomē tuū in fortitudine. Quis nō timebit te o rex gentiū: Tuū est enī decus. Jnter cunctos sapientes gentium, ⁊ in vniuersis regnis eorū nullus est similis tui. Pater insipientes ⁊ fatui pbabuntur: doctrina vanitatis eorū lignū est. Argentū inuolutū, de Tharsis affert: ⁊ aurū de ophaz: opus artificis, ⁊ manus erarij: hyacinthus ⁊ purpura indumentū eorū. opus artificū vniuersa hec. Dñs autē deus verus est: ipse deus viuēs, ⁊ rex sempiternus. Ab mdignatione eius cōmouebitur terra: ⁊ nō sustinebūt gētes cōminationē eius. Sic ergo dicetis eis, Dij q celos ⁊ terram non fecerūt, pereāt, de terra ⁊ de his que sub celo sunt. Qui facit terrā in fortitudine sua, pparat orbē in sapiētia: ⁊ prudentia sua extendit celos. Ad vocē suā dat multitudinem aquarū in celo, ⁊ eleuat nebulas ab extremitatib⁹ terre: fulgura in pluuiā facit, ⁊ educit vētū de thesauris suis. Stultus factus est omnis homo a scientia, cōfusus est artifex oīs in sculptili: qm falsum est qd conflauit ⁊ nō est spūs in eis. Uana sunt, ⁊ opus risu dignū: in tpe visitationis sue peribunt. Nō est his similis pars Jacob: q enim formauit oīa, ipse est: ⁊ Jsrael virga hereditatis ei⁹: Dñs exercituū nomen illi. Cōgrega de terra cōfusionē tuā, que habitas in obsidione: qz hec dicit dñs, Ecce, ego longe pjiciam habitatores terre in hac vice: ⁊ tribulabo eos, ita vt nō inueniantur. Ue mihi sup cōtritione mea, pessima plaga mea. Ego aūt dixi, Plane hec infirmitas mea est, ⁊ portabo illā. Tabernaculū meū vastatū est, oēs funiculi mei dirupti sunt: filij mei exierūt ad me, ⁊ nō subsistūt: nō est q extēdat vltra tē torium meū, ⁊ erigat pelles meas. Quia stulte egerūt pastores, ⁊ dominū nō qsierūt: ppterea nō intellexerūt, ⁊ oīs grex eorū dispersus est. Vox auditionis ecce venit, ⁊ cōmotio magna de terra aquilonis vt ponat ciuitates Juda in solitudinē habitaculū draconū. Scio dñe qz nō est hominis via eius: nec viri est vt ambulet, ⁊ dirigat gressus suos. Corripe me dñe, verūtamē in iudicio, ⁊ nō in furore tuo: ne forte ad nihilū redigas me. Effunde indignationē tuā sup gentes que nō cognouerūt te, ⁊ super prouincias que nomē tuum nō inuocauerūt: qz comederūt Jacob, ⁊ deuorauerūt eum ⁊ consumpserūt illum: ⁊ deus eius dissipauerunt.

¶ Capituli Summarium. Dei fedus in exitu de Egypto percussum Judeis de oculos reducitur. Caput. xj.

Verbū qō factū est a dño ad Jeremiā, dicēs, Audite verba pacti huius, ⁊ loquimini ad viros Juda, ⁊ ad habitatores Jerusalē, ⁊ dices ad eos: hec dicit dñs deus Jsrael, Maledict⁹ vir q nō audierit verba pacti huius: qō pcepi patrib⁹ vestris in die qua eduxi eos de terra Egypti de fornace ferrea, dicēs, Audite vocem meā, ⁊ facite oīa que pcepi vobis: ⁊ eritis mihi in pplm, ⁊ ego ero vobis in deū: vt suscitē iuramentū, qō iurauī patribus vestris daturū me eis, terrā fluentē lacte et melle: sicut est dies hec. Et rndi, ⁊ dixi, amen dñe. Et dixit dñs ad me, Uociferare oīa verba hec in ciuitatib⁹ Juda, ⁊ foris Jerusalē: dicēs. Audite verba pacti huius, ⁊ facite illa qz contestans cōtestatus sum patres vestros in die qua eduxi eos de terra Egypti vsqz ad diē hāc. Mane consurgens cōtestatus sum, ⁊ dixi, Audite vocē meā. ⁊ nō audierūt nec inclinauerūt aurē suā: sed abierūt vnusqsqz in pruitate cordis sui mali. Et induxi sup eos oīa verba pacti huius, qō pcepi vt facerēt, ⁊ nō fecerūt. Et dixit dñs ad me Inuēta est cōiuratio in viris Juda, ⁊ in habitatorib⁹ Jerusalē. Reuersi sunt ad iniqtates patrū suorū priores: q noluerunt audire verba mea. Et hi ergo abierunt post deos alienos, vt seruirēt eis. Jrritum fecerunt domus Jsrael et domus Juda pactum meū, quod pepigi cū patribus eorū. Quamobrem hec dicit dñs, Ecce ego inducam super eos mala, de quibus exire non poterūt: ⁊ clamabunt ad me, et non exaudiam eos. Et ibūt ciuitates Juda, ⁊ habitatores Jerusalē, ⁊ clamabūt ad eos quibus sīb ant, ⁊ nō saluabūt eos in tēpore afflictionis eorū. Secundū numerū enim ciuitatū tuarum erāt dij tui Juda: ⁊ scōm numerū viarum Jerusalē posuisti aras cōfusiōis ad libādū Baalim. Tu ergo noli orare pro populo hoc, ⁊ ne assumas p eis laudē, ⁊ orationē: qz non exaudiā in tēpore clamoris eorū ad me, in tempore afflictionis eorū. Quid est q dilectus meus in domo mea facit scelera multa: numquid carnes sancte auferent a te malitias tuas, in quibus gloriata es? Olīuā vberē, pulchram, fructiferam, speciosam vocauit dñs nomē tuū. Ad vocem loquele, grandis erarsit ignis in ea, ⁊ cōbusta sunt fruteta eius. Et dominus exercituū qui plantauit te, locutus est super te malū: pro malis dom⁹ Jsrael ⁊ domus Juda, que fecerūt sibi ad irritādum me libantes Baalim. Tu autē domine domōstrasti mihi, ⁊ cognouī: tu ostendisti mihi studia eorū. Et ego quasi agnus mānsuetus, qui portatur ad victimā: ⁊ non cognoui quia cogitauerunt super me cōsilia, dicentes, Mittamus lignum in panem eius, et eradamus eum de terra viuēntiū, ⁊ nomē eius nō memoretur amplius. Tu aūt dñe sabaoth, qui iudicas iuste, ⁊ probas renes ⁊ corda, videā vltionē tuam ex eis: tibi enim reuelaui causam meam. Propterea hec dicit dñs ad viros Anatoth, qui querunt animā tuā, ⁊ dicūt. Non ppbetabis in nomine domini, ⁊ nō morieris in manib⁹ nostris. Propterea hec dicit dominus exercituum. Ecce ego visitabo sup eos: iuuenes morientur in gladio, filij eorum ⁊ filie eorū morientur in fame, ⁊ reliquie non erunt ex eis: inducam enim malum super viros anatoth, annum visitationis eorum.

¶ S. Malorū in hoc mūdo felicitas. Caput. xij.

Justus quidē tu es dñe, si disputē tecū: verumtamen iusta loquar ad te: quare via impiorū prosperat: bene est oīb⁹ q p̄uaricant, ⁊ iniqz agūt? Plātasti eos, ⁊ radicē miserūt: pficiūt, ⁊ facīt fructū: prope es tu ori eorū, ⁊ longe a renibus eorum. Et tu domine nosti me, vidisti me, ⁊ pbasti cor meū tecū. Cōgrega eos quasi gregem ad victimā, ⁊ sanctifica eos in die occisionis. Usquequo lugebit terra, ⁊ herba omnis regionis siccabitur ppter malitiā habitantiū in ea? Consumptū est animal ⁊ volucre: quoniā dixerūt, Non videbit nouissima nostra. Si cū peditibus currens laborasti: qūo contendere poteris cum equis? Cum aūt in terra pacis securus fueris quid facies in superbia Jordanis. Nam ⁊ fratres tui, ⁊ domus patris tui, etiā ipsi pugnauerūt aduersum te, ⁊ clamauerunt post te plena voce. Ne credas eis, cū locuti fuerint tibi bona. Reliqui domū meā, dimisi hereditatē meā: dedi dilectam animā meā in man⁹ inimicorū eius. Facta est mihi hereditas mea quasi leo in sylua: dedit cōtra me vocē, ideo odiui eā. Numqd auis discolor hereditas mea mihi nūquid auis tincta p totū? venite cōgregamini oēs bestie terre, properate ad deuorādū. Pastores multi demoliti sunt vineā meā, cōculcauerūt partē meā: dederūt portionē meā desyderabilē in desertū solitudinis. Posuerūt eā in dissipationē, luxitq sup me. desolatione desolata est oīs terra, qz nullus est q recogitet corde. Sup oēs vias deserti venerūt oēs vastatores terre, qz gladius dñi deuorabit ab extremo terre vsqz ad extremū ei⁹: nō est pax vniuerse carni. Seminauerūt triticū, ⁊ spinas messuerūt: hereditatē acceperūt, ⁊ nō eis pderit. Cōfundemini a fructib⁹ vīs, ppter irā furoris dñi. Hec dicit dñs aduersus oēs vicinos meos pessimos, qui tangunt hereditatē, quam distribui populo meo Jsrael: Ecce, ego euellā eos de terra sua, ⁊ domum Juda euellam de medio eorū. Et cū euulsero eos, cōuertar, ⁊ miserebor eorū: ⁊ reducā eos, virū ad hereditatē suā, ⁊ virū in terrā suā. Et erit: si eruditi didicerīt vias ppli mei, vt iurēt in noīe meo viuit dñs, sicut docuerunt populū meū iurare

Baal redificabũtur in medio populi mei. Qđ si non audierint: euellã gentẽ illã euulsione ⁊ perditione, ait dominus.

¶ Capitulũ Summarium. Judicio lũbaris prefiguratur Jude misera inspersio. Caput xiij.

A Hec dicit dñs ad me. Vade ⁊ possidetibi lumbare lineũ ⁊ pones illud sup lũbos tuos, ⁊ in aquã nõ inferes illud. Et possedi lũbare iurta verbũ dñi ⁊ posui circa lũbos meos. Et factus est sermo dñi ad me scđo dicẽs. Tolle lumbare qđ possedisti, qđ est circa lumbos tuos, ⁊ surgẽs vade ad Euphraten, ⁊ absconde ibi illud in foramine petre. Et abij, ⁊ abscõdi illud in Euphrate sicut preceperat mihi dñs. Et factum est post dies plurimos dixit dñs ad me. Surge ⁊ vade ad Euphraten: ⁊ tolle inde lumbare, qđ precepi tibi vt absconderes illud ibi. Et abij ad Euphraten, ⁊ fodi, ⁊ tuli lumbare de loco vbi absconderam illud, ⁊ ecce cõputruerat lumbare, ita vt nulli vsui aptũ esset. Et factũ est verbum dñi ad me, dicens. Hec dicit dñs, Sic cõputrescere faciã superbiã Juda, ⁊ superbiã Jerusalẽ multã. populũ istũ pessimũ, qui nolunt audire verba mea, ⁊ ambulant in prauitate cordis sui: abieruntq; post deos alienos, vt seruirent eis ⁊ adorarent eos: ⁊ erunt sicut lumbare istud qđ nulli vsui aptum est. Sicut enim adheret lumbare ad lumbos viri, sic agglutinaui mihi oẽm domũ Jsrael, ⁊ omnẽ domũ Juda, dicit dñs: vt esset mihi in populũ, ⁊ in nomẽ, ⁊ in laudẽ, ⁊ in gloriam: et non audierunt. Dices ergo ad eos sermonẽ istũ. Hec dicit dñs deus Jsrael, Omis lagũcula implebitur vino. Et dicẽt ad te. Nunqd ignoramus qz omis lagũcula implebit vino? Et dices ad eos. Hec dicit dñs, Ecce ego implebo omnes habitatores terre huius, ⁊ reges qui sedẽt de stirpe Dauid super thronũ eius, ⁊ sacerdotes, ⁊ prophetas, ⁊ oẽs habitatore Jerusalẽ, ebrietate: ⁊ dispergã eos virũ a fratre suo, ⁊ patres, ⁊ filios pariter, ait dñs: nõ percã, ⁊ nõ cõcedã: neqz miserebor vt nõ disperdã eos. Audite ⁊ auribus percipite. :ihuc. j. a. Nolite elevari, qz dñs locutus est. Date dño deo vestro gloriam antequã cõtenebrescat, ⁊ antequã offendant pedes vestri ad montes caliginosos: expectabitis lucẽ, ⁊ ponet eam in vmbrã mortis, ⁊ in caliginẽ. Quodsi hoc non audieritis in abscondito plorabit aĩa mea a facie superbie. Plorans plorabit, ⁊ deducet oculus meus lachrymã, qz captus est grex dñi. Die regi ⁊ dñatrici, Humiliamini sedete: qm descendet de capite vestro corona glorie vestre. Ciuitates austri clause sunt, ⁊ nõ est qui aperiat: trãslata est oĩs Juda transmigratione perfecta. Leuate oculos vestros, ⁊ videte q venitis ab aquilone: vbi est grex qui datus est tibi, pecus inclytum tuũ? Quid dices cũ visitauerit te? Tu enim docuisti eos aduersum te, ⁊ erudisti in caput tuũ. Nũquid nõ dolores apprehendẽt te, quasi mulierẽ parturientẽ? Quod si dixeris in corde tuo. Quare venerunt mihi hec? Propter multitudinem iniquitatis tue revelata sunt verecũdiora tua, pollute sunt plante tue. Si mutare põt Ethiops vellẽ suũ aut pardus varietates suas: ⁊ vos poteritis benefacere, cũ didiceritis malũ. Et dissipabo eos quasi stipulã q vẽto raptat in deserto. Hec sors tua pars q mẽsure tue a me, dicit dñs: qz oblita es mei, ⁊ cõfisa es in mẽdacio. vnde ⁊ ego nudaui femora tua cõtra faciẽ tuã, ⁊ apparuit ignominia tua, adulteria tua, ⁊ hinnitus tuus, scelus fornicationis tue: super colles in agro vidi abominationes tuas. Ue tibi Jerusalem: non mundaberis post me: vsquequo adhuc?

¶ L. S. Siccitas terre Judeox malitie imputãda. Cxiiij.

Quod factũ est verbũ dñi ad Jeremiã de sermõibus siccitatis. Luxit Judea, ⁊ porte eius corruerũt ⁊ obscurate sunt in terra, ⁊ clamor Jerusalẽ ascendit. Maiores miserunt minores suos ad aquã venerũt ad hauriẽdũ: nõ inuenerũt aquã, reportauerũt vasa sua vacua: cõfusi sunt, ⁊ afflicti, ⁊ operuerunt capita sua. Propter terre vastitatẽ, qz nõ venit pluuia in terrã, cõfusi sunt agricole, operuerũt capita sua. Nam ⁊ cerua in agro peperit, ⁊ reliquit, qz nõ erat herba. Et onagri steterũt in rupibus, traxerũt ventũ quasi dracones, defecerunt oculi eorũ, qz nõ erat herba. Si iniqtates nostre rũderint nobis: dñe fac propter nomẽ tuũ, qm̃ multe sunt auersiões nostre, tibi peccauimus. Expectatio Jsrael saluator eius in tẽpore tribulationis quare quasi colonus futurus es in terra, et quasi viator declinans ad manendũ? Quare futurus es velut vir vag⁹, ⁊ fortis qui nõ põt saluare? Tu aũt in nobis es dñe, ⁊ nomen tuũ inuocatũ est super nos, nõ derelinquas nos. Hec dicit dñs pplo huic, qui sic dilexit mouere pedes suos, ⁊ nõ quieuit, ⁊ dño nõ placuit. Nũc recordabit iniquitatũ eorũ, ⁊ visitabit petã eorũ. Et dixit dñs ad me. Noli orare p pplo isto in bonũ. Cũ ieiunauerint, nõ exaudiã preces eorũ: ⁊ si obtulerint holocaustomata ⁊ victimas, nõ suscipiã ea: qm̃ gladio, ⁊ fame, ⁊ peste cõsumã eos. Et dixi, A, a, a dñe deus. Prophete dicũt eis, Nõ videbitis gladium, ⁊ fames nõ erit in vobis, sed pacẽ verã dabit vobis in loco isto. Et dixit dñs ad me, Falso prophete vaticinãtur in noie meo: nõ misi eos, ⁊ nõ precepi eis, neqz locutus sum ad eos: visionẽ mendacẽ ⁊ diuinationẽ, ⁊ fraudulentiã, ⁊ seductionẽ cordis sui prophetãt vobis. Idcirco hec dicit dñs de pphetis, qui pphetãt in noie meo, quos ego nõ misi, dicentes, Gladius ⁊ fames nõ erit in terra hac: In gladio ⁊ fame cõsumẽtur pphete illi: ⁊ pplo quibus pphetant, erunt proiecti in vijs Jerusalẽ pre fame ⁊ gladio, ⁊ nõ erit qui sepeliat eos: ipsi, ⁊ vxores eorũ, filij ⁊ filie eorũ, ⁊ effundã super eos malũ suũ. Et dices ad eos verbũ istud, Deducant oculi mei lachrymã p noctẽ ⁊ die, ⁊ nõ taceãt: qm̃ cõtritione magna cõtrita est virgo filia pplj mei, plaga pessima vehemẽter. Si egressus fuero ad agros: ecce occisi gladio. ⁊ si introiero ciuitatẽ: ecce attenuati fame. Propheta quoq; ⁊ sacerdos abierunt in terram quã ignorabant. Nunquid proijciens abiecisti Judam? aut Sion abominata est anima tua? Quare ergo percussisti nos, ita vt nulla sit sanitas? Expectauimus pacem, ⁊ nõ est bonũ, ⁊ tẽpus curationis, ⁊ ecce turbatio. Cognouimus dñe impietates nostras, iniquitates patrũ nostrorum quia peccauimus tibi. Ne des nos in opprobriũ, propter nomẽ tuũ, neq; facias nobis contumeliam: solij glorie tue recordare, ne irritum facias fedus tuum nobiscum. Nunqd sunt in sculptilibus gentium qui pluãt? aut celi possunt dare imbres? Nonne tu es dominus deus noster, quem expectauimus? Tu enim fecisti omnia hec.

¶ Capituli Summarium. Fame, gladio, peste, ⁊ captiuitate vlturum se dominus pronuntiat. Caput xv.

Et dixit dñs ad me, Si steterint Moyses ⁊ Samuel coram me, nõ est aĩa mea ad pplm istũ. Eijce illos a facie mea, ⁊ egrediant. Qđ si dixerit ad te, Quo egrediemur? dices ad eos, Hec dicit dñs, Qui ad mortẽ, ad mortẽ: ⁊ q ad gladiũ, ad gladiũ: ⁊ q ad famẽ, ad famẽ: ⁊ q ad captiuitatẽ, ad captiuitatẽ. Et visitabo sup eos quatuor species, dicit dñs, Gladiũ ad occisionẽ, ⁊ canes ad lacerandũ, ⁊ volatilia celi ⁊ bestias terre ad deuorãdũ ⁊ dissipandũ: ⁊ dabo eos in feruorẽ vniuersis regnis terre propter Manassem filiũ Ezechie regis Juda, super oĩbus q fecit in Jerusalẽ. Quis enim miserebit tui Jerusalẽ? aut qs cõtristabit p te? aut qs ibit ad rogandũ pro pace tua? Tu reliquisti me, dicit dñs: retrorsum abijsti, et extendã manũ meã sup te ⁊ interficiam te: laboraui rogãs. Et dispgã eos ventilabro in portis terre: interfeci ⁊ dispdidi pplm meum, ⁊ tñ a vijs suis nõ sunt reuersi. Multiplicate sunt mihi vidue eius sup arenã maris, induxi eis super matrẽ adolescẽtis vastatorẽ meridie: emisi sup ciuitates repente terrorẽ. Infirmata est que peperit septẽ, defecit aĩa eius, occidit ei sol, cũ adhuc esset dies: confusa est ⁊ erubuit. Et residuos eorũ in gladiũ dabo in cõspectu inimicorũ eorũ ait dñs. Ue mihi mater mea: qre genuisti me virũ rixe, virum discordie in vniuersa terra? Non feneraui, nec feneranit mihi qsquã: oẽs maledicũt mihi. Dicit dñs, Si non reliquie tue in bonũ, si nõ occurri tibi in tpe afflictionis, ⁊ in tẽpore tribulationis aduersus inimicum. Nunquid fœderabitur ferrum ferro ab aquilone, ⁊ es? Diuitias tuas ⁊ thesauros tuos in direptionẽ dabo gratis in omnibus peccatis tuis,

⁊ in omnibus

Deuter. xxxij.c. Roma. x.d.

Infra xxx.c.

Infra xxxij.c.

Infra xxxiij.b.

& in oībus terminis tuis: & adducam inimicos tuos de terra quā nescis: quia ignis succensus est in furore meo, et super vos ardebit. Tu scis dñe, recordare mei, & visita me, & tuere me ab his q̄ persequūtur me. Noli in patiētia tua suscipere me. scito q̄m̄ sustinui ꝓpter te opprobrium. Inuenti sunt sermones tui & comedi eos: & factū est mihi verbū tuū in gaudiū & in letitiā cordis mei: q̄m̄ invocatum est nomen tuū sup me dñe deꝰ exercituū. Nō sedi in cōsilio ludentium, & gloriatus sum a facie manus tue: solus sedebā, q̄m̄ cōminatione replesti me. Quare factus est dolor meus ꝑpetuus, & plaga mea desperabilis renuit curari: facta est mihi quasi mendaciū aquarū infideliū. Propter hoc hec dicit dñs, Si cōuerteris, cōuertā te & ante faciē meā stabis: & si separaueris pretiosum a vili, quasi os meum eris. conuertent ipsi ad te, & tu nō cōuerteris ad eos. Et dābo te populo huic in murū ereū fortē: & bellabunt aduersum te, & nō ꝑualebūt: q; ego tecū sum vt saluem te, & eruā te, dicit dñs. Et liberabo te de manu pessimorum, & redimā te de manu fortium.

¶ Capituli Summarium. In summa calamitate predicūtur Judei morituri. Caput.xvj.

A

Factum est verbum dñi ad me dicēs, Nō accipies vxorem, & nō erūt tibi filij & filie in loco isto. Quia hec dicit dñs super filios & filias, qui generantur in loco isto: & super matres eorū q̄ genuerūt eos: & super patres eorū, de quorū stirpe sunt nati in terra hac, Mortibus egrotationū morientur: nō plangentur, & nō sepelientur in sterquiliniū super faciē terre erūt. Et gladio & fame cōsumentur. & erit cadauer eorū in escam volatilibus celi, & bestijs terre. Hec enim dicit dñs, Ne ingrediaris domū conuiuij, neq; vadas ad plāgendū, neq; consoleris eos: q̄ abstuli pacē meā a populo isto dicit dñs, misericordiā & miserationes. Et morientur grandes, & parui in terra ista: nō sepelientur neq; plangentur, & nō se incident: neq; caluitiū fiet pro eis. Et non frangent inter eos lugenti panē ad consolandū super mortuo: & non dabunt eis potū calicis ad consolandū super patre suo & matre. Et domus conuiuij non ingrediaris, vt sedeas cum eis, & comedas, et bibas. q̄: hec dicit dñs exercituū deus Jsrael, Ecce ego auferam de loco isto in oculis vestris, & in diebus vestris vocem gaudij, & vocē letitie, vocē sponsi & vocē sponse. Et cū annūtiaueris populo huic omnia verba hec, & dixerint tibi, Quare locutus est dñs super nos omne malum grande istud: que iniquitas nostra: aut q̄ peccatū nostrū quod peccauimus domino deo nostro? Dices ad eos, Quia dereliquerunt me patres vestri, ait dñs: & abierunt post deos alienos, & seruierunt eis, & adorauerūt eos: & me dereliquerunt, & legē meā nō custodierunt. Sed & vos peius operati estis, ꝙ patres vestri. ecce enim ambulat vnusquisq; post prauitatem cordis sui mali, vt me non audiat. Et ejiciā vos de terra hac, in terra quam ignoratis vos, & patres vestri: & seruietis ibi dijs alienis die hac nocte, qui nō dabunt vobis requiem. Propterea ecce dies veniunt, dicit dñs, & non dicetur vltra. Viuit dñs q̄ eduxit filios Jsrael de terra Egypti: sed Viuit dñs qui eduxit filios de terra aquilonis, & de vniuersis terris ad quas ejeci eos: & reducā eos in terram suā, quā dedi patribꝰ eorū. Ecce ego mittā piscatores multos, dicit dñs, & piscabūtur eos. Et post hec mittā eis multos venatores: & venabūtur eos de omni monte & de omni colle, & de cauernis petrarū. quia oculi mei sunt super oēs vias eorum: nō absconditē a facie mea, & nō fuit occultata iniquitas eorū ab oculis meis. Et reddā primum duplices iniquitates & peccata eorū: quia contaminauerunt terram meā, in morticinis idolorū suorū, & abominationibus suis impleuerunt hereditatem meam. Dñe fortitudo mea, & robur meū, & refugium meū in die tribulationis: ad te gentes venient ab extremis terre, & dicent, Vere mendacium possederunt patres nostri, vanitatem que eis non profuit. Nunquid faciet sibi homo deos, & ipsi nō sunt dij? Idcirco ecce ego ostendā eis per vicem hanc, ostendam eis manū meā, et virtutem meam: & scient quia nomen mihi dominus.

¶ La.S. Confidendum soli deo, non homini. Cap.xvij.

A

Infra xlviij.a.

B

pō.j.a.

pō. vij.c. j. regum xvj.b.

Deccatū Juda scriptū est stilo ferreo in vngue adamantino, eraratū sup latitudinē cordis eorū, & in cordibus ararū eorū. Cū recordati fuerint filij eorū ararū suarū, & lucorū suorū, lignorum q; frondētiū in mōtibꝰ excelsis, sacrificātes in agro fortitudinē tuā: & ōes thesauros tuos in direptionē dabo, excelsa tua ꝓpter peccata in vniuersis finibus tuis. Et relinqueris sola ab hereditate tua, quā dedi tibi, & seruire te faciam inimicis tuis in terra quā ignoras: q̄m̄ ignem succēdisti in furore meo: vsq; i eternū ardebit. Hec dicit dñs. Maledict⁹ homo qui cōfidit in homine, & ponit carnē brachiū suū, & a dño recedit cor ei⁹. Erit enī quasi myrice in deserto, & nō videbit cū venerit bonū: sed habitabit in siccitate in deserto in terra salsuginis & inhabitabili. Benedictus vir qui cōfidit in dño, & erit dñs fiducia ei⁹. Et erit quasi lignum q̄ trāsplātat sup aquas, q̄ ad humorē mittit radices suas: & nō timebit cū venerit estus. Et erit folium ei⁹ viride, & in tempore siccitatis nō erit sollicitū nec aliq̄n desinet facere fructum. Prauū est cor oīm & inscrutabile: quis cognoscet illud? Ego dñs scrutans cor, & pbās renes: qui do vnicuiq; iuxta viā suā, & iuxta fructū adinuētionū suarum. Perdix fouit q̄ nō peperit: fecit diuitias, & nō in iudicio: in dimidio dierū suoꝝ derelinquet eas, & in nouissimo suo erit insipiēs. Solium glorie altitudinis a principio, locus sanctificatiōis nostre expectatio Jsrael. Dñe, oēs q̄ te derelinquūt, cōfundētur: recedētes a te, in terra describētur: q̄m̄ dereliquerūt venā aquarū viuārū dñm. Sana me dñe, & sanabor: saluū me fac, & saluus ero: q̄m̄ laus mea tu es. Ecce ipsi dicūt ad me, Vbi est verbū dñi: veniat. Et ego nō sum turbatus, te pastorē secutus: & diē hoīs nō desyderaui, tu scis. Q̄d egressum est de labijs meis, rectū in cōspectu tuo fuit. Non sis tu mihi formidini, spes mea tu in die afflictionis. Cōfundantur qui me persequunt, & nō cōfundar ego: paueāt illi, & non paueā ego. Induc sup eos diē afflictionis, & duplici contritione cōtere eos. Hec dicit dñs ad me Vade, & sta in porta filiorū populi ꝙā ingrediunt reges Juda, & egrediūtur: & in cunctis portis Jerusalē: & dices ad eos Audite verbū dñi reges Juda, & oīs Juda, cunctiq; habitatores Jerusalem q̄ ingredimini ꝑ portas istas. Hec dicit dñs, Custodite animas vestras, & nolite portare pondera in die sabbathi: nec inferatis per portas Jerusalē, & nolite ejicere onera de domibꝰ vrīs in die sabbathi, & omne opus non facietis. Sanctificate diē sabbathi, sicut precepi patribꝰ vestris. Et nō audierūt, nec inclinauerūt aurē suā: sed indurauerūt cervicē suā ne audirēt me & ne acciperēt disciplinā. Et dixit: Si audieritis me, dicit dñs, vt nō inferatis onera ꝑ portas ciuitatis huius in die sabbathi: & si sanctificaueritis diē sabbathi ne faciatis in eo omne opus: ingredient ꝑ portas ciuitatis hui⁹ reges & principes sedētes sup soliū Dauid, & ascēdentes in curribꝰ & equis ipsi & principes eorꝝ viri Juda, & habitatores Jerusalē: et habitabitur ciuitas hec in sempiternum. Et veniēt de ciuitatibus Juda & de circuitu Jerusalē, & de terra Bēiamin, & de campestribus, & de mōtuosis, & ab austro, portantes holocaustum, & victimam. et sacrificium, & thus, & inferent oblationem in domū dñi. Si autē non audieritis me, vt sanctificetis diem sabbathi, et ne portetis onus, et ne inferatis per portas Jerusalem in die sabbathi: succendam ignem in portis eius, & deuorabit domos Jerusalem, & non extinguetur.

D

¶ Capituli Summarium. Vt lutū in manu figuli, ita homo in manu dei. Caput.xviij.

A

Verbum qd factū est ad Jeremiā a dño, dicens, Surge, & descēde in domum figuli, & ibi audies verba mea. Et descēdi in domum figuli, et ecce, ipse faciebat opus sup rotā. Et dissipatum est vas qd ipse faciebat e luto, manibus suis: cōuersusq; fecit illud, vas alterum, sicut placuerat in oculis eius vt faceret. Et factū est verbū dñi ad me, dicens. Nūquid sicut figulus iste, nō potero vobis facere domus Jsrael, ait dñs? Ecce,

Roma. ix.d. Isa.xlv.b.

sicut lutum in manu figuli, sic vos in manu mea, domus Israel. Repente loquar aduersum gentē & aduersus regnū. vt eradicē & destruā & disperdā illud. Si penitentiam egerit gēs a malo suo qō locutus sum aduersus eam: agam et ego penitētiā sup malo qō cogitaui vt facerem ei: & subito loquar de gēte & de regno: vt edificē & plantē illud. Si fecerit malum in oculis meis, vt nō audiat vocē meā: penitentiā agam super bono quod locutus sum vt facerē ei. Nunc ergo dic viro Juda, & habitatoribus Jerusalem dicens. Hec dicit dōs. Ecce ego fingo contra vos malū, & cogito contra vos cogitationē. Reuertatur vnusquisq; a via sua mala, & dirigite vias vestras & studia vestra. Qui dixerunt, Desperauimus: post cogitationes eē nostras ibimus, & vnusquisq; prauitatē cordis sui mali faciemus. Ideo hec dicit dominus, Interrogate gentes, Quis audiuit talia horribilia, que fecit nimis virgo Israel: Numquid deficiet de petra agri nix Libani: aut euelli possunt aque erūpentes frigide, & defluentes: Quia oblitus est mei pp̄s meus, frustra libantes, & impingentes in vijs suis & in semitis seculi, vt ambularent per eas in itinere non trito: vt fieret terra eorum in desolationē, & in sibilum sempiternū. Omis qui preterierit eā, obstupescet, & mouebit caput suū. Sicut ventus vrens dispgam eos coram inimico: dorsum, & non faciē ostendam eis in die perditionis eorū. Et dixerunt, Venite & cogitemus contra Jeremiā cogitationes: non eē peribit lex a sacerdote, neq; consiliū a sapiēte, nec sermo a propheta. venite & percutiamus eū lingua, & non attendamus ad vniuersos sermones ei⁹. Attende dōe ad me, & audi vocē aduersariorum meorū. Numquid reddetur pro bono malū: quia foderunt foueā anime mee: Recordare q̄ steterim in cōspectu tuo vt loquerer pro eis bonū, & auerterē indignationē tuā ab eis. Propterea da filios eorū in famem, & deduc eos in manus gladij: fiant vxores eor̄ absq; liberis, & viduē: & viri earū interficiantur mortē: iuuenes eorū cōfodiantur gladio in p̄lio. Audiatur clamor de domib⁹ eorū: adduces eē super eos latronē repente: quia foderunt foueā, vt caperēt me, & laqueos abscōderunt pedibus meis. Tu aūt dōe scis omne consiliū eorū aduersum me in mortē: ne ppitieris iniquitati eorum, & peccatū eorū a facie tua nō deleatur: fiant corruētes in cōspectu tuo, in tpe furoris tui abutere eis.

¶ L. S. Minatur dōs excidiū Jerosolymitanū. Ca. xix.

Hec dicit dōs, Vade & accipe lagūculam figuli testeā a senioribus populi, & senioribus sacerdotum, & egredere ad vallē filij Ennō, q̄ est iuxta introitū portē fictilis: & p̄dicabis ibi verba que ego loquor ad te, & dices, Audite verbū dōi reges Juda, & habitatores Jerusalē: hec dicit dōs exercituū deus Israel, Ecce ego inducā afflictionē sup locū istū: ita vt omnis qui audierit illam, tinniāt aures ei⁹, eo qō dereliquerūt me, et alienū fecerūt locū istū: & libauerūt in eo dijs alienis, quos nescierūt ipsi, & patres eorū: reges Juda & repleuerūt locum istū sanguine innocentū: & edificauerunt excelsa Baal ad cōburendos filios suos igni in holocaustū Baal, q̄ non precepi, nec locut⁹ sum, nec ascēderūt in cor meū. Propterea ecce dies veniūt, dicit dōs: & nō vocabit ampli⁹ locus iste. Topheth, & vallis filij Ennom, sed vallis occisionis. Et dissipabo consiliū Juda, & Jerusalē in loco illo: & subuertā eos gladio in cōspectu inimicorū suorū & in manu q̄rentū animas eorū: & dabo cadauera eorū escā volatilibus celi, & bestijs terre. Et ponā ciuitatē hāc in stupore, & in sibilum: omnis q̄ pterierit per eā, obstupescet, & sibilabit sup vniuersa plaga eius. Et cibabo eos carnibus filior̄ suor̄, & carnib⁹ filiarū suarū: & vnusquisq; carnes amici sui comedet in obsidione & in angustia in qua cōcludent eos inimici eorum et qui querunt animas eorum. Et conteres lagunculam in oculis virorum qui ibunt tecum. Et dices ad eos. Hec dicit dominus exercituum, Sic conterem populum istum, et ciuitatem istam: sicut cōteritur vas figuli, quod nō poterit vltra instaurari: & in Topheth sepelietur eo q̄ nō sit alius locus ad sepeliendū. Sic faciā loco huic, ait dōs, & habitatoribus eius: & ponā ciuitatē istā sicut Topheth. Et erunt domus Jerusalē, & domus regū Juda sicut locus Topheth immunde oēs domus, in quarū domatibus sacrificauerunt omni militie celi, & liberauerūt libamia dijs alienis. Venit aūt Jeremias de Topheth, quo miserat eum dōs ad prophetandū, & stetit in atrio domus dōi, & dixit ad oēm populum, Hec dicit dōs exercituū deus Israel, Ecce ego inducā super ciuitatē hāc, & super omnes vrbes eius vniuersa mala que locutus sum aduersum eam: quoniam indurauerunt ceruicem suam vt non audirent sermones meos.

¶ Capituli Summarium. Jeremias carceri inclusus liberius vitia insectatur. Caput. xx.

Et audiuit phassur filius Emmer sacerdos, q̄ constitutus erat princeps in domo dōmi Jeremiam pphetantē sermones istos. Et percussit Phassur Jeremā pphetā & misit eū in nerū, quod erat in porta Beniamin superiori, in domo dōi. Cūq; illuxisset in crastinum, eduxit Phassur Jeremiā de nerū. Et dixit ad eum Jeremias, nō Phassur vocauit dōs nomen tuū, sed pauorem vndiq;, quia hec dicit dōs. Ecce ego dabo te in pauorem, te & oēs amicos tuos: & corruent gladio inimicorū suorum, & oculi tui videbūt: & oēm Judā dabo in manu regis Babylonis: & traducet eos in Babylonē & percutiet eos gladio & dabo vniuersam substantiā ciuitatis huius, & oēm laborē eius, omneq; pretiū, & cūctos thesauros regū Juda dabo in manu inimicorū eorū: & diripiēt eos, & tollēt, & ducēt in Babylonē. Tu aūt Phassur & oēs habitatores domus tue ibitis in captiuitatē, & in Babylonē venies & ibi moreris: ibiq; sepelieris tu, & oēs amici tui quibus pphetasti mēdaciū. Seduxisti me dōe & seductus sum fortior me fuisti, & inualuisti, factus sum in derisum tota die, oēs subsannāt me. Quia tā olim loquor, vociferās iniquitatē & vastitatē clamito. Et factus est mihi sermo dōi in opprobriū, & in derisum tota die. Et dixi, Nō recordabor eius, neq; loquar vltra in nomine illius, & factus est in corde meo q̄si ignis exestuās, claususq; ossib⁹ meis: & defeci ferre nō sustinēs. Audiui eē cōtumelias multorū, & terrorē in circuitu, Persequimini & persequamur eū: ab oīb⁹ viris qui erāt pacifici mei, & custodiētes latus meū: si quo decipiatur, & preualeamus aduersus eū & cōsequamur vltionē ex eo. Dōs aūt mecū est tāq; bellator fortis: idcirco persequūtur me, cadēt, & infirmi erūt: cōfundētur vehementer quia nō intellexerūt opprobriū sempiternū, q̄ nūq; delebitur. Et tu dōe exercituū p̄bator iusti, qui vides renes, et cor: videā q̄so vltionē tuā ex eis: tibi eē reuelaui causam meā. Cantate dōo, laudate dōm: q: liberauit aiam pauperis de manu malor̄. Maledicta dies, in qua natus sum: dies in qua peperit me mater mea, nō sit bñdicta. Maledictus vir, qui annūtiauit patri meo, dicēs, Natus est tibi puer masculus: & quasi gaudio letificauit eū. Sit homo ille vt sunt ciuitates quas subuertit dōs, & nō penituit eū. audiat clamorē mane, & vlulatū in tpe meridiano: qui nō me interfecit a vulua, vt fieret mihi mater mea sepulchrum & vulua eius conceptus eternus. Quare de vulua egressus sum, vt viderem laborē & dolorē, & cōsumerent in cōfusione dies mei.

¶ Capituli Summarium. Judei obsessi a nabuchodonosor, consultant Jeremiam. Caput. xxj.

Verbum q̄ factū est ad Jeremiā a dōo, quando misit ad eū rex Sedechias Phassur filiū Melchie, & Sophoniā filiū Maasie sacerdotem, dicens, Interroga pro nob⁹ dōm, q: Nabuchodonosor rex Babylonis pliat aduersum nos: si forte faciat dōs nobiscū sm̄ oīa mirabilia sua, & recedat a nobis. Et dixit Jeremias ad eos, Sic dicetis Sedechie. Hec dicit dōs deus Israel, ecce ego cōuertā vasa belli, q̄ in manibus vestris sunt, & q̄bus vos pugnatis aduersum regē Babylōnis & Chaldeos, q̄ obsidēt vos in circuitu murorū: & cōgregabo ea in medio ciuitatis huius. Et debellabo ego vos in manu extēta, & in brachio forti, & in furore, & in indignatiōe & in ira grandi. Et percutiā habitatores ciuitatis huius:

homines ⁊ bestie pestilẽtia magna morientur. Et post hoc
ait dñs, dabo Sedechiã regẽ Juda ⁊ seruos ei⁹, ⁊ populũ
ei⁹, ⁊ q derelicti sunt in ciuitate hac a peste, ⁊ gladio, et fa-
me in manu Nabuchodonosor regis Babylonis, ⁊ in ma-
nu inimicor eor, ⁊ in manu q̃rẽtiũ aiam eor: ⁊ percutiet eos
in ore gladij, ⁊ nõ flectet, nec⁊ parcet, nec miserebit. Et ad
pplm hũc dices. Hec dicit dñs, Ecce ego do coram vobis
viã vite, ⁊ viã mortis. q habitauerit in vrbe hac, morietur
gladio, ⁊ fame, ⁊ peste: q aũt egressus fuerit, ⁊ transfugerit
ad Chaldeos q obsidẽt vos, viuet, ⁊ erit ei aia sua q̃si spo-
liũ. Posui em̃ faciẽ meã sup ciuitatẽ hãc i malũ, ⁊ nõ in bo
num, ait dñs: in manu regis Babylonis dabit, ⁊ exuret eaz
igni. Et domui regis Juda, Audite verbũ dñi. Domus
Dauid, hec dicit dñs, Judicate mane iudicium, ⁊ eruite vi
oppressum de manu calũniantis: ne forte egrediat vt ignis
indignatio mea, ⁊ succẽdat, ⁊ nõ sit q extinguat ppter ma-
litiã studiorũ vestror. Ecce ego ad te habitatricẽ vallis so
lide atq; cãpestris, ait dñs: q dicitis, Quis percutiet nos:
⁊ quis ingredietur domus nostras: Et visitabo super vos
iuxta fructum studiorum vestrorũ, dicit dñs: ⁊ succendam
ignẽ in saltu eius: ⁊ deuorabit omnia in circuitu eius.

¶ Capituli Summarium. Obedientia diuine legis fauo
rem dei emeretur. Caput. xxij.

Hec dicit dñs: Descẽde in domũ regis Juda, et
loq̃ris ibi verbũ hoc, ⁊ dices, Audi verbũ dñi
rex Juda q sedes sup soliũ Dauid: tu ⁊ fui tui,
⁊ ppls tuus, q ingredimini p portas istas. Hec
dicit dñs. Facite iudiciũ ⁊ iustitiã: ⁊ liberate vi oppressum
de manu calũniatoris: ⁊ aduenã, ⁊ pupillũ, ⁊ viduaz nolite
cõtristare, nec⁊ opprimatis iniq̃: ⁊ sanguinẽ innocẽtem ne
effundatis in loco isto. Si em̃ facietes feceritis verbũ istud:
ingredient p portas dom⁹ hui⁹ reges sedẽtes de gñe Da-
uid sup thronũ ei⁹, ⁊ ascẽdẽtes currus ⁊ equos, ipsi ⁊ serui,
⁊ ppls eor. Q̃d si nõ audieritis verba hec: iurauit memetipso iu
raui, dicit dñs, q̃m in solitudinẽ erit dom⁹ hec. Quia hec di
cit dñs sup domũ regis Juda. Galaad tu mihi caput Li-
bani: si nõ posuero te solitudinẽ, vrbes inhabitabiles: ⁊ san-
ctificabo sup te interficiẽtẽ virum ⁊ arma ei⁹: ⁊ succidẽt ele
ctas cedros tuas, ⁊ precipitabũt in ignẽ. Et pterãibũt gen-
tes multe per ciuitatẽ hanc: ⁊ dicet vnusquisq; primo suo.
Quare fecit dñs sic ciuitati huic grãdi: Et respondebunt,
Eo q̃d dereliquerint pactũ dñi dei sui, ⁊ adorauerint deos
alienos, ⁊ seruierint eis. Nolite flere mortuũ: neq; lugeatis
sup eũ fletu: plangite eũ q egredit, q̃: non reuertet vltra nec
videbit terrã natiuitatis sue: q̃: hec dicit dñs ad Sellum fi-
liũ Josie regis Juda, qui regnauit p Josia patre suo, qui
egressus est de loco isto, Nõ reuertet huc ampli⁹: sed in loco
ad quẽ trãstuli eũ, ibi moriet, ⁊ terrã istã nõ videbit ampli⁹.
Ue qui edificat domũ suã in iniustitia, ⁊ cenacula sua nõ in
iudicio amicum suũ opprimet frustra, ⁊ mercedem eius nõ
reddet ei. Qui dicit, Edificabo mihi domũ latã, ⁊ cenacu-
la spatiosa, q aperit sibi fenestras, ⁊ facit laquearia cedri-
na, pingitq; sinopide. Numquid regnabis, q̃m confers te ce-
dro: pater tuus nunq̃d nõ comedit ⁊ bibit, ⁊ fecit iudicium
⁊ iustitiã tunc cũ bene erat ei: Judicauit causam pauperis
⁊ egeni in bonũ suũ. Nũquid non ideo q̃: cognouit me, dicit
dñs: Tui vo oculi ⁊ cor ad auaritiã, ⁊ ad sanguinẽ innocẽ
tẽ fundendũ, ⁊ ad calũniã, ⁊ ad cursum mali operis. Pro-
pterea hec dicit dñs ad Joacim filiũ Josie regẽ Juda, Nõ
plãgẽt eũ, ve frater ⁊ ve soror: nõ cõcrepabũt ei, ve dñe, ⁊ ve
inclyte. Sepultura asini sepelietur, putrefact⁹ ⁊ iectus ex
tra portas Jerusalẽ. Ascẽde Libanũ, ⁊ clama: ⁊ in Basan
da vocẽ tuã, ⁊ clama ad trãseũtes q̃: cõtriti sunt oẽs ama-
tores tui. Locut⁹ sum ad te in abũdãtia tua: dixisti, Nõ au
diã. Hec est via tua ab adolescẽtia tua, q̃: nõ audisti vocẽ
meã. Oẽs pastores tuos pascet ventus, et amatores tui in
captiuitatẽ ibũt: ⁊ tunc cõfunderis, ⁊ erubesces ab oĩ mali
tia tua. Que sedes in Libano, ⁊ nidificas i cedris quomo-
do cõgemuisti cũ venissent tibi dolores, quasi dolores par
turientis: Uino ego, dicit dñs: q̃: si fuerit Jechonias filius
Joacim regis Juda, annulus in manu dextera mea: inde
euellã te. Et dabo te in manu querẽtiũ animam tuam, ⁊ in
manu quorũ tu formidas faciẽ, ⁊ in manu Nabuchodono-
sor regis Babylonis, ⁊ in manu Chaldeorũ. Et mittã te ⁊
matrẽ tuã q̃ genuit te in terrã alienã, in qua nati non estis,
ibiq; morieminí, ⁊ in terrã ad aquã ipsi leuãt aiam suã, vt
reuertant illuc, ⁊ nõ reuertẽtur. Nũquid vas fictile atq; cõ-
tritũ vir iste Jechonias: Numqd vas absq; omni voluptate: quare abiecti sunt ipse ⁊ semen eius, ⁊ piecti in terrã quã
ignor: auerũt: Terra, terra, terra, audi sermonem dñi. Hec
dicit dñs, Scribe virũ istũ sterilẽ, virũ q in diebus suis non
sperabitur. nec enim erit de semine eius vir qui sedeat su-
per solium Dauid, ⁊ potestatem habeat vltra in Juda.

¶ Capituli Summarium. Deus per messiam fideles per
orbem dispersos congregabit. Caput. xxiij.

Ue pastoribus q dispergũt ⁊ dilacerãt gregẽ pa
scue mee, dicit dñs. Jõ hec dicit dñs de⁹ Jsrael
ad pastores q pascunt populũ meũ. Uos dispsi
stis gregem meũ, ⁊ eiecistis eos, ⁊ non visitastis
eos: ecce ego visitabo sup vos malitiã studiorũ vestrorum,
ait dñs. Et ego cõgregabo reliquias gregis mei de oĩbus
terris, ad q̃s eiecero eos illuc: ⁊ cõuertã eos ad rura sua, et
crescẽt, ⁊ multiplicabunt. Et suscitabo sup eos pastores,
⁊ pascẽt eos: ⁊ nõ formidabũt vltra, ⁊ nõ pauebũt: ⁊ nullus
queret er nũero, dicit dñs. Ecce dies veniunt, dicit dñs: et
suscitabo dauid germẽ iustũ: ⁊ regnabit rex: ⁊ sapiẽs erit: et
faciet iudiciũ ⁊ iustitiã i terra. In diebꝰ illi⁹ saluabitur Ju-
da, ⁊ Jsrl habitabit cõfidẽter: ⁊ hoc est nomẽ q̃ vocabunt
eũ. Dñs iustus noster. Propter hoc ecce dies veniũt, dicit
dñs: ⁊ non dicent vltra. Uiuit dñs q̃ eduxit filios Jsrael de
terra Egypti: sed, Uiuit dñs qui eduxit et adduxit semen
dom⁹ Jsrael de terra aquilonis, ⁊ de cunctis terris, ad q̃s
eiecerã eos illuc: ⁊ habitabũt in terra sua. Ad prophetas,
Cõtritum est cor meũ in medio mei, contremuerũt oĩa ossa
mea: factus sum quasi vir ebrius, ⁊ quasi hõ madidus a vi-
no, a facie dñi ⁊ a facie verborum sanctorũ eius. Q̃: adulte
rijs repleta est terra, q̃: a facie maledictiõis luxit terra, are-
facta sunt arua deserti: factus est cursus eorũ malus, ⁊ for-
titudo eorũ dissimilis. Propheta nãq; ⁊ sacerdos polluti
sunt: ⁊ in domo mea inueni malũ eor, ait dñs. Idcirco via
eorũ erit quasi lubricũ in tenebris: impellent em̃, ⁊ corruent
in ea: afferam em̃ sup eos mala, annũ visitationis eorũ, ait
dñs. Et in pphetis Samarie vidi fatuitatẽ: prophetabant
in Baal, ⁊ decipiebãt populũ meũ Jsrael. Et in prophetis
Jerusalem vidi simlitudinẽ, adulteriũ, ⁊ iter mendacij: et
cõfortauerunt manus pessimorũ vt non conuerteret vnus
quisq; a malitia sua: facti sunt mihi oẽs vt Sodoma, ⁊ ha
bitatores ei⁹ q̃si Gomorrha. Propterea hec dicit dñs
exercituũ ad pphetas. Ecce ego cibabo eos absynthio, et
potabo eos felle: a pphetis em̃ Jerusalem egressa est pollu
tio super oẽm terrã. Hec dicit dñs exercituũ, Nolite audire
verba prophetarũ, q prophetãt vobis, ⁊ decipiunt vos: vi-
sionem cordis sui loquũtur, nõ de ore dñi. Dicunt his qui
blasphemant me. Locutus est dñs, Pax erit vobis. et oĩ-
bus q ambulãt in prauitate cordis sui, dixerũt, Nõ veniet
super vos malum. Quis em̃ affuit in cõsilio dñi, et vidit et
audiuit sermonẽ eius: quis cõsyderauit verbũ illius et au-
diuit: Ecce, turbo dominice indignationis egredietur, ⁊ tem
pestas erumpens: sup caput impiorũ veniet. Non reuertet
furor dñi vsq; dũ faciat ⁊ vsq; dũ compleat cogitationem
cordis sui. in nouissimis diebus intelliget is cõsilium eius.
Nõ mittebam prophetas, et ipsi currebãt, non loquebar ad
eos, ⁊ ipsi pphetabant. Si stetissent in consilio meo, et nota
fecissent verba mea populo meo: auertissem vtiq; eos a via
sua mala, ⁊ a cogitationib⁹ suis pessimis. Putasne deus e
vicino ego sum, dicit dñs, ⁊ nõ deus de longe: Si occulta-
bitur vir in absconditis: et ego non videbo eum, dicit dñs:
Nũquid nõ celũ ⁊ terrã ego impleo, dicit dñs: Audiui que
dixerũt prophete, ⁊ pphetãtes in nomine meo mẽdacium,
atq; dicentes, Somniaui, somniaui. Usquequo istud est in

corde prophetarū vaticinantiū mendaciū, & pphetātium seductiones cordis sui: Qui volunt facere vt obliniscatur populus meus nominis mei ppter somnia eorū q̄ narrat vnusquisq; ad proximū suū: sicut obliti sunt patres eorum nominis mei ppter Baal. ¶ Propheta qui habet somnū, narret somnū: & qui habet sermonē meū, loquatur sermonem meū vere, quid paleis ad triticū, dicit dñs: ¶ Nōquid nō verba mea sunt quasi ignis, dicit dñs: & quasi malleus conterēs petrā: ¶ Propterea ecce ego ad prophetas, ait dñs qui furantur verba mea vnusquisq; a proximo suo. Ecce ego ad pphetas, ait dñs qui assumūt lingnas suas, & ait̄, Dicit dñs. Ecce ego ad pphetas somniātes mēdaciū, ait dñs: qui narrauerūt ea, & seduxerūt populum meū in mendacio suo & in miraculis suis: cū ego nō misissem eos, nec mādassem eis: qui nihil profuerūt populo huic, dicit dñs. Si igitur interrogauerit te populus iste vel propheta, aut sacerdos, dicēs, Q̄d est onus dñi: dices ad eos, Vt quid onus: proiciam quippe vos, dicit dñs. Et propheta & sacerdos et populus qui dicit, Onus dñi: visitabo super virū illum, & super domū eius. ¶ Hec dicetis vnusquisq; ad proximum et ad fratrem suū, Quid rndit dñs: & quid locutus est dñs: Et onus dñi vltra nō memorabit̄: q̄ onus erit vnicuiq; sermo suus: & peruertistis verba dei viuentis, dñi exercituum dei nostri. ¶ Hec dices ad prophetā, Quid respondit tibi dominus: & quid locutus est dominus: Si aūt Onus domini dixeritis: propter hoc hec dicit dñs, Quia dixistis sermonem istum, Onus dñi: & miſi ad vos, dicens, Nolite dicere onus dñi: propterea ecce ego tollā vos portās, & derelinquā vos, & ciuitatē quā dedi vobis, & patribus vestris a facie mea: & dabo vos in opprobrium sempiternum, & ignominiam eternam, que nunquam oblivione delebitur.

¶ L.S. Visio ficuū bonar̄ & malar̄ qd significet. Lxriiij.

OStendit mihi dominus: & ecce duo calathi pleni ficis positi ante templū domini: postq̄ trāstulit Nabuchodonosor rex Babylonis Jechoniam filiū Joacim regē Juda, & principes eius, et fabrum, & inclusorē de Jerusalē, & adduxit eos in Babylonem. Calathus vnus, ficus bonas habebat nimis: vt solent ficus esse primi tpis. & calathus vnus, ficus habebat malas nimis que comedi non poterant, eo q̄ essent male. Et dixit dñs ad me, Quid tu vides Jeremia? Et dixi, Ficos, ficus bonas, bonas valde: & malas, malas valde, q̄ comedi non possunt eo q̄ sint male. Et factum est verbum dñi ad me, dicens, ¶ Hec dicit dominus deus Jsrael, Sicut ficus he bone: sic cognoscam transmigrationem Juda, quā emisi de loco isto in terrā Chaldeorum, in bonum: Et ponam oculos meos super eos ad placandum: & reducam eos in terram hanc: & edificabo eos, & nō destruā: & plantabo eos, et nō euellam. Et dabo eis cor: vt sciant me q̄ ego sum dominus: & erūt mihi in pplm, & ego ero eis in deū: q̄ reuertentur ad me in toto corde suo. Et sicut ficus pessime, que comedi nō possunt eo q̄ sint male: hec dicit dñs, sic dabo Sedechiam regē Juda, & principes eius, & reliquos de Jerusalem, qui remāserūt in vrbe hac, & qui habitāt in terra Egypti. Et dabo eos in verationē afflictionēq; omnib⁹ regnis terre in opprobriū, & in parabolā, & in prouerbium, & in maledictionem in vniuersis locis ad que eiecī eos. Et mittā in eis gladium, & famem, & pestem: donec consumantur de terra quam dedi eis et patribus eorum.

¶ Capituli Summarium. Deus predicit Judeis captiuitatem septuaginta annorum. Caput.xxv.

VErbum quod factū est ad Jeremiā de omni populo Jude: in anno quarto Joacim filij Josie regis Juda, ipse est annus primus Nabuchodonosor regis Babylonis. Quod locutus est Jeremias propheta ad oēm populū Juda, & ad vniuersos habitatores Jerusalē, dicēs, A tertiodecimo ann⁹ Josie filij Amō regis Juda vsq; ad diē hāc: iste tertius & vicesimus ann⁹, factū est verbū dñi ad me, & locut⁹ sum ad vos de nocte consurgēs & loquēs: & nō audistis. Et misit dñs ad vos oēs seruos suos pphetas, cōsurgēs diluculo, mittēsq; & nō audistis, neq; inclinastis aures vestras vt audiretis, cum diceret, Reuertimini vnusquisq; a via sua mala. & a pessimis cogitationib⁹ vr̄is: & habitabitis in terra quā dedit dñs vobis & patribus vestris, a seculo & vsq; in seculum. Et nolite ire post deos alienos, vt seruiatis eis, adoretisq; eos: neq; me ad iracundiā puocetis in operibus manuū vestrarū, & nō affligā vos. Et nō audistis me, dicit dñs: vt me ad iracūdiā puocaretis in operbus manuū vestrar̄, in malū vestrū. ¶ Propterea hec dicit dñs exercituum, Pro eo q̄ nō audistis verba mea, ecce ego mittā, & assumā vniuersas cogitatiōes aquilonis, ait dñs, & Nabuchodonosor regē Babylonis seruum meū: & adducā eos sup terrā istā, & sup habitatores eius, & sup oēs nationes q̄ in circuitu illius sunt: & interficiā eos, & ponā eos in stupore & in sibilū, & in solitudines sempiternas. ¶ Perdāq; ex eis vocē gaudij, & vocē letitie, vocē sponsi & vocē sponse, vocē mole & lumē lucerne. Et erit vniuersa terra hec in solitudinē & in stupore: & seruiēt oēs gētes iste regi Babylonis septuaginta annis. Cūq; impleti fuerint septuaginta anni, visitabo sup regē Babylonis, & sup gentē illā, dicit dñs, iniquitatē eor̄, & super terrā Chaldeor̄: & ponā illā in solitudines sempiternas. Et adducā super terrā illā oīa verba mea q̄ locut⁹ sum cōtra eā, omne q̄ scriptū est in libro isto quecūq; pphetauit Jeremias aduersum oēs gētes. Quia seruerūt eis cū essent gētes multe & reges magni: & reddā eis sm opa eor̄, & sm facta manuū suarū. Quia sic dicit dñs deus Jsrael, Sume calicē vini furoris hui⁹ de manu mea: & propinabis de illo cunctis gētibus ad quas ego mittam te. Et bibēt, & turbabunt̄, & insanīet a facie gladij quē ego mittā iter eos. Et accepi calicē de manu dñi, & ppinaui cūctis gētibus ad quas misit me dñs: Jerusalē, & ciuitatibus Juda, & regibus eius & principibus eius: vt darē eos in solitudinē & in stupore, & in sibilū, & in maledictionē, sicut est dies ista. ¶ Pharaoni regi Egypti, & seruis ei⁹, & principibus eius, & omni populo eius, & vniuersis generaliter: cūctis regibus terre Ausitidis: & cūctis regib⁹ terre Philisthym, & Ascalonis & Gaze, & Accaron, & reliquijs Azoti. & Idumee, & Moab, & filijs Ammon. & cūctis regibus Tyri, & vniuersis regibus Sidonis: & regibus terre insularū q̄ sunt trans mare. & Dedan, & Theman, & Buz, & vniuersis q̄ attōsi sunt in comā. & cunctis regibus Arabie: & cūctis regibus occidentis qui habitant in deserto: & cūctis regibus Zambri, & cunctis regibus Elam: & cunctis regibus Medorū. cunctis quoq; regibus aquilonis de prope & de longe, vnicuiq; contra fratrē suū: & oībus regnis terre, q̄ sup faciē eius sunt: & rex Sesach bibet post eos. Et dices ad eos, ¶ Hec dicit dñs exercituū deus Jsrael, Bibite & inebriamini, & vomite, & cadite, neq; surgatis a facie gladij quē ego mittā inter vos. Cūq; noluerint accipere calicē de manu tua vt bibant, dices ad eos: ¶ Hec dicit dñs exercituū, Bibētes bibetis, q̄ ecce in ciuitate in qua inuocatū est nomē meū, ego incipio affligere: et vos q̄si innocentes, & immunes eritis: non eritis immunes. gladiū enī ego voco super oēs habitatores terre dicit dñs exercituū. Et tu pphetabis ad eos oīa verba hec, & dices ad illos, Dñs de excelso rugiet, & de habitaculo sctō suo dabit vocē suā: rugiēs rugiet sup decorē suū, celeuma q̄si calcātiū cōcinet aduersus oēs habitatores terre. ¶ Peruenit sonitus vsq; ad extrema terre: q̄ iudiciū dño cū gētib⁹ iudicat ipse cū oī carne, impios tradidi gladio, dicit dñs. ¶ Hec dicit dñs exercituū, Ecce afflictio egredietur de gēte in gētē: & turbo magn⁹ egredietur a summitatib⁹ terre. Et erūt interfecti dñi in die illa a summo terre vsq; ad summū eius: nō plangent, & nō colligent, neq; sepelient: in sterq̄linū sup faciē terre iacebūt. Ululate pastores, & clamate: & aspergite vos cinere optimates gregis: q̄ cōpleti sunt dies vestri, vt interficiamini: & dissipationes vestre, & cadetis q̄si vasa p̄tiosa. Et peribit fuga a pastoribus, & salnatio ab optimatibus gregis. Vox clamoris pastorū, & vlulat⁹ optimatū gregis: q̄ vastauit dñs pascua eor̄, & cōticuerūt arma pacis a

facie

Universidad de Deusto
Biblioteca

facie ire furoꝛis dñi. ¶Dereliquit quaſi leo vmbraculũ ſuũ: quia facta eſt terra eoꝝ in deſolationem a facie ire colũbe, & a facie ire furoꝛis domini.

¶Capituli Summarium. Jeremias predicit ſubuerſionẽ Jeruſalem ob quod vita periclitatur. Caput.xxvj.

In principio regni Joacim filij Joſie regis Juda, factum eſt verbũ iſtud a dño, dicẽs. Hec dicit dñs: Sta in atrio domus dñi, & loqueris ad oẽs ciuitates Juda, de quibus veniunt vt adorent in domo dñi, vniuerſos ſermones quos ego mandaui tibi vt loquaris ad eos: noli ſubtrahere verbũ: ſi forte audiant & quertãtur, vnuſquiſq; a via ſua mala: & peniteat me mali qõ cogito facere eis ꝓpter malitiã ſtudioꝝ eoꝝ. Et dices ad eos, Hec dicit dñs: Si nõ audieritis me vt ambuletis in lege mea quã dedi vobis: vt audiatis ſermones ſeruoꝝ meoꝝ ꝓphetarũ, quos ego miſi ad vos de nocte conſurgens, & dirigẽs, & nõ audiſtis: dabo domũ iſtã ſicut Silo, & vrbẽ hãc dabo in maledictionẽ cunctis gẽtibus terre. Et audierũt ſacerdotes, & ꝓphete, & oĩs populus Jeremiã loquẽtẽ verba hec in domo dñi. Cũq; cõpleſſet Jeremias loquẽs oĩa que preceperat ei dñs vt loqueret ad vniuerſum ꝑpl̃m: apprehenderunt eũ ſacerdotes, & ꝓphete, & oĩs ꝑpl̃s, dicẽs, Morte moriaꝝ. Quare ꝓphetaſti in noĩe dñi: dicens, Sicut Silo erit domus hec: & vrbs iſta deſolabiꝝ, eo qõ nõ ſit habitator. Et cõgregatus eſt oĩs populus aduerſus Jeremiam in domo dñi. Et audierũt principes Juda verba hec: & aſcẽderũt de domo regis in domũ dñi, & ſederunt in introitu porte dom̃ dñi noue. Et locuti ſunt ſacerdotes, & ꝓphete ad principes, & ad oẽm populũ dicẽtes: Judiciũ mortis eſt viro huic: qꝛ ꝓphetauit aduerſus ciuitatem iſtã, ſicut audiſtis auribus veſtris. Et ait Jeremias ad oẽs principes, & ad vniuerſum populũ, dicẽs, Dñs miſit me vt ꝓphetarẽ ad domũ iſtã & ad ciuitatẽ hanc oĩa verba que audiſtis. Nũc ergo bonas facite vias veſtras, & ſtudia veſtra, & audite vocẽ dñi dei veſtri: & penitebit dñm mali qõ locutus eſt aduerſum vos. Ego aũt ecce in manibus veſtris ſum: facite mihi qõ bonũ & rectũ eſt i oculis veſtris. Verũtñ ſcitote & cognoſcite qõ ſi occideritis me, ſanguinẽ innocẽtẽ tradetis cõtra voſmetipſos, & cõtra ciuitatẽ iſtã, et habitatores eius. in veritate eñ miſit me dñs ad vos, vt loquerer in auribus veſtris oĩa verba hec. Et dixerũt principes, & oĩs populus ad ſacerdotes & ꝓphetas. Non eſt viro huic iudiciũ mortis: qꝛ in noĩe dñi dei noſtri locutus eſt ad nos. Surrexerũt ergo viri de ſenioribus terre: & dixerũt ad omnẽ cetum populi, loquẽtes, & dicheas de Moraſthi fuit ꝓpheta in diebus Ezechie regis Juda: & ait ad omnẽ populũ Jude, dicens, Hec dicit dñs exercituũ, Sion quaſi ager arabitur: & Jeruſalem in acerũ lapidũ erit: & mons dom̃ dñi in excelſa ſyluarũ. Numquid morte cõdemnauit eũ Ezechias rex Juda, & omnis Juda: nunquid nõ timuerunt dñm, & deprecati ſunt faciẽ dñi: & penituit dñm mali, qõ locutus fuerat aduerſum eos? Itaq; nos facimus malum grande contra animas noſtras. Fuit quoq; vir ꝓphetans in noĩe dñi Urias filius Semei de Cariathiarim: et prophetauit aduerſus ciuitatẽ iſtã, & aduerſus terrã hanc iurta oĩa verba Jeremie. Et audiuit rex Joacim, & oẽs potentes, & principes eius verba hec: & queſiuit rex interficere eũ. Et audiuit Urias, & timuit, fugitq; & ingreſſus eſt Egyptum. Et miſit rex Joacim viros in Egyptũ, Elnathan filium Achobor, & viros cũ eo i Egyptũ. Et eduxerũt Uriã de Egypto: et adduxerunt eũ ad regẽ Joacim, & percuſſit eũ gladio, & iecit cadauer eius in ſepulchris vulgi ignobilis. Igitur manus Ahicam filij Saphan fuit cũ Jeremia, vt non traderetur in manus ꝑpli, & interficerent eum.

¶Capituli Summarium. Jubentur Judei ſponte ſeſe ſubmittere regi Babylonis. Caput.xxvij.

In principio regni Joacim filij Joſie regis Juda, factũ eſt verbũ iſtud ad Jeremiã a dño, dicens, Hec dicit dñs ad me. Fac tibi vincula, et catenas: & pones eas i collo tuo. Et mittes eas ad regẽ Edom, & ad regẽ Moab, & ad regẽ filioꝝ Ammon, & ad regẽ Tyri, & ad regẽ Sidonis: in manu nũtioꝝ q̃ venerũt Jeruſalem ad Sedechiam regem Juda. & precipies eis, vt ad dños ſuos loquant. Hec dicit dñs exercituũ deus Iſrael. Hec dicetis ad dominos veſtros: Ego feci terrã, & hoĩes, & iumẽta, q̃ ſunt ſuper faciẽ terre, in fortitudine mea magna & in brachio meo extento: et dedi eã ei q̃ placuit in oculis meis. Et nũc ita qꝫ ego dedi oẽs terras iſtas i manu Nabuchodonoſoꝛ regis Babylonis ſerui mei: inſuper et beſtias agri dedi ei, vt ſeruiant illi. Et ſeruient ei oẽs gentes, et filio eiꝰ, et filio filij eiꝰ: donec veniat tẽpus terre eius et ipſius: et ſeruient ei gentes multe et reges magni. Gens aũt et regnũ qõ nõ ſeruierit Nabuchodonoſoꝛ regi Babylonis, & quicũq; nõ curuauerit collum ſuũ ſub iugo regis Babylonis: in gladio et in fame et in peſte viſitabo ſuper gentem illam, ait dominus: donec conſumam eos in manu eius. Vos ergo nolite audire ꝓphetas veſtros, et diuinos et ſomniatoꝛes, et augures, et maleficos qui dicunt vobis. Non ſeruietis regi Babylonis. quia mendaciũ ꝓphetãt vobis: vt longe vos faciãt de terra veſtra, & eiẽciant vos et pereatis. Porro gẽs que ſubiecerit cernicẽ ſuam ſub iugo regis Babylonis, et ſeruierit ei: dimittã eã in terra ſua, dicit dñs: & colet eam, & habitabit in ea. Et ad Sedechiam regẽ Juda locutus ſum ſm̃ oĩa verba hec, dicẽs, Subiẽcite colla veſtra ſub iugo regis Babylonis, & ſeruite ei, & ꝑpl̃o eius & viuetis. Quare moriemini tu, & ꝑpl̃s tuus gladio, et fame, & peſte, ſicut locutꝰ eſt dñs ad gentẽ q̃ ſeruire noluerit regi Babylonis? Nolite audire verba ꝓphetarũ dicentiũ vobis. Nõ ſeruietis regi Babylonis. qꝛ mẽdacium ipſi loquunt vobis. Quia nõ miſi eos, ait dñs: & ipſi ꝓphetant in noĩe meo mendaciter: vt eiẽciant vos, & pereatis tam vos quã ꝓphete qui vaticinant vobis. Et ad ſacerdotes, et ad oẽm populũ iſtũ locutus ſum, dicẽs, Hec dicit dñs. Nolite audire verba ꝓphetarũ veſtroꝝ, qui ꝓphetãt vobis, dicẽtes, Ecce vaſa domus dñi reuertent̃ de Babylone nũc cito, mendaciũ eñ ꝓphetãt vobis. Nolite ergo audire eos ſed ſeruite regi Babylonis, vt viuatis. q̃re datur hec ciuitas in ſolitudinẽ? Et ſi ꝓphete ſunt, & eſt verbum dñi in eis: occurrãt dño exercituũ: vt nõ veniãt vaſa q̃ derelicta fuerãt in domo dñi, & in domo regis Juda, et in Jeruſalem, in Babyloné. Quia hec dicit dñs exercituũ ad colũnas, & ad mare, & ad baſes, et ad reliqua vaſoꝝ, q̃ remãſerũt in ciuitate hac: q̃ nõ tulit Nabuchodonoſoꝛ rex Babylonis, cuꝫ trãſferret Jechoniã filiũ Joacim regẽ Juda de Jeruſalez in Babyloné, et oẽs optimates Juda & Jeruſalem'. Quia hec dicit dñs exercituũ deꝰ Iſrael ad vaſa q̃ derelicta ſunt in domo dñi, et in domo regis Juda & Jeruſalẽ: in Babyloné tranſferentur, & ibi erunt vſq; ad diẽ viſitationis ſue dicit dñs: & afferri faciam ea, & reſtitui in loco iſto.

¶Capituli Summarium. Hananias falſus ꝓpheta a domino percutitur. Caput.xxviij.

Et factũ eſt in anno illo i principio regni Sedechie regis Juda, in anno quarto, in menſe quinto, dixit ad mẽ Hananias filiꝰ Azur ꝓpheta de Gabaon, in domo dñi coram ſacerdotibꝰ & oĩ ꝑpl̃o, dicẽs, Hec dicit dñs exercituũ deꝰ Iſrael: Contriui iugũ regis Babylonis. Adhuc duo anni dierũ, et ego referri faciã ad locũ iſtũ oĩa vaſa domꝰ dñi q̃ tulit Nabuchodonoſoꝛ rex Babylonis de loco iſto, & trãſtulit ea in Babylonem. Et Jechoniã filiũ Joacim regẽ Juda, & oẽm tranſmigrationẽ Jude, q̃ ingreſſi ſunt in Babylonem, ego conuertã ad locũ iſtũ, ait dñs. cõteram eñ iugũ regis Babylonis. Et dixit Jeremias ꝓpheta ad Hananiã ꝓphetam in oculis ſacerdotum, & in oculis oĩs populi qui ſtabat in domo dñi: & ait Jeremias ꝓpheta, Amẽ, ſic faciat dñs: ſuſcitet dñs vba tua q̃ ꝓphetaſti: vt referant̃ vaſa i domũ dñi: & oĩs trãſmigratio de Babylone ad locũ iſtũ. Verũtamen audi verbũ hoc, qõ ego loquoꝛ in auribꝰ tuis, & in auribus vniuerſi ꝑpl̃i. ¶Prophete q̃ fuerunt ante me et ante te ab initio, & ꝓphetauerũt ſup terras multas, & ſup regna magna

de prelio & de afflictione, & de fame. Propheta qui vaticinatus est pacē: cū venerit verbū ei⁹, sciet ppheta quē misit dñs in veritate. Et tulit Ananias ppheta catenā de collo Jeremie pphete, & cōfregit eā. Et ait Hananias in cōspectu oīs ppli, dicēs: Hec dicit dñs. Sic cōfringā iugum Nabuchodonosor regis Babylonis post duos annos dierum de collo omniū gentiū. Et abiit Jeremias propheta in viā suā. Et factū est verbū dñi ad Jeremiam, postq̄ confregit Hananias propheta catenā de collo Jeremie prophete, dicēs: Uade, & dices Hanamie, Hec dicit dñs, Catenas ligneas cōtriuisti: & facies p eis catenas ferreas. Quia hec dicit dñs exercituū deus Jsrael: Jugū ferreū posui sup collū cūctarū gentiū istarū, vt seruiant Nabuchodonosor regi Babylonis, & seruiēt ei: insup & bestias terre dedi ei. Et dixit Jeremias ppheta ad Hananiā ppheta, Audi Hanania: nō misit te dñs, & tu cōfidere fecisti ppl'm istū in mēdacio. Idcirco hec dicit dñs, Ecce ego mittā te a facie terre: hoc anno morieris, aduersum eñ dñm locutus es. Et mortuus est Hananias propheta in anno, illo mense septimo.

¶ Capituli Summarium. Monet Jeremias per literas Judeos in Babylone, vt illic permaneant. Cap. xxix.

Et hec sunt vba libri q̄ misit Jeremias ppheta de Jerusalē, ad reliquias seniorū trāsmigrationis, & ad sacerdotes, & ad pphetas, & ad oēm populū quē transtulerat Nabuchodonosor de Jerusalē in Babylonē: postq̄ egressus est Jechonias rex, et dña, & eunuchi, & principes Juda, & Jerusalē, et faber, et inclusor de Jerusalē: in manu Elasa filij Saphan, & Gamarie filij Helcie, quos misit Sedechias rex Juda ad Nabuchodonosor regē Babylonis in Babylonē, dicēs. Hec dicit dñs exercituū deus Jsrael, oi trāsmigrationi, quā trāstuli de Jerusalē in Babylonē. Edificate domos, & habitate: et plātate hortos, & comedite fructū eorū. Accipite vxores, & gñate filios & filias, & date filijs vestris vxores, & filias vestras date viris, & pariāt filios & filias: & multiplicamini ibi, et nolite esse pauci numero. Et querite pacem ciuitatis ad quā trāsmigrare vos feci: & orate p ea ad dñm: q̄ in pace illius erit pax vobis. Hec enī dicit dñs exercituū deus Jsrael. Nō vos seducāt pphete vestri q̄ sunt in medio vestrū, & diuini vestri: & ne attendatis ad somnia vestra q̄ vos somniatis: q̄ falso ipsi pphetāt vobis in noīe meo: nō misi eos dicit dñs. Quia hec dicit dñs. Cū ceperint impleri in Babylone septuaginta anni, visitabo vos: & suscitabo super vos verbū meū bonū, & reducā vos ad locū istū. Ego enī scio cogitationes, quas ego cogito sup vos, ait dñs, cogitationes pacis & nō afflictionis, vt dē vobis finē & patientiā. Et invocabitis me, & ibitis: & orabitis me, & ego exaudiam vos. Quaretis me, & inuenietis: cū quesieritis me in toto corde vestro. Et inuenar a vobis, ait dñs: & reducā captiuitatem vestrā: & cōgregabo vos de vniuersis gētibus, & de cūctis locis ad que expuli vos, dicit dñs: & reuertī vos faciā de loco ad quē trāsmigrare vos feci. Quia dixistis. Suscitabit nobis dñs pphetas in Babylone. Quia hec dicit dñs ad regē q̄ sedet sup soliū Dauid, & ad oēm pp'm habitatorē vrbis hui⁹, ad fratres vr̄os, q̄ nō sunt egressi vobiscū in transmigrationē. Hec dicit dñs exercituū. Ecce ego mittam in eos gladiū, & famē, & pestē: & ponā eos q̄si ficus malas que comedi nō possunt, eo q̄ pessime sint. Et persequar eos in gladio, & in fame, & in pestilentia: & dabo eos in vexationez vniuersis regnis terre, i maledictionē, & i stuporē, & in sibilū, & in opprobriū cunctis gētib⁹ ad quas ego eieci eos, eo q̄ nō audierint vba mea, dicit dñs: que misi ad eos p seruos meos pphetas de nocte cōsurgēs & mittens: & nō audistis, dicit dñs. Vos ergo audite vbū dñi oēs trāsmigratio, quā emisi de Jerūm in Babylonē. Hec dicit dñs exercituū deus Jsrael ad achab filiū Cholie, & ad Sedechiā filiū Maasie, q̄ pphetāt vobis in noīe meo mēdaciter. Ecce ego tradā eos i manū Nabuchodonosor regis Babylonis, & percutiet eos in oculis vr̄is. Et assumet ex eis maledictio oī trāsmigrationi Jude q̄ est in Babylone dicentium. Ponat te dñs sicut Sedechiā, & sicut Achab: quos frixit rex Babylonis igne, p eo q̄ fecerit stultitiā in Jsrl, & mechati sunt in vxores amicor̄ suor̄, & locuti sunt vbū in noīe meo mēdaciter q̄ nō mandaui eis. ego sum iudex & testis, dicit dñs. Et ad Semeiā Nehelamitē dices, Hec dicit dñs exercituum deus Jsrl. Pro eo q̄ misisti in noīe tuo libros ad oēm pp'm q̄ est in Jerusalē, & ad Sophoniā filiū Maasie sacerdotē, & ad vniuersos sacerpotes, dicēs, Dñs dedit te sacerdotē p Joiade sacerdote: vt sis dux i domo dñi sup oēm virū arreptitiū & pphetātē, vt mittas eū i neruū & in carcerem. Et nūc q̄re nō increpasti Jeremiā Anathothitē, q̄ pphetat vobis? Quia sup hoc misit i Babylonē ad nos, dicēs, Longū est: edificate domos, & habitate: & plātate hortos, & comedite fructū eor̄. Legit ergo Sophonias sacerdos librū istū i auribus Jeremie pphete. Et factū est vbū dñi ad Jeremiā, dicēs, Mitte ad oēm trāsmigrationē, dicēs, Hec dicit dñs ad Semeiā Nehelamitē, Pro eo q̄ pphetauit vobis Semeias, & ego nō misi eū: & fecit vos cōfidere in mēdacio: idcirco hec dicit dñs, Ecce ego visitabo super Semeiā Nehelamitē, & super semē eius: nō erit ei vir sedēs in medio populi hui⁹, & nō videbit bonū q̄ ego faciā populo meo, ait dñs: q̄ prevaricationem locutus est aduersus dominum.

¶ Capituli Summarium. Spe reditus in Judeā solatur Jeremias in captiuitatem abductos. Caput. xxx.

Hoc vbum q̄ factū est a Jeremiā a dño, dicens, Hec dicit dñs deus Jsrael, dicēs, Scribe tibi oia verba q̄ locut⁹ sum ad te, in librū. Ecce enī dies veniūt, dicit dñs: & cōuertā conversionē populi mei Jsrl & Juda, ait dñs: & convertā eos ad terrā quā dedi pr̄ib⁹ eor̄, & possidebūt eā. Et hec vba q̄ locut⁹ est dñs ad Jsrl & ad Judā. Q̄si hec dicit dñs, Uocē terroris audiimus: formido, & nō est pax. Interrogate & videte si generat masculus: q̄re ergo vidi oīs viri manū sup lumbū suū quasi parturiētis, & quersi sunt vniuersi facies i auruginē? Ue q̄: magna dies illa, nec est silis ei⁹: tēpus q̄z tribulatiōis est Jacob, & ex ipsa saluabit. Et erit in die illa, ait dñs exercituū: cōterā iugū eius de collo tuo, & vincula eius dirūpā: & non dñabunt ei ampli⁹ alieni: sed seruiēt dño deo suo, & Dauid regi suo quē suscitabo eis. Tu ergo ne timeas serue meus Jacob, ait dñs, neq̄ paueas Jsrael: q̄ ecce ego saluabo te de terra longinqua, & semen tuū de terra captiuitatis eor̄: & reuertet Jacob, & requiescet, & cunctis affluet bonis, & nō erit quē formidet: q̄m tecū ego sum, ait dñs, vt saluē te. faciā enī cōsummationē in cūctis gētib⁹, in q̄b⁹ dispersi te: te aūt nō faciā in cōsummationē: sed castigabo te in iudicio, vt nō videaris tibi innocuus. Q̄r hec dicit dñs, Insanabilis fractura tua, pessima plaga tua. Nō est q̄ iudicet iudicium tuū ad alligādū: curationū vtilitas nō est tibi. Oēs amatores tui obliti sunt tui, teq̄ nō querēt. plaga enī inimici percussi te, castigatione crudeli: propter multitudinē iniquitatis tue, dura facta sunt peccata tua. Quid clamas sup contritione tua? Insanabilis est dolor tuus: propter multitudinem iniquitatis tue, & dura peccata tua feci hec tibi. Propterea oēs q̄ comedūt te, deuorabūtur: & vniuersi hostes tui in captiuitatē ducent: & oēs qui te vastant, vastabūtur, cūctos q̄z predatores tuos dabo in p̄dā. Obducā enī cicatricē tibi, & a vulneribus tuis sanabo te, dicit dñs. Quia ejectā vocauerūt te Sion. Hec est q̄ nō habebat regrētē. Hec dicit dñs, Ecce ego cōuertā querimōnē tabernaculorū Jacob, & tectis ei⁹ miserebor: & edificabit ciuitas in excelso suo, & tēplū iuxta ordinē suū fundabit. Et egredietur de eis laus, vox q̄ ludentiū: et multiplicabo eos & nō minuent: & glorificabo eos & nō attenuabūtur. Et erūt filij ei⁹ sicut a principio, & cet⁹ ei⁹ coram me permanebit. Et visitabo aduersus oēs q̄ tribulāt eū. Et erit dux ei⁹ ex eo: & princeps de medio ei⁹ p̄ducet: & applicabo eū, & accedet ad me. Quis enī iste est, q̄ applicet cor suū, vt appropinquet mihi, ait dñs? Et eritis mihi in p̄pl'm: & ego ero vobis in deū. Ecce turbo dñi furor egredietur, procella ruēs: & capiti impior̄ cōquiescet. Nō auertet trāsdignatio dñi: donec faciat & cōpleat cogitationē cordis sui.

L
6. xliij. c. 6. xxv. c. ij. para. xxvj. d. j. Esdre a. Dani ix. a.

D

A

B

L
6. xliij. a.

6. xv. d.

D

B
Joel ij. c Amos v. c. Sopho j. d. Ezech. xlvi. a. Nacu j. c.

L
6. xliij. a.

6. xv. d.

D

Jn nouissimo dierum intelligetis ea.

¶ Capituli Summarium. Reditus Judeorum in Jerusalem,figura vocationis gentium ad Christum. Cap.xxxj.

In tpe illo,dicit dñs.Ero deus vniuersis cognationibus Jsrael,et ipsi erunt mihi in populum. Hec dicit dñs. Jnuenit gratiã in deserto populus qui remãserat gladio:vadet ad requiẽ suã Jsrael.Longe dñs apparuit mihi,Et in charitate perpetua dilexi te,ideo attraxi te miserãs. Rursumq; edificabo te,et edificaberis virgo Jsrael:adhuc ornaberis tympanis tuis,et egredieris in choro ludentiũ. Adhuc plantabis vineas in mõtibus Samarie:plantabũt plantantes,et donec tempus veniat,nõ vindemiabũt. q; erit dies in qua clamabunt custodes in monte Ephraim. Surgite et ascendamus in Sion ad dñm deũ nostrũ.Quia hec dicit dñs. Exultate in letitia Jacob,et hinnite cõtra caput gentiũ:personate,et canite,et dicite. Salua dñe populũ tuum reliquias Jsrael. Ecce ego adducã eos de terra aquilonis,et cõgregabo eos ab extremis terre:inter quos erunt cecus et claudus,et pregnans et pariens simul,cetus magnus reuertentiũ huc. Jn fletu veniẽt:et in misericordia reducã eos. Et adducã eos p torrentes aquarũ in via recta,et nõ impingent in ea:q; factꝰ sum Jsraeli pater,et Ephraim primogenitꝰ meus est. Audite verbũ dñi gentes,et annũtiate in insulis que procul sunt, et dicite.Qui dispersit Jsrael,cõgregabit eũ:et custodiet eũ sicut pastor gregẽ suum. Redemit enim dñs Jacob,et liberabit eũ de manu potẽtioris.Et veniẽt,et laudabũt in monte Sion:et confluent ad bona dñi sup frumẽto,vino et oleo et fetu pecorũ et armẽtorũ:eritq; aia eorũ quasi hortꝰ irrigꝰ, et vltra nõ esuriẽt.Tũc letabit virgo in choro,iuuenes et senes simul:et cõuertã luctũ eorũ in gaudiũ,et cõsolabor eos, et letificabo a dolore suo.Et iebriabo aiam sacerdotũ pinguedine:et ppls meꝰ bonis meis adimplebit,ait dñs. Hec dicit dñs.Vox in excelso audita est lamẽtationis,luctus et fletus Rachel ploratꝰ filios suos:et nolẽtis cõsolari super eis,q; nõ sunt. Hec dicit dñs.Quiescat vox tua a ploratu, et oculi tui a lachrimis:q; est merces operi tuo,ait dñs,et reuertẽtur de terra inimici. Et est spes in nouissimis tuis,ait dñs:et reuertẽtur filij tui ad terminos suos.Audiẽs audiui Ephraim transmigrantẽ.Castigasti me dñe,et eruditꝰ sum, quasi iunẽculus indomitꝰ.Cõuerte me,et cõuertar:quia tu dñs deꝰ meꝰ.Postq̃ enim cõuertisti me,egi penitentiam:et postq̃ ostendisti mihi percussi femur meum.Cõfusus sum,et erubui,q̃m suscepi opprobrium adolescẽtie mee.Si filiꝰ honorabilis mihi Ephraim,si puer delicatꝰ:q; ex quo locutꝰ sum de eo,adhuc recordabor eiꝰ.Idcirco cõturbata sunt viscera mea sup eũ:miserãs miserebor eiꝰ,ait dñs.Statue tibi speculam,pone tibi amaritudines:dirige cor tuũ in viam rectã,in qua ambulasti:reuertere virgo Jsrl̃,reuertere ad ciuitates tuas istas.Usquequo delicijs dissolueris filia vaga:q; creauit dñs nouũ sup terrã:femina circũdabit virũ. Hec dicit dñs exercituũ deus Jsrael.Adhuc dicẽt verbum istud in terra Juda,et in vrbibꝰ eius,cũ cõuertero captiuitatem eorũ.Benedicat tibi dñs pulchitudo iustitie,mõs sanctus:et habitabũt in eo Judas,et oẽs ciuitates eius simul: agricole et minãtes greges. Q; me briauit anima lassam: et omnẽ animã esurientẽ.idco quasi de somno suscitatꝰ sum. et vidi:et somnus meus dulcis mihi.Ecce dies veniũt,dicit dñs:et seminabo domũ Jsrael,et domũ Juda semine hominũ et semine iumentorũ.Et sicut vigilaui super eos vt euellerẽ,et demolirer,et dissiparẽ et disperderẽ,et affligerẽ:sic vigilabo super eos vt edificẽ et plantẽ,ait dñs. Jn dieb̃ illis nõ dicẽt vltra.Patres comederũt vuã acerbã,et dentes filiorꝫ obstupuerũt.Sed vnusq̃sq; in iniqtate sua moriẽt.oĩs homo q comederit vuã acerbã,obstupescẽt dentes eiꝰ. Ecce dies veniẽt,dicit dñs:et feriã domui Jsrl̃,et domui Juda fedus nouũ.nõ sm pactũ qõ pepigi cũ patribꝰ vestris in die qua apprehẽdi manũ eorꝫ vt educerẽ eos de terra Egypti:pactũ qõ irritũ fecerũt,et ego dominatꝰ sum eorum,dicit dominus. Sed hoc erit pactũ qõ feriã cũ domo Jsrael post dies illos dicit dñs:Dabo legẽ meã in visceribꝰ eorꝫ, et in corde eorũ scribã eã:et ero eis in deũ.et ipsi erũt mihi in populũ.Et nõ docebit vltra vir proximũ suũ,et vir fratrem suũ,dicẽs.Cognoscite dñm.oẽs enĩ cognoscent me a minimo eorũ vsq; ad maximũ,ait dñs:q; ppitiabor iniquitati eorũ,et peccati eorũ nõ memorabor amplius. Hec dicit dñs qui dat solẽ in lumine diei,ordinẽ lune et stellarũ in lumine noctis:qui turbat mare et sonãt fluctꝰ eius.Dñs exercituum nomẽ illi.Si defecerint leges iste corã me,dicit dñs:tunc et semẽ Jsrael deficiet,vt non sit gens corã me cũctis diebus. Hec dicit dñs.Si mẽsurari potuerint celi sursum,et inuestigari fundamẽta terre deorsum:et ego abijciã vniuersum semen Jsrael,ppter oĩa q̃ fecerũt,dicit dñs. Ecce dies veniũt,dicit dñs:et edificabit̃ ciuitas dño a turre Hananeel, vsq; ad porta anguli.Et exibit vltra normã mẽsure in conspectu eiꝰ sup collẽ Gareb:et circũibit Goatha,et oẽm vallẽ cadauer,et cineres,et vniuersam regionẽ montis,vsq; ad torrẽtẽ Cedrõ et vsq; ad angulũ porte equoꝝ orientalis:sanctum dñi nõ euelletur,et nõ destruetur vltra in perpetuum.

¶ Capituli Summarium. Ager per Jeremiam emendus signat vastate terre reparationem. Caput.xxxij.

Verbũ qõ factũ est ad Jeremiã a dño i anno decimo Sedechie regis Juda:ipse est annus decimus octauus Nabuchodonosor.Tũc exercitus regis Babylonis obsidebat Jerusalem:et Jeremias pphẽta erat clausus i atrio carceris,q; erat in domo regis Juda.Clauserat enim eum Sedechias rex Juda,dicens.Quare vaticinaris,dicens. Hec dicit dñs.Ecce ego dabo ciuitatẽ istã in manu regis Babylonis,et capiet eaz: Et Sedechias rex Juda non effugiet de manu Chaldeorũ:sed tradetur in manꝰ regis Babylonis:et loquet̃ os eiꝰ cũ ore illiꝰ,et oculi eiꝰ oculos illiꝰ videbũt.Et in Babylonẽ ducet Sedechiã:et ibi erit donec visitẽ eũ,ait dñs.si autẽ dimicaueritis aduersum Chaldeos,nihil pſperũ habebitis. Et dixit Jeremias.Factũ est verbũ dñi ad me,dicẽs. Ecce Hananeel filius Sellũ patruelis tuꝰ veniet ad te,dicens. Eme tibi agrũ meũ q est in Anathoth:tibi enĩ competit ex propinquitate vt emas.Et venit ad me Hananeel filiꝰ patrui mei fm verbũ dñi ad vestibulum carceris,et ait ad me. Posside agrũ meũ q est in Anathoth in terra Bẽiamin: q; tibi cõpetit hereditas,et tu propinquus es vt possideas. Jntelleri aũt qõ verbũ dñi esset. Et emi agrum ab Hananeel filio patrui mei qui est in Anathoth:et appẽdi ei argẽtum septẽ stateres,et decẽ argenteos. Et scripsi in libro,et signaui,et adhibui testes,et appẽdi argentũ in statera.Et accepi librũ possessionis signatũ,et stipulationes,et rata,et signa forinsecus. Et dedi librum possessionis Baruch filio Neri filij Maasie in oculis Hananeel patruelis mei,et in oculis testium qui scripti erãt in libro emptionis,in oculis omnium Judeorũ qui sedebant in atrio carceris. Et precepi Baruch corã eis,dicẽs. Hec dicit dñs exercituũ deꝰ Jsrl̃. Sume libros istos,librũ emptionis hunc signatũ,et librum hũc qui apertus est:et pones illos in vase fictili,vt permanere possint diebus multis. Hec enim dicit dñs exercituũ deus Jsrael.Adhuc possidebũtur domus,et agri et vinee in terra ista.Et oraui ad dñm postq̃ tradidi librũ possessiõis Baruch filio Neri,dicẽs: Heu,heu,dñe deus:ecce tu fecisti celũ et terrã in fortitudine tua magna,et in brachio tuo extento,nõ erit tibi difficile omne verbũ.qui facis misericordiã in millibus,et reddis iniquitatẽ patrũ in sinũ filiorũ eorꝫ post eos fortissime,magne et potẽs.Dñs exercituũ nomen tibi.Magnus cõsilio,et incõprehẽsibilis cogitatu,cuiꝰ oculi aperti sunt sup oẽs vias filiorũ Adã:vt reddas vnicuiq; fm vias suas,et fm fructũ adinuentionũ eius.Qui posuisti signa in portẽta in terra Egypti vsq; ad diem hanc,et in Jsrael,et in hominibꝰ:et fecisti tibi nomen sicut est dies hec. Et eduxisti populũ tuum Jsrael de terra Egypti,in signis, et in portẽtis,et in manu robusta,et in brachio extẽto,et in terrore magno.Et dedisti eis terram hãc,quam iurasti patribus eorum vt dares eis terrã fluentem lacte et melle.Et in-

Hebre. vij.c. Luc.j.g. ẽ.xxiiij.c Actuum x.g.

Exodi xxxiij.a.

gressi sunt, & possederũt eã: & nõ obedierunt voci tue, & in lege tua nõ ambulauerũt: oĩa q̃ mãdasti eis vt facerẽt, nõ fecerũt, & euenerũt eis oĩa mala hec. Ecce munitiones extructe sunt aduersum ciuitatẽ, vt capiat eã: & vrbs data est in manus Chaldeoꝝ, & in manꝰ regis Babylonis q̃ pugnant aduersus eã a facie gladij, & famis, & pestilẽtie: & q̃cũq; locutꝰ es, acciderũt, vt tuipse cernis. Et tu dicis mihi dñe deꝰ. Eme agrũ argẽto, & adhibe testes: cũ vrbs data sit in manꝰ Chaldeorũ: Et factũ est verbũ dñi ad Jeremiã, dicẽs. Ecce ego dñs deꝰ vniuerse carnis: nũq̃d mihi difficile erit oẽ verbũ? Propterea hec dicit dñs. Ecce ego tradã ciuitatẽ istam in manꝰ Chaldeorũ, & in manꝰ regis Babylonis, & capiẽt eã: & venient Chaldei pugnantes aduersum vrbẽ hãc, & succendẽt eã igni, & cõburẽt eã, & domos, in quarũ domatibꝰ sacrificabãt Baal, & libabãt diis alienis libamia ad irritãdũ me. Erãt enĩ filij Jsrl & filij Juda iugiter faciẽtes malũ in oculis meis ab adolescẽtia sua: filij Jsrl q̃ vsq; nũc exacerbãt me in operibus manuũ suarũ, dicit dñs. Quia in furore, & in indignatiõe mea facta est mihi ciuitas hec, a die qua edificauerũt eã, vsq; ad diẽ istã, qua auferet de cõspectu meo ppter malitiã filiorũ Jsrl, & filiorũ Juda, quã fecerũt ad iracũdiã me, ipsi, & reges eorũ, & pncipes eorũ, & sacerdotes eorũ, & pphete eorũ, viri Juda & habitatores Jerusalẽ: Et verterunt ad me tergа & nõ facies: cũ docerẽ eos diluculo, & erudirem: et nollẽt audire vt acciperẽt disciplinam. Et posuerũt idola sua in domo, in q̃ inuocatũ est nomẽ meũ, vt polluerent eã. Et edificauerũt excelsa Baal, q̃ sunt in valle filij Ennõ: vt mitterẽt filios suos & filias suas Moloch: qõ nõ mãdaui eis nec ascẽdit in cor meũ, vt facerẽt abominationẽ hãc, & in peccãtũ deducerẽt Judã. Et nũc ppter ista, hec dicit dñs deꝰ Jsrael ad ciuitatẽ hãc, de qua vos dicitis qõ tradat in manus regis Babylonis in gladio, & in fame, & in peste. Ecce ego cõgregabo eos de vniuersis terris ad quas eiecĩ eos in furore meo, & in ira mea, & in indignatiõe grãdi: & reducam eos ad locũ istũ, & habitare eos faciã cõfidẽter. Et erũt mihi in populũ, & ego ero eis in deũ. Et dabo eis cor vnum, et viã vnã, vt timeãt me vniuersis diebꝰ: & bũ sit eis, & filijs eorũ post eos. Et feriã eis pactũ sempiternũ: & non desinã eis bñfacere: & timorẽ meũ dabo in corde eorũ, vt nõ recedãt a me. Et letabor sup eis, cũ bñ eis fecero: & plãtabo eos in terra ista in veritate in toto corde meo & in tota aĩa mea. Quia hec dicit dñs. Sicut adduxi sup pplm istũ oẽ malũ hoc grãde: sic adducã sup eos oẽ bonum qõ ego loquor ad eos. Et possidebunt agri in terra ista: de qua vos dicitis qõ deserta sit, eo qõ nõ remanserit hõ & iumẽtũ, & data sit in manꝰ Chaldeorũ. Agri ement pecunia, & scribent in libris, & impument signũ, & testes adhibebunt: in terra Bẽiamin, & in circũitu Jerusalẽ, in ciuitatibꝰ Juda, & in ciuitatibus montanis, et in ciuitatibus cãpestribus, & in ciuitatibus q̃ ad austrũ sunt: quia conuertam captiuitatem eorum, ait dominus.

¶ Capituli Summarium. Judeorum e Babylone reuocatio, figura Christi & ecclesie. Caput.xxxiij.

ET factũ est vbũ dñi ad Jeremiã secũdo, cũ adhuc clausus esset in atrio carceris, dicens: Hec dicit dñs: qui factur est & formatur illud, & patrat: dñs nomẽ eius. Clama ad me, & exaudiã te: & annũtiabo tibi grãdia & firma q̃ nescis. Quia hec dicit dñs deꝰ Jsrl ad domos vrbis hui, & ad domos regis Juda, q̃ destructe sunt ad munitiones & ad gladiũ venientiũ vt dimicẽt cũ Chaldeis, & impleat eas cadaueribꝰ hoĩm, quos percussi in furore meo & in indignatiõe mea, absc̃des faciem meã a ciuitate hac ppter oẽm malitiã eorũ. Ecce ego obducã eis cicatricẽ, & sanitatẽ, & curabo eos: & reuelabo illis dẽpcationẽ pacis, & veritatis. Et reuertã cõuersionẽ Juda, & cõuersionẽ Jsrl: & edificabo eos sicut a principio. Et emũdabo illos ab oi iniqtate sua in q̃ peccauerũt mihi: & ppitiꝰ ero cũctis iniqtatibꝰ eorũ in q̃bꝰ deliq̃rũt mihi, et preuaricati sunt me. Et erit mihi in nomẽ, & in gaudiũ, & in laudẽ, & in exultationẽ cũctis gẽtibꝰ terre, q̃ audierunt oĩa bona q̃ ego facturus sum eis: & pauebũt, & turbabunt in vniuersis bonis, & in oĩ pace quã ego faciã eis. Hec dicit dñs. Adhuc audiet in loco isto (quem vos dicitis esse desertũ, eo qõ nõ sit hõ, nec iumẽtũ, in ciuitatibꝰ Juda, & foris Jerusalẽ, q̃ desolate sunt absq; hoĩe & absq; habitatore & absq; pecore) vox gaudij & vox letitie, vox sponsi & vox sponse, vox dicẽtiũ. Cõfitemini dño exercituũ, qum bonꝰ dñs, quia in eternũ miã ei: et portãtiũ vota in domũ dñi. reducã enĩ cõuersionẽ terre, sicut a principio dicit dñs. Hec dicit dñs exercituũ. Adhuc erit in loco isto deserto absq; hoĩe, & absq; iumẽto, & in cũctis ciuitatibꝰ ei, hibitaculũ pastoꝝ accubãtiũ greges. Et in ciuitatibus mõtuosis, & in ciuitatibꝰ cãpestribꝰ & in ciuitatibꝰ que ad austrũ sunt: & in terra Bẽiamin: & in circũitu Jerusalẽ, et in ciuitatibꝰ Juda adhuc trãsibũt greges ad manũ numerãtis, ait dñs. Ecce dies veniũt, dicit dñs: & suscitabo verbum bonũ, quod locutꝰ sum ad domũ Jsrael & ad domũ Juda. In diebus illis, & in tpe illo germinare faciã Dauid germẽ iustitie: & faciet iudiciũ & iustitiã in terra. In diebꝰ illis saluabit Juda & Jerusalẽ habitabit confidẽter: & hoc est nomẽ quod vocabunt eã. Dñs iustus noster. Quia hec dicit dñs. Nõ interibit Dauid vir, qui sedeat sup thronũ domꝰ Jsrl. Et de sacerdotibꝰ & levitis nõ interibit vir a facie mea: q̃ offerat holocaustomata, & incẽdat sacrificiũ, & cedat victimas omnibꝰ diebꝰ. Et factũ est verbũ dñi ad Jeremiã, dicẽs: Hec dicit dñs. Si irritũ pot fieri pactũ meũ cũ die, & pactũ meũ cũ nocte, vt nõ sit dies & nox in tpe suo: pactũ meũ irritũ esse potest cum Dauid seruo meo, vt nõ sit ex eo filius qui regnet in throno eius, & levite & sacerdotes ministri mei. Sicut enumerari nõ pñt stelle celi, & metiri arene maris: sic multiplicabo semen Dauid serui mei, et levitas ministros meos. Et factũ est verbũ dñi ad Jeremiã, dicẽs. Nunq̃d nõ vidisti q̃d populꝰ hic locutꝰ sit, dicẽs: Due cognationes quas elegerat dñs abiecte sunt. & pplm meũ despexerũt, eo quod nõ sit vltra gẽs coram eis. Hec dicit dñs. Si pactũ meũ iter die & nocte, & leges celi & terre nõ posui: equidẽ & semen Jacob, & Dauid serui mei proiciã, vt non assumã de semine eius principes seminis Abraham, Jsaac, & Jacob. reducam enim conuersationem eorum, & miserebor eis.

¶ Capituli Summarium. In obsidione Jerusalem destinat deus Jeremiam ad Sedechiam. Caput.xxxiiij.

VErbũ q̃ factũ est ad Jeremiã a dño, q̃n Nabuchodonosor rex Babylonis, & oĩs exercitꝰ ei, vniuersaq; regna terre q̃ erãt sub pdãte manus ei, & oẽs pplꝰ bellabant cõtra Jerusalẽ, & contra oẽs vrbes ei, dicẽs: Hec dicit dñs deꝰ Jsrl. Vade, & loquere ad Sedechiã regẽ Juda: & dices ad eum: Hec dicit dñs. Ecce ego tradã ciuitatẽ hãc in manu regis Babylonis, et succẽdet eã igni. Et tu nõ effugies de manu eius: sed cõprehẽsione capieris, & in manu eius traderis: & oculi tui oculos regis Babylonis videbũt, & os eius cũ ore tuo loquetur, & Babylonẽ introibis. Attñ audi vbũ dñi Sedechia rex Juda: Hec dicit dñs ad te. Non morieris in gladio, sed in pace morieris, & sm cõbustiones patrũ tuorũ regũ priorũ q̃ fuerũt ante te, sic cõburẽt te: & ve dñe plãgẽt te: q̃ verbũ ego locutus sum, dicit dñs. Et locutus est Jeremias pphẽta ad Sedechiã regẽ Juda vniuersa verba hec in Jerusalem. Et exercitꝰ regis Babylonis pugnabat cõtra Jerusalẽ, & contra oẽs ciuitates Juda q̃ relinquebãtur cõtra Lachis, & contra Azecha: hę enĩ superãt de ciuitatibꝰ Juda munite. Uerbũ q̃ factũ est ad Jeremiã a dño, postq̃ percussit rex Sedechias fedus cũ oi pplo i Jerusalẽ, predicãs eis libertatẽ, vt dimitteret vnusquisq; seruũ suũ, & vnusquisq; ancillã suã, Hebreũ & Hebreã liberos: & nequaq̃ dominarent eis, id est in Judeo & fratre suo. Audierũt ergo oẽs principes, & vniuersus pplꝰ, q̃ ierãt pactũ, vt dimitteret vnusquisq; seruũ suũ & vnusquisq; ancillã suã liberos, & vltra nõ dominarentur eis. audierũt igitur, & dimiserũt. Et conuersi sunt de inceps: et retraxerunt seruos suos & ancillas suas quos dimiserũt liberos, & subiugauerũt in famulos & famulas.

Et factũ est verbũ dñi ad Jeremiã a dño, dicẽs: Hec dicit dñs deꝰ Jsrael. Ego percussi fedꝰ cũ patribꝰ vestris in die

qua eduxi eos de terra egypti de domo seruitutis, dicēs. Cū cōpleti fuerint septē anni, dimittat vnusquisq; fratrē suū he-
Exodi xxj.a. Deuter. xv.c. breū q vēdit⁹ est ei, & seruiet tibi sex annis: & dimittes eū a te liberū. & nō audierūt pres vri mei, nec inclinauerūt aurē suā.
D Et cōuersi estis vos hodie, & fecistis quod rectū est in oculis meis, vt pdicaretis libertatē vnusquisq; ad amicū suū: & ini stis pactū in cōspectu meo, in domo in qua inuocatū est no men meū sup eā, & reuersi estis, & cōmaculastis nomē meū: & reduxistis vnusquisq; seruū suū, & vnusquisq; ancillā suā quos dimiseratis vt essent liberi & sue ptātis: & subiugastis eos vt sint vobis serui & ancille. Propterea hec dicit dñs. Vos nō audistis me, vt pdicaretis libertatē vnusquisq; fratri suo, et vnusquisq; amico suo: ecce ego predico vobis libertatē, ait dñs, ad gladiū, ad pestē, & ad famē: & dabo vos in cōmotio-
nem cūctis regnis terre. Et dabo viros q preuaricant fedus meū, & nō obseruauerūt verba federis, q̄bus assensi sunt in cōspectu meo, vitulū quē cōciderūt in duas ptes, & trāsierūt inter diuisiones ei⁹ principes iuda & principes ierusalē, eunuchi & sacerdotes, & ois p̄ple terre, q trāsierūt inter diuisiones vi-
tuli: & dabo eos in man⁹ inimicorū suorū, & in manus q̄rētiū aīam eorū: & erit morticinū eorū in escā volatilib⁹ celi & be-
stijs terre. Et sedechiā regē iuda & principes ei⁹ dabo in ma-
nus inimicorū suorū, & in man⁹ q̄rētiū aīas eorū, & in man⁹ ex-
ercituū regis Babylonis, q recesserūt a vobis. Ecce ego pre-
cipio, dicit dñs: & reducā eos in ciuitatē hanc, & preliabun-
tur aduersus eam: & capient eam, & incendent igni: & ciuita-
tes iuda dabo in solitudinem, eo q̄ non sit habitator.

¶ Capituli Summarium. Rechabite custodierūt p̄ceptū patris sui, sed iudei preceptū dei neglexerunt. Caput. xxxv.

A Verbū q̄ factū ē ad Jeremiā a dño i diebus Joa-
cim filij iosie regis iuda, dicens. Vade ad domū Rechabitarū: & loquere eis, & introduces eos in domū dñi in vnā exedrā thesaurorū, & dabis eis bibere vinū. Et assumpsi iezoniā filiū ieremie filij absanie, & fres ei⁹, & oēs filios ei⁹, & vniuersam domū Rechabitarū: & introduxi eos i domū dñi, ad gazophylaciū filiorū hanā filij Jegedelie hois dei, q̄ erat iuxta gazophylaciū principū, sup thesaurū Maasie filij Sellū, q erat custos vestibuli. Et posui coram filijs dom⁹ rechabitarū scyphos plenos vino, & calices: & dixi ad eos, Bibite vinū. Qui rūderūt. Nō bibe-
B mus vinū: q̄ Jonadab filius rechab, pr nr, p̄cepit nobis, di-
cens. Nō bibetis vinū vos & filij vri vsq; in sempiternū. Et domū nō edificabitis, & semētē nō seretis, & vineas nō plāta bitis, nec habebitis: sed in tabernaculis habitabitis cūctis diebus vris, vt viuatis diebus multis sup faciē terre in q̄ vos pegrinamini. Obediuim⁹ ergo voci ionadab filij rechab, pris nri, i oib⁹ q̄ p̄cepit nobis: ita vt nō biberem⁹ vinū cunc-
tis diebus nris nos, & mulieres nre, filij & filie nre: & nō edifi-
caremus domos ad hitādū: & vineā & agrū, & semētē nō ha-
buim⁹, sed hitauim⁹ in tabernaculis, & obedientes fecimus in-
C xta oia q̄ p̄cepit nobis Jonadab pr nr. Cū autē ascendisset Nabuchodonosor rex Babylonis ad terrā nr̄am, dixim⁹. Venite, & ingrediamur Jerusalē a facie exercit⁹ Chaldeorū & a facie exercit⁹ Syrie: & mānsim⁹ i Jerusalē. Et factū ē v̄-
bū dñi ad Jeremiā, dicēs. Hec dicit dñs exercituum deus Isrl, vade, & dic viris Juda & hitatorib⁹ Jerusalē. Nunqd nō recipietis disciplinā, vt obediatis v̄bis meis, dicit dñs? Prevaluerūt sermones Jodanab filij Rechab, q̄s p̄cepit filijs suis vt nō biberēt vinū: & nō biberūt vsq; ad diē hāc, q: obedierūt p̄cepto pris sui: ego aūt locut⁹ sum ad vos de
mane surgēs, & loquēs: & nō obedistis mihi. Misi q̄ ad vos
D oēs seruos meos pphetas, cōsurgēs diluculo, mittēsq;, & di-
cēs. Cōuertamini vnusquisq; a via sua pessima, & bona fa-
cite studia vra: & nolite seq deos alienos, neq; colatis eos, & habitabitis in terrā quā dedi vobis & pr ib⁹ vris: & nō incli-
nastis aurē vestrā neq; audistis me. Firmauerunt igitur filij Jonadab filij rechab p̄ceptū pris sui q̄ p̄ceperat eis, ppls autē iste nō obediuit mihi. Idcirco hec dicit dñs exercituū, deus Isrl, ecce ego adduco sup iudā & sup oēs hitatores Je-
rusalē vniuersam afflictionē quā locut⁹ sum aduersus illos: eo q̄ locut⁹ sum ad illos, & nō audierūt: vocaui illos, & non rūderūt mihi. Domui aūt Rechabitarū dixit Jeremias. Hec dicit dñs exercituū deus Isrl. Pro eo q̄ obedistis pre-
cepto Jonadab pris vri, & custodistis oia mādata ei⁹, & feci stis vniuersa q̄ precepit vobis: propterea hec dicit dñs exerci tuum deus Israel. Non deficiet vir de stirpe Jonadab filij Rechab, stans in conspectu meo cunctis diebus.

¶ Capituli Summarium. Scribit Jeremias librum ex car-
cere ad regem, quem ille momordisset. Caput. xxxvj.

A Et factū est in anno q̄rto Joaci filij Josie regis iuda: factū est v̄bū hoc ad ieremiā a dño, dicēs. Tolle volumē libri, & scribes in eo oia v̄ba q̄ lo-
cut⁹ sum tibi aduersum Isrl & iuda, & aduersum oēs gētes: a die q̄ locut⁹ sum ad te ex diebus iosie vsq; ad diē hāc. si forte audiēte domo iuda vniuersa mala q̄ ego cogi-
to facere eis, reuertat vnusquisq; a via sua pessima: & propitius ero iniquitati, & pctō eor. Vocauit g̃ Jeremias baruch filiū nerie: & scripsit baruch ex ore ieremie oēs sermones dñi, q̄s
B locut⁹ est ad eū, in volumine libri. Et p̄cepit Jeremias Ba-
ruch, dicēs. Ego clausus sum, nec valeo ingredi domū dñi. Ingredere g̃ tu, & lege de volumine in q̄ scripsisti ex ore meo v̄ba dñi, audiēte pplo in domo dñi in die ieunij: insup & au diēte vniuerso iuda, q̄ venīūt de ciuitatib⁹ suis. Leges eis si forte cadat ora eor in q̄spectu dñi, & reuertat vnusquisq; a via sua pessima: q̄m magnus furor & indignatio est, quā locut⁹ est dñs aduersus pplm hūc. Et fecit Baruch filius Nerie iu-
xta oia q̄ preceperat ei ieremias ppheta, legēs ex volumine sermōes dñi i domo dñi. Factū est aūt i anno q̄nto Joacim
C filij iosie regis iuda, in mēse nono: p̄dicauerūt ieunium in cō-
spectu dñi oi pplo in Jerusalē, et vniuerse multitudini que cōfluerat de ciuitatib⁹ Juda in Jerusalē. Legitq; baruch ex volumine sermōes ieremie i domo dñi in gazophylacio Gamarie filij Saphā scribe, in vestibulo superiori, i introitu porte noue domus dñi, audiēte oi pplo. Cūq; audisset mi-
cheas filius Gamarie filij Saphā oēs sermones dñi ex li-
bro: descēdit in domū regis ad gazophylaciū scribe: & ecce, ibi oēs principes sedebāt, Elisama scriba, & Dalaias filius Semeie, & Elnathā filius Achobor, & Gamarias filius Sa-
phan, & sedechias filius Mananie, et vniuersi principes. Et
D nuntiauit eis micheas oia verba q̄ audiuit, legēte baruch, ex volumine in auribus pplī. Misserūt itaq; oēs principes ad Baruch, Judi filiū Nathanie filij Selemie filij Chusi, di-
cētes. volumē ex q̄ legisti audiēte pplo, sume i manu tua, et veni. Tulit ergo baruch filius Nerie volumen in manu sua, & venit ad eos. Et dixerūt ad eū. Sede, & lege hec in auribus nris. Et legit Baruch in auribus eor. Igit cū audissent oia verba, obstupuerūt vnusquisq; ad primū fratrē suū, & dixerunt ad Baruch. Nūtiare debemus regi oēs sermones istos. Et in-
terrogauerūt eum, dicētes. Indica nobis q̄o scripsisti oēs
E sermones istos ex ore eius. Dixit autē eis Baruch. Ex ore suo loquebat̄ q̄si legēs ad me oēs sermones istos: & ego scri-
bebā in volumine, atramēto. Et dixerūt principes ad Ba-
ruch, vade, & abscōdere tu & ieremias, & nemo sciat vbi sitis. Et ingressi sunt ad regē i atriū. Porro volumē q̄mēdauerūt i gazophylacio Elisame scribe: nūtiauerūt audiēte rege oēs sermōes. Misitq; rex Judi, vt sumeret volumē. Qui tollēs illud de gazophylacio Elisame scribe, legit audiēte rege, et vniuersis p̄ncipib⁹ q̄ stabant circa regē. Rex aūt sedebat in
F domo hyemali i mēse nono: & posita erat arula coram eo ple-
na prunis. Cūq; legisset iudi tres pagellas vel q̄tuor, scidit illud scapello scribe: & iecit in ignē, q erat sup arulā, donec cōsumeret̄ oē volumē igni q erat in arula. Et nō timuerūt, neq; scinderūt vestimēta sua rex, & oēs serui ei⁹ q audierūt vni
uersos sermōes istos. Verūtamen Elnathā, & Dalaias, & Gama-
rias & Sdirerūt regi, ne cōbureret librū: & nō audiuit eos. Et p̄cepit rex ieremihel filio Amelech, & Saraie filio Ezriel, & Seleme filio Abdeel, vt cōprehēderēt Baruch scribā, & Jeremiā prophetā. abscōdit autem eos dñs. Et factum est verbum dñi ad Jeremiā postquā cōbusserat rex volumē, et sermones quos scripserat Baruch, ex ore Jeremie, dicens.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Rursum tolle volumen alind:& scribe in eo oēs sermones priores,q erant in primo volumine,qō cōbussit Joacim rex Juda. Et ad Joacim regem Juda dices. Hec dicit dñs, Tu cōbussisti volomē istud,dicēs.Quare scripsisti in eo annuntiās.Festinus veniet rex Babylonis,& vastabit terram hanc:& cessare faciet ex illa hominē & iumentū.Propterea hec dicit dñs cōtra Joacim regē Juda,nō erit ex eo qui sedeat super soliū Dauid:& cadaver eius proijcietur ad estum per diē,& ad gelu per noctē.Et visitabo cōtra eū,& cōtra semen eius,& cōtra seruos eius iniquitates suas:& adducam super eos & super habitatores Jerusalē,& super viros Juda omne malū qō locutus sum ad eos:& non audierunt. Jeremias autem tulit volumē alind,& dedit illud Baruch filio Nerie scribe:qui scripsit in eo ex ore Jeremie omnes sermones libri,quem cōbusserat Joacim rex Juda igni:& insuper additi sunt sermones multo plures,q̄ ante a fuerant.

¶ Capituli Summarium. Rex Egypti frustra venit Judeis subsidio. Caput.xxxvij.

A

Et regnauit rex Sedechias filiꝰ Josie p Jechonia filio Joacim:quē constituit regē Nabuchodonosor rex Babylonis in terra Juda. Et non obediuit ipse,& serui eiꝰ,et pplus terre verbis dñi que locutus est in manu Jeremie pphete.Et misit rex Sedechias Juchal filiū Seleme,& Sophoniā filiū Maasie sacerdotē ad Jeremiā pphetā,dicēs,ora p nobis dñm deum nrm.Jeremias aūt libere ambulabat in medio pplī.nō enī miserāt eum in custodiā carceris.Egrē exercitus Pharaonis egressus est de Egypto:& audiētes Chaldei qui obsidebant Jerusalē,huiuscemodi nūtiū,recesserūt ab Jerusalē.

B

Et factū est verbum dñi ad Jeremiā prophetā,dicēs. Hec dicit dñs deus Jsrael.Sic dicetis regi Juda,qui misit vos ad me interrogandū.Ecce exercitꝰ Pharaonis,q egressus est vobis in auxiliū,reuertet in terrā suā in Egyptū:& redient Chaldei,& bellabūt cōtra ciuitatē hāc:& capient eā,& succendent eam igni. Hec dicit dñs.Nolite decipere alas vestras, dicētes.Ībunt abibūt,& recedēt a nobis Chaldei:quia nō abibunt.Sed & si percusseritis omnē exercitū Chaldeorū q pugnant aduersum vos,& derelicti fuerint ex eis alīq vulnerati:singuli de tētorio suo cōsurgent & incēdent ciuitatē hāc igni.Ergo cū recessisset exercitus Chaldeorū ab Jerusalē

C

ppter exercitū Pharaonis,egressus est Jeremias de Jerusalem vt iret in terrā Beniamin,& diuideret ibi possessionē in cōspectu ciuiū.Cūq; pueniisset ad portā Beniamin erat ibi custos porte per vices,nomine Jerias,filiꝰ Seleme filii Hananie:& apprehēdit Jeremiā pphetā,dicēs.Ad Chaldeos profugis.Et rñdit Jeremias.Falsum est nō fugio ad Chaldeos.Et nō audiuit eū:sed cōprehēdit Jerias Jeremiam,& adduxit eū ad principes.Quā ob rē iratī principes cōtra Jeremiā cesum eū miserūt in carcerē qui erat i domo Jonathā scribe.ipse enī ppositus erat sup carcerē.Ita q; ingressus est Jeremias in domū laci & in ergastulū:& sedit ibi Jeremias diebꝰ multis.Audiens aūt Sedechias rex tulit eū:& interrogauit eū i domo sua absconditē,& dixit,Puta sne est sermo a dño:Et dixit Jeremias,est.Et ait,In manꝰ regis babylonis traderis.Et dixit Jeremias ad regē Sede-

D

chiam.Quid peccauī tibi & seruis tuis & pplo tuo,q; misisti me in domū carceris?Ubi sunt pphete vri q̄ pphetabāt vobis,& dicebāt,nō veniet rex Babylonis sup vos,& sup terrā hāc:Nūc ergo audi obsecro,dñe mi rex.Ualeat deprecatio mea in conspectu tuo:& ne me remittas in domū Jonathan scribe,ne moriar ibi.Precepit ergo rex Sedechias vt traderetur Jeremias in vestibulo carceris:& daret ei torta panis quotidie,excepto pulmento,donec consumerent omnes panes de ciuitate:& mansit Jeremias in vestibulo carceris.

¶ Capituli Summarium. Jeremias ex carcere clam vocatur ad colloquium regis. Caput.xxxvij.

A

merit cum eo, prime erpiobat qđ ea non sit digna habita sicut ipsa, neq; funis eius diruptus sit. Dia aũt q̃ illis fiunt, falsa sunt. Quo estimãdũ aut dicẽdũ est illos esse deos? A fabris aũt ꝛ ab aurificibus facta sunt. Nihil aliud erũt, nisi id qđ volũt esse sacerdotes. Aurifices etiã ipsi q ea faciũt, nõ sunt multi tẽporis. Fiunqđ ergo possunt ea que fabricata sunt ab ipsis, esse dij? Reliquerũt autẽ falsa ꝛ opprobriũ postea futuris. Nam cũ supervenerit illis prelium, et mala: cogitãt sacerdotes post se? vbi se abscondãt cũ illis. Quomodo ergo sentiri debeãt qui dij sunt, q nec de bello se liberãt, neq; de malis se eripiunt: Nam cũ sint lignea, ꝛ inaurata, ꝛ in argẽtata, scietur postea quia falsa sunt ab vniuersis gentibus ꝛ regibus: que manifesta sunt q: nõ sunt dij, sꝫ opera manuũ hominũ, ꝛ nullũ dei opus cũ illis. Unde ergo notũ est quia nõ sunt dij, sed opera manuũ hominum, et nullum dei opus in ipsis est. Regẽ regioni nõ suscitant, neq; pluuiã hominibus dabũt. Judiciũ quoq; nõ discernent, neq; regiones liberabũt ab iniuria: quia nihil possunt, sicut cornicule inter mediũ celi ꝛ terre. Et enim cum inciderit ignis in domum deorũ ligneorũ, ꝛ argẽteorũ, ꝛ aureorũ, sacerdotes quidem ipsorũ fugient, ꝛ liberabunt: ipsi vo sicut trabes in medio cõburent. Regi aũt ꝛ bello nõ resistẽt. Quomodo ergo existimandũ est, aut recipiẽdũ qui a dij sunt: Nõ a furibus, neq; a latronib⁹ se liberabũt dij lignei, ꝛ lapidei, et inaurati, ꝛ inargẽtati, quibus iniqui fortiores sunt. Aurũ ꝛ argentum, ꝛ vestimentũ quo operti sunt, auferẽt illis, et abibunt, nec sibi auxiliũ ferẽt. Itaq; melius est esse regẽ ostentantem virtutẽ suã: aut vas in domo vtile, in quo gloriabit̃ q possidet illud: vel ostium in domo, qđ custodit que in pace sunt: q̃ falsi dij. Sol qđẽ ꝛ luna, ac sidera, cũ sint splẽdida ꝛ emissa ad vtilitates, obaudiũt. Siliꝛ ꝛ fulgur cũ apparuerit, per spiciuum est: idipsum aũt ꝛ spũs in omni regione spirat. Et nubes quib⁹ cũ imperatũ fuerit a deo pambulare in vniuersum orbem perficiunt qđ imperatũ est eis. Ignis etiã missus desuper vt consumat montes et siluas, facit qđ preceptũ est ei. Hec aũt, neq; speciel⁹, neq; virtutib⁹ vni eorũ similia sunt. Unde neq; existimãdũ est, neq; dicẽdum illos esse deos, q̃ nõ possunt neq; iudiciũ iudicare, neq; quicq̃ facere hominibus. Scientes itaq; q: nõ sunt dij, ne ergo timueritis eos. Neq; enim regibus maledicẽt neq; bñdicẽt. Signa etiã in celo gentibus nõ ostendũt neq; vt sol lucebũt, neq; illuminabunt vt luna. Bestie meliores sunt illis, que possunt fugere sub tectũ, ac pdesse sibi. Nullo itaq; modo nobis est manifestum quia sunt dij: ppter qđ ne timeatis eos. Nã sicut in cucumerario formido nihil custodit: ita sunt dij illoꝝ lignei, ꝛ argẽtei, ꝛ inaurati. Eodem modo ꝛ in horto spina alba supra quã omnis auis sedet. Similꝛ ꝛ mortuo picto in tenebris similes sunt dij illorum lignei, ꝛ inaurati, et inargẽtati. Et purpura quoq; ꝛ murice, que supra illos tenenat, scietis ita q; quia nõ sunt dij. Ipsi etiã postremo comedunt, et erit opprobriũ in regione. Melior est homo iustus qui non habet simulachra: nam erit longe ab opprobrijs.

¶ Explicit liber Baruch.

¶ Incipit prologus in Ezechielem prophetam.

Ezechiel ꝓpheta cũ Joachim rege Juda captiuus ductus est in Babyloniẽ. Ibiq; his qui cũ eo captiui fuerant prophetauit: penultim⁹ qđ ad Jeremie vaticiniũ se vitro aduersarius tradidissent ꝛ viderent adhuc vbẽ Jerosolymam stare: quã ille eatenus esse predixerat. Tricesimo aũt eratis sue anno ꝛ captiuitatis quinto: eroshus est ad concaptiuos loqui. Et eodem tpe licet posterior: hic in Chaldea: Jeremias in Judea prophetauerunt. Sermo eius nec satis diserus: nec admodũ rusticus est: sed ex vtroq; medie temperatus. Sacerdos ꝛ ipse fuit: sicut Jeremias: principia voluminis ꝛ finẽ magis habens obscuritatibus inuoluta. Sed et vulgata eius editio non multum distat ab Hebraico. Unde satis miror quid causę extiterit: vt si eodem in vniuersis libris habemus interpretes: in aliis eadem in aliis diuersa trãstulerint. Legite igitur ꝛ hunc iuxta translationẽ nostram: quoniam per cola scriptus: ꝛ commata: manifestionẽ legẽtibus sensum tribuit. Si autem amici ꝛ hunc subsannauerint: dicite eis quod nemo eos compellat vt scribant. Sed vereor ne illud eis eueniat quod grece significantius dicitur: vt vocentur philoledoni.

¶ Explicit prologus.

¶ Incipit Ezechiel propheta.

¶ Capituli Summarium. Apparent Ezechieli in captiuitate due obscure visiones. Caput. j.



Et factũ est in tricesimo anno, in ãrto in quinta mensis: cũ essem in medio captiuorũ iuxta fluuiũ Chobar, apti sunt celi, ꝛ vidi visiões dei. In quinta mẽsis, ipse est annus quint⁹ trãsmigrationis regis Joachin, factũ est verbũ dñi ad Ezechielẽ filium Buzi sacerdotẽ in terra Chaldeorũ, secus fluviũ Chobar: ꝛ facta est super eũ ibi manus domini. Et vidi, et ecce vẽtus turbinis veniebat ab aquilone: nubes magna, ꝛ ignis involuẽs, ꝛ splendor in circũitu eius: ꝛ de medio eius quasi species electri id est de medio ignis. Et ex medio eius similitudo quatuor animaliũ, ꝛ hic aspect⁹ eorũ, similitudo bominis in eis. Et quatuor facies vni: et quatuor penne vni. Et pedes eorũ pedes recti: et quasi aspectus eris candentis. Et manus hominis sub plãta pedis eorum quasi planta pedis vituli, et scintille pennis eorum in quatuor partibus: et facies: et pennas per quatuor partes habebãt. Junctęq; erãt penne eorũ alterius ad alterum. nõ reuertebant cũ incederẽt, sꝫ vnũquodq; ante faciem suã gradiebat. Similitudo aũt vult⁹ eor, facies hois: ꝛ facies leonis a dextris ipsor ãtuor: facies autem bouis a sinistris ipsorũ ãtuor: ꝛ facies aquile ipsorũ ãtuor. Et facies eorum, ꝛ pẽne eorũ extẽte desuper: due pẽne singulorũ iungebant, ꝛ due tegebãt corpa eorũ. Et vnũquodq; eorũ, coram facie sua ambulabat: vbi erat ipsum spũs, illuc gradiebant: nec reuertebant cũ ambularẽt. Et similitudo animaliũ, et aspect⁹ eorũ ꝛ si carbonũ ignis ardentium, et quasi aspectus lampadarum hec erat visio discurrẽs in medio animaliũ, splẽdor ignis, et de igne fulgur egrediens. Et animalia ibãt, ꝛ reuertebant in similitudinẽ fulguris coruscãtis. Cũq; aspicerẽ animalia, apparuit rota vna sup terrã iuxta animalia, habẽs quatuor facies. Et aspectus rotarũ ꝛ opus earũ, ꝛ si visio maris: ꝛ vna similitudo ipsarũ ãtuor: et aspect⁹ earũ et opa, ꝛ si sit rota in medio rote. Per ãtuor ptes earũ euntes ibãt: ꝛ nõ reuertebant cum ambularẽt. Statura quoq; erat rotis, et altitudo, et horribilis aspect⁹: et totũ corpus oculis plenũ in circũitu ipsarũ ãtuor. Cũq; ambularẽt animalia, ambulabant pariter ꝛ rote iuxta ea: ꝛ cũ eleuarent animalia de terra, eleuabant simul ꝛ rote. Quocũq; ibat spũs illuc eũte spiritu, et rote pariter eleuabant, sequẽtes eũ. spũs enim vite erat in rotis. Cũ euntibus ibant, ꝛ cũ stãtib⁹ stabãt: ꝛ cũ eleuatis a terra, pariter eleuabantur ꝛ rote, sequentes ea: q: spũs vite erat in rotis. Et similitudo sup capita animaliũ firmamẽti, ꝛ si aspect⁹ crystalli horribilis: et extẽti sup capita eor desup. Sub firmamento aũt penne eorũ recte alter⁹ ad alterũ: vnũquodq; duabus alis velabat corp⁹ suũ, et alterũ silr velabat. Et audiebam sonũ alarũ, ꝛ si sonũ aquarũ multarũ, ꝛ si sonũ sublimis dei. cũq; ambularẽt, ꝛ si son⁹ erat multitudinis, vt sonus castrorũ. cũq; starẽt, demittebant pẽne eorũ. Nã cũ fieret vox sup firmamẽtũ qđ erat sup caput eorũ, stabãt, et submittebant alas suas. Et sup firmamentũ qđ erat imminẽs capiti eorũ, quasi aspect⁹ lapidis saphiri similitudo throni, et sup similitudinem throni, similitudo quasi aspectus hois desuper. Et vidi quasi speciem electri, velut aspectũ ignis intrinsecus eius per circũitum: a lumbis eius et desuper: ꝛ a lum-

bis

bis eius vsq; deorsum, vidi quasi speciē ignis splēdentis in circumitu. Velut aspectum arcus cum fuerit in nube in die pluuie, hic erat aspectus splendoris per gyrum. Hec visio similitudinis glorie domini.

¶ S. Addittit de⁹ prophetā ad domū Isrl impiā. cap. ij.

ET vidi, & cecidi in faciē meā: & audiui vocem loquentis. Et dixit ad me. Fili hois, sta super pedes tuos, & loquar tecum. Et ingressus est in me spiritus postq̄ locutus est mihi, & statuit me supra pedes meos: & audiui loquētē ad me & dicētem. Fili hominis, mitto ego te ad filios Israel, ad gētes apostatrices, que recesserunt a me. Ipsi & patres eorum prevaricati sunt pactū meū vsq; ad die hāc. Et filij dura facie & indomabili corde sunt, ad quos ego mitto te: & dices ad eos. Hec dicit dñs deus. Si forte vel ipsi audiāt, & si forte quiescāt, qm̄ domus exasperās est, et scient q; pphēta fuerit in medio eorū. Tu ergo fili hois, ne timeas eos, neq; sermones eorū metuas: qm̄ increduli & subuersores sunt tecū, et cum scorpionibus habitas. verba eorum ne timeas, & vultus eorū ne formides: quia domus exasperans est. Loqueris ergo verba mea ad eos, si forte audiant, & quiescant: quoniā irritatores sunt. Tu aūt fili hominis audi quecūq; loquor ad te: & noli esse exasperans sicut domus exasperatrix est: aperi os tuū, & comede quecūq; ego do tibi. Et vidi, & ecce manus missa ad me, in qua erat involutus liber: et expandit illum coram me: qui erat scriptus intus et foris: et scripte erant in eo lamentationes, et carmen, & ve.

¶ Capituli Summarium. Jubetur prophēta impios ad penitentiā vocare, ne in peccatis moriantur. Caput. iij.

ET dixit ad me. Fili hois, quodcunq; inueneris comede, comede volumen istud, & vade loquere ad filios Israel. Et aperui os meū, et cibauit me volumine illo, et dixit ad me. Fili hois, venter tuus comedet, & viscera tua complebunt volumine isto, qō ego do tibi. Et comedi illud, & factus est in ore meo sicut mel dulce. Et dixit ad me: Fili hois, vade ad domū Isrl, & loqueris verba mea ad eos. Non enī ad populum profundi sermonis, & ignote lingue tu mitteris, ad domū Israel: neq; ad populos multos profundi sermonis et ignote lingue quorū non possis audire sermones: et si ad illos mitterēris, ipsi audirent te. Domus aūt Israel nolunt audire te: quia nolunt audire me. omnis quippe domus Israel attrita frōte est, & duro corde. Ecce, dedi faciem tuam valentiorem faciebus eorum, et frontem tuam duriorem frontibus eorum. Ut adamātē et vt silicē dedi faciē tuā: ne timeas eos, neq; metuas a facie eor: quia domus exasperās est. Et dixit ad me, Fili hois, oēs sermones meos quos ego loquor ad te, assume in corde tuo, & auribus tuis audi: et vade, ingredere ad trāsmigrationē ad filios populi tui, & loqueris ad eos, & dices eis. Hec dicit dñs deus: si forte audiant et quiescant. Et assumpsit me spūs, et audiui post me vocē cōmotionis magne. Benedicta gloria dñi de loco suo. & vocē alarū aialiū percutiētiū alterā ad alterā: & vocē rotarū sequentiū aialia: & vocem cōmotionis magne. Spiritus quoq; leuauit me, & assumpsit me: & abij amarus in indignatione spiritus mei: manus enī dñi erat mecū confortās me. Et veni ad trāsmigrationē ad aceruū nouarū frugū, ad eos qui habitabāt iuxta fluuiū Chobar: & sedi vbi illi sedebāt: & māsi ibi septem diebus merēs in medio eorū. Cū aūt pertransissent septē dies, factū est verbū dñi ad me, dicēs. Fili hois speculatorē dedi te domui Israel: & audies de ore meo verbū, & annuntiabis eis ex me. Si dicēte me ad impiū, Morte morieris nō annūtiaueris ei neq; locut⁹ fueris vt auertat a via sua impia et viuat: ipse impius in iniquitate sua morietur, sanguinē aūtē eius de manu tua requirā. Si aūt tu annuntiaueris impio, et ille nō fuerit cōuersus ab impietate sua, et a via sua impia: ipse quidē in impietate sua morietur, tu aūt aiam tuā liberasti. Sed & si cōuersus iustus a iustitia sua fuerit, et fecerit iniquitatē: ponā offendiculū corā eo: ipse morietur, q; nō annūtiasti ei, in peccato suo morietur: et non erūt in memoria iustitie eius quas fecit: sanguinē vero eius de manu tua requiram. Si autem tu annuntiaueris iusto vt non peccet iustus, et ille nō peccauerit: vinens viuet, q; annuntiasti ei, & tu animam tuā liberasti. Et facta est super me manus dñi, & dixit ad me. Surgens egredere in campum, et ibi loquar tecum. Et surgens egressus sum in campum: et ecce ibi gloria dñi stabat, quasi gloria quā vidi iuxta fluuium Chobar: & cecidi in faciē meā. Et ingressus est in me spiritus, et statuit me super pedes meos: et locut⁹ est mihi, & dixit ad me. Ingredere, et includere in medio domus tue. Et tu fili hois, ecce data sunt super te vincula, & ligabūt te in eis: & nō egredieris in medio eor. Et linguā tuā adherere faciā palato tuo, & eris mutus, nec quasi vir obiurgans: quia domus exasperans est. Cum autem locutus fuero tibi, aperiam os tuum, et dices ad eos. Hec dicit dñs deus. Qui audit, audiat: et qui quiescit quiescat: quia domus exasperans est.

¶ Capituli Summarium. Jubetur prophēta oppugnare Jerusalem & dormire multis diebus. Caput. iiij.

ET tu fili hominis, sume tibi laterem, & pones eū corā te: & describes in eo ciuitatem Jerusalē. Et ordinabis aduersus eā obsidionem, & edificabis munitiones, & cōportabis aggerē. & dabis cōtra eā castra, & pones arietes in gyro. Et tu sume tibi sartaginē ferream, & pones eā in murū ferreū inter te & inter ciuitatē: & obfirmabis faciē tuam ad eam, & erit in obsidionē, & circūdabis eam: signū est domui Israel. Et tu dormies super latus tuum sinistrū, & pones iniquitates domus Israel super eo: numero dierū quib⁹ dormies sup illud, & assumes iniquitates eorū. Ego aūt dedi tibi annos iniquitatis eorum, numero dierū trecētos & nonaginta dies: & portabis iniquitatem dom⁹ Israel. Et cū cōpleueris hec, dormies sup latus tuum dextrum secūdo: et assumes iniquitatē domus Juda quadraginta diebus, diem pro anno, diem inquā pro anno dedi tibi. Et ad obsidionē Jerusalē cōuertes faciē tuam, et brachiū tuum erit extētū: & prophetabis aduersus eā. Ecce circūdedi te vinculis: & nō te conuertes a latere tuo in latus aliud, donec compleas dies obsidionis tue. Et tu sume tibi frumentum, & hordeum, & fabam, & lentē, & milium, & vitiā: & mittes ea in vas vnum, & facies tibi panes numero dierum quibus dormies super latus tuum. trecentis et nonaginta diebus comedes illud. Cibus autem tuus quo vescēris, erit in pondere viginti stateres in die: a tēpore vsq; ad tempus comedes illud. Et aquā in mēsura bibes, sextā partem hin: a tempore vsq; ad tempus bibes illud. Et quasi subcinericium hordeaceum comedes illud: & stercore quod egreditur de homine, operies illud in oculis eorum. Hec dicit dominus. Sic comedēt filij Israel panē suū pollutū inter gentes ad quas eijciam eos. Et dixi. A. a. a. dñe deus, ecce anima mea nō est polluta, et morticinum & laceratum a bestijs nō comedi ab infantia mea vsq; nunc, et non est ingressa in os meū omnis caro immunda. Et dixit ad me. Ecce dedi tibi fimum boum pro sterc oribus humanis: & facies panem tuū in eo. Et dixit ad me, Fili hois, ecce cōterā baculum panis in Jerusalem: et comedent panem sum in pondere, & in solicitudine: & aquam in mensura, et in angustia bibent, vt deficientibus pane & aqua, corruat vnusquisq; ad fratrē suum, et contabescat in iniquitatibus suis.

¶ Capituli Summa. Pili capitis et barbe detonsi, combusti & concisi, quid significent. Caput. v.

ET tu filij hominis, sume tibi gladium acutum radētem pilos: & assumes eū, et duces per caput tuum, & per barbam tuam: & assumes tibi stateram ponderis et diuides eos. Tertiam partem igni cōbures in medio ciuitatis, iuxta completionem dierū obsidionis: & assumes tertiam partem, & concides gladio in circumitu eius: tertiam vero aliam disperges in ventum, & gladium nudabo post eos. Et sumes inde paruum numerum, & ligabis eos in summitate pallij tui. Et ex eis rursum tolles, & proijcies eos in medio ignis, et combures eos igni: et ex eo egredietur ignis in omnē domum Israel. Hec dicit

B dominus deus. Ista est Jerusalem, in medio gẽtium posui eam, & in circumitu eius terras. Et contempsit iudicia mea, vt plus esset impia q̃ gentes: et precepta mea vltra q̃ terre que in circumitu eius sunt: iudicia enim mea proiecerunt, & in preceptis meis non ambulauerunt. Idcirco hec dicit dominus deus. Quia super stastis gentes que in circumitu vestro sunt, & in preceptis meis nõ ambulastis, et iudicia mea non fecistis, et iuxta iudicia gentiũ q̃ in circumitu vestro sunt nõ estis operati: ideo hec dicit dñs deus. Ecce ego ad te, & ipse
L ego faciã in medio tui iudicia in oculis gentiũ: et faciam in te q̃ nõ feci, & quib⁹ similia vltra nõ faciã ꝓpter oẽs abominationes tuas. Idcirco patres comedent filios in medio tui, & filij comedent patres suos: & faciã in te iudicia, et vẽtilabo vniuersas reliquias tuas in omnem ventum. Idcirco viuo ego dicit dñs deus. Nisi pro eo qõ sanctum meum violasti in omnibus offensionibus tuis, et in cunctis abominationi
D bus tuis: ego quoq; cõfringã, et nõ parcet oculus meus, et non miserebor. Tertia pars tui peste morietur, & fame consumetur in medio tui: et tertia pars tui in gladio cadet in circũitu tui: tertiã vero partẽ tuã in omnẽ ventũ dispergam, & gladiũ euaginabo post eos. Et cõplebo furorẽ meum, et requiescere faciã indignationẽ meã in eis, & cõsolabor: & scient quia ego dñs locut⁹ sum in zelo meo cũ implenero oẽm indignationẽ meã in eis. Et dabo te in desertum et in opprobrium gẽtib⁹ q̃ in circũitu tuo sunt, in conspectu omnis pretereuntis. Et eris opprobriũ & blasphemia, exẽplum et stupor in gẽtibus q̃ in circũitu tuo sunt, cum fecero in te iudicia in furore et in indignatione, & in increpationib⁹ ire: ego dominus locutus sum: quãdo immisero sagittas famis pessimas in eos que erũt mortifere. et quas mittam vt disperdã vos: et famẽ cõgregabo super vos, & cõterã in vobis baculũ panis. Et immittã in vos famem et bestias pessimas vsq; ad
ꝯ iñ.d. Infra xiij.d. internecionem: et pestilentia et sanguis transibunt per te, et gladium inducam super te. ego dominus locutus sum.

¶ Capituli Summarium. Vaticinatur prophęta contra montes Israel in quibus idolis litatum est. Caput. vj.

A Infra xxv.j.a. ET factus est sermo dñi ad me, dicẽs. Fili hominis pone faciẽ tuã ad montes Israel: & prophetabis ad eos, & dices. Montes Israel audite verbum dñi dei: hec dicit dominus deus montibus et collibus, rupibus & vallibus. Ecce ego inducã super vos gladium, & disperdam excelsa vestra, et demoliar aras vestras, & confringentur simulachra vestra: et deijciam interfectos vestros ante idola vestra. Et dabo cadauera filiorũ Israel ante faciem simulachrorum vestrorũ: et dispergam
B ossa vestra circa aras vestras in omnibus habitationibus vestris. Urbes deserte erunt, & excelsa demolient & dissipabuntur: & interibunt are vestre, & confringentur: & cessabunt idola vestra, & cõterent & delubra vestra, & delebunt opera vestra. Et cadet interfectus in medio vestri: et scietis quia ego sum dñs. Et relinquã in vobis eos qui fugerint gladium in gẽtibus, cũ dispersero vos in terras. Et recordabũtur mei liberati vestri in gentibus ad quas captiui ducti sunt: quia
C contriui cor eorũ fornicãs & recedens a me, & oculos eorum fornicãtes post idola sua: & displicebũt sibimet super malis que fecerãt in vniuersis abominationibus suis, & sciẽt quia ego dominus non frustra locutus sum vt facerem eis malũ hoc. Hec dicit dominus deus. Percute manu tua, & allide pedem tuum, & dic Heu, ad omnes abominationes malorum domus Israel: quia gladio, fame, et peste ruituri sunt.
D Qui longe est, peste morietur: qui autẽ ꝓpe, gladio corruet: et qui relictus fuerit et obsessus, fame morietur: et cõplebo indignationẽ meã in eis. Et scietis q̃ ego dñs, cum fuerint interfecti vestri in medio idolorũ vestrorum in circũitu arum vestrarũ in omni colle excelso, & in cunctis summitatibus montiũ. et subtus omne lignum nemorosum, et subtus vniuersam quercum frondosam: locum vbi accẽderũt thura redolentia vniuersis idolis suis. Et extendam manum meam super eos: & faciam terram desolatam & destitutam a deserto Deblatha in omnibus habitationibus eorum: et scient quia ego dominus.

¶ Capituli Summarium. Denuntiatur externum in terre Israel. Caput. vij.

ET factus est sermo dñi ad me, dicens. Et tu fili hominis, hec dicit dominus deus terre Israel. Finis venit, venit finis sup quatuor plagas terre. Nunc finis super te, et immittã furorẽ meum in te: & iudicabo te iuxta vias tuas: et ponã cõtra te omnes abominationes tuas. Et nõ parcet oculus meus super te, et non miserebor: sed vias tuas ponã super te, & abominationes tue in medio tui erũt: & scietis quia ego dominus. Hec dicit dñs deus. Affictio vna, afflictio ecce venit: finis venit, venit finis, evigilabit aduersum te: ecce venit. Venit contritio super te, qui habitas in terra, venit tẽpus, prope est dies occisionis, & nõ gloríe montium. Nunc de propinquo effundam iram meam super te: & cõplebo furorem meum in te: & iudicabo te iuxta vias tuas: & imponã tibi oia scelera tua. Et nõ parcet oculus meus, nec miserebor: sed vias tuas imponam tibi: et abominationes tue in medio tui erunt: & scietis quia ego sum dñs percutiẽs. Ecce dies, ecce venit: egressa est contritio, floruit virga, germinauit superbia. Iniquitas surrexit in virga impietatis: nõ ex eis, & non ex populo, neq; ex sonitu eorum: & non erit requies in eis. Venit tempus appropinquauit dies: qui emit, non letetur: et qui vendit, non lugeat: quia ira super omnẽ populũ eius. Quia qui vendit, ad id qõ vẽdidit nõ reuertetur: & adhuc in viuẽtib⁹ vita eorum. Visio enim ad omnẽ multitudinẽ eius nõ regredietur: et vir in iniquitate vite sue nõ cõfortabitur. Canite tuba, preparentur omnes, & nõ est qui vadat ad prelium: ira enim mea super vniuersum populũ eius. Gladius foris, & pestis & fames intrinsecus. Qui in agro est, gladio morietur: et qui in
E ciuitate, pestilentia & fame deuorabuntur. Et saluabuntur qui fugerint ex eis: & erunt in montibus quasi columbe conuallium omnes trepidi, vnusquisq; in iniquitate sua. Omnes manus dissoluentur, & omnia genua fluent aquis. Et accingent se cilicijs, et operiet eos formido: & in omni facie cõfusio, et in vniuersis capitibus eorum caluitium. Argentum eorum foris ꝓijcietur, & aurũ eorum in sterquiliniũ erit. Argentũ eorum & aurũ eorũ nõ valebit liberare eos in die furoris domini. Animã suã nõ saturabũt, et vẽtres eorũ non implebũtur: quia scandalũ iniquitatis eorum factũ est. Et ornamentũ monilii sui in superbiam posuerũt, & imagines abominationum suarũ & simulachrorum fecerunt ex eo: propter hoc dedi eis illud in immunditiã: et dabo illud
F in manus alienorum ad diripiendum, et impijs terre in predam, & cõtaminabũt illud. Et auertam faciẽ meam ab eis, et violabunt arcanũ meum: & introibunt in illud emissarij, & cõtaminabunt illud. Hac cõclusionem, quoniam terra plena est iudicio sanguinũ, & ciuitas plena iniqtate. Et adducam pessimos de gentibus, & possidebunt domos eorum: et quiescere faciã superbiã potẽtium & possidebũt sanctuaria eorum. Angustia superueniẽte requirẽt pacẽ, & nõ erit. Cõturbatio super cõturbationẽ veniet, & auditus super auditum, et querent visionem de prophęta: & lex peribit a sacerdote, & consilium a senioribus. Rex lugebit, et princeps induetur merore, & manus populi terre conturbabuntur. Secundum viam eorum faciam eis, & in iudicijs eorum iudicabo eos, & scient quia ego dominus.

Ezech. xxvj.a. Jeremie xxxvij.a. Sophon. j.d. Eccles. xx. Ysa. xxx. Jeremie xxxvij.a. Daniel. xiij.

¶ Capituli Summarium. Prophęta raptus in Jerusalem videt pessimas Judeorũ abominationes. Caput. viij.

ET factum est in anno sexto, in sexto mense, in quinta mensis: ego sedebã in domo mea, & seniores Juda sedebãt coram me, & cecidit ibi super me manus domini dei. Et vidi, & ecce similitudo quasi aspectus ignis: ab aspectu lumborũ eius & deorsum ignis: & a lumbis eius, & sursum quasi aspectus splẽdoris, vt visio electri. Et emissa similitudo manus apprehendit me medium capitis mei: et eleuauit me spiritus inter terram et celum: et adduxit me in Jerusalem in visione dei, iuxta ostium interius quod respiciebat ad aquilonem, vbi erat

statutum

statutum idolum zeli ad prouocandū emulationē. Et ecce ibi gloria dei Israel ſm visionē quam viderā in campo. Et dixit ad me. Fili hominis leua oculos tuos ad viam aquilonis. Et leuaui oculos meos ad viam aquilonis: et ecce ab aquilone porte altaris idolū zeli in ipso introitu. Et dixit ad me. Fili hois, putasne vides tu quid isti faciunt abominationes magnas, quas domus Israel fecit hic, vt procul recedā a sanctuario meo: et adhuc conuersus videbis abominationes maiores. Et introduxit me ad ostium atrii: et vidi, et ecce foramē vnum in pariete. Et dixit ad me. Fili hois, fode parietē. Et cū perfodissem parietē, apparuit ostium vnū. Et dixit ad me. Ingredere, et vide abominationes pessimas quas isti faciūt hic. Et ingressus vidi, et ecce omis similitudo reptilium, et animaliū abominatio, et vniuersa idola domus Israel depicta erāt in pariete in circuitu per totū. Et septuaginta viri de senioribus domus Israel, et Iezonias filius Saphan stabat in medio eorū, stātiū ante pictu ras: et vnusquisq habebat thuribulū in manu sua: et vapor nebule de thure cōsurgebat. Et dixit ad me. Certe vidisti fili hois, que seniores dom⁹ Israel faciūt i tenebris, vnusquisq in abscondito cubilis sui: dicūt enī. Non videt dñs nos, dereliquit dñs terram. Et dixit ad me. Adhuc cōuersus videbis abominationes maiores, quas isti faciūt. Et introduxit me per ostiū porte dom⁹ dñi qō respiciebat ad aglonē: et ecce ibi mulieres sedebāt plangentes Adonidem. Et dixit ad me. Certe vidisti fili hois: adhuc conuersus videbis abominationes maiores his. Et introduxit me in atrium dom⁹ dñi interius: et ecce in ostio tēpli dñi inter vestibulū et altare, quasi viginti quinq viri dorsa habētes cōtra tēplū dñi, et facies ad orientē: et adorabāt ad ortū solis. Et dixit ad me. Certe vidisti fili hominis: nunqd leue est hoc domui Juda, vt facerēt abominationes istas quas fecerūt hic: quia replētes terrā iniqtate, cōuersi sunt ad irritandū me: et ecce applicant ramum ad nares suas. Ergo et ego factā in furore non parcet oculus meus, nec miserebor, et cum clamauerint ad aures meas voce magna, non exaudiam eos.

¶ S. Apparent sex viri qui deuastāt Jerusalē. Ca. ix.

Et clamauit in auribus meis voce magna, dicēs. Appropinquauerūt visitationes vrbis, et vnusquisq vas interfectiōis habet in manu sua. Et ecce sex viri veniebāt de via porte superioris, q respicit ad aquilonē: et vnusquisq vas interitus in manu eius virquoq vnus in medio eorū vestitus erat lineis, et attramentarium scriptoris ad renes eius: et ingressi sunt, et steterunt iuxta altare ereū. Et gloria dñi Israel assumpta est de cherub, q erat super eū ad limē domus: et vocauit virū q indutus erat lineis, et attramentarii scriptoris habebat in lumbis suis. Et dixit dñs ad eū. Transi per mediam ciuitatē in medio Jerusalē: et signa thau super frontes virorū gementiū et dolentiū super cūctis abominationibus que fiūt in medio eius. Et illis dixit audiente me. Transite per ciuitatē sequentes eū, et percutite: non parcat oculus vester, neq misereamini. Senem, adolescētulū et virginē, et paruulū et mulieres interficite vsq ad internecionē: omnē autē, super quē videritis thau, ne occidatis et a sanctuario meo incipite. Ceperūt ergo a viris senioribus, qui erāt ante faciem domus. Et dixit ad eos. Cōtaminate domū, et implete atria interfectis: egredimini. Et egressi sunt, et percutiebāt eos qui erāt in ciuitate. Et cede cōpleta, remāsi ego: ruiq super faciē meā, et clamans aio, Heu, heu, heu dñe deus, ergone disperdes oēs reliquias Israel, effundēs furorē tuū super Jerusalē? Et dixit ad me, iniquitas dom⁹ Israel et Juda magna est nimis valde, et repleta est terra sanguinibus, et ciuitas repleta est anersiōe: dixerūt enī. Dereliquit dñs terrā, et dñs nō videt. Igitur et meus nō parcet oculus, neq miserebor: viā eorū super caput eorum reddam. Et ecce vir qui erat indutus lineis, qui habebat attramentarium in dorso suo, respondit verbum, dicens. Feci sicut precepisti mihi.

¶ Capituli Summarium. Apparet prophete in templo prima rotarum et animalium visio. Caput. x.

Et vidi, et ecce in firmamēto qō erat super caput cherubim, quasi lapis sapphirus, et q̄si species similitudinis solij, apparuit super eos. Et dixit ad virū qui indutus erat lineis, et ait. Ingredere in medio rotarū, q̄ sunt subtus cherubim: et imple manū tuas prunis ignis que sunt inter cherubim, et effunde super ciuitatem: ingressusq est in conspectu meo. cherubim aūt stabant a dextris domus cū ingrederetur vir: et nubes implebat atriū interius. Et eleuata est gloria dñi desuper cherub ad limē domus: et repleta est domus nube, et atriū repletum est splēdore gloriē dñi. Et sonitus alarū cherubim audiebatur vsq ad atriū exterius, quasi vox dei omnipotētis loquētis. Cūq precepisset viro qui indut⁹ erat lineis, dicēs. Sume ignē de medio rotarū que sunt inter cherubim: ingressus ille stetit iuxta rotā. Et extēdit cherub manū de medio cherubim, ad ignē qui erat inter cherubim: et sumpsit, et dedit in manus eius qui indutus erat lineis: qui accipiēs, egressus est. Et apparuit in cherubim similitudo man⁹ hominis subtus pennas eor. et vidi, et ecce quatuor rote iuxta cherubim: rota vna iuxta cherub vnum, et rota alia iuxta cherub vnū: species aūt rotarū erat q̄si visio lapidis chrysolithi. et aspectus earum similitudo vna quatuor: quasi sit rota in medio rote. Cumq ambularent, in quatuor partes gradiebātur: et non reuertebātur ambulātes: sed ad locum ad quē ire declinabat que prima erat, sequebātur et cetere, nec reuertebātur. Et omne corpus earū, et colla, et manus, et penne, et circuli plena erāt oculis, in circuitu quatuor rotarum. Et rotas istas vocauit volubiles, audiente me. Quatuor autē facies habebat vnū: facies vna, facies cherub: et et facies secunda, facies hominis: et in tertio facies leonis: et i quarto facies aquile. Et eleuata sunt cherubim. Ipsuq est animal qō videra iuxta fluuium Chobar. Cūq ambularēt cherubim, ibāt pariter et rote iuxta eas: et cū eleuarēt cherubim alas suas, vt exaltarētur de terra, nō residebāt rote, sed et ipse iuxta erāt. Stātibus illis, stabāt: et cū eleuatis eleuabantur. spiritus enī vite erat in eis. Et egressa est gloria dñi a limine templi: et stetit sup cherubim. Et eleuātia cherubim alas suas, exaltata sunt a terra cora me: et illis egredientibus, rote quoq subsecute sunt: et stetit in introitu porte domus dñi orientalis, et gloria dei Israel erat super ea. Ipsum est animal qō vidi subter deū Israel iuxta fluuiū Chobar: et intellexi q cherubim essent. Quatuor, quatuor vultus vni et quatuor ale vni: et similitudo manus hominis sub alis eorum. Et similitudo vultuum eorum, ipsi vultus quos videram iuxta fluuium Chobar, et intuitus eorum, et impetus: singulorum ante faciem suam ingredi.

¶ Capituli Summarium. Per figuram lebetis et carniū signatur interfectio filiorum Israel. Caput. xj.

Et eleuauit me spūs, et introduxit me ad portaz domus dñi orientalē, que respicit solis ortū: et ecce in introitu porte viginti quinq viri: et vidi in medio eorū Jezoniā filiū Azur, et Pheltiam filiū Banaie, principes populi. Dixitq ad me. Fili hois, hi sunt viri qui cogitant iniquitatem, et tractant consilium pessimū in vrbe ista: dicentes. Nōne nudū edificate sunt domus? hec est lebes, nos autem carnes. Idcirco vaticinare de eis, vaticinare fili hominis. Et irruit in me spiritus domini, et dixit ad me. Loquere. Hec dicit dom⁹. Sic locuti estis domus Israel, et cogitationes cordis vestri ego noui. Plurimos occidistis in vrbe hac, et implestis vias eius interfectis. Propterea hec dicit dñs deus. Interfecti vestri, quos posuistis in medio eius, hi sunt carnes, et hec est lebes: et educā vos de medio eius. Gladium metuistis, et gladiuz inducā super vos, ait dñs deus. Et eiciam vos de medio eius, dabocq vos in manu hostium, et faciam in vobis iudicia. Gladio cadetis: in finibus Israel iudicabo vos, et scietis quia ego dominus. Hec non erit vobis in lebetem, et vos non eritis in medio eius in carnes: in finibus Israel iudicabo vos. Et scietis quia ego dominus: quia in preceptis meis non ambulastis, et iudicia mea non fecistis, sed

C turta iudicia gentiū,q̄ in circūitu vestro sunt,estis operati.
Et factū est,cū pphetarē,Pheltias filiꝰ Banaie mortuus
est:r cecidi in facie meā clamās voce magna,r dixi, Heu,
heu,heu dñe deꝰ:q̄ summationē tu facis reliquiarū Iſrl. Et
factū est verbū dñi ad me,dicens. Fili hominis,fratres tui
viri propinqui tui,r omnis domus Iſrael vniuersis:quibꝰ
dixerūt habitatores Ieruſalē. Lōge recedite a dño:nobis
data est terra in possessionē. Propterea hec dicit dñs deꝰ.
Qr longe feci eos in gentibꝰ,r q̄r dispersi eos in terris:ero
eis in sanctificationē modicam in terris ad quas venerunt.
Propterea loqre. Hec dicit dñs deꝰ. Lōgregabo vos de
D pplis,r adunabo de terris in qbꝰ dispersi estis:daboq̄ vo-
bis humū Iſrl. Et ingredient illuc,r auferēt oēs offensio-
nes cūctas q̄s abominationes eius de illa. Et dabo eis cor
ier.xxiij. f. unū r spūm nouū tribuā in visceribꝰ eorū:r auferā cor lapi-
Infra xvj.f. deū de carne eoꝝ,r dabo eis cor carneū:vt in p̄ceptis meis
ambulēt,r iudicia mea custodiāt,faciātq̄ ea:r sint mihi in
pplm r ego sim eis in deū. Quorū aūt cor post offendicula
r abominationes suas ambulat,horū viā in capite suo po
nā,dicit dñs deꝰ. Et eleuauerūt cherubim alas suas,r ro-
te cum eis:r gloria dei Iſrael erat super ea. Et ascēdit glo-
ria dñi de medio ciuitatis,stetitq̄s sup montē,q̄ est ad orien
tē vrbis. Et spiritus leuauit me:adduxitq̄s in Chaldeā ad
transmigrationem in visione in spiritu dei:r sublata est a
me visio,quam videram. Et locutus sum ad transmigra-
tionem omnia verba domini q̄ ostenderat mihi.

C Capituli Summarium. Videt propheta in spiritu dire
ptionem Ieruſalem r captiuitatem regis. Caput.xij.

A ET factꝰ est sermo dñi ad me,dicēs. Fili hois,in
medio domꝰ exasperantis tu habitas:q̄ oculos
habēt ad videndū,r nō vidēt:r aures ad audien
dū,r nō audiūt:q̄r domus exasperās est. Tu er
go fili hois fac tibi vasa trāsmigrationis,r transmigrabis
p die coram eis:trāsmigrabis aūt de loco tuo ad locū alterū
in cōspectu eoꝝ,si forte aspiciāt:q̄r domus exasperans est.
Et efferes foras vasa tua q̄si vasa trāsmigrātis p die in cō-
B spectu eoꝝ:tu aūt ingredieris vespere coram eis,sicut egredi
tur migrās. Ante oculos eoꝝ pfode tibi parietē:r egredie-
ris p eū. In cōspectu eoꝝ in humeris portaberis,in caligi-
ne efferēris:faciē tuā velabis,r nō videbis terrā:q̄r porten
tū dedi te domui Iſrl. Feci ergo sicut p̄ceperat mihi dñs:
vasa mea p̄tuli q̄si vasa trāsmigrātis p die:r vespere pfo-
di mihi parietē manu:in caligine egressus sum,r in hūeris
E portatꝰ in cōspectu eoꝝ. Et factꝰ est sermo dñi mane ad me
dicēs. Fili hois,nunq̄d nō dixerūt ad te domꝰ Iſrl domus
exasperās. Quid tu facis? Dic ad eos: Hec dicit dñs deꝰ.
Sup ducē onus istud,q̄ est in Ieruſalē:r sup oēm domū Iſ
rael q̄ est in medio eoꝝ. Dic, Ego portētū vestrū:quēadmo
dum feci,sic fiet illis:trāsmigrationē,r i captiuitatē ibūt. Et dux qui
est in medio eoꝝ,in humeris portabit,i caligine egrediet:
parietē pfodiēt,vt educāt eū:facies eius operiet,vt nō vi-
D deat oculis terrā. Et extēdā rete meū sup eū,r capiet in sa-
Infra xvij.f.et xvij.a. gena mea:r adducā eū in Babylonē in terrā Chaldeoꝝ:
r ipsam nō videbit,ibiq̄s morietur. Et oēs q̄ circa eū sunt: p̄si
diū eiꝰ r agmina eiꝰ dispergā in oēm ventū:r gladiū euagi
nabo post eos. Et sciēt q̄r ego dñs,q̄n dispersero illos in gē
tibus r disseminauero eos in terris. Et relinquā ex eis vi
ros paucos a gladio,r fame r pestilētia:vt narrēt oia scele
ra,eoꝝ in gētibꝰ ad q̄s ingredient,r sciēt q̄r ego dñs. Et fa
ctus est sermo dñi ad me,dicēs: Fili hois,panē tuū i cōturba
E tione cōede:r aquā tuā in festinatione r mœrore bibe. Et
dices ad pplm terre: Hec dicit dñs deꝰ ad eos,q̄ habitāt i
Ieruſlm in terra Iſrl: Panē suū i solicitudie cōedēt,r aquā
suā in desolatiōe bibēt:vt desolet terra a multitudine sua,
ppter iniq̄tatē oīm q̄ habitāt i ea. Et ciuitates q̄ nūc habitā
tur desolate erūt terr aq̄s deserta:r scietis q̄r ego dñs. Et fa
ctus est sermo dñi ad me,dicēs: Fili hois,quod est puerbiū
istud vobis in terra Iſrl dicentiū, In lōgū different dies,r
F peribit oīs visio. Ideo dic ad eos, Hec dicit dñs deꝰ. Quie-
escere faciā puerbium istud,neq̄s vulgo dicet vltra in Iſrl,
Et loquere ad eos q̄ appropinquauerint dies,r sermo oīs
visionis. Nō enim erit vltra oīs visio cassa,neq̄s diuinatio
ambigua in medio filiorū Iſrl. Qr ego dñs loquar: quod-
cūq̄s locutus fuero verbū,r fiet: nō plōgabit amplius:sed
in diebꝰ vestris domus exasperās loquar verbū,r faciā il-
lud dicit dñs deꝰ. Et factus est sermo dñi ad me,dicēs, Fi
li hois,ecce domus Iſrael dicentiū. Visio quā hic videt,in
dies multos:r in tpa lōga iste pphetat. Propterea dic ad
eos: Hec dicit dñs deus. Nō prolongabit vltra oīs sermo
meus:verbū q̄d locutus fuero,cōplebitur,dicit dñs deus.

C L.S. Prophetia ꝫ falsos pphetas r seductores. C.xiij.

B ET factus est sermo dñi ad me,dicens. Fili hois
vaticinare ad pphetas Iſrael,qui prophetāt:
r dices prophetātibꝰ de corde suo. Audite ver-
Infra xiij.c. bū dñi. Hec dicit dñs deus. Ue prophetis insi-
pientibꝰ:qui sequūtur spiritū suū,r nihil vidēt. Quasi vul-
pes in desertis,pphete tui Iſrael erāt. Nō ascēdistis ex ad-
uerso,neq̄s opposuistis murū p domo Iſrael: vt staretis in
p̄lio in die dñi. Vident vana,r diuināt mendaciū,dicen-
tes. Ait dñs,cū dñs nō miserit eos,r perseuerauerūt confir
mare sermonē. Nūquid nō visionē cassam vidistis,r diuina
tionē mendacē locuti estis:r dicitis. Ait dñs:cū ego nō fim
locutus. Propterea hec dicit dñs deus. Qr locuti estis va
na,r vidistis mēdacia ideo ecce ego ad vos,dicit dñs deꝰ.
Et erit manus mea super pphetas qui vident vana r divi-
nant mendaciū:in concilio populi mei nō erūt,r in scriptu
ra domꝰ Iſrael nō scribētur:nec in terrā Iſrael ingredien
tur:r scietis q̄r ego dñs deus:eo q̄d deceperint pplm meū,
dicentes. Pax,r nō est pax:r ipse edificabat parietem,illi
autē linebāt cū luto absq̄s paleis. Dic ad eos qui liniunt
absq̄s tēperatura q̄d casurus sit:erit enī imber inundans,r
dabo lapides p̄grādes desuper irruētes,r ventū procelle
dissipantē:Siquidē ecce cecidit paries. Nūquid nō dicetur
vobis. Ubi est litura quā liniſtis? Propterea hec dicit dñs
deꝰ:Et erūpere faciā spiritū tēpestatū in indignatiōe mea,
r imber inundās in furore meo erit:r lapides grādes in ira
in cōsummationē. Et destruā parietē quē liniſtis absq̄s tem
peramento:r adequabo eū terre,r reuelabitur fundamētū
eius:r cadet,r cōsumetur in medio eiꝰ r scietis q̄r ego sum
dñs. Et cōplebo indignationē meā in pariete,r in his qui
liniūt eū absq̄s tēperamēto,dicāq̄s vobis. Nō est paries,et
nō sunt qui liniūt eū. Prophete Iſrael q̄ pphetāt ad Ieru
salem,r vident ei visionē pacis:r non est pax,ait dominus
deus. Et tu fili hominis pone faciē tuā cōtra filias populi
tui,que prophetant de corde suo:r vaticinare super eas,et
dic: Hec dicit dñs deus. Ue qui consumit pulullos sub o-
mni cubito manus:r faciunt cerulicalia sub capite vniuerse
etatis ad capiendas animas:r cū caperent animas populi
mei,vinificabant animas eorum. Et violabant me ad po-
pulum meum,propter pugillum hordei r fragmē panis vt
interficerēt animas que nō moriūtur,r vinificarēt animas
que non viuunt,mentientes pplo meo credenti mendacijs.
Propter hoc,hec dicit dñs deus. Ecce egō ad pulullos
vestros quibꝰ vos capitis animas volātes:r dirumpā eos
de brachijs vestris:r dimittam animas quas vos capitis,
animas ad volandū. Et dirumpam cerulicalia vestra,r li-
berabo populum meum de manu vestra,neq̄s erūt vltra in
manibus vestris ad p̄dandū:r scietis q̄r ego dñs. Pro eo
quod merere fecistis cor iusti mendaciter,quem ego nō con
tristaui:r confortastis manus impij,vt non reuerteretur a
via sua mala,r viueret:propterea vana non videbitis,r di
uinationes non diuinabitis amplius,r eruam populū meū
de manu vestra:r scietis quia ego dominus.

C Capituli Summarium. Ultio dñi auerti nō potuisse
per Danielem,Job,r Noe. Caput.xiiij.

A ET venerūt ad me viri seniores Iſrl,r sederūt co-
rā me. Et factus est sermo dñi ad me,dicēs. Fili bo
minis,viri isti posuerūt immūditias suas i cor-
dibus suis,r scādalū iniq̄tatis sue statuerunt ꝫ
facie tuā:nūquid interrogatus rūdebo eis? Propter hoc lo-

quere eis,

quere eis,ꝛ dices ad eos: Hec dicit dñs deꝰ. Homo homo
de domo Iſrl,q̃ poſuerit immūditias ſuas in corde ſuo:et
ſcādalū iniq̃tatis ſue ſtatuerit cōtra faciē ſuā,ꝛ venerit ad
prophetā interrogās per eum me:ego dñs reſpōdebo ei in
multitudine immūditiarū ſuarū:Ut capiatur domus Iſ-
rael in corde ſuo quo receſſerūt a me in cunctis idolis ſuis.
Propterea dic ad domā Iſrl: Hec dicit dñs deus. Cōuer
timini,ꝛ recedite ab idolis veſtris,ꝛ ab vniuerſis cōtaminā
tionibus veſtris auertite facies veſtras. Qꝛ homo homo
de domo Iſrael,ꝛ de proſelytis quicūq̃ aduena fuerit in
Iſrael:ſi alienaꝰ fuerit a me,ꝛ poſuerit idola ſua in corde
ſuo,ꝛ ſcādalū iniquitatis ſue ſtatuerit cōtra faciē ſuā,ꝛ ve-
nerit ad prophetā vt interroget per eū me:ego dñs reſpōde
bo ei per me. Et ponā faciē meā ſuper boīem illū,ꝛ faciā eū
in exemplū ꝛ in prouerbiū,ꝛ diſperdā eū de medio ppli mei
ꝛ ſcietis qꝛ ego dñs. Et propheta cum errauerit,ꝛ locutus
fuerit verbū:ego dñs decepi prophetā illū:ꝛ extendā manū
meā ſuper illū,ꝛ delebo eū de medio ppli mei Iſrl. Et por-
tabunt iniquitatē ſuā:iuxta iniquitatē interrogātis,ſic ini-
quitas pphete erit.vt nō erret vltra domus Iſrl a me,neq̃
polluat in vniuerſis p̄uaricationibus ſuis:ſed ſint mihi in
ppl'm,ꝛ ego ſim eis in deū,ait dñs exercituū. Et factꝰ eſt ſer
mo dñi ad me,dicēs. Fili hois,terra cū peccauerit mihi,vt
preuaricetur preuaricās,extendā manū meā ſup eā,ꝛ con-
terā virgā panis eius:ꝛ immittā in eā famē,ꝛ interficiam de
ea hominē ꝛ iumētū. Et ſi fuerint tres viri iſti in medio eiꝰ,
Noe,Daniel,ꝛ Job:ipſi iuſtitia ſua liberabūt aias ſuas,
ait dñs exercituū. Qō ſi ꝛ beſtias peſſimas induxero ſuper
terrā,vt vaſtē eā:ꝛ fuerit inuia,eo qō nō ſit pertrāſiēs ppter
beſtias: Tres viri iſti ſi fuerint i ea,viuo ego dicit dñs deꝰ,
ſi nec filios nec filias liberabūt,ſed ipſi ſoli liberabunt,ter
ra aūt deſolabit. Vel ſi gladiū induxero ſuper terrā illam,
ꝛ dixero gladio. Trāſi per terrā:ꝛ interfecero de ea hoīem
ꝛ iumētū: Et tres viri iſti fuerint in medio eius:viuo ego di
cit dñs deꝰ,nō liberabūt filios neq̃ filias: ſed ipſi ſoli libe-
rabunt. Si aūt ꝛ peſtilentiā immiſero ſup terrā illā,ꝛ effu-
dero indignationē meā ſup eā in ſanguine,vt auferā ex ea
hoīem ꝛ iumētū: Et Noe,ꝛ Daniel,ꝛ Job fuerint i medio
eiꝰ:viuo ego,dicit dñs deꝰ,qꝛ filiū ꝛ filiā nō liberabūt:ſz ipſi
uſtitia ſua libera būt aias ſuas. Qñi hec dicit dñs deꝰ. Qō
ꝛ ſi quatuor iudicia mea peſſima,gladiū,ꝛ famē,ac beſtias
malas,ꝛ peſtilētiam immiſero in Jeruſalē,vt interficiā de
ea hominē ꝛ pecus. Tamē relinquet in ea ſaluatio educen-
tiū filios ꝛ filias:ecce ipſi egredient ad vos,ꝛ videbitis viā
eorū ꝛ adinuētiōes eoꝝ:ꝛ cōſolabimini ſup malo qō induri
in Jeruſalē:in omnib⁹ q̃ impropaui ſup eā. Et cōſolabunt
vos,cū videritis viā eoꝝ ꝛ adinuentiones eorū:ꝛ cognoſce
tis qō non fruſtra fecerim oīa que feci in ea,ait dñs deus.

¶ S. Peruerſi cōburendi vt vitis infructuoſa. Ca.xv.

Et factus eſt ſermo dñi ad me,dicēs. Fili hois,
quid fiet de ligno vitis ex oīb⁹ lignis nemorū,que
ſunt iter ligna ſyluaꝝ: Numq̃d tollet de ea lignū,
vt fiat opus,aut fabricabit de ea paxillus vt de
pendeat in eo q̃dcūq̃ vas: Ecce,igni datū eſt in eſcā,vtrāq̃
partē eius cōſumpſit ignis,ꝛ medietas eiꝰ redacta eſt in fa
uillam:numq̃d vtile erit ad opus? Etiā cū eſſet integrū,nō
erat aptū ad opus:quāto magis cū illud ignis deuorauerit,
ꝛ cōbuſſerit nihil ex eo fiet operis? Propterea hec dicit
dñs deus. Quomodo lignum vitis inter ligna ſyluarum,
quod dedi igni ad deuorādum,ſic tradidi habitatores Je
ruſalem. Et ponā faciē meā in eos:de igne ingredientur,et
ignis conſumet eos. Et ſcietis quia ego dñs cū poſuero fa-
ciem meam in eos,ꝛ dedero terram inuiam ꝛ deſolatā:eo
quod preuaricatores extiterint,dicit dominus deus.

¶ Capitulū Summarium. Exprobrat dominꝰ domui Iſ-
rael ingratitudinem. Caput.xvj.

Et factus eſt ſermo dñi ad me,dicens. Fili hois
notas fac Jeruſalē abominationes ſuas,et di-
ces: Hec dicit dñs deus Jeruſalez. Radix tua
ꝛ generatio tua de terra Chanaan: pater tuus
Amorrheus,ꝛ mater tua Cethea. Et qñ nata es,in die or
tus tui eſt preciſus vmbilicus tuꝰ,ꝛ in aq̃ nō es lota in ſalu
tem,nec ſale ſalita,nec inuoluta pānis. Nō pepercit ſup te
oculus,vt faceret tibi vnū de his:miſertꝰ tui:ſed proiecta es
ſup faciē terre in abiectiōe aie tue in die qua nata es. Tran
ſiens aūt per te,vidi te conculcari in ſanguine tuo:ꝛ dixi tibi
cum eſſes in ſanguine tuo. Viue. dixi inq̃ tibi. In ſanguine
tuo viue. Multiplicatā quaſi germē agri dedi te:et multi-
plicata es,ꝛ grādis effecta,ꝛ ingreſſa es,ꝛ peueniſti ad mū-
dū muliebrē:vbera tua ītumuerūt,ꝛ pilꝰ tuꝰ germinauit:et
eras nuda,ꝛ cōfuſione plena. Et trāſiui p̄ te,ꝛ vidi te:ꝛ ecce
tēpus tuū,tēpus amātiū:ꝛ expādi amictū meum ſuper te,ꝛ
operui ignominiā tuā. Et iurauī tibi,ꝛ ingreſſus ſum pactū
tecum,ait dñs deus:ꝛ facta es mihi,ꝛ lauī te aqua,ꝛ emun-
dauī ſanguinē tuū ex te:ꝛ vnxi te oleo. Et veſtiui te diſcolo
ribus,ꝛ calciauī te hyacintho:ꝛ cinxi te byſſo,ꝛ indui te ſub
tilibus. Et ornauī te ornamēto,ꝛ dedi armillas in manib⁹
tuis,ꝛ torquem circa collū tuum. Et dedi inaurem ſuper os
tuū,ꝛ circulos aurib⁹ tuis,ꝛ coronā decoris in capite tuo.
Et ornata es auro ꝛ argēto,ꝛ veſtita es byſſo,ꝛ polymito
ꝛ multis coloribꝰ:ſimilā,ꝛ mel,ꝛ oleū comediſti,ꝛ decora fa
cta es vehemēter nimis:ꝛ pfeciſti in regnū. Et egreſſum eſt
nomē tuū in gētes ppter ſpeciē tuā:qꝛ pfecta eras in decore
meo quē poſuerā ſuper te,dicit dñs deꝰ. Et habēs fiduciā
in pulchritudine tua fornicata es in nomīe tuo:ꝛ expoſuiſti
fornicationē tuā oi trāſeūti,vt eiꝰ fieres. Et ſumēs de veſti
mentis tuis,feciſti tibi excelſa binçinde cōſuta:ꝛ fornicata
es ſuper eis,ſicut nō eſt factū,neq̃ futurū eſt. Et tuliſti va-
ſa decoris tui,de auro meo atq̃ argēto meo,q̃ dedi tibi:et
feciſti tibi imagines maſculinas,ꝛ fornicata es in eis. Et
ſumpſiſti veſtimēta tua multicoloria,ꝛ opuiſti illas:ꝛ oleū
meū,ꝛ thymiama meū poſuiſti coram eis. Et panē meū quē
dedi tibi,ſimilā ꝛ oleū ꝛ mel qbꝰ enutriui te,poſuiſti in con
ſpectu eoꝝ in odorē ſuauitatis,ꝛ factū eſt,ait dñs deus. Et
tuliſti filios tuos ꝛ filias tuas q̃s gñaſti mihi:ꝛ īmolaſti eis
ad deuorādū. Numq̃d parua eſt fornicatio tua? Immolaſti
filios meos,ꝛ dediſti illos cōſecrās eis. Et poſt oēs abomi
nationes tuas:ꝛ fornicatiōes tuas nō es recordata dierum
adoleſcētie tue,qñ eras nuda ꝛ cōfuſione plena,cōculcata
in ſanguīe tuo. Et accidit poſt oēm malitiā tuā,ve ve tibi:
ait dñs deus. Et edificaſti tibi lupanar,ꝛ feciſti tibi proſti-
bulum in cūctis plateis. Ad oē caput vie edificaſti ſignum
proſtitutionis tue:ꝛ abominabilē feciſti decorē tuum:ꝛ di-
uiſiſti pedes tuos omni trāſeunti,ꝛ multiplicaſti oēs fornī-
catiōes tuas. Et fornicata es cū filijs Egypti vicinis tuis
magnarū carniū:ꝛ multiplicaſti fornicationē tuā ad irrita
dū me. Ecce ego extēdā manū meā ſup te,ꝛ auferā ius tuū:
ꝛ dabo te in aias odiētiū te filiarū Paleſthinarū,q̃ erube-
ſcūt in via tua ſcelerata. Et fornicata es in filijs Aſſyrior,
eo qō necdū fueris expleta:ꝛ poſtq̃ fornicata es,nec ſic es
ſatiata. Et multiplicaſti fornicationē tuā in terra Chanaā
cū Chaldeis:ꝛ nec ſic ſatiata es in quo mūdabo cor tuū,
ait dñs deꝰ:cū facias oīa hec opera mulieris meretricis ꝛ
procacis: Quia fabricaſti lupanar tuū in capite oīs vie,et
excelſum tuū feciſti in oi platea:nec facta es quaſi meretrix
faſtidio augēs pretiū,ſed quaſi mulier adultera q̃ ſup virū
ſuū inducit alienos. Oib⁹ meretricibus dātur mercedes:tu
aūt dediſti mercedes cūctis amatoribꝰ tuis,ꝛ dona dona-
bas eis vt intrarēt ad te vndiq̃ ad fornicādū tecū. Factūq̃
eſt in te cōtra conſuetudinē mulierū in fornicationib⁹ tuis,et
poſt te nō erit fornicatio ꝛ eo cū qꝛ dediſti mercedes,ꝛ mer
cedes nō accepiſti,factū eſt in te cōtrarū: Propterea me-
retrix audi verbū dñi: Hec dicit dñs deus. Quia effuſum
eſt es tuū,ꝛ reuelata eſt ignominia tua in fornicationibus
tuis ſuper amatores tuos,ꝛ ſuper oīa idola abominatio-
num tuarū in ſanguine filiorū tuorum quos dediſti eis:ecce
ego cōgregabo oēs amatores tuos quibus commiſta es,
et omnes quos dilexiſti cum vniuerſis quos oderas:ꝛ con-
gregabo eos ſuper te vndiq̃,ꝛ nudabo ignominiā tuā cō-
ram eis,ꝛ videbunt omnem turpitudinem tuā. Et iudica-

Infra xxiij.b.

bo te iudicijs adulterarum ⁊ effundentium sanguinē: ⁊ dabo te in sanguiné furoris ⁊ zeli. Et dabo te in manus eorū. ⁊ destruét lupanar tuū ⁊ demolienť pro stibulū tuū: ⁊ denudabūt te vestimētis tuis, ⁊ auferēt vasa decoris tui: ⁊ derelinquēt te nudā plenāq; ignominia. Et adducēt sup te multitudinē, ⁊ lapidabūt te lapidibus, ⁊ trucidabunt te gladijs suis. Et cōburent domos tuas igni, ⁊ faciēt in te iudicia in oculis mulierū plurimarū: ⁊ desines fornicari, ⁊ mercedes vltra nō dabis. Et requiescā indignatio mea i te, ⁊ auferet zelus meꝰ a te, ⁊ quiescā, nec irascar ampliꝰ. Eo qō nō fueris recordata dierū adolescētie tue, ⁊ provocasti me in oibꝰ his: quapropter ⁊ ego vias tuas in capite tuo dedi, ait dñs deꝰ ⁊ nō feci iuxta scelera tua i oibꝰ abominatiōibꝰ tuis. Ecce ois q dicit vulgo proverbiū: in te assumet illud, dicēs. Sicut mater, ita ⁊ filia eius. Filia matris tue es tu, q̄ piecit virum suū, ⁊ filios suos: ⁊ soror sororū tuarū es tu, q̄ piecerunt viros suos ⁊ filios suos, mr̄ vestra Lethea: ⁊ pr̄ vester Amorrheus. Et soror tua maior, Samaria, ipa ⁊ filie eiꝰ q̄ habitant ad sinistrā tuā: soror aūt tua minor te: q̄ habitat a dextris tuis, Sodoma ⁊ filie eiꝰ. Sed nec in vijs earū ambulasti neq; fm scelera earū feciſti paurillū nimiꝰ: pene sceleratiora feciſti illis in oibꝰ vijs tuis. Vino ego, dicit dñs deus: qr̄ nō fecit Sodoma soror tua ipsa, ⁊ filie eiꝰ, sicut feciſti tu ⁊ filie tue. Ecce hec fuit iniqtas Sodome sororis tue, Superbia, saturitas panis, ⁊ abundātia, ⁊ otiū ipsiꝰ ⁊ filiarū eiꝰ: ⁊ manū egeno ⁊ pauperi nō porrigebāt. Et elevate sunt, ⁊ fecerunt abominatiōes coram me: ⁊ abstuli eas sicut vidi. Et Samaria dimidiū pctōrū tuoꝝ nō peccavit: sed viciſti eas sceleribꝰ tuis, ⁊ iustificasti sorores tuas in oibꝰ abominationibꝰ tuis, quas operata es. Ergo ⁊ tu porta confusionē tuā q̄ viciſti sorores tuas peccatis tuis, sceleratiꝰ agēs ab eis: iustificate sunt eā a te: ergo ⁊ tu cōfundere, ⁊ porta ignominiā tuā, q̄ iustificasti sorores tuas. Et cōuertā restitutiōnēs eas cōuersione Sodomorū cū filiabꝰ suis, ⁊ cōuersione Samarie ⁊ filiarꝰ eiꝰ: ⁊ cōuertā reuersionē tuā i medio earū, vt portes ignominiā tuā, ⁊ cōfundaris in oibꝰ que feciſti, cōsolās eas. Et soror tua Sodoma, ⁊ filie eiꝰ reuertenť ad antiqtatē suā: ⁊ Samaria, ⁊ filie eius reuertenť ad antiquitatē suā et tu, ⁊ filie tue reuertemini ad antiquitatem vestram. Non fuit autem Sodoma soror tua audita in ore tuo, in die superbie tue, anteq̄ revelaretur malitia tua: sicut hoc tempore in opprobrium filiarum Syrie, et cunctarum in circuitu tuo filiarum Palesthinarū, que ambiūt te per gyrū. Sceleus tuum, ⁊ ignominiā tuam tu portasti, ait dñs deus. Qr̄ hec dicit dñs deus. Et faciā tibi sicut desperisti iuramētū, vt irritū faceres pactū: ⁊ recordabor ego pacti mei tecū in diebus adolescētie tue: ⁊ suscitabo tibi pactū sempiternū. Et recordaberis viarū tuarū, ⁊ confunderis, cū receperis sorores tuas te maiores cum minoribus tuis: et dabo eas tibi in filias: sed nō ex pacto tuo. Et suscitabo ego pactum meū tecū: ⁊ scies q̄ ego dñs, vt recorderis ⁊ confundaris, ⁊ nō sit tibi vltra aperire os pre cōfusione tua, cum placatus tibi fuero in omnibus que feciſti, ait dominus deus.

¶ Capituli Summarium. Figura aqle ⁊ vinee regno Israel adaptatur. Caput. xvii.

Et factus est sermo dñi ad me dicēs. Fili hois pone enigma, ⁊ narra parabolā ad domū Israel, ⁊ dices: Hec dicit dñs deus. Aquila grādis magnarū alarū, longo membrorū discursu, plena plumis ⁊ varietate venit ad Libanū, ⁊ tulit medullā cedri. Summitatē frōdiū ei⁹ avulsit: ⁊ trāsportauit eā i terrā Chanaā, in vrbe negotiatoris posuit illā, ⁊ tulit de semine terre, ⁊ posuit illud in terra p semine: vt firmaret radicē sup aq̄s multas, in superficie posuit illud. Cūq; germinasset, crevit in vineā latiorē humili statura, respiciētibꝰ ramis eiꝰ ad eā: ⁊ radices eiꝰ sub illa erāt. facta est ergo vinea, ⁊ fructificauit i palmites, ⁊ emisit propagines. Et facta est aquila altera grandis magnis alis multisq; plumis: ⁊ ecce vinea ista q̄si mittens radices suas ad eā, palmites suos extēdit ad illā, vt irrigaret eā de arcolis germinis sui. In terra bona sup aquas multas plātata est: vt faciat frondes, ⁊ portet fructū, vt sit in vineam grandē. Dic: Hec dicit dñs deus. Ergone prosperabitur: nōne radices eius euellet, ⁊ fructus eius dissipabit, ⁊ siccabit oēs palmites germinis eius, ⁊ arescet: nō in brachio grādi, neq; in populo multo, vt euelleret eā radicitus: Ecce plantata est: ergone prosperabitur: nōne cū tetigerit eā vētus vrens siccabit, ⁊ in areis germinis sui arescet: Et factū est verbū dñi ad me, dicens. Dic ad domū exasperantem. Nescitis quid ista significent: Dic. Ecce, venit rex Babylonis in Jerusalē: ⁊ assumet regē, ⁊ principes eius, ⁊ adducet eos ad semetipsum in Babylonē. Et tollet de semine regni, ferietq; cū eo fedꝰ, ⁊ ab eo accipiet iusurandū. sed ⁊ fortes terre tollet: vt sit regnū humile, ⁊ nō elevet sed custodiat pactū eius, ⁊ seruet illud. Qui recedens ab eo, mittit nūtios ad Egyptū, vt det sibi equos, ⁊ populū multū. Numquid prosperabit, vel consequet salutē, qui fecit hec: ⁊ qui dissoluit pactum, nūquid effugiet? Vino ego dicit dñs deus, qm̄ in loco regis qui cōstituit eū regem, cuius fecit irritum iuramentū, ⁊ soluit pactū qō habebat cum eo, in medio Babylonis morietur. Et nō in exercitu grandi, neq; in populo multo faciet cōtra eū Pharao prelium: in iacta aggeris ⁊ in extructione vallorū, vt interficiat animas multas. Spreverat enī iuramentū, vt solveret fedus, ⁊ ecce dedit manū suā. ⁊ cum oia hec fecerit, nō effugiet. Propterea hec dicit dñs deus. Vino ego, qm̄ iuramentū qō spreuit et fedus qō prevaricatꝰ est, ponā in caput eius. Et expādā super eū rete meū, ⁊ cōprehendetur in sagena mea: ⁊ adducā eū in Babylonē, ⁊ iudicabo eum ibi in prevaricatione qua desperit me. Et oēs profugi eius cū vniuerso agmine suo, gladio cadent: reliqui aūt in omnē ventū dispergent: ⁊ scietis q̄ ego dñs locutꝰ sum. Hec dicit dñs deus. Et sumā ego de medulla cedri sublimis, ⁊ ponā: de vertice ramorū eius tenerū distringuā, ⁊ plantabo sup mōtē excelsū ⁊ eminētem. In mōte sublimi Israel plantabo illud, ⁊ erūpet in germē, ⁊ faciet fructū, ⁊ erit in cedrū magnā: ⁊ habitabūt sub eo oēs volucres ⁊ vniversum volatile, sub vmbra frondiū eiꝰ nidificabit. Et sciēt oia ligna regionis, q̄ ego dñs humiliaui lignum sublime, ⁊ exaltaui lignū humile: ⁊ siccaui lignū viride, ⁊ frōdere feci lignū aridū. Ego dñs locutus sum, ⁊ feci.

¶ L. S. Unusquisq; in suū peccatū portabit. Cap. xviii.

Et factus est sermo dñi ad me, dicens. Quid est vos inter vos parabolam vertitis in proverbiū istud in terra Israel: dicentes. Patres comederunt vuā acerbam, ⁊ dētes filiorū obstupescūt. Vino ego dicit dñs deus, si erit vltra vobis parabola hec in proverbium in Israel. Ecce omnes anime, mee sunt: vt anima patris ita ⁊ anima filij, mea est: anima que peccaverit, ipsa morietur. Et vir si fuerit iustus, et fecerit iudicium ⁊ iustitiam, in montibus non comederit, ⁊ oculos suos non levauerit ad idola domus Israel vxorē proximi sui nō violauerit, ⁊ ad mulierē menstruatam nō accesserit, ⁊ hominē nō contristauerit, pignus debitori reddiderit, per vim nihil rapuerit, panē suū esurienti dederit, ⁊ nudū operuerit vestimento: ad vsurā nō cōmodauerit ⁊ amplioꝰ nō acceperit, ab iniqtate averterit manū suā, ⁊ iudiciū verū fecerit inter virū ⁊ virū: ⁊ in pceptis meis ambulauerit, ⁊ iudicia mea custodierit, vt faciat veritatē: hic iustus est, vita vivet, ait dñs deus. Qō si genuerit filiū latronē effundentē sanguinē, ⁊ fecerit vnum de istis: ⁊ hec quidem omnia non facientem, sed in mōtibus comedentem, ⁊ vxorem proximi sui polluentem: egenum ⁊ pauperē cōtristantē, rapientem rapinas, pignus non reddentē, ⁊ ad idola levantem oculos suos, abominationem facientē: ad vsurā dantem ⁊ amplius accipientem: nūqd vivet? Nō vivet. Cū vniversa hec detestāda fecerit morte morietur, sanguis eius in ipso erit. Qō si genuerit filiū q̄ videns oia peccata patris sui q̄ fecit, timuerit, ⁊ non fecerit simile eis: sup mōtes nō cōederit, ⁊ oculos suos nō levaverit ad idola domus Israel, ⁊ vxorē proximi sui non violauerit, ⁊ virum non contristauerit, pignus non retinuerit, ⁊ rapinam non rapuerit, panē suū esurienti dederit, ⁊ nudum operuerit

rit vestimento:a pauperis iniuria auerterit manum suam, vsuram ꝛ superabundantiã non acceperit, iudicia mea fecerit, ꝛ in preceptis meis ambulauerit: hic nõ morietꝫ in iniquitate patris sui, sed vita viuet. Pater eiꝰ qꝛ calũniatus est, ꝛ vim fecit fratri, ꝛ malũ operatus est in medio populi sui: ecce mortuus est in iniquitate sua. Et dicitis. Quare nõ portabit filius inigtatẽ patris? Videlicet, qꝛ filiꝰ iudiciũ ꝛ iustitiam operatꝰ est, oĩa precepta mea custodiuit, ꝛ fecit illa viuet vita. Alia que peccauerit, ipsa morietur: filiꝰ non portabit inigtatẽ patris: ꝛ pater nõ portabit inigtatẽ filij: iustitia iusti super eũ erit, ꝛ impietas impij erit sup eũ. Si aũt impiꝰ egerit penitẽtiã ab oĩbus peccatis suis q̃ operatus est, ꝛ custodierit oĩa p̃cepta mea ꝛ fecerit iudiciũ ꝛ iustitiã: vita viuet, ꝛ nõ morietꝫ. Oĩm iniquitatũ eiꝰ quas operatꝰ est, nõ recordabor: in iustitia sua, quã operatꝰ est, viuet. Numquid voluntatis mee est mors impij, dicit dñs deꝰ, ꝛ nõ vt cõuertat a vijs suis, ꝛ viuat? Si aũt auerterit se iustus a iustitia sua, ꝛ fecerit inigtatẽ ꝑm oĩa abominatiões, q̃s opari solet impius, nunqd viuet? Oĩa iustitie eiꝰ quas fecerat, nõ recordabunt: in p̃uaricatiõe qua p̃uaricatꝰ est, ꝛ in peccato suo qõ peccauit, in ipsis morietꝫ. Et dixistis. Non est eq̃ via dñi. Audite ergo domꝰ Iſrl. Nunqd via mea nõ est equa, ꝛ non magis vie vestre praue sunt: Cũ eñ auerterit se iustꝰ a iustitia sua, ꝛ fecerit inigtatẽ, morietꝫ in eis: in iustitia quã operatus est, morietꝫ. Et cũ auerterit se impius ab impietate sua quam operatus est, ꝛ fecerit iudiciũ ꝛ iustitiã: ipe alam suã vinificabit. Cõsyderãs eñ, ꝛ auertẽs se ab oĩbꝰ inigtatibꝰ suis quas operatꝰ est, vita viuet ꝛ nõ morietꝫ. Et dicũt filij Iſrael. Nõ est equa via dñi. Nunqd vie mee nõ sunt eq̃ domꝰ iſrl, ꝛ nõ magis vie vestre prauę? Idcirco vnũquẽqꝫ iuxta vias suas iudicabo domꝰ Iſrl, ait dñs deꝰ. Cõuertimini, ꝛ agite penitẽtiã ab oĩbꝰ inigtatibꝰ vestris: ꝛ nõ erit vobis in ruinã inigtas. Proijcite a vobis oĩa preuaricatiões vestras in qbus p̃uaricati estis, ꝛ facite vobis cor nouũ, ꝛ spiritum nouũ: ꝛ quare moriemini domus Iſrael? Quia nolo mortem morientis, dicit dñs deus: reuertimini, ꝛ viuite.

¶ S. Reges Iſrael cõparant feris leonibus. Ca. xix.

Et tu fili hois assume plãctũ sup p̃cipes Iſrl, ꝛ dices. Quare mater tua leena inter leones cubauit: in medio leunculorum enutriuit catulos suos. Et edurit vnũ de leũculis suis, leo factus est: ꝛ didicit capere predã, hoiesqꝫ comedere. Et audierũt de eo gẽtes, ꝛ nõ absqꝫ vulneribꝰ suis ceperũt eũ: ꝛ adduxerũt eũ in catenis in terrã Egypti. Que cũ vidisset qũ infirmata est, ꝛ perijt expectatio eiꝰ: tulit vnũ de leunculis suis, leonẽ ꝛstituit eũ. Qui incedebat inter leones, ꝛ factꝰ est leo: ꝛ didicit p̃dã capere: ꝛ hoies devorare: didicit viduas facere, ꝛ ciuitates eoꝝ i desertũ adducere: ꝛ desolata est terra et ꝛ plenitudo eiꝰ a voce rugitꝰ illiꝰ. Et cõuenerũt aduersus eũ gentes vndiqꝫ de puncijs: ꝛ expãderũt super eũ rete suũ, in vulneribꝰ eaꝝ captus est. Et miserũt eũ in caueã, in catenis adduxerũt eũ ad regem Babylonis, miserũtqꝫ eũ in carcerem, ne audiret vox eius vltra sup mõtes Iſrl. Mater tua quasi vinea in sanguine tuo sup aquã plãtata est: fructꝰ eiꝰ, ꝛ frõdes eius creuerũt ex aquis multis. Et facte sunt ei virge solide in sceptra dominãtiũ, ꝛ exaltata est statura eiꝰ inter frondes: ꝛ vidit altitudinẽ suã in multitudine palmitũ suorũ. Et euulsa est in ira, in terrã qꝫ p̃iecta: ꝛ vẽtus vrens siccauit fructũ eiꝰ: marcuerũt ꝛ arefacte sunt virge roboris eiꝰ, ignis comedit eã. Et nũc trãsplãtata est in desertum, in terra inuia, ꝛ sitiẽti. Et egressus est ignis de virga ramoꝝ eius, qui fructũ eius comedit: ꝛ non fuit in ea virga fortis, sceptrum dominantium. ¶ Planctus est, ꝛ erit in planctum.

¶ Capituli Summarium. Exprobrat ingratis Judeis beneficium eductionis de Egypto. Caput. xx.

Et factũ est in anno septimo, in qnto, in decima mensis: venerũt viri de senioribꝰ Iſrl, vt interrogarẽt dñm, ꝛ sederũt cor̃ me. Et factꝰ est ſmo dñi ad me, dicens. Fili hois loquere senioribus Iſrael, ꝛ dices ad eos: Hec dicit dñs deus. Nunquid ad interrogandũ me vos venistis? Viuo ego qꝛ non respõdebo vobis, ait dñs deꝰ. Si iudicas eos, si iudicas fili hominis? abominationes patrum eoꝝ ostende eis. Et dices ad eos: Hec dicit dñs deus. In die qua elegi Iſrael, ꝛ leuani manum meam p̃o stirpe domꝰ Jacob: ꝛ apparui eis in terra Egypti, ꝛ leuani manũ meã p̃o eis, dicẽs. Ego dñs deꝰ vester: in die illa leuani manũ meã p̃o eis, vt educerẽ eos de terra Egypti, in terrã quã p̃uideram eis, fluentẽ lacte ꝛ melle, que est egregia inter oĩa terras. Et dixi ad eos. Vnusqsqꝫ offensiões oculoꝝ suoꝝ abijciat, ꝛ in idolis Egypti nolite pollui: ego dñs deus vester. Et irritauerũt me, noluerũtqꝫ me audire: vnusquisqꝫ abominatiões oculoꝝ suorum non proiecit, nec idola Egypti reliquerũt: ꝛ dixi vt effunderem indignationẽ meã super eos, ꝛ implerẽ iram meã in eis, in medio terre Egypti. Et feci propter nomen meũ, vt nõ violaretur coram gentibus, in quarũ medio erãt, ꝛ inter quas apparui eis, vt educerẽ eos de terra Egypti. Eieci ergo eos de terra Egypti, ꝛ eduxi eos in desertum. Et dedi eis p̃cepta mea, ꝛ iudicia mea ostendi eis, que faciẽs homo, viuet in eis. Insuper ꝛ sabbatha mea dedi eis, vt esset signũ inter me ꝛ eos: ꝛ scirent qꝛ ego dñs sanctificans eos. Et irritauerũt me domus Iſrael in deserto, in preceptis meis nõ ambulauerunt: ꝛ iudicia mea p̃cerũt, que faciẽs homo viuet in eis: ꝛ sabbatha mea violauerũt vehementer. Dixi ergo vt effunderẽ furorẽ meũ super eos in deserto, ꝛ cõsumerẽ eos. Et feci ꝑpter nomẽ meũ, ne violaret coram gentibꝰ: de quibꝰ eieci eos in cõspectu earũ. Ego igitur leuaui manũ meã sup eos in deserto, ne inducerẽ eos in terrã quã dedi eis fluentẽ lacte ꝛ melle, precipuã terrarũ oĩm: qꝛ iudicia mea proiecerunt, ꝛ in p̃ceptis meis nõ ambulauerũt, ꝛ sabbatha mea violauerũt: post idola enim cor eoꝝ gradiebatur. Et pepercit oculus meus super eos, vt nõ interficerẽ eos: nec cõsumpsi eos in deserto. Dixi aũt ad filios eorũ in solitudine. In preceptis patrũ vestrorũ nolite incedere, nec iudicia eorum custodiatis, nec in idolis eorũ polluamini. Ego dñs deus vester, in preceptis meis ambulate, ꝛ iudicia mea custodite, ꝛ facite ea. Et sabbatha mea sanctificate, vt sit signũ inter me ꝛ vos: ꝛ sciatis qꝛ ego sum dñs deus vester. Et exacerbauerũt me filij, ꝛ in p̃ceptis meis nõ ambulauerũt: ꝛ iudicia mea nõ custodierũt, vt facerent ea: q̃ cũ fecerit homo, vinet in eis: ꝛ sabbatha mea violauerũt. ꝛ cõminatus sum vt effunderẽ furorẽ meũ super eos, ꝛ implerẽ irã meã in eis in deserto. Auerti aũt manũ meam, ꝛ feci ꝑpter nomẽ meũ vt nõ violaretur cor̃ gentibus, de qbus eieci eos in oculis earũ. Iterũ leuaui manũ meã in eos in solitudine, vt dispergerẽ illos in nationibus, ꝛ ventilarem in terras eo qõ iudicia mea non fecissent, ꝛ p̃cepta mea reprobassent, ꝛ sabbatha mea violassent, ꝛ post idola patrũ suorũ fuissent oculi eorũ. Ergo ꝛ ego dedi eis precepta nõ bona, ꝛ iudicia in qbus nõ vinẽt: ꝛ pollui eos in muneribus suis cũ offerrent oĩ quod aperit vuluã, ꝑpter delicta sua: ꝛ scient qꝛ ego dñs. Quam obrem loquere ad domum Iſrael fili hominis: ꝛ dices ad eos: Hec dicit dñs deus. Adhuc ꝛ in hoc blasphemauerunt me patres vestri, cũ sprevissent me contemnentes: ꝛ induxissem eos in terram super quam leuaui manũ meam vt darem illam eis: viderunt omnem collem excelsum, ꝛ omne lignũ nemorosum, ꝛ immolauerũt ibi victimas suas: ꝛ dederunt ibi irritationem oblationis sue, ꝛ posuerũt ibi odorem suauitatis sue, ꝛ libauerũt libationes suas. Et dixi ad eos. Quid est excelsum, ad quod vos ingredimini? Et vocatum est nomen eius Excelsum, vsqꝫ ad hanc diem. Propterea dic ad domum Iſrael: Hec dicit dñs deus. Certe in via patrum vestrorum vos polluimini, ꝛ post offendicula eorum vos fornicamini. Et in oblatione donorum vestrorũ cum traducitis filios vestros per ignẽ, vos polluimini in omnibus idolis vestris vsqꝫ hodie: ꝛ ego respondebo vobis domus Iſrael? Viuo ego dicit dñs deus, quia non rñdebo vobis. Meqꝫ cogitatio mentis vestre fiet, dicẽtium, Erimus sicut gentes, ꝛ sicut cognationes terre, vt colamus ligna ꝛ lapides. Viuo ego dicit dominus deus, quoniam in

manu forti,& in brachio extẽto,& in furore effuso regnabo
super vos. Et educam vos de populis:& congregabo vos
de terris,in quibus dispersi estis: in manu valida & in bra-
chio extento,& in furore effuso regnabo sup vos. Et adduc-
am vos in desertũ populorũ,& iudicabor vobiscum ibi fa
cie ad faciẽ. Sicut iudicio cõtẽdi aduersus patres vestros
in deserto terre Egypti:sic iudicabo vos,dicit dñs deꝰ. Et
subijciã vos sceptro meo,& inducã vos in vinculis federis.
Et eligã de vobis trãsgressores & impios,& de terra incola
tus eorũ educã eos,& in terrã Israel nõ ingredientur:& scie-
tis q̃ ego dñs. Et vos domꝰ Israel:hec dicit dñs deꝰ. Sin
guli post idola vestra ambulate & seruite eis. Qõ si & in hoc
nõ audieritis me,& nomẽ meum sanctũ polluetis vltra in
muneribus vestris & in idolis vestris:in monte sancto meo,
in monte excelso Israel,ait dñs deꝰ,ibi seruiet mihi oĩs do
mus Israel,oĩs inquã in terra in qua placebit mihi: & ibi
querã primitias vestras,& initiũ decimarũ vestrarũ in oĩbꝰ
sanctificatiõibꝰ vestris. In odorẽ suauitatis suscipiã vos,
cũ eduxero vos de populis,& congregauero vos de terris
in quas dispersi estis:& sanctificabor in vobis in oculis na
tionũ. Et scietis q̃ ego dñs,cũ induxero vos ad terram Is
rael,in terrã p quã leuaui manũ meã vt darẽ eã patribus
vestris. Et recordabimini ibi viarũ vestrarũ,& omniũ sce-
lerum vestrorum,quibus polluti estis in eis:& displicebitis
vobis in cõspectu vestro in oĩbus malitijs vestris quas fe-
cistis. Et scietis q̃ ego dñs,cũ bñfecero vobis ꝓpter nomne
meum,& nõ sm vias vestras malas,neq; sm scelera vestra
pessima domus Israel,ait dñs deꝰ. Et factꝰ est sermo dñi
ad me,dicẽs, Fili hois,pone faciẽ tuã contra viã austri,&
stilla ad aphricũ:& prophета ad saltũ agri meridiani. Et
dices saltui meridiano. Audi verbũ dñi:hec dicit dñs deꝰ.
Ecce ego succendã in te ignẽ,& combrã in te omne lignũ
viride,& omne lignum aridũ:nõ extinguetur flamma succẽ
sionis:& cõburetur in ea ois facies ab austro vsq; ad aqui-
lonem. Et videbit vniuersa caro q̃ ego dñs succẽdi eã,nec
extinguetur. Et dixi,Ah,a,a,domine deus:ipsi dicũt de me.
Numquid non per parabolas loquitur iste?

¶ C.S. Denatur dñs Israel gladium. Caput.xxi.

Et factus est sermo dñi ad me dicens. Fili hois
pone faciẽ tuã ad Jerusalẽ, et stilla ad sanctua
ria,& ꝓphета cõtra humũ Israel. Et dices ter-
re Israel: Hec dicit dñs deꝰ. Ecce ego ad te et
eyciam gladium meũ de vagina sua,& occidã in te iustum
& impium. Pro eo autẽ q̃ occidi in te iustũ & impũ,idcir-
co egredietꝫ gladius meꝰ de vagina sua ad omnẽ carnẽ ab
austro vsq; ad aquilonem:vt sciat ois caro q̃ ego dñs eduxi
gladium meũ de vagina sua irrenocabilem. Et tu fili hois
ingemisce m cõtritiõe lumboꝝ & in amaritudinibus inge-
misce coram eis. Cũq; dixerit ad te. Quare tu gemis:dices.
Pro auditu,q̃ venit,& tabescet omne cor,& dissoluentꝫ vni
uerse manꝰ,& infirmabit ois spiritꝰ & per cũcta genua fluẽt
aque:ecce venit,& fiet,ait dñs deus. Et factus est sermo dñi
ad me,dicẽs. Fili hois,ꝓphета,& dices. Hec dicit dñs deꝰ.
Loquere, Gladius gladiꝰ eracutus est,& limatꝰ. Ut cedat
victimas,eracutus est:vt splendeat lumatus est:qui moues
sceptrũ filij mei,succidisti omne lignũ. Et dedi eũ ad leui-
gandũ,vt teneat manu:iste eracutꝰ est gladius,& iste lima-
tus est,vt sit in manu interficiẽtis. Clama & vlula fili hois,
q̃: hic factꝰ est in ꝓplo meo,hic in cunctis ducibꝰ Israel q̃
fugerãt:gladio traditi sunt cũ ꝓplo meo,idcirco plaude su
per femur,q̃ ꝓbatus est,& hoc cũ sceptrũ subuerterit,& non
erit:dicit dñs deus. Tu ergo fili hois propheta,& percute
manu ad manũ & duplicet gladius,ac triplicetur gladius
interfectoũ:hic est gladiꝰ occisiõis magne,qui obstupesce
re eos facit,& corde tabescere,& multiplicat ruinas. In oĩ-
bus portis eorũ dedi cõturbationẽ gladij acuti & limati ad
fulgendum,amicti ad cedẽ. Eracuere,vade ad dexterã siue
ad sinistrã,quocũq; faciei tue est appetitꝰ. Quin & ego plau
dã manu ad manũ,& implebo indignationẽ meã: ego dñs
locutꝰ sum. Et factꝰ est sermo dñi ad me,dicens. Et tu fili
hois pone tibi duas vias,vt veniat gladiꝰ regis Babylo-
nis:de terra vna egredientẽ ambe,Et manu capiet cõiectu-
rã,in capite vie ciuitatis cõijciet. Viã pones,vt veniat gla-
dius ad Rabbath filiorũ Ammon,& ad Judã in Jerusa
lem munitissimã. Stetit enĩ rex Babylonis in bino,in ca-
pite duarũ viarũ,diuinationẽ querẽs,cõmiscens sagittas:
interrogauit idola,exta consuluit. ad dexterã eius facta est
diuinatio super Jerusalẽ,vt ponat arietes,vt aperiat os in
cede,vt eleuet vocẽ in vlulatu,vt ponat arietes ꝫ portas,
vt cõportet aggerẽ. vt edificet munitiones. Eritq; quasi cõ
sulens fruſtra oraculũ in oculis eorũ,& sabbathorũ otium
imitans:ipse aũt recordabit iniquitatis ad capiendũ. Id-
circo hec dicit dñs deus. Pro eo qõ recordati estis iniqui-
tatis vestre,& reuelastis preuaricationes vestras,& appa-
ruerunt peccata vestra in omnibus cogitatiõibus vestris:
pro eo inquam q̃ recordati estis,manu capiemini. Tu aũt
prophane impie dux Israel,cuius venit dies in tpe iniqtatis
prefinita:hec dicit dñs deꝰ. Aufer cidarim,tolle coronam:
nõne hec est q̃ humilẽ sublenauit,& sublimem humiliauit?
Iniqtatẽ,iniqtatẽ,iniquitatẽ ponã eã:& hoc nõ factum est,
donec veniret cuꝰ est iudiciũ,& tradã ei. Et tu fili hois,ꝓ-
pheta & dic. Hec dicit dñs deus ad filios Ammõ & ad op-
probriũ eorũ:& dices. Gladius gladius euagina te ad occidẽ
dũ,lima te vt interficias,& fulgeas. Cum tibi viderẽtur va
na,& diuinarẽtur mẽdacia,vt dareris sup colla vulneratoꝝ
impiorũ,quoꝝ venit dies in tẽpore iniquitatis prefinita.
Reuertere ad vaginã tuã in locũ in quo creatꝰ es:in terra
nativitatis tue iudicabote,& effundã super te indignationẽ
meã:in igne furoris mei sufflabo in te,& dabo q̃ te in manꝰ hoĩm
insipientiũ & fabricantiũ interitũ. Ignis eris cibꝰ:sanguis tuus
erit in medio terre:obliniõi trader is:q̃ ego dñs locutꝰ sum.

¶ Capituli Summarium. Enarrantur abominationes &
scelera Jerosolymis perpetrata. Caput.xxii.

Et factũ est verbum dñi ad me,dicens. Et tu fili
hominis, nonne iudicas ciuitatem sanguinũ,
& ostẽdes ei omnes abominationes suas? Et
dices: Hec dicit dñs deus. Ciuitas effundens
sanguinẽ in medio sui,vt veniat tẽpus eiꝰ:& q̃ fecit idola ꝫ se
meiꝰ faz,vt pollueret. In sanguine tuo q̃ a te effusus est,de-
liquisti:& in idolis tuis q̃ fecisti polluta es:& appropinqua-
re fecisti dies tuos,& aduenisti tẽpus annorũ tuorum:pro-
pterea dedi te opprobriũ gentibus,& irrisionẽ vniuersis ter
ris. Que iuxta sunt & que procul a te,triumphabũt de te:sor
dida,nobilis,grãdis interitu. Ecce principes Israel singuli in
brachio suo fuerũt in te,ad effundendũ sanguinẽ. Patrẽ et
matrẽ cõtumelijs affecerũt in te,aduenã calũniati sunt in me
dio tui,pupillũ & viduã cõtristauerũt apud te: Sanctuaria
mea spreuistis,& sabbatha mea polluistis. Viri detracto-
res fuerũt in te ad effundendũ sanguinẽ,& sup mõtes come-
derũt in te,scelus opati sunt in medio tui. Verecũdiora pa
tris discooperuerũt in te,immũditiã mẽstruate humiliauerũt
in te. Et vnusq̃sq; in proximẽ primi sui operatꝰ est abomina-
tionẽ,& socer nurũ suã pollut nefarie,frater sororẽ suã filiã
patris sui oppressit in te. Munera acceperũt apud te ad ef-
fundendũ sanguinẽ: vsurã & superabũdantiã acceperis,& aua
re proximos tuos calũniatoris:meiq; oblita es,ait dñs deꝰ.
Ecce cõplosi manꝰ meas sup auaritiã tuã quã fecisti,& su-
per sanguinẽ qui effusus est in medio tui. Numquid sustinebit
cor tuũ,aut prevalebunt manus tue,in diebus quos ego fa
ciam tibi:ego dominus locutus sum,& faciam. Et disper-
gam te in nationes,& ventilabo te in terras,& deficere faciã
immunditiam tuam a te. Et possidebo te in cõspectu gen
tium:& scies quia ego dominus. Et factum est verbum dñi
ad me,dicens. Fili hominis,versa est mihi domꝰ Israel in
scoriã: omnes isti es,& stannum,& ferrum,& plumbum in me-
dio fornacis,scoria argenti facti sunt. Propterea hec di-
cit dominus deus. Eo quod versi estis omnes in scoriã,pro
pterea ecce ego congregabo vos in medio Jerusalem con-
gregatione argenti,& eris,& stanni,et ferri,& plumbi in me-
dio fornacis:vt succendã in ea ignem ad conflandũ. sic cõ-

gregabo in

gregabo in furore meo: & in ira mea, & requescã. Et conflabo vos, & cõgregabo vos, & succẽdã vos in igne furoris mei, & cõflabimini in medio ei⁹. Ut cõflat argẽtũ in medio fornacis, sic eritis in medio ei⁹: & scietis q; ego dñs, cũ effuderim indignationẽ meã sup vos. Et fact⁹ est sermo dñi ad me dicẽs. Fili hois, dic ei. Tu es terra immũda, & nõ cõpluta in die furoris. Cõiuratio pphetarũ in medio ei⁹: Sicut leo rugiẽs capiẽs q; p̃dã, aias deuorauerũt, opes & ptiũ acceperũt, viduas ei⁹ multiplicauerũt in medio illi⁹. Sacerdotes ei⁹ ptẽpserũt legẽ meã, & polluerũt sanctuaria mea: inter sanctũ & pphanũ nõ habuerũt distãtiã: & inter pollutũ & mũdũ nõ intellexerũt: & a sabbathis meis auerterũt oculos suos, & coinquinabar in medio eor. Principes ei⁹ in medio illi⁹ quasi lupi rapiẽtes predã: ad effundendũ sanguinẽ, & ad pdẽdas aias, & auare sectãda lucra. Prophete aũt ei⁹ liniebãt eos absq; tẽperamẽto vidẽtes vana, & diuinãtes eis mẽdaciũ, dicẽtes: Hec dicit dñs de⁹: cũ dñs nõ sit locut⁹. Pplũ terre calũnia bantur calũniã, & rapiebãt violẽter: egenũ & pauperẽ affligebãt, & aduenã opprimebãt calũnia absq; iudicio. Et q̃siui de eis virũ q; interponeret sepẽ, & staret oppositus cõtra me pptera, ne dissiparẽ eã: & nõ inueni. Et effudi super eos indignationem meã, in igne ire mee cõsumpsi eos: viam eorum in caput eorum reddidi: ait dominus deus.

¶ Capituli Summarium. Domus Juda & Jsrael comparantur duabus meretricibus. Caput.xxiij.

Et fact⁹ est sm̃o dñi ad me, dicẽs. Fili hois, due mulieres filie matris vnius fuerũt. Et fornicate sunt in Egypto, in adolescẽtia sua fornicate sunt: ibi subacta sunt vbera earũ & fracte sunt mãme pubertatis ear. Noia aũt ear. Olla maior & ooliba soror ei⁹ & habui eas, & peperũt filios, & filias. Porro earũ noia Samaria Olla: & Jerusalẽ Ooliba. Fornicata est igit super me Olla, & insaniuit in amatores suos, in Assyrios propinquãtes, vestitos hyacitho, principes & magistrat⁹, iuuenes cupidinis, vniuersos, eqtes, & ascẽsores equor. Et dedit fornicationes suas sup eos, electos filios Assyrior vniuersos: & in oĩb⁹ in q̃s insaniuit in immũditijs eor polluta est. Jnsup & fornicatiões suas quas habuerat in Egypto, nõ reliquit. nã & illi dormierũt cũ ea in adolescẽtia ei⁹, & illi cõfregerũt vbera pubertatis ei⁹, & effuderũt fornicationẽ suã sup eã. Propterea tradidi eã in manus amatorũ suorum, in man⁹ filiorũ Assur, sup quor insaniuit libidie. Jpi discooperuerũt ignominiã ei⁹, filios & filias ei⁹ tulerũt, & ipsam occiderũt gladio & facte sunt famose mulieres, & iudicia ppetrauerũt in ea: Q̃ cũ vidisset soror ei⁹ Ooliba: plusq; illa insaniuit libidine: & fornicationẽ suã sup fornicationẽ sororis sue ad filios Assyriorũ prebuit impudenter, ducibus et magistratib⁹ ad se veniẽtib⁹ indutis veste varia, equitib⁹ q; vectabant equis, & adolescẽtibus forma cunctis egregia. Et vidi q; polluta esset: via vna ambarũ. Et aurit fornicationes suas: cũq; vidisset viros depictos in pariete, imagines Chaldeor erp̃sas coloríb⁹, & accinctos balteis renes & tiaras tinctas in capitib⁹ eor, formã ducũ oĩm, similitudinẽ filior Babylonis terreq; Chaldeor in q̃ orti sunt: insaniuit sup eos ꝛcupiscẽtia oculorũ suor, & misit nũtios ad eos in Chaldeã. Cũq; venissent ad eã filij Babylonis ad cubile mãmarũ, polluerũt eã stupris suis, & polluta est ab eis, et saturata est aia ei⁹ ab illis. Denudauit q̃q; fornicationes suas & discooperuit ignominiã suã: & recessit aia mea ab ea, sicut recesserat aia mea a sorore ei⁹. Multiplicauit em̃ fornicationes suas, recordãs dies adolescẽtie sue, q̃bus fornicata est in terra Egypti. Et insaniuit libidine sup ꝛcubitũ eorũ q̃rũ carnes sunt vt carnes asinor: & sicut fluxus equorũ fluxus eorũ. Et visitasti scelus adolescẽtie tue, quãdo subacta sunt in Egypto vbera tua, & cõfracte sunt mamme pubertatis tue. Propterea Ooliba, hec dicit dñs de⁹. Ecce ego suscitabo oẽs amatores tuos contra te, de quibus satiata est aia tua: & cõgregabo eos aduersum te in circuitu, filios Babylonis, & vniuersos Chaldeos, nobiles, tyrãnosq; et principes oẽs filios Assyriorũ, iuuenes forma egregia, ducces & magistratus vniuersos, principes principũ, & noiatos ascensores equorũ. Et venient super te instructi curru & rota: multitudo populorũ: loríca & clypeo & galea armabunt cõtra te vndiq; : & dabo coram eis iudiciũ, & iudicabũt te iudicijs suis. Et ponã zelum meũ in te, quẽ exercent tecũ in furore: nasum tuũ & aures tuas precidẽt: & que remãserint, gladio cõcidẽt: ipsi filios tuos & filias tuas capiẽt, & nouissimũ tuũ deuorabit ignis. Et denudabũt te vestimentis tuis, & tollent vasa glorie tue. Et requiescere faciã scelus tuũ de te, & fornicationẽ tuã de terra Egypti: nec leuabis oculos tuos ad eos, & Egypti non recordaberis amplius. Q̃r hec dicit dñs deus. Ecce ego tradã te in manus eorũ quos odisti, in manus de quibus satiata est aia tua, & agẽt tecum in odio: & tollẽt oẽs labores tuos, & dimittẽt te nudam & ignominia plenã, & revelabitur ignominia fornicationũ tuarũ, scelus tuũ & fornicatiões tue. fecerũt hec tibi. q; fornicata es post gentes, inter quas polluta es in idolis earũ. Jn via sororis tue ambulasti, & dabo calicẽ ei⁹ in manu tua. Hec dicit dñs de⁹. Calicẽ sororis tue bibes pfundũ & latũ: eris in derisum & in subsannationẽ que est capacissima. Ebrietate & dolore repleberis: calice meroris et tristitie, calice sororis tue Samarie. Et bibes illũ, & potabis vsq; ad feces, et fragmenta ei⁹ deuorabis, & vbera tua lacerabis: q; ego locut⁹ sum, ait dñs de⁹. Propterea hec dicit dñs de⁹. Q̃r oblita es mei, et piecisti me post corp⁹ tuũ, tu q̃q; porta scelus tuũ, & fornicationes tuas. Et ait dñs ad me, dicẽs. Fili hois, nunqd iudicas Ollã & Oolibã, & annũtias eis scelera ear: q; adulterate sunt, & sanguis in manib⁹ earũ, & cũ idolis suis fornicate sunt: insup & filios suos q̃s genuerũt mihi, obtulerũt eis ad deuorãdũ. Sz & hoc fecerũt mihi. Polluerũt sanctuariũ meũ in die illa, & sabbatha mea pphanauerũt. Cumq; immolarẽt filios suos idolis suis: & ingrederenr sanctuariũ meũ in die illa vt polluerẽt illud etiã: hec fecerũt in medio domus mee. Misserũt ad viros veniẽtes de lõge, ad quos nuntios miserat, itaq; ecce venerũt q̃bus te lauisti, & circũlinisti stibio oculos tuos, & ornata es mũdo muliebri. Sedisti in lecto pulcherrimo, & mẽsa ornata est añ te: thymiama meũ & vnguẽtũ meũ posuisti sup eã. Et vox multitudinis exultãtis erat in ea: & in viris qui de multitudine hoĩm adducebãtur & veniebant de deserto, posuerunt armillas in manibus eorũ, & coronas speciosas in capitib⁹ eor. Et dixi ei q̃ attrita est in adulteríjs. Nũc fornicabit in fornicatione sua etiã hec. Et ingressi sunt ad eã, quasi ad mulierẽ meretricem: sic ingrediebant ad Ollam & ad Oolibã mulieres nefarias. Viri ergo iusti sunt: hi iudicabunt eas iudicio adulterarũ & iudicio effundentiũ sanguinẽ: q; adultere sunt, et sanguis in manib⁹ earũ. Hec em̃ dicit dñs de⁹. Adduc ad eas multitudinem, & trade eas in tumultũ & in rapinã: & lapidentur lapidibus populorũ, et confodiantur gladijs eorũ: filios & filias earũ interficiẽt, & domus earũ igne succendent. Et auferam scelus de terra, & discent oẽs mulieres ne faciant sm̃ scelus earũ. Et dabũt scelus vestrũ sup vos, & peccata idolorum vestrorum portabitis: & scietis quia ego dñs deus.

¶ Capituli Summarium. Quid parabola Olle ossibus plene & igni admote significet. Caput.xxiiij.

Et factum est verbum domini ad me in anno nono, in mense decimo, decima mensis, dicens. Fili hominis, scribe tibi nomen diei huius, in qua confirmatus est rex Babylonis aduersum Jerusalem hodie. Et dices per prouerbiũ ad domũ irritatricem parabolã, & loqueris ad eos: Hec dicit dñs deus. Pone ollam: pone inquam & mitte in eã aquam. Congere frusta eius in eam, omnem partem bonam, femur et armum, electa et ossibus plena. Pinguissimum pecus assume, compone quoq; strues ossium sub ea: efferbuit coctio eius, & discocta sunt ossa illius in medio eius. Propterea hec dicit dominus deus. Ve ciuitati sanguinum olle cuius rubigo in ea est: & rubigo eius non exiuit de ea: per partes & per partes suas eĳce eam, non cecidit super eam sors. Sanguis enim eius in medio eius est, super limpissimam petrã effu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

dit illū:nō effudit illū sup terrā,vt possit opiri puluere. Ut superinducerē indignationē meā,& vindicta vlciscerer:dedi sanguinē eius sup petrā limpidissimā,ne operiret. Propterea hec dicit dñs deus. Ue ciuitati sanguinū,cuius ego grandē faciā pyram. Cōgere ossa que igne succendā.cōsumentur carnes,& cōquoquet vniuersa cōpositio,& ossa tabescent. Pone quoq; eā sup prunas vacuā,vt incalescat & liquefiat es eius:& cōflet in medio eius ingnamentū eius,& cōsumatur rubigo eius. Multo labore sudatū est,& nō exiuit de ea nimia rubigo eius,neq; p ignē. Immūditia tua execrabilis:q; mūdare te volui,& nō es mūdata:a sordib⁹ tuis sed nec mūdaberis pri⁹,donec quiescere faciā indignationē meā in te. Ego dñs locut⁹ sum. Uenit,& faciā:nō trāseā,nec parcam,nec placabor:iuxta vias tuas,& iuxta adinuentiones tuas iudicabo te,dicit dñs. Et factū est verbū dñi ad me,dicēs. Fili hois,ecce ego tollo a te desyderabile oculoꝝ tuorū in plaga:& nō plāges,neq; plorabis,neq; fluent lachryme tue. Ingemisce tacēs,mortuorū luctū nō facies:corona tua circūligata sit tibi,& calceamēta tua erūt i pedib⁹ tuis, nec amictu oris velabis,nec cibos lugētiū comedes. Locutus sum ergo ad populū mane,& mortua est vxor mea vespere:feciq; mane sicut pceperat mihi. Et dixit ad me popul⁹. Quare nō indicas nobis qd ista significent q̄ tu facis? Et dixi ad eos. Sermo dñi fact⁹ est ad me,dicēs. Loquere domui Israel: Hec dicit dñs deus. Ecce ego polluā sanctuariū meū,superbiā imperij vri,& desyderabile oculoꝝ vestroꝝ, & supquo paueat aia vestra:& filij vestri & filie vestre quas reliqstis,gladio cadēt. Et facietis sicut feci. Oris amictu nō velabitis,& cibos lugentiū nō comedetis. coronas habebitis in capitib⁹ vestris,& calceamēta in pedib⁹:nō plāgetis neq; flebitis,sed tabescetis in iniquitatibus vestris,& vnus quisq; gemet ad fratrē suū. Eritq; Ezechiel vobis in portentū:iuxta oīa q̄ fecit,facietis cū venerit istud:& scietis q; ego dñs deus. Et tu fili hois,ecce in die qua tollā ab eis fortitudinē eorū,& gaudiū dignitatis,& desyderiū oculorum eorū super quo requiescūt a le eorū,filios & filias eoꝝ:in die illa cū venerit fugiens ad te,vt annūtiet tibi:in die illa aperietur os tuum cum eo qui fugit,& loqueris,& nō silebis vltra,eris q; eis in portentum,& scietis quia ego dominus.

¶ Capituli Summarium. Israelis afflicti subsannatoribus vltio decernitur. Caput.xxv.

Et factus est sermo dñi ad me dicēs. Fili hois, pone faciē tuā ptra filios Ammō:& pphetabis de eis. Et dices filijs Ammō. Audite vbū dñi dei: Hec dicit dñs deus. Pro eo q̄ diristi euge euge sup sanctuariū meū,q; pollutū est:& sup terrā isrl q̄a desolata est:& sup domū Juda,q̄ ducti sunt i captiuitatē: idcirco ecce ego tradā te filijs oriētalib⁹ in hereditatē,& collocabūt caulas suas in te,& ponēt in te tentoria sua:ipsi comedēt fruges tuas,& ipsi bibēt lac tuū. Daboq; Rabbath in habitaculū camelorū,& filios Ammon in cubile pecoꝝ: & scietis q; ego dñs. Qr hec dicit dñs deus. Pro eo q̄ plausisti manu,& pcussisti pede,& gauisa es ex toto affectu sup terrā Israel:idcirco ecce ego extēdā manū meā sup te,& tradā te in direptionē gētiū,& interficiā te de pplis:& perdā de terris,& cōterā:& scies q; ego dñs. Hec dicit dñs deus. Pro eo q̄ dixerūt Moab & Seir. Ecce sicut oēs gentes,dom⁹ Juda:idcirco ecce ego aperiā humerū Moab de ciuitatibus,de ciuitatib⁹ inḡ ei⁹,& de finib⁹ ei⁹ inclytas terre Bethiesimoth,& Beelmeō,& Cariathaim,filijs orientis cū filijs Ammō,& dabo eā in hereditatē:vt nō sit vltra memoria filioꝝ Ammō i gētib⁹. Et i Moab faciā iudicia:& scient q; ego dñs. Hec dicit dñs deus. Pro eo q̄ fecit Idumea vltionē,vt se vindicaret de filijs Juda,peccauitq; delinquēs & vindictā expetiuit de eis:idcirco hec dicit dñs deus. Extendā manū meā sup Idumeā,& auferā de ea hoiem & iumentū,& faciā eā desertā ab austro:& q; sunt in Dedan,gladio cadent. Et dabo vltionē meā sup Idumeā p manū populi mei Israel:& faciēt in Edom iuxta irā meā & furorē meū:& scient vindictā meā,dicit dñs deus. Hec dicit dñs deus. Pro eo q̄ fecerūt Palesthini in vindictā,& vlti se sunt toto aio interficiētes & implētes inimicitias veteres: propterea hec dicit dñs deus. Ecce ego extēdā manū meā sup Palesthinos, & interficiā interfectores,& perdā reliquias maritime regionis:faciamq; in eis vltiones magnas arguens in furore:et scient q; ego dñs,cū dedero vindictam meam super eos.

¶ L.S. Tyri inclite vbis denuntiat interitus. Cap.xxvj.

Et factū est in vndecimo anno,prima mēsis,fact⁹ est sermo dñi ad me,dicēs. Fili hois,pro q̄ dixit Tyrus de Jerusalē,Euge,confracte sunt porte pplorū,conuersa est ad me:amplior,delerta est propterea hec dicit dñs deus. Ecce ego sup te Tyre,& ascēdere faciā ad te gētes multas,sicut ascēdit mare fluctuās. Et dissipabūt muros Tyri,& destruēt turres eius:& radā puluerē eius de ea,& dabo eā in limpidissimā petrā. Siccatio sagenarum erit in medio maris,q; ego locutus sum,ait dñs deus:& erit i direptionē gētib⁹. Filie quoq; eius q̄ sunt in agro, gladio interficient:& scient q; ego dñs. Qr hec dicit dñs deus. Ecce ego adducā ad Tyrū Nabuchodonosor regē Babylonis ab aquilone regē regū,cū equis & curribus,& equitibus & cetu,pplo q; magno. Filias tuas q̄ sunt i agro,gladio interficiet:& circūdabit te munitionib⁹,& cōportabit aggerem in gyro:& elevabit contra te clypeū. Et vineas & arietes tēperabit in muros tuos,& turres tuas destruet in armatura sua. Inundatione equorū eius operiet te puluis eorum:a sonitu equitū & rotarū & curruū mouebunt muri tui,cū ingressus fuerit portas tuas q̄si p introitū vrbis dissipate. Ungulis equorū suorū conculcabit oēs plateas tuas: pplm tuū gladio cedet,& statue tue nobiles in terrā corruent. Uastabunt opes tuas:diripiēt negotiatiōes tuas. Et destruēt muros tuos,& domos tuas pclaras subuertēt:& lapides tuos,& ligna tua & puluerē tuū in medio aquarū ponēt. Et quiescere faciā multitudinē canticorū tuorū,& sonit⁹ cithararū tuarū nō audietur amplius. Et dabo te in limpidissimā petram, siccatio sagenarū eris:nec edificaberis vltra:quia ego dñs locutus sum,ait dñs deus. Hec dicit dñs deus Tyro. Nūquid nō a sonitu ruine tue & gemitu interfectorū tuorū cum occisi fuerint,in medio tui cōmouebunt insule,& descēdēt de sedibus suis oēs principes maris:& auferēt eruuias suas,& vestimēta sua varia abijcient,& induent stupore,in terra sedebūt,& attoniti sup repētino casu tuo admirabunt:& assumētes sup te lamentū,dicent tibi. Quō periisti q̄ habitas in mari,vrbs inclyta que fuisti fortis in mari cū habitatorib⁹ tuis,quos formidabāt vniuersi:Nūc stupebūt naues in die panoris tui:& turbabunt insule in mari,eo q̄ nullus egrediatur ex te:Qr hec dicit dñs deus. Cū dedero te vrbē desolatā sicut ciuitates q̄ nō habitant:& adduxero sup te abyssum,& operuerint te aque multe:& detraxero te cū his q descendunt in lacū ad populū sempiternū,& collocauero te in terra nouissima sicut solitudines veteres cū his q deducuntur in lacū,vt nō habiteris,porro cū dedero gloriā in terra viuentium:in nihilum redigā te,& non eris,& requisita nō inuenieris vltra in sempiternum,dicit dominus deus.

¶ Capitulū Summarium. Opulentissime vrbis Tyri excidium deploratur. Caput.xxvij.

Et factū est verbū dñi ad me,dicēs. Tu ergo fili hois,assume sup Tyrū lamētū:& dices Tyro, q̄ habitat i introitu maris,negotiatiōi pplorū ad insulas multas: Hec dicit dñs deus. O Tyre tu dixisti. Perfecti decoris ego sum,& in corde maris sita. Finitimi tui q̄ te edificauerūt,impleuerūt decorē tuū:abietibus de Sanir extruxerūt te cū oībus tabulatis maris:cedrū de Libano tulerunt,vt facerēt tibi malū:quercus de Basan dolauerūt in remos tuos:& trāstra tua fecerūt tibi ex ebore Indico,& ptoriola de insulis Italie. Byssus varia de Egypto texta est tibi i velū,vt poneret i malo:hyacinth⁹ & purpura de insulis Elisa facta sunt opimētū tuū. Habitatores Sidonis & Aradij fuerūt remiges tui:sapientes mi Tyre facti sūt gubernatores tui. Senes Gibli & prudētes ei⁹ habuerūt nautas ad ministeriū varie supellectilis tuorū nautes maris

ues maris ⁊ naute earū fuerunt in ppło negotiationis tue. Perse, ⁊ Lydi ⁊ Libyes erāt in exercitu tuo viri bellatores tui: clypeū ⁊ galeam suspenderūt in te ꝓ ornatu tuo. Filij Aradij cū exercitu tuo erāt sup muros tuos in circuitu: ⁊ ⁊ Pigmei q erāt in turribꝰ tuis, pharetras suas suspenderūt in muris tuis per gyrū: ipsi cōpleuerūt pulchritudinem tuā. Charthaginenses negotiatores tui, a multitudine cunctarū diuitiarū: argēto, ferro, stanno, plūboq; repleuerunt nūdinas tuas. Grecia, ⁊ Thubal, ⁊ ℳosoch, ipsi institores tui: mācipia, ⁊ vasa erea adduxerunt ppło tuo. De domo Thogorme, equos, ⁊ equites, ⁊ mulos adduxerūt ad forū tuum. Filij Dedan negotiatores tui: insule multe negotiatio manus tue: dētes eburneos ⁊ hebeninos cōmutauerūt in pretio tuo. Syrus negotiator tuꝰ ꝓpter multitudinē operū tuorū, guttā ⁊ purpurā, ⁊ scutulata, ⁊ byssum, ⁊ sericū, et chodchod ꝓposuerūt in mercatu tuo. Juda ⁊ terra Jsrael ipsi institores tui in frumēto primo: balsamon, ⁊ mel, oleū, ⁊ resinā proposuerūt in nundinis tuis. Damascenus negotiator tuus in multitudine operum tuorum, in multitudine diuersarum opum, in vino pingui, in lanis coloris optimi. Dan, ⁊ Grecia, ⁊ ℳosel in nūdinis tuis ꝓposuerunt ferrū fabrefactū, stacten: ⁊ calamꝰ in negotiatiōe tua. Dedā institores tui in tapetibus ad sedendum. Arabia ⁊ vniuersi principes Cedar, ipsi negotiatores manus tue: cū agnis, et arietibꝰ, ⁊ hedis venerūt ad te, negotiatores tui. Uenditores Saba ⁊ Reema ipsi negotiatores tui: cū vniuersis primis aromatibus, ⁊ lapide pretioso ⁊ auro qō ꝓposuerūt in mercatu tuo. Haran, ⁊ Chenne, ⁊ Eden negotiatores tui Saba: Assur et Chelmad venditores tui. Jpsi negotiatores tui, multifariā, in involucris byacinthi, ⁊ polymitorum, gazarūq; ptiosarū obuolute ⁊ astricte erāt funibꝰ: cedros quoq; habebāt in negotiationibꝰ tuis. Naues maris principes tui in negotiatione tua: et repleta es, ⁊ glorificata nimis in corde maris. In aqs multis adduxerunt te remiges tui: vētus auster cōtriuit te in corde maris. Diuitie tue, et thesauri tui, ⁊ multiplex instrumentū tuum, naute tui, ⁊ gubernatores tui q tenebāt supellectilē tuā, ⁊ populo tuo prerāt: viri quoq; bellatores tui q erāt ī te, cū vniuersa multitudine tua q̄ est in medio tui: cadēt ī corde maris in die ruine tue. Al sonitu clamoris gubernatorū tuorū cōturbabunt classes, ⁊ descēdēt de nauibꝰ suis oēs q tenebāt remū: naute ⁊ vniuersi gubernatores maris in terra stabunt, et eiulabunt sup te voce magna, ⁊ clamabūt amare: ⁊ superiacient puluerē capitibꝰ suis, ⁊ cinere cōspergētur. Et radēt sup te calutiū, ⁊ accingētur cilitijs: ⁊ ploрabūt te in amaritudine aie ploratu amarissimo. Et assumēt sup te carmē lugubre, ⁊ plangēt te. Que est vt Tyrus, q̄ obmutuit in medio maris? Que in eritu negotiationū tuarū de mari implesti populos multos: in multitudine diuitiarū tuarū, ⁊ populorū tuorū ditasti reges terre: Nūc cōtrita es a mari, in pfundis aquarū: opes tue, ⁊ ois multitudo tua q̄ erat in medio tui, ceciderūt. Uniuersi habitatores insularū obstupuerūt sup te: ⁊ reges earū omnes tēpestate percussi mutauerūt vultū. Negotiatores populorum sibilauerunt super te: ad nihilū deducta es, ⁊ non eris vsq; in perpetuum.

¶ Capituli Summarium. Uaticinium contra superbum principem Tyri ⁊ contra Sydonem. Caput.xxviij.

Et factus est sermo dñi ad me, dicens. Fili hois dic principi Tyri: Hec dicit dñs deꝰ. Eo q̄ eleuatū est cor tuū, ⁊ dixisti. Deꝰ ego sum, ⁊ in cathedra dei sedi ī corde maris: cū sis hōꝰ nō deꝰ: ⁊ dedisti cor tuū quasi cor dei. Ecce sapiētior es tu Daniele: omne secretū nō est absconditū a te. In sapiētia tua ⁊ prudentia tua fecisti tibi fortitudinē: ⁊ acquisisti aurū ⁊ argentum in thesauris tuis. In multitudine sapiētie tue, ⁊ in negotiatione tua multiplicasti tibi fortitudinē: ⁊ eleuatū est cor tuū in robore tuo. Propterea hec dicit dñs deus, Eo qō eleuatum est cor tuū quasi cor dei: idcirco ecce ego adducā super te alienos robustissimos gentium: ⁊ nudabūt gladios suos super pulchritudinē sapiētie tue, ⁊ polluēt decorē tuū. Interficiēt ⁊ detrahēt te: ⁊ morieris in interitu occisorū in corde maris. Nūquid dices loqueris. Deꝰ ego sum, coram interficientibꝰ te, cū sis homo ⁊ nō deꝰ, in manu occidentium tē: ℳorte circūcisoꝝ morieris in manu alienoꝝ: q̄ ego locutus sum, ait dñs deꝰ. Et factꝰ est sermo dñi ad me, dicēs, Fili hois, leua plāctū sup regē Tyri: ⁊ dices ei: Hec dicit dñs deus, Tu signaculū similitudinis plenꝰ sapiētia, ⁊ pfectꝰ decore. In delitijs paradisi dei fuisti: omis lapis ptiosus operimentū tuū: sardius topazi, ⁊ iaspis, chrysolithꝰ, ⁊ onyx, ⁊ beryllus, sapphirus, ⁊ carbūculus, ⁊ smaragdus: aurum opus decoris tui, ⁊ foramina tua, in die qua cōditus es preparata sunt. Tu cherub extētus ⁊ ptegēs, ⁊ posui te in mōte sancto dei, in medio lapidū ignitoꝝ ambulasti. Perfectꝰ in vijs tuis a die conditionis tue: donec inuenta est iniqtas in te. In multitudine negotiationis tue repleta sunt interiora tua iniqtate, ⁊ peccasti: ⁊ eieci te de monte dei, et perdidi te o cherub, ptegēs de medio lapidū ignitoꝝ. Et eleuatū est cor tuū in decore tuo: pdidisti sapiētiā tuā in decore tuo, in terrā pieci te: ante faciē regū dedi te, vt cernerent te. In multitudine iniquitatū tuarū, ⁊ iniquitate negotiationis tue polluisti sanctificationē tuā: pducā ergo ignē de medio tui q̄ comedat te, ⁊ dabo te ī cinerē sup terrā in ℨspectu oīm vidētiū te. Oēs q̄ nouerint te ī gētibꝰ, obstupescēt sup te: nihili factus es, ⁊ nō eris in ppetuū. Et factus est sermo dñi ad me, dicēs, Fili hois, pone faciē tuā cōtra Sidonē: ⁊ prophetabis de ea, ⁊ dices, Hec dicit dñs deꝰ, Ecce ego ad te Sidon ⁊ glorificabor in medio tui: ⁊ sciēt q̄ ego dñs cum fecero in ea iudicia, ⁊ sanctificatus fuero in ea. Et immittā ei pestilētiā ⁊ sanguinē in plateis eius ⁊ corruēt interfecti in medio eius gladio p circūitū: ⁊ sciēt q̄ ego dñs. Et nō erit vltra domui Jsrl offendiculū amaritudinis, ⁊ spina dolorē inferens vndiq; p circūitū eorū q̄ aduersant eis: ⁊ scient q̄ ego dñs deꝰ. Hec dicit dñs deꝰ. Qñ cōgregauero domū Jsrl de populis in quibꝰ dispersi sunt, sanctificabor in eis coram gentibꝰ, et habitabunt in terra sua quam dedi seruo meo Jacob. Et habitabunt in ea secure: ⁊ edificabunt domos, ⁊ plantabunt vineas, ⁊ habitābūt cōfidenter, cum fecero iudicia in omnibꝰ qui aduersantur eis per circuitum: ⁊ scient quia ego dominus eorum.

¶ L.S. Prophetia contra Egyptum. Caput.xxix.

In anno decimo, decimo mense, duodecima die mēsis: factū est vbū dñi ad me, dicens, Fili hois pone faciē tuā cōtra Pharaonē regē Egypti ⁊ ꝓphetabis de eo, ⁊ de Egypto vniuersa. Loqre, ⁊ dices, Hec dicit dñs deus, Ecce ego ad te Pharaon rex Egypti draco magne, q̄ cubas in medio fluminum tuorū: ⁊ dicis, Meꝰ est fluuiꝰ, ⁊ ego feci memetipsum. Et ponā frenū in maxillis tuis: ⁊ agglutinabo pisces fluminū tuorū squamis tuis: ⁊ extrahā te de medio fluminū tuorū, ⁊ vniuersi pisces tui squamis tuis adherebūt. Et pijciā te in desertū, ⁊ oēs pisces fluminis tui: sup faciē terre cades, nō colligeris, neq; ꝙgregaberis: bestijs terre, ⁊ volatilibꝰ celi dedi te ad deuorādū. Et sciēt oēs habitatores Egypti q̄ ego dñs: ꝓ eo qō fuisti baculus arūdineꝰ domui Jsrael. Qñ apprehēderūt te manu, ⁊ cōfractus es, ⁊ lacerasti omnē humerū eorū: ⁊ innitētibꝰ eis sup te cōminutꝰ es, ⁊ dissolusti oēs renes eorū. Propterea hec dicit dñs deꝰ, Ecce ego adducā sup te gladiū: ⁊ interficiā de te hoiem ⁊ iumentū. Et erit terra Egypti in desertū ⁊ in solitudinē: ⁊ sciēt q̄ ego dñs: ꝓ eo qō dixerit, Fluuiꝰ meꝰ est, ⁊ ego feci eū. Idcirco ecce ego ad te, ⁊ ad flumina tua: dabo q; terrā Egypti in solitudines gladio dissipatā a turre Syenes, vsq; ad terminos Ethiopie. Nō pertransibit eā pes hois, neq; pes iumēti gradietur in ea: ⁊ nō habitabit̄ quadraginta annis. Dabo q; terrā Egypti desertā in medio terrarū desertarū, ⁊ ciuitates eius in medio vrbiū subuersarū, ⁊ erūt desolate q̄draginta annis: ⁊ dispergā Egyptios in nationes, ⁊ vētilabo eos in terras. Quia hec dicit dñs deꝰ, Post finē q̄draginta annoꝝ cōgregabo Egyptū de pplis in qbꝰ dispersi fuerāt. Et reducā captiuitatē Egypti, ⁊ collocabo eos ī terra Pathathures, in

terra natiuitatis sue: & erũt ibi in regnũ humile. Inter cetera regna erit humillima, & nõ eleuabit̃ vltra sup nationes, & imminuã eos ne imperẽt gẽtib⁹. Neq; erunt vltra domui Israel in cõfidentia, docẽtes iniquitatẽ, vt fugiant & sequãtur eos: & sciẽt q; ego dñs deus. Et factũ est in vicesimo & septimo anno, in primo, in vna mensis: factũ est verbũ dñi ad me, dicẽs, Fili hois, Nabuchodonosor rex Babylonis seruire fecit exercitũ suũ seruitute magna aduersus Tyrum: omne caput decaluatum, & omnis humerus depilatus est: & merces nõ est reddita ei, neq; exercitui eius de Tyro, pro seruitute qua seruiuit mihi aduersus eã. Propterea hec dicit dominus deus, Ecce ego dabo Nabuchodonosor regẽ Babylonis in terra Egypti: & accipiet multitudinẽ eius, & depꝺabit̃ manubias eius, & diripiet spolia eius, & erit merces exercitui illi⁹. Et operi quo seruiuit aduersus eã, dedi ei terrã Egypti: p eo q; labor: anerunt mihi ait dñs de⁹. In die illo pullulabit cornu domui Israel, & tibi dabo apertum os in medio eorum: & scient qua ego dominus.

¶ C.S. Deplorat exterminiũ Egypti & Ethiopie. C.xxx.

ET factũ est verbũ dñi ad me, dicẽs, Fili hois, ppheta & dic, Hec dicit dñs de⁹. Ululate, ve diei: q; iuxta est dies, & appropinq̃bit dies dñi: dies nubis, tẽpus gẽtũ erit. Et veniet gladi⁹ in Egyptũ: & erit pauor in Ethiopia, cum ceciderint vulnerati in Egypto, & ablata fuerit multitudo illius, & destructa fundamẽta eius. Ethiopia, & Lybia, & Lydi, & oẽ dereliquum vulgus & Chub, & filij terre federis: cũ eis gladio cadent. Hec dicit dñs de⁹. Et corruẽt fulciẽtes Egyptũ, & destruetur superbia imperij ei⁹: a turre Syenes gladio cadẽt in ea, ait dñs de⁹ exercituũ. & dissipabunt̃ i medio terrarũ desolatarũ, & vrbes ei⁹ i medio ciuitatũ desertarũ erũt & sciẽt q; ego dñs, cũ dedero ignẽ i Egypto, & attriti fuerint oẽs auxiliatores eius. In die illa egredient̃ nũtij a facie mea i trieribus ad terrẽdã Ethiopie cõfidẽtiã, & erit pauor i eis i die Egypti: q; absq; dubio veniet. Hec dicit dñs de⁹, Et cessare faciã multitudinẽ Egypti in manu Nabuchodonosor regis Babylonis. Ipse & pplꝰ ei⁹ cũ eo fortissimi gẽtiũ adducentur ad dispdẽdã terrã & euaginabũt gladios suos sup Egyptũ, & implebunt terrã interfectis. Et faciã alueos fluminũ aridos & tradã terrã in man⁹ pessimor: & dissipabo terrã, & plenitudinẽ eius in manu alienorũ. ego dñs locutus sum. Hec dicit dñs de⁹. Et disperdã simulachra, & cessare faciã idola de Memphis: & dux de terra Egyptinõ erit amplius: & dabo terrorẽ i terra Egypti. Et disperdã terrã Phathures, & dabo ignẽ in Taphnis, & faciã iudicia in Alexãdria. Et effundã indignationẽ meã super Pelusium robur Egypti, & interficiã multitudinẽ Alexãdrie. Et dabo ignẽ in Egypto: quasi pturiẽs dolebit Pelusium, & Alexãdria erit dissipata, & in Memphis angustie quotidiane. Iuuenes Heliopoleos, & Bubasti gladio cadẽt, & ipe captiue ducẽtur. Et in Taphnus nigrescet dies, cũ cõtriuero ibi sceptra Egypti, & defecerit in ea superbia potẽtie eius: ipsam nubes operiet, filie aũt ei⁹ i captiuitatẽ ducent̃. Et iudicia faciã in Egypto: & sciẽt q; ego dñs. Et factũ est i vndecimo anno, i primo mẽse, in septima mẽsis, factũ est verbũ dñi ad me, dicẽs. Fili hois, brachiũ Pharaonis regis Egypti cõfregi: & ecce nõ est obuolutũ, vt restitueret̃ ei sanitas, vt ligaret̃ pannis, et fascirẽt linteolis, & recepto robore posset tenere gladiũ. Propterea hec dicit dñs deus. Ecce ego ad Pharaonẽ regẽ Egypti: & cõminuã brachiũ ei⁹ forte, & cõfractũ: & deiciã gladiũ de manu ei⁹. Et dispergã Egyptũ i gẽtib⁹, & vẽtilabo eos in terris. Et cõfortabo brachia regis Babylonis, daboq; gladiũ meum in manu eius: & confringã brachia Pharaonis, & gemẽt gemitibus interfecti coꝝ facie eius. Et confortabo brachia regis Babylonis, & brachia Pharaonis cõcidẽt: & scient q; ego dñs, cũ dedero gladiũ meum in manu regis Babylonis, & extenderit eũ super terram Egypti. Et dispergam Egyptum in nationes, & ventilabo eos in terras: & scient quia ego dominus.

¶ Capituli Summarium. Et Assur sublimis deiect⁹ est, ita Pharao Egypti humiliandus erat. Cap. xxxj.

ET factũ est in anno vndecimo, tertio mẽse, vna mẽsis, factũ est verbũ dñi ad me, dicens. Fili hois dic Pharaoni regi Egypti, & pplo ei⁹. Cui similis factus es in magnitudine tua? Ecce Assur quasi cedrus in Libano pulcher ramis, & frõdib⁹ nemorosus, excelsusq; altitudine, & inter cõdẽsas frondes eleuatũ est cacumẽ ei⁹. Eque nutrierũt illũ, abyssus exaltauit illũ: flumina eius manabãt in circũitu radicũ eius, & riuos suos emittebãt ad vniuersa ligna regionis. Propterea eleuata est altitudo ei⁹ sup oia ligna regionis: & multiplicata sunt arbusta eius, & eleuati sunt rami ei⁹ pre aquis multis. Cũq; extẽdisset vmbrã suam, in ramis ei⁹ fecerũt nidos oia volatilia celi, & sub frondib⁹ ei⁹ genuerũt oẽs bestie saltuũ, & sub vmbraculo illius habitabat cet⁹ gẽtũ plurimarũ. Erat q; pulcherrim⁹ in magnitudie sua, & i dilatatiõe arbustorũ suor: erat enim radix illi⁹ iuxta aquas multas. Cedri non fuerunt altiores illo in paradiso dei, abietes nõ adequauerũt summitatẽ eius, & platani nõ fuerũt eque frondib⁹ illius: omne lignũ paradisi dei nõ est assimilatũ illi, & pulchritudini ei⁹, quũ speciosum feci eũ, & multis cõdẽsis q; frondib⁹: & emulata sunt eum oia ligna voluptatis: que erãt in paradiso dei. Propterea hec dicit dñs de⁹. Pro eo q; sublimatus est in altitudine, & dedit summitatẽ suã virẽtẽ atq; gdẽsam, & decuatũ est cor ei⁹ in altitudine sua: tradidi eũ in man⁹ fortissimi gẽtiũ, faciẽs faciet ei iuxta ipietatẽ ei⁹. Eieci eũ, & succidẽt eũ alieni & crudelissimi nationũ, & proiẽt eũ: sup montes, & in cũctis cõuallibus corruẽt rami ei⁹, & confringentur arbusta eius in vniuersis rupib⁹ terre, & recedẽt de vmbraculo ei⁹ oẽs pp̃li terre, & relinquẽt eũ. In ruina ei⁹ habitauerũt oia volatilia celi, et in ramis eius fuerũt vniuerse bestie regionis. Quã ob rẽ non elenabuntur in altitudine sua oia ligna aquax, nec ponẽt sublimitatẽ suã inter nemorosa atq; frondosa, nec stabũt in sublimitate sua oia q̃ irrigãtur aquis: quia omnes traditi sunt in mortẽ ad terrã vltimã in medio filior: hoim ad eos q; descẽdũt in lacũ. Hec dicit dominus de⁹. In die q̃ descẽdit ad inferos induxi luctũ, operui eũ abyssor: & phibui flumina eius, & coercui aquas multas: cõtristatus est super eũ Liban⁹, & oia ligna agri defecta sunt. A sonitu ruine ei⁹ cõmoui gẽtes, cũ deducerẽ eum ad infernũ cũ his q descẽdebãt i lacũ: & cõsolata sunt in terra infima oia ligna voluptatis egregia atq; pclara i Libano, vniuersa q̃ irrigant aqs. Nã & ipsi cũ eo descẽdũt ad infernũ ad interfectos gladio: & brachiũ vniuscuiusq; sedebit sub vmbraculo ei⁹ in medio nationũ ei⁹. Cui assimilat⁹ es o inclyte atq; sublimis inter ligna voluptatis? Ecce deductus es cũ lignis voluptatis ad terrã vltimã: in medio incircumcisorũ dormies, cum eis qui interfecti sunt gladio. ipse est Pharao, & omnis multitudo eius: dicit dñs deus.

¶ C.S. Multi obstupuerũt ruinã Pharaonis. Ca. xxxij.

ET factũ est, duodecimo anno, in mẽse duodecimo, in vna mensis, factũ est verbũ dñi ad me, dicens. Fili hois, assume lamẽtũ sup Pharaonẽ regẽ Egypti, & dices ad eũ, Leoni gẽtiũ assimilat⁹ es, & draconi qui est in mari: & ventilabas cornu in fluminib⁹ tuis, & cõturbabas aq̃s pedibus tuis, & cõculcabas flumina eor. Propterea hec dicit dñs de⁹. Expandã super te rete meũ in multitudine pplorũ multorũ, & extrahã te in sagena mea. Et pjiciam te in terrã sup faciẽ agri abjiciam te: habitare faciã sup te oia volatilia celi, & saturabo de te bestias vniuerse terre. Et dabo carnes tuas sup montes, et implebo colles tuos sanie tua. Et irrigabo terrã setore sanguinis tui super montes, & valles implebũtur ex te. Et operiã cũ extinctus fueris, celos: & nigrescere faciã stellas eius: solẽ nube tegã, & luna nõ dabit lumen suũ. Oia luminaria celi merere faciaz super te: et dabo tenebras super terram tuam, dicit dñs de⁹. Et irritabo cor populorũ multorum, cũ indurero cõtritionẽ tuã in gẽtibus sup terras q̃s nescis. Et stupescere faciã sup te populos multos, et reges eorum horrore nimio formidabũt sup te cũ volare cepent gladi⁹

meus

meus super facies eoꝝ: & obstupescēt repēte singuli pro anima sua in die ruine tue. Quia hec dicit dñs deus. Gladius regis Babylonis veniet tibi, in gladijs fortiū deijcia multitudinē tuam, inexpugnabiles oēs gētes hec: & vastabunt superbiā Egypti, & dissipabit multitudo eius. Et perdā oia iumēta eius, que erāt super aquas plurimas: & nō cōturbabit eas pes hois vltra, neq; vngula iumentorum turbabit eas. Tunc purissimas reddā aquas eorū, & flumina eorum quasi oleū adducā, ait dñs deus, cū dedero terrā Egypti desolatā. Deserēt aūt terra a plenitudine sua, qñ percussero oēs habitores eius: & scient q; ego dñs. Planctus est, et plangent eū: filie gentiū plangent eū, super Egyptū, & super multitudinē eius plangēt eū, ait dñs deus. Et factū est in duodecimo anno, in quintadecima mēsis, factum est verbū dñi ad me, dicēs. Fili hominis, cane carmen lugubre sup multitudinē Egypti: & detrahe eā ipsam, & filias gentium robustarum ad terrā vltimā cū bis qui descēdūt in lacū. Quo pulchrior es? Descēde, & dormi cū incircūcisis. In medio interfectorū gladio cadēt: gladius dat⁹ est: attraxerunt eā, oēs populi eius. Loquētur ei potētissimi robustorū de medio inferni, qui cū auxiliatoribus ei⁹ descēderūt, & dormierunt incircūcisi interfecti; gladio. Ibi Assur, & oīs multitudo ei⁹ in circuitu illius sepulchra eius: omnes interfecti, et qui ceciderunt gladio. Quorum data sunt sepulchra in nouissimis laci: & facta est multitudo eius per gyrū sepulchri ei⁹, vniuersi interfecti cadētes; gladio, qui dederant quondā formidinē suā in terra viuentiū. Ibi elā, & oīs multitudo ei⁹ per gyrū sepulchri illi⁹. oēs hi interfecti, ruētes; gladio, qui descēderūt incircūcisi ad terrā vltimā: q posuerunt terroꝛē suū in terra viuētiū, & portauerūt ignominiam suā cū bis qui descēderūt in lacū. In medio interfectorū posuerūt cubile ei⁹ in vniuersis ppl'is ei⁹: in circuitu ei⁹ sepulchrū illi⁹. oēs hi icircūcisi interfecti; gladio dederūt em̄ terroꝛē suū in terra viuentiū, & portauerūt ignominiā suā cū bis qui descendūt in lacū, in medio interfectorū positi sunt. Ibi Idoloch: & Thubal, & oīs multitudo eius in circuitu eius sepulchra illi⁹. oēs hi incircūcisi interfecti; & cadētes gladio: q; dederūt formidinē suā in terra viuentiū. Et non dormiēt cū fortib⁹, cadētibus q; & incircūcisis qui descēderunt ad infernū cum armis suis: & posuerunt gladios suos sub capitib⁹ suis, & fuerunt iniqtates eoꝝ in ossib⁹ eorū: q; terroꝛ fortiū facti sunt in terra viuentium. Et tu ergo in medio incircūcisorū cōtereris, & dormies cum interfectis gladio. Ibi Idumea, & reges ei⁹, & oēs duces eius, q; dati sunt cū exercitu suo cū interfectis gladio: & qui cum incircūcisis dormierūt, & cū bis qui descendunt in lacum. Ibi principes aquilonis oēs, & vniuersi venatores: qui deducti sunt cum interfectis, pauentes, & in sua fortitudine cōfusi: q; dormierūt incircūcisi cū interfectis gladio, & portauerūt cōfusionē suā cū bis qui descēdūt in lacū. Vidit eos Pharao, & cōsolatus est sup vniuersa multitudine sua, q̄ interfecta est gladio, Pharao & oīs exercit⁹ ei⁹, ait dñs deus: q; dedi terroꝛē suū in terra viuētiū, & dormiuit in medio incircūcisorū cū interfectis gladio Pharao & oīs m̄titudo ei⁹: ait dñs deus.

¶ Capituli Summarium. Cupit dñs vt impius reuersus a malo, viuat. Caput. xxxiij.

ET factū est verbū dñi ad me, dicēs. Fili hois, loquere ad filios ppli tui, & dices ad eos. Terra cū induxero sup eā gladiū, & tulerit ppl's terre virū vnū de nouissimis suis, & cōstituerit eū sup se speculatorē: & ille viderit gladiū venientē sup terrā, & cecinerit buccina, & admōnuerit ppl'o: audiēs aūt quisq; ille, est sonitū buccine, & nō se obseruauerit, venerit; gladius & tulerit eū: sanguis ipsi⁹ sup caput ei⁹ erit. Sonū buccine audiuit, & nō se obseruauit, sanguis ei⁹ in ipso erit: si aūt se custodierit, animā suā saluabit. Q; si speculator viderit gladiū venientē, & nō insonuerit buccina: & ppl's se nō custodierit, venerit; gladius, & tulerit de eis animā: ille quidem in iniqtate sua capt⁹ est, sanguinē aūt ei⁹ de manu speculatoris requirā. Et tu fili hois speculatorem dedi te domui Israel: audiēs ergo ex ore meo sermonem, annūtiabis eis ex me. Si me dicēte ad impiū, Impie, morte morieris: non fueris locut⁹ vt se custodiat impi⁹ a via sua: ipse impius in iniquitate sua morietur, sanguinē aūt ei⁹ de manu tua requiram. Si aūt annūtiāte te ad impiū vt a vijs suis conuertatur, nō fuerit cōuersus a via sua: ipse in iniquitate sua morietur, porro tu animā tuā liberasti. Tu ergo fili hois, dic ad domū Israel. Sic locuti estis, dicētes. Iniquitates nostre, & peccata nostri sup nos sunt, & in ipsis nos tabescim⁹ quomodo ergo viuere poterim⁹? Dic ad eos. Viuo ego, dicit dñs de⁹: nolo mortē impij, sed vt conuertat impi⁹ a via sua, & viuat. Conuertimini cōuertimini a vijs vestris pessimis, & quare moriemini domus Israel. Tu itaq; fili hois, dic ad filios ppli tui. Justitia iusti non liberabit eū in quacūq; die peccauerit: & impietas impij nō nocebit ei, in quacūq; die cōuersus fuerit ab impietate sua: & iustus nō poterit viuere in iustitia sua in quacūq; die peccauerit. Etiam si dixero iusto q̄ vita viuat, & cōfisus in iustitia sua fecerit iniqtatē: oēs iustitie ei⁹ obliuioni tradent, & in iniqtate sua quā operat⁹ est, in ipsa morietur. Si aūt dixero impio, morte morieris: & egerit penitentiā a peccato suo, feceritq; iudicium & iustitiā, & pignus restituerit ille impius, rapinamq; reddiderit, in mādatis vite ambulauerit, nec fecerit quicq; iniustum: vita viuet & nō morietur. Oia peccata eius q̄ peccauit, nō imputabuntur ei: iudiciū & iustitiā fecit, vita viuet. Et dixerūt filij ppli tui, Nō est equi ponderis via dñi: & ipsorū via iniusta est. Cū em̄ recesserit iustus a iustitia sua, fecerit; iniqtates: morietur in eis. Et cū recesserit impius ab impietate sua, feceritq; iudiciū & iustitiā: viuet in eis. Et dicitis, Nō est recta via dñi. Unūquēq; iuxta vias suas iudicabo de vobis dom⁹ Israel. Et factū est in duodecimo anno, in decimo mense, in quinta mensis trāsmigrationis nostre: venit ad me q̄ fugerat de Jerusalē, dicēs, Vastata est ciuitas. Manus aūt dñi facta fuerat ad me vespere antеq; veniret q; fugeret: aperuitq; os meum donec veniret ad me mane, & aperto ore meo nō silui ampli⁹. Et factū est verbum dñi ad me, dicens, Fili hominis, q̄ habitāt in ruinosis his, sup humū Israel loquētes aiūt, Un⁹ erat Abrahā, & hereditate possedit terrā: nos aūt multi sum⁹, nobis data est terra in possessionē. Idcirco dices ad eos, Hec dicit dñs de⁹. Qui in sanguine comeditis, & oculos vestros leuatis ad immūditias vestras, & sanguinē funditis: nūq̄d terrā hereditate possidebitis? Stetistis in gladijs vr̄is, fecistis abominationes, & vnusquisq; vroꝛē proximi sui polluit: & terram hereditate possidebitis? Hec dices ad eos, Sic dicit dñs de⁹, Viuo ego, q; q in ruinosis habitāt gladio cadēt: & qui in agro est, bestijs tradet ad deuorandū: q; aūt in presidijs & spelūcis sunt, peste morient. Et dabo terrā in solitudinē & in desertū, & deficiet sup̄ba fortitudo eius: & desolabuntur montes Israel, eo q̄ nullus sit q; per eos trāseat. Et scient q; ego dñs, cū dedero terrā eorū desolatā & desertā ppter vniuersas abominatiōes suas quas operati sunt. Et tu fili hominis: filij ppli tui q; loquuntur de te iuxta muros, & in ostijs domorū: & dicūt vn⁹ ad alterū, vir ad proximū suū loquētes. Venite, & audiam⁹ q̄s sit sermo egrediēs a dño. Et veniūt ad te, quasi si ingrediat ppl's, & sedēt coꝝ te ppl's me⁹: & audiūt sermones tuos, & nō faciūt eos: q; in canticum oris sui vertūt illos, & auaritiā suā sequit cor eorū. Et es eis q̄si carmen musicū, q̄ suauī dulciq; sono canitur: & audiūt verba tua, & nō faciūt ea. Et cum venerit quod predictum est (ecce enim venit) tunc scient quia prophetes fuerit inter eos.

¶ Capituli Summarium. De pastoribus qui nō pascunt greges suos. Caput. xxxiiij.

ET factū est verbū dñi ad me, dicēs, Fili hois, p̄pheta de pastorib⁹ Israel: p̄pheta, & dices pastorib⁹, Hec dicit dñs de⁹, Ve pastoribus Israel, q; pascebāt semetipsos, nōne greges a pastorib⁹ pascunt? Lac comedebatis, & lanis operiebamini: & quod crassum erat, occidebatis: gregē aūt meū non pascebatis. Q; infirmū fuit nō cōsolidastis, & q; egrotū non sanastis,

A Jerem. xxiij. a.

qó ꝛfractũ est nõ alligastis,ꝛ qó abiectũ est nõ reduxistis,et
B qó perierat nõ quesistis:sed cũ austeritate imperabatis eis, L
ꝛ cũ potẽtia.Et dispersę sunt oues mee,eo qó non esset pa-
stor:ꝛ facte sunt in deuorationẽ omniũ bestiarũ agri, et di-
sperse sunt.Errauerũt greges mei in cunctis montibus,et
in vniuerso colle excelso:ꝛ sup oẽm faciẽ terre dispersi sunt
greges mei,ꝛ non erat q requireret,nõ erat inquam qui re-
C quireret.Propterea pastores audite verbũ dñi,Viuo ego
dicit dñs deꝰ,qꝛ pro eo qó facti sunt greges mei in rapinam,
et oues mee in deuorationem omnium bestiarũ agri,eo qó
non esset pastor(neqꝫ enim quesierunt pastores mei gregem
meũ:sed pascebãt pastores semetipsos,ꝛ greges meos non
pascebant)propterea pastores audite verbũ domini. Hec di
cit dñs deus.Ecce ego ipe sup pastores requirã gregẽ meũ
de manu eorũ,ꝛ cessare eos faciã vt vltra nõ pascãt gregẽ,
nec pascã amplꝰ pastores semetipsos:ꝛ liberabo gregem
meũ de ore eorũ,ꝛ nõ erit vltra eis in escã.Qꝛ hec dicit dñs
D deꝰ.Ecce ego ipe regrã oues meas,ꝛ visitabo eas.Sicut vi
sitat pastor gregẽ suũ in die qñ fuerit in medio ouiũ suarũ
dissipatarũ:sic visitabo oues meas,ꝛ liberabo eas de olbꝰ
locis in quibus dispersę fuerãt in die nubis ꝛ caliginis. Et
educã eas de ppłis,ꝛ cõgregabo eas de terris,ꝛ inducam
eas in terrã suã:ꝛ pascã eas in montibꝰ Israel,in riuis,ꝛ in
cunctis sedibus terre.In pascuis vberrimis pascã eas,ꝛ in
mõtibꝰ excelsis Israel erũt pascua earũ:ibi regescẽt in her
bis virẽtibꝰ,ꝛ in pascuis pinguibus pascẽtur sup mõtes Is
rael.Ego pascã oues meas:ꝛ ego eas accubare faciã,dicit
E dñs deus.Qó perierat requirã:ꝛ qó abiectũ erat reducã:
ꝛ qó cõfractũ fuerat,alligabo ꝛ qó infirmũ fuerat,cõsoli-
dabo:ꝛ qó pingue ꝛ forte ꝛcustodiã:ꝛ pascã illas in iudicio.
Vos aũt greges mei,hec dicit dñs deus, Ecce ego iudico
inter pecus ꝛ pecꝰ,arietũ ꝛ hircorũ. Nõne satis vobis erat
pascua bona depasci:insuper ꝛ reliquias pascuarũ vestra
rum cõculcastis pedibꝰ vestris:ꝛ cũ purissimã aquã bibere
tis,reliquã pedibꝰ vestris turbabatis.Et oues mee his q cõ
culcata pedibꝰ vestris fuerãt,pascebãtur:ꝛ q pedes vestri
turbauerãt,hec bibebãt.Propterea hec dicit dñs deꝰ ad
vos, Ecce, ego ipse iudico inter pecus pingue ꝛ macilẽtũ.
F Pro eo qó lateribꝰ,ꝛ humeris impingebatis,ꝛ cornibꝰ ve
stris vẽtilabatis oia infirma pecora,donec dispergerẽtur fo
ras:saluabo gregẽ meũ,ꝛ nõ erit vltra in rapinã,ꝛ iudica-
bo inter pecus ꝛ pecus.Et suscitabo sup ea pastorẽ vnũ qui
Jo.x.b.j. pascat ea,seruũ meũ Dauid:ipse pascet ea,ꝛ ipse erit eis in
G. pastorẽ.Ego aũt dñs ero eis in deũ:ꝛ seruus meꝰ Dauid
Isa.xl.c. princeps in medio eorũ:ego dñs locutus sum. Et faciã cum
liij.v.b. eis pactũ pacis,ꝛ cessare faciam bestias pessimas de terra:
Daniel. ꝛ qui habitant in deserto,securi dormiẽt in saltibꝰ.Et po-
xi.g. nam eos in circũitu collis mei bñdictionẽ:ꝛ deducã imbrẽ
in tẽpore suo,pluuie bñdictionis erũt.Et dabit lignũ agri
fructũ suũ,ꝛ terra dabit germẽ suũ,ꝛ erũt i terra sua absq
timore:ꝛ sciẽt qꝛ ego dñs,cũ cõtriuero catenas iugi eorum
H ꝛ eruero eos de manu imperãtiũ sibi.Et nõ erũt vltra in ra
pinam gentibꝰ neqꝫ bestie terre deuorabũt eos:sed habita
bunt confidẽter absq vllo terrore.Et suscitabo eis germẽ
nominatum,ꝛ non erunt vltra imminuti fame in terra neqꝫ
portabunt amplius opprobria gentium.Et sciẽt qꝛ ego dñs
Jo.x.b deus eorũ cũ eis,ꝛ ipi populus meus domꝰ Israel:ait dñs
deus.Vos autem greges mei,greges pascue mee homines
estis:et ego dominus deus vester,dicit dominus deus.

¶ L.S.Prophetia cõtra montem Seir. Caput.xxxv.

A Et factus est sermo dñi ad me,dicẽs, Fili hois,
pone faciẽ tuã aduersum montẽ Seir,ꝛ pphe-
tabis de eo,ꝛ dices illi, Hec dicit dñs deꝰ, Ec-
ce ego ad te mõs Seir,ꝛ extẽdã manũ meã sup
te,ꝛ dabo te desolatũ atqꝫ desertũ. Urbes tuas demoliar,
ꝛ tu desertus eris:ꝛ scies qꝛ Ego dñs, Eo qó fueris inimi-
B cus sempiternꝰ,ꝛ cõcluseris filios Israel in manus gladij in
tẽpore afflictionis eorũ,in tpe iniquitatis extremę:propterea vi
uo ego,dicit dñs deꝰ,sanguini tradã te,ꝛ sanguis pse
quet:ꝛ cũ sanguine oderis,sanguis psequet te.Et dabo mõ
tem Seir desolatũ atqꝫ desertũ:ꝛ auferã de eo euntẽ ꝛ rede
untem.Et implebo montes eius occisorũ suorũ:in collibꝰ L
tuis,ꝛ in vallibꝰ tuis,atqꝫ in torrẽtibꝰ interfecti gladio ca-
dẽt.In solitudines sempiternas tradã te,ꝛ ciuitates tue nõ
habitabuntur:ꝛ scietis qꝛ ego dominus deus. Eo qó dice-
ris,Due gẽtes,ꝛ due terre mee erunt,ꝛ hereditate possidebo
eas,cũ dñs esset ibi:propterea viuo ego dicit dñs deꝰ, qꝛ D
faciam iuxta irã tuã,ꝛ fm zelũ tuũ quẽ fecisti odio habens
eos ꝛ notus efficiar per eos cum te iudicauero. Et scies qꝛ
ego dñs audiui vniuersa opprobria tua que locutus es de
montibus Israel,dicẽs Deserti nobis ad deuorandũ da-
tis sunt.Et insurrexistis super me ore vestro,ꝛ derogastis
aduersum me:verba vestra ego audiui. Hec dicit dominꝰ
deus.Letante vniuersa terra,in solitudinẽ te redigã Sicu
ti gauisus es super hereditatem domus Israel,eo quod
fuerit dissipata,sic faciam tibi:dissipatus eris mons Seir
et Idumea omnis:ꝛ scient quia ego dominus deus.

¶ Capituli Summarium.Terra Israel a gentibus vsur
pata restituenda predicitur Judeis. Caput.xxxvj.

A Tu aũt fili hois,ppheta sup montes Israel,ꝛ di
ces.Mõtes Israel,audite vbũ dñi. Hec dicit do
minus deus,Eo qó dixerit inimicus de vobis,
Euge,altitudines sempiterne in hereditatẽ da-
te sunt nobis:propterea vaticinare,ꝛ dic, Hec dicit dñs deꝰ,
Pro eo qó desolati estis ꝛ cõculcati p circũitũ ꝛ facti i be
reditatẽ reliqs gẽtibꝰ,ꝛ ascẽdistis sup labũ lingue ꝛ opprobriũ ppli:propterea mõtes Israel audite verbum dñi dei, Hec
dicit dñs deꝰ mõtibꝰ,ꝛ collibꝰ,torrẽtibꝰ,vallibusqꝫ,ꝛ de- B
sertis parietinis,ꝛ vrbibus derelictis,q̃ depopulate sunt ꝛ
subsannate a reliqs gẽtibꝰ p circũitũ. Propterea hec dicit
dñs deꝰ:Qñ in igne zeli mei locutꝰ sum de reliqs gẽtibꝰ,ꝛ
de idumea vniuersa:q̃ dederũt terrã meã sibi in hereditatẽ
cũ gaudio,ꝛ toto corde,ꝛ ex animo:ꝛ eiecerũt eã,vt vastarent
idcirco vaticinare sup humũ Israel,ꝛ dices mõtibꝰ,ꝛ collibꝰ
ingis,ꝛ vallibꝰ, Hec dicit dñs deꝰ, Ecce ego in zelo meo,ꝛ
i furore meo locutꝰ sum,eo qó cõfusionẽ gẽtiũ sustinueritis. C
Idcirco hec dicit dñs deꝰ,Ego leuaui manũ meã vt gẽtes
que in circũitu vestro sunt ipse ꝛfusionẽ suã portẽt:vos aũt
mõtes Israel ramos vestros germinetis,ꝛ fructũ vestrũ affe-
ratis pplo meo Israel:prope eñ est vt veniat.Quia ecce ego
ad vos,ꝛ conuertar ad vos,ꝛ arabimini,ꝛ accipietis semẽtẽ.
Et multiplicabo in vobis hoies oẽmqꝫ domũ Israel: et ha-
bitabunt ciuitates,ꝛ ruinosa instaurabunt.Et replebo vos
hoibus ꝛ iumẽtis:ꝛ multiplicabunt,ꝛ crescent:ꝛ habitare
vos faciã sicut a principio,bonisqꝫ donabo maiorib⁹ q̃ ha- D
buistis ab initio:ꝛ scietis qꝛ ego dñs.Et adducã super vos
homines pplm meũ Israel,ꝛ hereditate possidebũt te:ꝛ eris ei
in hereditatem,ꝛ nõ addes vltra vt absqꝫ eis sis. Hec dicit
dñs deꝰ,Pro eo qó dicũt de vobis, Deuoratrix hoim es,ꝛ
suffocãs gẽtẽ tuã:propterea hoies nõ cõedes amplius ꝛ gẽtem
tuam nõ necabis vltra,ait dñs deꝰ:nec audita faciam inte
amplius cõfusionẽ gentiũ,ꝛ opprobriũ pplorũ nequaqꝫ por-
tabis,ꝛ gentẽ tuã non amittes amplius ait dñs deꝰ.Et factũ
est verbũ dñi ad me,dicẽ,Fili hois,domꝰ Israel habitauerũt
in humo sua,ꝛ polluerũt eã in viis suis,ꝛ in studijs suis iu-
xta immũditiã mẽstruate facta est via eorũ coram me.Et effu
di indignationẽ meã sup eos p sanguine quẽ fuderũt super
terrã,ꝛ in idolis suis polluerũt eã.ꝛ dispersi eos in gẽtes,ꝛ
vẽtilati sunt in terras:iuxta vias eorũ,ꝛ adinuẽtiones eorũ in
dicaui eos.Et ingressi sunt ad gẽtes qs introierũt,ꝛ polluerũt
nomẽ sanctũ meũ cum diceret de eis,Pplus dñi iste est,ꝛ de
terra ei⁹ egressi sunt.Et peperci noi sancto meo qó pollue-
rat domꝰ Israel i gẽtibꝰ ad qs ingressi sunt.Idcirco dices do
mui Israel, Hec dicit dñs deꝰ.Nõ ppter vos ego faciam do
mus Israel:is ppter nomẽ sanctũ meũ qó polluistis in gẽti-
bus ad quas intrastis.Et sanctificabo nomẽ meũ magnũ,
qó pollutũ est inter gẽtes,qó polluistis i medio earũ:vt sciãt
gẽtes qꝛ ego dñs,ait dñs deꝰ,cũ sanctificatꝰ fuero in
vobis cotã eis.Tollã qppe vos de gentibꝰ,ꝛ congregabo
vos de vniuersis terris,ꝛ adducã vos in terram vestrã.Et

effundam

estunda am, sup vos aquā mūdā, ⁊ mūdabimini ab oīb⁹ inīq-
nametis vestris, ⁊ ab vniuersis idolis vestris mūdabo vos.
Et dabo vobis cor nouū, ⁊ spīm nouū ponā i medio vestri:
⁊ auferā cor lapideū de carne vestra, ⁊ dabo vobis cor car
neū. Et spīm meū ponā i medio vestri: ⁊ faciā vt in ꝑceptis
meis ambuletis: ⁊ iudicia mea custodiatis ⁊ operemini. Et
habitabitis in terra quā dedi ꝓtribus vris: ⁊ eritis mihi in
ꝓplm, ⁊ ego ero vobis in deū. Et saluabo vos ex vniersis
inquametis vris: ⁊ vocabo frumētū, ⁊ multiplicabo illud,
⁊ nō imponā vobis famē. Et multiplicabo fructum ligni, ⁊
genimina agri: vt nō portetis vltra opprobriū famis in gē
tibus. Et recordabimini viarū vestrarū pessimarū, studio-
rūq; nō bonorū: ⁊ displicebūt vobis inīq tates vre ⁊ scelera
vra. Nō ꝓpter vos ego faciā, ait dīns de⁹, notū sit vobis: cō
fundimini ⁊ erubescite sup vijs vris dom⁹ Isrl. Hec dicit
dīns de⁹: In die qua mūdauero vos ex oīb⁹ inīq tatib⁹ ve
stris, ⁊ habitari fecero vrbes, ⁊ instauauero ruinosa: ⁊ ter-
ra deserta fuerit exculta, q̄ quondā erat desolata in oculis
omnis viatoris, dicēt: Terra illa inculta, facta est vt hort⁹
voluptatis: ciuitates deserte, ⁊ destructe atq; fussosse, muni
te sederūt. Et scīēt gētes quecūq; derelicte fuerint in circui-
tu vestro q̄ ego dīns edificaui dissipata, plātauiq; inculta,
ego dīns locutus sum ⁊ fecerim. Hec dicit dīns de⁹, Adhuc
in hoc inueniēt me dom⁹ Isrl, vt faciā eis: Multiplicabo
eos sicut gregē hoim, vt gregē sanctū, vt gregē Jerusalem
in solēnitatib⁹ eius: Sic erunt ciuitates deserte, pleneq; gre
gibus hominum: ⁊ scient quia ego dominus.

¶ Capituli Summarium. Ossa arida viuificata signifi-
cant restaurationē regni Israel. Caput. xxxvij.

Facta est sup me man⁹ dīni, ⁊ eduxit me in spiri-
tu dīni: ⁊ dimisit me i medio cāpi qui erat plen⁹
ossib⁹, ⁊ circūduxit me p ea i gyro: erāt aūt mul-
ta valde sup faciē cāpi, siccaq; vehemēter. Et di
xit ad me, Fili hois, putasne viuēt ossa ista? Et dixi, Dīne
de⁹ tu nosti. Et dixit ad me, Vaticinare de ossibus istis: et
dices eis. Ossa arida audite verbū dīni. Hec dicit dīns de⁹
ossib⁹ his, Ecce ego ītromittā in vos spīm, ⁊ viuetis: ⁊ dabo
sup vos neruos, ⁊ succrescere faciā sup vos carnes, ⁊ super
extendā in vobis cutē: ⁊ dabo vobis spīm, ⁊ viuetis: ⁊ scie-
tis q̄ ego dīns. Et ꝓphetaui sicut ꝑceperat mihi: factus est
aūt sonitus ꝓphetāte me, ⁊ ecce cōmotio: ⁊ accesserunt ossa
ad ossa, vnūq̄q; ad iūcturā suā. Et vidi, ⁊ ecce sup ea ner-
ui, ⁊ carnes ascēderūt: ⁊ extēta est in eis cutis desup, ⁊ spīm
non habebāt ⁊ dixit ad me. Vaticinare ad spīm, vaticinare
fili hois, ⁊ dices ad spīm. Hec dicit dīns deus, A quatuor
vētis veni spūs: ⁊ insuffla sup īterfectos istos, ⁊ reuiuiscāt.
Et ꝓphetaui, sicut ꝑceperat mihi: ⁊ ingressus est in ea spi-
ritus, ⁊ reuixerūt: steterūtq; sup pedes suos exercitus grādis
nimis valde. Et dixit ad me, Fili hois, ossa hec vniuersa,
domus Israel est: ipsi dicunt, Aruerūt ossa nostra, ⁊ perit
spes nostra, ⁊ abscisi sum⁹. Propterea vaticinare ⁊ dices
ad eos, Hec dicit dīns de⁹, Ecce ego aperiā tumulos vros
⁊ educā vos de sepulchris vestris ꝓp̄le meus: ⁊ inducā vos
in terrā Isrl. Et scietis q̄ ego dīns, cū aperuero sepulchra
vra, ⁊ eduxero vos de tumulis vris popule me⁹: et dedero
spīm meū in vobis, ⁊ vixeritis, ⁊ requiescere vos faciā su-
per humū vestrā: ⁊ scietis q̄ ego dīns locut⁹ sum, ⁊ feci, ait
dīns de⁹. Et fact⁹ est sermo dīni ad me, dicens. Et tu fili ho-
minis, sume tibi lignū vnū: ⁊ scribe sup illud, Jude ⁊ filior
Isrl socior ei⁹. ⁊ tolle lignū alterū, ⁊ scribe sup illō, Joseph
lignū Ephraim, ⁊ cūcte dom⁹ Israel, sociorūq; ei⁹. Et ad
unge illa, vnū ad alterū tibi in lignū vnū: ⁊ erūt in vnionē
in manu tua. Cū aūt dixerint ad te filij ꝓp̄li tui loquentes,
Nōne indicas nobis q̄d in his tibi velis? loqueris ad eos,
Hec dicit dīns, Ecce ego assumā lignū Joseph q̄ est ī ma
nus Ephraim, ⁊ trib⁹ Isrl q̄ sunt ei adiūcte: ⁊ dabo eas pa
riter cū ligno Jude, ⁊ faciā eas in lignū vnū, ⁊ erunt vnū in
manu mea. Erunt aūt ligna super q̄ scripseris in manu tua, in
oculis eorū. Et dices ad eos, Hec dicit dīns de⁹, Ecce ego
assumā filios Israel de medio nationū ad quas abierūt: ⁊
cōgregabo eos vndiq; ⁊ adducā eos ad humū suā. Et fa-
ciā eos in gentē vnā in terra in montib⁹ Israel, ⁊ rex vnus
erit oīb⁹ imperās: ⁊ nō erūt vltra due gētes, nec diuidentur
ampli⁹ in duo regna. Nec polluētur vltra in idolis suis ⁊ 5
abominationib⁹ suis, ⁊ cūctis inīq tatib⁹ suis: ⁊ saluos eos
faciā de vniuersis sedib⁹ suis in quibus peccauerūt, ⁊ emun
dabo eos: ⁊ erunt mihi ꝓp̄le, ⁊ ego ero eis deus. Et seruus
meus Dauid rex super eos, ⁊ pastor vnus erit oīm eor: in
iudicijs meis ambulabunt, ⁊ mādata mea custodient, et fa
cient ea. Et habitabunt sup terrā quā dedi seruo meo Ja- 15
cob, in qua habitauerunt patres vestri: ⁊ habitabūt sup eā, Sup. a
ipsi, ⁊ filij eorū, ⁊ filij filior⁹ eor⁹, vsq; in sempiternū: ⁊ Da- xxxvij.f.
uid seruus meus princeps eorū in ꝓpetuū. Et percutiam il- Jo.j.g.x.
lis fedus pacis, pactū sempiternū erit eis: ⁊ fundabo eos, b.
⁊ multiplicabo, ⁊ dabo sanctificationē meā in medio eor⁹ Isa.xl.c.
in ꝓpetuū. Et erit tabernaculū meū in eis: ⁊ ero eis deus, et Jere.xxx
ipsi erūt mihi ꝓp̄li. Et scient gentes q̄ ego dīns sctificator iij.a.
Isrl cū fuerit sctificatio mea in medio eor: in perpetuum. Daniel.
ix.g.
¶ Capitulū Summarium. Gog ⁊ Magog ingentes co- Jo.xij.e.
pias cōscribunt. Caput. xxxviij. ps.cix.b.
cxvj.a.

Et factus est sermo dīni ad me, dicēs, Fili hois A
pone faciē tuā cōtra Gog terrā Magog, prin-
cipē capitis Mosoch ⁊ Thubal: ⁊ vaticinare
de eo, ⁊ dices, Hec dicit dīns deus, Ecce ego ad
te Gog principē capitis Mosoch ⁊ Thubal. ⁊ circūagā
te, ⁊ ponā frenū in marillis tuis: ⁊ educā te ⁊ oēm exercitum
tuū, equos ⁊ eqtes vestitos loricis vniuersos, multitudinē
magnā hastā ⁊ clypeū arripientiū ⁊ gladiū. Perse Ethio- B
pes ⁊ Lybes cū eis: oēs scutati ⁊ galeati. Gomer, ⁊ vniuer
sa agmīna ei⁹ dom⁹ Thogorma latera aquilonis, ⁊ totus
robur ei⁹: populiq; multi tecū. Prepara ⁊ instrue te ⁊ oēm
multitudinē tuā q̄ coaceruata est ad te: ⁊ esto eis in ꝓceptū.
Post dies multos visitaberis: in nouissimo annor⁹ venies
ad terrā q̄ reuersa est a gladio ⁊ congregata est de popl̄is mul
tis: ad montes Isrl, q̄ fuerūt deserti iugiter: hec de populis
educta est, ⁊ habitauerūt in ea confidenter vniuersi. Ascen C
dens aūt quasi tēpestas venies ⁊ q̄si nubes, vt operias ter
ram tu ⁊ oia agmina tua, ⁊ populi multi tecum. Hec dicit
dīns de⁹, In die illa ascēdēt sermones sup cor tuū, ⁊ cogita
bis cogitationē pessimā: ⁊ dices, Ascēdam ad terrā absq;
muro: veniā ad quiescētes habitātesq; secure: hi oēs habi
tāt sine muro, vectes ⁊ porte non sunt eis. Ut diripias spo-
lia, ⁊ invadas ꝓdā, vt inferas manū tuā sup eos q̄ deserti D
fuerāt ⁊ postea restituti, ⁊ sup ꝓp̄lm q̄ est cōgregatus ex gē
tibus, q̄ possidere cepit ⁊ esse habitator vmbilici terre. Sa-
ba, ⁊ Dedan, ⁊ negotiatores Tharsis, ⁊ oēs leones eius di
cent tibi. Numq̄d ad sumēda spolia tua venis? ecce ad diri-
piendā predā cōgregasti multitudinē tuā, vt tollas argen-
tum ⁊ aurū, ⁊ auferas supellectilē atq; substātiā, ⁊ diripias
manubias infinitas. Propterea vaticinare fili hois, ⁊ di- E
ces ad Gog, Hec dicit dīns de⁹. Numq̄d nō in die illo, cum
habitauerit ꝓp̄lus me⁹ Isrl confidenter, scies? Et venies de
loco tuo a lateribus aquilonis tu ⁊ ꝓp̄li multi tecū, ascenso-
res equorū vniuersi, cetus magnus, ⁊ exercit⁹ vehemēs. Et
ascendes sup ꝓp̄lm meū Israel quasi nubes, ⁊ operias ter-
rā. In nouissimis dieb⁹ eris, ⁊ adducā te sup terram meā: vt
sciant gētes me cū sanctificatus fuero in te in oculis eorū o F
Gog. Hec dicit dīns de⁹, Tu ergo ille es, de quo locut⁹ sum
in dieb⁹ antiquis in manu seruorū meor⁹ ꝓphetarū Israel,
qui ꝓphetauerūt in dieb⁹ illor⁹ tēpor⁹ vt adducerē te super
eos. Et erit in die illa: in die aduentus Gog super terrā Is- Matth.
rael, ait dīns de⁹ ascendet indignatio mea in furore meo. Et xxiiij.c.
in zelo meo, in igne ire mee locutus sum. Quia in die illa Luc.xxj.
erit cōmotio magna sup terrā Isrl, ⁊ cōmouebunt a facie e.
mea pisces maris, ⁊ volucres celi, ⁊ bestie agri, et omne re-
ptile q̄ mouet sup humū, cūctiq; homines q̄ sunt sup faciem
terre ⁊ subuertent montes ⁊ cadēt sepes ⁊ oīs murus cor- G
ruet in terrā. Et cōuocabo aduersus eū in cunctis montib⁹
meis gladiū, ait dīns de⁹: gladius vnius cuiusq; in fratrē su
um diriget. Et iudicabo eū pestē, ⁊ sanguine, ⁊ imbre vehe

menti,ꝛ lapidibus immẽsis:ignẽ ꝛ sulphur pluã sup eum,ꝛ sup exercitum eius,ꝛ super populos multos qui sunt cum eo. Et magnificabor:ꝛ sanctificabor,ꝛ notus ero in oculis multarum gentium:ꝛ scient quia ego dominus.

¶ Capituli Summarium. Exercitus Gog ꝛ horribilis interitus. Caput.xxxix.

A Apocal. xx.c. TU aũt fili hois, vaticinare aduersum Gog,et dices, Hec dicit dñs deꝰ. Ecce ego sup te Gog pncipẽ capitis Mosoph ꝛ Thubal:ꝛ circũagam te,ꝛ educã te,ꝛ ascẽdere te facã de lateribꝰ aquilonis:ꝛ adducã te sup mõtes Jsrl. Et percutiã arcum tuum in manu sinistra tua:ꝛ sagittas tuas de manu dextera tua deiciam. Super mõtes Jsrael cades tu,ꝛ oia agmina tua,ꝛ populi tui qui sunt tecũ: feris, auibus, omniq; volatili,ꝛ bestijs terre dedite ad devorandũ. Super faciẽ agri cades:qꝛ ego locutus sum, ait dñs deus. Et immittã ignem B in Magog,ꝛ in his qui habitant in insulis confidenter: et scient qꝛ ego dñs. Et nomen sanctũ meum notum faciam in medio populi mei Jsrael,ꝛ nõ polluã nomẽ sanctũ meũ amplius:ꝛ sciẽt gentes qꝛ ego dñs sanctus Jsrl. Ecce venit ꝛ factum est, ait dñs deus: hec est dies, de qua locutus sum. Et egredient habitatores de ciuitatibus Jsrael,ꝛ succen C dent ꝛ cõburent arma, clypeũ ꝛ hastas, arcũ ꝛ sagittas, et baculos manuũ,ꝛ cõtos:ꝛ succendẽt ea igni septem annis. Et nõ portabunt ligna de regionibus,neq; succident de saltibus:qm̃ arma succẽdẽt igne,ꝛ depredabũtur eos quibus prede fuerant,ꝛ diripient vastatores suos, ait dñs deus. Et erit in die illa:dabo Gog locũ nominatũ sepulchrũ in Jsrael:vallẽ viatorũ ad orientẽ maris,que obstupescere facit pretereuntes:ꝛ sepelient ibi Gog,ꝛ omnẽ multitudinẽ eius,ꝛ vocabitur Vallis multitudinis Gog. Et sepelient eos domus Jsrael vt emundent terram septem mensibus. D Sepeliet aũt eum omnis populus terre,ꝛ erit eis nominata dies in qua glorificatus fum ait dñs deus. Et viros iugiter constituẽt lustrãtes terrã qui sepeliãt,ꝛ requirant eos qui remanserãt super faciẽ terre,vt emundẽt eam: post menses aũt septẽ querere incipiet. Et circũibũt peragentes terram:cũq; viderint os hominis,statuẽt iuxta illud titulum, donec sepeliãt illud polinctores in valle multitudinis. Nomen aũt ciuitatis Emona,ꝛ mundabũt terrã. Tu ergo fili hominis hec dicit dominꝰ deus. Dic omni volucri,ꝛ vniuersis auibus cunctisq; bestijs agri, Cõuenite,pꝛerate, cõE currite vndiq; ad victimã meã quam ego immolo vobis, victimã grandẽ super mõtes Jsrael:vt comedatis carnem,ꝛ bibatis sanguinem. Carnes fortiũ comedetis ꝛ sanguinẽ pncipũ terre bibetis:arietũ,agnorũ,ꝛ hircorũ taurorũq; ꝛ altilium,ꝛ pinguium omniũ. Et comedetis adipẽ in satF uritatem ꝛ bibetis sanguinẽ in ebrietatẽ,de victima quã ego immolaui vobis:ꝛ saturabimini sup mensam meã de equo et equite forti,ꝛ de vniuersis viris bellatoribꝰ, ait dñs deꝰ. Et ponã gloriã meã in gentibꝰ:ꝛ videbũt oẽs gẽtes iudiciũ meũ qõ fecerim,ꝛ manũ meã quã posuerim super eos. Et sciẽt domꝰ Jsrael qꝛ ego dñs deꝰ eorũ:a die illa ꝛ deinceps G Et sciẽt gẽtes qm̃ in migratione sua capta sit domꝰ Jsrael:eo qõ dereliquerint me,ꝛ abscõderim faciẽ meã abeis,ꝛ tradiderim eos in manꝰ hostiũ ꝛ ceciderint in gladio vniuersi. Iuxta immũditiã eorũ ꝛ scelus feci eis,ꝛ abscondi faciem meã ab illis. Propterea hec dicit dñs deꝰ, Nunc reducã captiuitatẽ Jacob,ꝛ miserebor:omnis domꝰ Jsrael:ꝛ assumã zelum p noie sancto meo. Et portabunt cõfusionẽ suam,ꝛ omnẽ preuaricationẽ qua preuaricati sunt in me,cũ habitauerint in terra sua confidẽter neminẽ formidãtes,ꝛ reduxeroeos de pplis,ꝛ cõgregauero de terris inimicorũ suorũ, et sanctificatus fuero in eis oculis gentium plurimarũ. Et H sciẽt qꝛ ego dñs deꝰ eorũ,eo qõ trãstulerim eos in nationes, et congregauerim eos sup terrã suã,ꝛ nõ dereliquerim quẽq; ex eis ibi. Et nõ abscondã vltra faciẽ meã ab eis,eo qõ effuderim spiritũ meũ sup̃ domũ Jsrl, ait dñs deus.

¶ Capituli Summarium. Ostenditur prophete in spiritu edificium templi. Caput.xl.



I N vicesimoquinto anno trãsmigrationis nostre, I in exordio anni decima mensis, quartodecimo annos, postq̃ percussa est ciuitas: in ipsa hac die facta est sup me manus dñi,ꝛ adduxit me illuc. In visionibus dei adduxit me in terrã Jsrael,ꝛ dimisit me sup montẽ excelsum nimis: sup quẽ erat quasi edificiũ ciuitatis vergẽtis ad austrũ ꝛ introduxit me illuc:ꝛ ecce vir, cuius erat species quasi species eris,ꝛ funiculus lineus in manu eius,ꝛ calamꝰ mẽsure in manu eiꝰ: stabat aũt in porta. Et locutus est ad me idẽ vir, Fili hois, vide oculis tuis,et auribꝰ tuis audi,ꝛ pone cor tuũ in oia q̃ ego ostendã tibi: quia vt ostendãtur tibi,adductꝰ es huc:annũtia oia q̃ tu vides domui Jsrael. Et ecce murꝰ foris secus in circũitu domus vndiq;ꝛ in manu viri calamꝰ mẽsure sex cubitor:ꝛ palmo:ꝛ mẽsus est latitudinẽ edificij calamo vno, altitudinẽ; quoq; calamo vno. Et venit ad portã q̃ respiciebat viam J orientalẽ,ꝛ ascẽdit p gradꝰ eiꝰ:ꝛ mẽsus est in limẽ porte calamo vno latitudinẽ,idest limẽ vnũ calamo vno in latitudine:ꝛ thalamũ vno calamo in lõgũ,ꝛ vno calamo in latit: ꝛ inter thalamos quinq; cubitos:ꝛ limẽ porte iuxta vestibulũ porte intrinsecus,calamo vno. Et mẽsus est vestibulum porte octo cubitor,ꝛ frontẽ eius duoꝝ cubitis: vestibulũ aũt porte erat intrinsecus. Porro thalami porte ad viã orientalẽ,tres hinc ꝛ tres inde:mẽsura vna triũ,ꝛ mẽsura vna frontiũ ex vtraq; parte. Et mensus est latitudinẽ limitis porte decẽ cubitorũ:ꝛ longitudinẽ porte tredecim cubitorũ.ꝛ marginẽ ante thalamos cubiti vnius:ꝛ cubitꝰ vnꝰ finis vtrinq;. thalami aũt sex cubitorũ erãt hinc ꝛ inde. Et mensus est portã a tecto thalami, vsq; ad tectũ eiꝰ, latitudinem viginti quinq; cubitor:ostiũ cõtra ostiũ. Et fecit frontes p sexaginta cubitos:ꝛ ad frontẽ atriũ porte vndiq; p circumitũ. Et ante faciẽ porte q̃ pertingebat vsq; ad faciẽ vestibuli porte interioris, quinquaginta cubitos. Et fenestras obliquas in thalamis ꝛ in frontibꝰ eorũ q̃ erãt intra portã vndiq; p circũitũ,sic aũt erãt ꝛ in vestibulis. Fenestre p gyrum intrinsecus,ꝛ ante frontes pictura palmar; celata. Et eduxit me ad atriũ exteriꝰ,ꝛ ecce gazophylacia,ꝛ pauimẽtum stratũ lapide in atrio per circũitũ: triginta gazophylacia in circũitu pauimẽti. Et pauimẽtũ in fronte portar fm longitudinẽ portarũ erat inferiꝰ. Et mẽsus est latitudinẽ a facie porte inferioris vsq; ad frontẽ atrij interioris extrinsecus,centũ cubitos,ad orientẽ ꝛ ad aglonẽ. Portã q̃q; que respiciebat viã aglonis atrij exteriorꝰ,mẽsus est tã in longitudine q̃ in latitudine. Et thalamos eiꝰ tres hinc ꝛ tres inde:ꝛ frontẽ eius ꝛ vestibulũ eiꝰ fm mẽsurã porte prioris: quinq;ginta cubitorũ longitudinẽ eius ꝛ latitudinẽ viginti quinq; cubitorũ. Fenestre aũt eius,ꝛ vestibulũ,ꝛ sculpture fm mensurã porte q̃ respiciebat ad orientẽ:ꝛ septẽ graduũ erat ascẽsus eiꝰ,ꝛ vestibulũ añ eã. Et porta atrij interioris cõtra portã aglonis,ꝛ orientalẽ:ꝛ mẽsus est a porta vsq; ad portã,centũ cubitos. Et eduxit me ad viam australẽ,ꝛ ecce porta q̃ respiciebat ad austrũ:ꝛ mẽsus est frontẽ eius,ꝛ vestibulũ eiꝰ iuxta mẽsuras superiores. Et fenestras eiꝰ ꝛ vestibula in circũitu,sicut fenestras ceteras: quinq;ginta cubitorum longitudine,ꝛ latitudine viginti quinq; cubitorum. Et in gradibus septẽ ascendebatur ad eã: ꝛ vestibulũ ante fo-

res eius:& celate palme erã,vna hinc,& altera inde in fronte eius.Et porta atrij interioris in via australi:& mẽsus est a porta vsq; ad portã in via australi,centum cubitos. Et introduxit me in atriũ interius ad portã australẽ:& mẽsus est portam iuxta mẽsuras superiores.Thalamũ eius,& frontẽ eius,& vestibulũ eius bisdẽ mensuris:& fenestras eius,& vestibulum eius in circũitu quinq; ginta cubitos longitudinis, et latitudinis vigintiq; cubitos.Et vestibulũ p gyrũ longitudine vigintiq; cubitorũ,& latitudine quinq; cubitoruz.Et vestibulũ eius ad atriũ exteri⁹,& palmas ei⁹ in fronte:& octo gradus erãt quibus ascendebat per eã.Et introduxit me in atriũ interius p viam orientalẽ:& mẽsus est portam fm mensuras superiores.Thalamũ ei⁹,& frontẽ eius, et vestibulũ eius,sicut supra:& fenestras eius,& vestibula in circũitu,longitudine quinquaginta cubitorum,& latitudine vigintiq; cubitorũ.Et vestibulũ eius,idest atrij exterioris:& palme celata in fronte eius hinc & inde:& in octo gradibus ascẽsus ei⁹.Et introduxit me ad portã q̃ respiciebat ad aquilonẽ & mensus est fm mensuras superiores.Thalamũ eius,& frontẽ eius,& vestibulũ eius,& fenestras eius per circumitũ,lõgitudine quinquaginta cubitorũ,& latitudine vigintiq; cubitorũ. Et vestibulũ ei⁹ respiciebat ad atriũ exterius:& celatura palmarũ in fronte eius hinc & inde:& in octo gradib⁹ ascẽsus ei⁹.Et p singula gazophylacia ostiũ in frontibus portarũ:ibi lauabunt holocaustũ.Et in vestibulo porte due mẽse hinc,& due mense inde: vt immoletur super eas holocaustũ,& p peccato,& p delicto.Et ad latus exterius qõ ascẽdit ad ostiũ porte q̃ pspit ad aqlonẽ,due mẽse:& ad lat⁹ alter⁹ ante vestibulũ porte,due mẽse. Quatuor mense hinc,& quatuor mense inde:per latera porte octo mẽse erant sup quas immolabãt. Quatuor aũt mẽse ad holocaustum,de lapidibus quadris extructe:longitudine cubiti vnius & dimidij,& latitudine cubiti vni⁹ & dimidij,& altitudine cubiti vni⁹:sup quas ponẽt vasa in quib⁹ immolabãt holocaustũ & victima.Et labia earũ palme vni⁹,reflexa in trinsecus p circũitũ:sup mẽsas aũt,carnes oblationis. Et extra portã interiorẽ gazophylacia cãtor in atrio interiori,qõ erat in latere porte respicientis ad aquilonẽ:et facies eorum cõtra viam australẽ,vna ex latere porte orientalis que respiciebat ad viã aquilonis.Et dixit ad me, Hoc est gazophylatiũ qõ respicit viã meridianã:sacerdotũ q excubant in custodijs tẽpli.Porro gazophylatium qõ respicit ad viam aqlonis sacerdotũ erit,q excubãt ad ministerium altaris.isti sunt filij Sadoc,q accedũt de filijs Leui ad dñm vt ministrẽt ei.Et mensus est atriũ longitudine centũ cubitorum,& latitudine centũ cubitorũ p quadrũ:& altare ante faciem tẽpli.Et introduxit me in vestibulũ tẽpli:& mẽsus est vestibulũ quinq; cubitis hinc,& quinq; cubitis inde:& latitudinẽ porte trium cubitor hinc,& trium cubitorũ inde.Longitudinem aũt vestibuli,viginti cubitorũ:& latitudinem vndecim cubitorũ.& octo gradibus ascendebatur ad eum. Et columne erant in fontibus:vna hinc,& altera inde.

¶ C.S.Mensuratur templũ iuxta partes suas. Ca.xlj.

Et introduxit me in templum,& mensus est frontes sex cubitos latidinis hinc,& sex cubitos latitudinis inde,latitudinẽ tabernaculi. Et latitudo porte,decẽ cubitorũ erat:& latera porte q̃q; cubitis hinc,& quinq; cubitis inde:& mensus est longitudinem eius quadraginta cubitor,& latitudinẽ viginti cubitorũ.Et introgressus intrinsecus,mẽsus est in frõte porte duos cubitos,& portã,sex cubitorum,& latitudinem porte septem cubitorum.Et mensus est longitudinem eius viginti cubitorum,& latitudinẽ viginti cubitorũ,ante faciẽ tẽpli:& dixit ad me,Hoc est sanctũ sanctor.Et mensus est parietẽ domus sex cubitorũ:& latitudinẽ lateris,quatuor cubitor vndiq; per circũitũ domus.Latera aũt latus ad latus,bis trigitatria:& erãt eminẽtia q̃ ingrederent p parietẽ domus, in lateribus p circũitũ,vt cõtinerẽt:& nõ attingerẽt parietẽ templi.Et platea erat in rotundũ,ascendẽs sursum per cochleas,& in cenaculũ tẽpli deferabat p gyrũ: idcirco latius erat templũ in superioub⁹:& sic de inferioub⁹ ascendebat ad superiora in mediũ.Et vidi in domo altitudinẽ p circũitum,fundata latera ad mensurã calami sex cubitorũ spatio:& latitudinẽ per parietẽ lateris forinsecus q̃q; cubitorum:& erat interior dom⁹ in lateribus dom⁹. Et inter gazophylacia latitudinẽ viginti cubitorũ in circũitu dom⁹ vndiq;. Et ostiũ lateris ad orationẽ,ostiũ vnũ ad viã aqlõis: et ostiũ vnũ ad viã australẽ,& latitudinẽ loci ad orationem quinq; cubitorũ in circũitu.Et edificiũ qõ erat sepatũ versumq; ad viã respicientẽ ad mare,latitudinis septuaginta cubitorũ.paries autẽ edificij,quinq; cubitorũ latitudinis per circũitũ:& lõgitudo ei⁹ nonaginta cubitorũ. Et mẽsus est domus longitudinẽ,centũ cubitorũ:& qõ separatũ erat edificiũ & parietes eius,lõgitudinis centũ cubitorũ. Latitudo aũt ante faciẽ dom⁹:& eius qõ erat separatũ cõtra orientem,centũ cubitorũ.Et mensus est longitudinẽ edificij contra faciẽ eius qõ erat separatũ ad dorsum,et thecas ex vtraq; parte centũ cubitorũ:& templũ interi⁹,& vestibula atrij. Limina & fenestras obliquas,& thecas in circũitu:p tres partes,cõtra vniuscuiusq; limẽ,stratũq; ligno p gyrũ in circumitu:terra aũt vsq; ad fenestras,& fenestre clause super ostia.Et vsq; ad domũ interiorẽ,& forinsecus:& omnẽ parietẽ in circũitu intrinsecus,& forinsecus,ad mẽsurã. Et fabrefacta cherubin & palme:& palma iter cherub & cherub, duasq; facies habebat cherub.Faciẽ bois iuxta palmã erhac pte,& faciẽ leonis iuxta palmã ex alia pte: expressam p oẽm domũ in circumitu.De terra vsq; ad superiora porte, cherubim & palme celate erãt,in pariete tẽpli. Lumen quadrangulũ:& facies sanctuarij,aspectus 2tra aspectũ. Altaris ligneitriũ cubitorũ altitudo:& longitudo eius,duor cubitorũ:& anguli eius,& lõgitudo eius,& parietes eius lignei et locutus est ad me, Hec est mẽsa cora dño. Et duo ostia erãt in templo,& in sanctuario.Et in duob⁹ ostijs ex vtraq; parte bina erãt ostiola,que in seinuicẽ plicabant:bina eñ ostia erãt ex vtraq; pte ostiorũ. Et celata erãt in ipsis ostijs templi Cherubim,& sculptura palmarum,sicut in parietibus quoq; expressa erant:quam ob rem & grossiora erant ligna in vestibuli fronte forinsecus.Super que fenestre oblique,& similitudo palmarum hinc atq; inde in humerulis vestibuli secundũ latera domus,latitudinẽq; parietum.

¶ C.S.Gazophilaciorum dimensio. Caput.xlij.

Et duxit me in atriũ exteri⁹ p viã ducentem ad aquilonẽ,& introduxit me in gazophylaciũ,qõ erat cõtra separatũ edificũ & cõtra edẽ vergentẽ ad aquilonẽ:In facie longitudinis,centũ cubitos ostij aquilõis:& latitudinis quinq̃ginta cubitos:cõtra viginti cubitos atrij interioris,& cõtra pauimẽtũ stratum lapide atrij exterioris,vbi erat porticus nũcta porticui tripli ci.Et añ gazophylacia deambulatio decem cubitorũ latitudinis,ad interiora respiciens vie cubiti vnius. Et ostia eorum ad aquilonem: vbi erãt gazophilacia in superioribus humiliora:q; supportabant porticus que ex illis eminebant de inferioribus,& de medijs edificij.Tristega enim erãt,& nõ habebãt colũnas,sicut erãt colũne atriorũ:pp̃ter ea eminebãt de inferioub⁹,& de medijs a terra cubitis quinquaginta.Et peribol⁹ exterior,fm gazophylacia,q̃ erant in via atrij exterioris añ gazophylacia:lõgitudo ei⁹,quinquaginta cubitorũ. Quia lõgitudo erat gazophylaciorũ atrij exterioris:q̃quaginta cubitor:& lõgitudo añ faciem tẽpli,cẽtũ cubitor.Et erat subter gazophylacia hec introitus ab oriẽte ingrediẽtiũ in ea de atrio exterior:in latitudine peribli atrij,qõ erat cõtra viã orientalẽ,in faciẽ edificij sepati.Et erãt añ edificiũ gazophylacia:& via añ faciẽ eorũ iuxta similitudinẽ gazophylaciorũ,q̃ erãt in via aqlonis: fm lõgitudinẽ eor,sic & latitudo eorũ:& ois introit⁹ eor,et similitudines,& ostia eor fm ostia gazophylacior q̃ erãt in via respiciẽte ad nothũ: ostiũ icapite vie,q̃ via erat añ vestibulũ sepatũ p viã orientalẽ ingrediẽtib⁹. Et dixit ad me, Gazophylacia aqlonis,& gazophylacia austri,q̃ sunt añ edificium separatũ:hec sunt gazophylacia sancta,in quib⁹ ve

sunt sacerdotes q appropinquant ad dñm in sancta sanctorū.ibi ponēt sancta sanctor;t oblationē p pctō,t p delicto:locus enī sanct⁹ est. Cū aūt ingressi fuerint sacerdotes, nō egrediētur de sanctis in atriū exterī:t ibi reponēt vestimenta sua in quib⁹ mīnistrāt,q: sancta sunt,vestiēturq; vestimētis alijs,t sic pcedēt ad pp'm. Cumq; cōpleuerit mensuras domus interioris ,eduxit me p viā porte q respiciebat ad viam orientalē:t mēsus est eā vndiq; p circūitū. ¶Mensus est antē cōtra ventū orientalē calamo mēsure:quingentos calamos in calamo mēsure p circūitū. Et mēsus est contra ventū aq lonis qngētos calamos ,in calamo mēsure p gyrū. Et ad ventū australē mēsus est quingētos calamos, in calamo mēsure p circūitū. Et ad vētū occidētalē mēsus est qngētos calamos ,in calamo mēsure. ¶Per quatuor ventos mēsus est murū eius vndiq; p circūitū:lōgitudinē quingentorum cubitorū,t latitudinē quingētorum cubitorum diuidentem inter sanctuarium t vulgi locum



¶ Capitulū Summariū.¶Maiestas domini apparet prophete et eruditur de sacrificijs. Caput.xliij.

A ¶ Duxit me ad portā q respiciebat ad viā orientalem. Et ecce gloria dei Israel ingrediebatur per viā orientalē:t vox erat et quasi vox aquarū multarū,t terra splēdebat a maiestate eius. Et vidi visionē sm speciē quā viderā ,qū venit vt disperderet ciuitatē:t species sm aspectū quē viderā iuxta fluuiū Chobar:t cecidi super faciem meā. Et maiestas domini ingressa est templū per viam porte que respiciebat ad orientem. B Et eleuauit me spiritus t introduxit me in atriū interius: et ecce repleta erat gloria dñi domus. Et audiui loquentē ad me de domo,t vir stabat iuxta me. Et dixit ad me ,Fili hominis locus solij mei,et locus vestigiorum pedū meorum,vbi habito in medio filiorum Israel in eternum:t nō polluent vltra domus Israel nomen sanctū meum , ipsi et reges eorū in fornicationibus suis ,t in ruinis regum suorum,t in excelsis.Qui fabricati sunt in limen suum iuxta limen meum,t postes suos iuxta postes meos:t murus erat inter me t eos:t polluerūt nomen sanctū meū in abominationibus quas fecerunt:propter qō cōsumpsi eos in ira mea. C Nunc ergo repellant pcul fornicationē suā,t ruinas regū suorum a me:t habitabo in medio eor; semper. Tu aūt fili hois ostende domui Israel templū,t cōfundant ab iniquitatib⁹ suis:t metiant fabricā,t erubescāt er oīb⁹ q fecerūt.Si figurā domus,t fabricę ei⁹ exitus⁹,t introitus⁹,t oēm descriptionem ei⁹,t vniuersa pcepta ei⁹ ,cūctiq; ordinē ei⁹,t oēs leges ei⁹ ostēde eis,t scribes in oculis eorū: vt custodiāt oēs descriptiōes ei⁹,t pcepta illi⁹,t faciāt ea.Ista est lex dom⁹. D In summitate mōtis ois finis ei⁹ in circūitu sanctū sanctorum est.hec est ergo lex dom⁹.Iste aūt mēsure altaris in cubito verissimo , q habebat cubitū t palmū.in sinu ei⁹ erat cubitus,t cubitus i latitudine:t definitio ei⁹ vsq; ad labiū eius.in circūitu palm⁹ vn⁹ hec quoq; erat fossa altaris.Et de sinu terre vsq; ad crepidinē nouissimā duo cubiti,t latitudo cubiti vn⁹:t a crepidine minore vsq; ad crepidinem maiorē q̄tuor cubiti ,t latitudo cubiti vn⁹. Ipse aūt ariel quatuor cubitorū:t ab ariel vsq; sursum, cornua quatuor. Et ariel duodecim cubitorū in lōgitudine per duodecim cubitos latitudinis:quadrāgulatū equis lateribus. Et crepido quatuordecim cubitorū lōgitudinis per quatuordecim cubitos latitudinis in quatuor angulis ei⁹,t corona in circūitu ei⁹ dimidij cubiti ,t sinus eius vni⁹ cubiti p circūitū: gradus aūt eius versi ad orientē.Et dixit ad me ,Fili hois hec dicit dñs de⁹,Hi sunt ritus altaris,in qua cūq; die fuerit fabricatū:vt offerat sup illud holocaustū ,t effundat sanguis.Et dabis sacerdotibus Leuitis ,q sunt de semine Sadoch,q accedūt ad me,ait dñs de⁹ ,vt offerāt mihi vitulū de armēto p peccato.Et assumēs de sanguine ei⁹ pones sup quatuor cornua eius ,et sup quatuor angulos crepidinis et super coronam in circuitu: et mundabis illud et expiabis . Et tolles vitulum qui oblatus fuerit pro peccato t cōbures eū separato loco domus extra sanctuariū. E Et in die secūda offeres hircū caprarū immaculatum pro peccato:t expiabūt altare ,sicut expiauerūt in vitulo.Cūq; cōpleueris expiās illud ,offeres vitulū de armento immaculatū,t arietem de grege immaculatum. Et offeres eos in conspectu dñi: t mittent sacerdotes sup eos sal ,t offerent eos in holocaustū dño . Septē diebus facies hircū pro peccato quotidie:t vitulū de armento,t arietem de pecoribus immaculatos offerent. Septem diebus expiabūt altare et mundabunt illud:t implebunt manum eius. Expletis aūt septem diebus,in die octaua t vltra,facient sacerdotes super altare holocausta vestra,t quę pro pace offerunt:t placatus ero vobis ,ait dominus deus.

¶ Capitulū Summarium.Quibus ingressus templi conceſsus fuerit t ministerium altaris. Caput.xliiij.

A ET conuertit me ad viā porte sanctuarij exterioris,q respiciebat ad orientē:t erat clausa.Et dixit dñs ad me:Porta hec clausa erit,non aperietur,t vir nō trāsiet p eā:q̄m dñs de⁹ Israel ingressus est p eā,erit; clausa principi. Princeps ipse sedebit in ea,vt comedat panē coram dño:per viā porte vestibuli ingredietur:t per viā eius egredietur.Et addūxit me p viam porte aq lonis in cōspectu dom⁹:t vidi,t ecce impleuit gloria dñi domū dñi:t cecidi in facie meā. Et dixit ad me dominus,Fili hois,pone cor tuū,t vide oculis tuis, et auribus tuis audi omnia q̄ ego loquor ad te de vniuersis ceremonijs dom⁹ dñi,t de cūctis legibus eius:t pones cor tuū in vijs templi,per oēs exitus sanctuarij. Et dices ad exasperātem me domū Israel, ¶Hec dicit dñs de⁹ ,Sufficiāt vobis oia scelera vestra dom⁹ Israel:eo q̄ inducitis filios alienos incircūcisos corde t incircūcisos carne,vt sint in sanctuario meo,t polluant domū meā:t offertis panes meos, adipem t sanguinē:t dissoluistis pactū meū i omnib⁹ sceleribus vestris. Et nō seruastis pcepta sanctuarij mei: et posuistis custodes observationū mearū in sanctuario meo vobismetipsis. ¶Hec dicit dñs deus:Omnis alienigena incircūcisus corde t incircūcisus carne nō ingredietur sanctuariū meum, oīs filius alienus qui est in medio filiorū Israel. Sed t Leuite qui lōge recesserūt a me in errore filiorū Israel,t errauerunt a me post idola sua,t portauerūt iniquitatē suā: erūt in sanctuario meo editui,t ianitores portarū dom⁹,t ministri domus:ipsi mactabunt holocausta ,t victimas populi:et ipsi stabūt in conspectu eorū,vt ministrent eis. ¶Pro eo q̄ ministrauerūt illis in conspectu idolorū suorū ,t facti sunt domui Israel in offendiculū iniquitatis:idcirco leuaui manum meā super eos,ait dñs de⁹,t portauerūt iniquitatē suā. Et nō appropinquabūt ad me,vt sacerdotio fungātur mihi,neq; accedēt ad omne sanctuariū meū iuxta sancta sanctorū:t portabūt confusionē suā,t scelera sua que fecerūt, Et dabo eos ianitores domus in omni ministerio eius,et in vniuersis q̄ fient in ea.Sacerdotes aūt Leuite filij Sadoc,qui custodierūt ceremonias sanctuarij mei,cū errarēt filij Israel a me:ipsi accedēt ad me,vt ministrēt mihi:stabūt in cōspectu meo vt offerāt mihi adipē t sanguinē ait dñs deus. Ipsi ingredientur sanctuarium meum ,et ipsi accedēt a mensam meam ,vt ministrent mihi, t custodiāt ceremonias meas. Cumq; ingredientur portas atrij interio-

ris,vestib⁹ lineis induenť:nec ascēdet sup eos quicq̄ laneū, q̄ ministrāt in portis atrij interioris ⁊ intrinsec⁹. Mitre lineę erūt in capitibus eorū,⁊ feminalia linea erūt in lūbis eorū, ⁊ nō accingenť in sudore. Cūq; egredienť atriū exterius ad pp̄lm exuēt se vestimētis suis in quibus ministrauerāt,⁊ reponēt ea in Gazophylacio sanctuarij,⁊ vestiēt se vestimentis alijs:⁊ non sanctificabūt pp̄lm in vestibus suis. Caput autē suū nō radēt,neq; comā nutriēt:sed tōdentes attōdēt capita sua. Et vinum nō bibet oīs sacerdos,q̄n ingressus est atriū interius. Et viduā et repudiatā nō accipiēt vxores,sz virgines de semine domus Israel:sed ⁊ viduam,que fuerit vidua a sacerdote,accipiēt. Et pp̄lm meū docebūt quid sit inter sanctū ⁊ pollutū:⁊ inter mundū ⁊ immundū ostendent eis. Et cū fuerit cōtroversia,stabūt in iudicijs meis,et iudicabunt:leges meas,⁊ p̄cepta mea in omnibus solennitatibus meis custodiēt,⁊ sabbatha mea sanctificabunt. Et ad mortuū hominē nō ingredienť,ne polluanť:nisi ad patrē et matrē,⁊ filiū ⁊ filiā,⁊ fratrē et sororē que alterū virū nō habuit:in quibus cōtaminabunť. Et postq̄ fuerit emūdatus, septē dies numerabunť ei. Et i die introit⁹ sui i sanctuariū ad atriū interi⁹ vt ministret mihi in sanctuario,offeret p̄o peccato suo ait dñs de⁹. Erit aūt eis hereditas,ego hereditas eorū:⁊ possessionē nō dabitis eis in Israel,ego enī possessio eorū. Victimā ⁊ p peccato ⁊ p delicto ipsi comedēt:⁊ oē votū in Israel ipsorū erit. Et primitiua oīm primogenitorū,⁊ oīa libamēta ex oībus que offeruntur,sacerdotū erūt:⁊ primitiua ciborū vestrorum dabitis sacerdoti,vt reponat benedictionem domui sue. Omne morticinū et captum a bestia de auibus ⁊ de pecoribus,nō comedent sacerdotes.

¶ Capituli Summariū. Amplitudo loci sanctificati describitur vna cum mensuris ⁊ ponderibus ⁊c. Caput.xlv.

Cumq; ceperitis terrā diuidere sortito,separate primitias dño,sanctificatū de terra lōgitudine viginticinq; millia,⁊ latitudine decē millia:sanctificatū erit in oī termino ei⁹ p circūitū. Et erit ex oī pte sanctificatū cinq̄gētos p cinq̄gētos,q̄drifariā per circumtum:et cinquaginta cubitis in suburbaba ei⁹ p Gyrū. Et a mēsura ista mensurabis longitudinē viginticinq; millium,⁊ latitudinē decē milliū,et in ipso erit tēplū,sanctūq; sanctorū. Sanctificatū de terra erit sacerdotibus ministris sanctuarij,q̄m accedūt ad ministerū dñi:⁊ erit eis locus in domos,⁊ sanctuariū sanctitatis. Viginticinq; aūt millia longitudinis ⁊ decē millia latitudinis erūt Leuitis q̄ ministrant domui:ipsi possidebunt viginti Gazophylacia. Et possessionē ciuitatis dabitis cinq; millia latitudinis,⁊ longitudinis viginticinq; millia,fm separationē sanctuarij,oī domui Israel. Principi q̄z hinc ⁊ inde,in sepationē sanctuarij,⁊ in possessionē ciuitatis,cōtra faciē sepationis sanctuarij,⁊ cōtra faciem possessiōis vbis:a latere maris vsq; ad mare,⁊ a latere orientis vsq; ad orientē:lōgitudinē aūt iuxta vnāquāq; partē a termino occidētali vsq; ad terminū orientalē. De terra erit ei possessio in Israel:⁊ nō depopulabūtur vltra principes pp̄lm meū:sz terrā dabūt domui Israel fm trib⁹ eor. Hec dicit dñs de⁹. Sufficiat vobis p̄ncipes Israel: iniquitatē ⁊ rapinas intermittite,⁊ iudicū et iustitiā facite, separate cōsinia vestra a pp̄lo meo,ait dñs de⁹. Statera iusta,⁊ Ephi iustum,⁊ batus iustus erit vobis. Ephi ⁊ batus equalia,⁊ vnius mēsure erūt:vt capiat decimam partē cori batus ⁊ decimā partem cori ephi:iuxta mensuram cori erit equa libratio eorum. Siclus autem,viginti obolos habet. Porro viginti sicli,⁊ viginticinq; sicli,⁊ quindecim sicli:mnam faciūt. Et he sunt primitie quas tolletis sextā partem Ephi de coro frumenti,⁊ sextā partē Ephi de coro hordei. Decimā q̄z olei,Batus olei,decima pars cori est:⁊ decem bati,corū faciūt:q̄z decē bati implēt corū. Et arietē vnū de grege ducentorū de bis q̄ nutriūt Israel in sacrificiū,⁊ in holocaustū,⁊ i pacifica:ad expiādū p eis,ait dñs de⁹. Omis pp̄lus terre tenebit primitias his principi in Israel. Et sup principē erūt holocausta,⁊ sacrificiū,⁊ libamina in solēnitatibus,⁊ in calēdis,⁊ i sabbathis,⁊ in vniuersis solēnitatib⁹ domus Israel:ipse faciet p̄o peccato sacrificiū,⁊ holocaustū,⁊ pacifica:ad expiādū p domo Israel. Hec dicit dñs de⁹. In primo mēse,vna mēsis sumes vitulū de armēto immaculatū:⁊ expiabis sanctuariū. Et tollet sacerdos de sanguine q̄ erit p peccato:⁊ ponet i postib⁹ dom⁹,⁊ in q̄tuor angulis crepidinis altaris,⁊ in postib⁹ porte atrij interioris. Et sic facies in septima mēsis p vnoquoq; q̄ ignorauit.et errore decept⁹ est,⁊ expiabitis p domo. In p̄mo mēse,q̄rtadecima die mēsis erit vobis pasche solēnitas:septē dieb⁹ azyma cōedenť. Et faciet p̄nceps in die illa p se ⁊ p vniuerso pp̄lo terre,vitulū p peccato. Et in septē dierū solēnitate faciet holocaustū dño septē vitulos,⁊ septē arietes imaculatos q̄tidie septē dieb⁹:⁊ p peccato hircū caprarū quotidie. Et sacrificiū ephi p vitulum,⁊ ephi p arietē faciet:⁊ olei hin per singula ephi. Septimo mēse,q̄ntadecima die mensis in solennitate faciet sicut supra dicta sunt per septem dies:tam p̄o peccato,quam p̄o holocausto,⁊ in sacrificio,⁊ in oleo.

¶ Capituli Summarium. Ingressus ⁊ egressus templi q̄s, et quid offerendum. Caput.xlvj.

Hec dicit dñs de⁹. Porta atrij interioris,q̄ respicit ad orientē,erit clausa sex dieb⁹ in q̄b⁹ op⁹ fit: die aūt sabbathi aperiēť,sz ⁊ in die calendarum aperiēť. Et intrabit p̄nceps p viā vestibuli porte deforis,⁊ stabit in limine porte:⁊ facient sacerdotes holocaustū ei⁹,⁊ pacifica ei⁹:et adorabit sup limē porte,et egredietur:porta aūt nō claudetur vsq; ad vesperā. Et adorabit pp̄lus terre ad ostiū porte illius in sabbathis ⁊ in calēdis coram dño. Holocaustum aūt hoc offeret p̄nceps dño:in die sabbathi sex agnos imaculatos,⁊ arietē immaculatū: et sacrificiū ephi p arietē,in agnis aūt sacrificiū q̄ dederit manus ei⁹:⁊ olei hin,p singula ephi. In die autē calendarū vitulū de armēto immaculatū,⁊ sex agni,et arietes immaculati erūt. Et ephi p vitulū,ephi quoq; p arietē facies sacrificiū:de agnis aūt,sicut inuenerit man⁹ ei⁹:⁊ olei hin,p singula ephi. Cumq; ingressurus est p̄nceps,per viam vestibuli porte ingrediatur,⁊ per eandem viam exeat. Et cum introibit populus terre in conspectu dñi in solēnitatibus:qui ingredietur per portam aquilonis vt adoret,egreditur per viam porte meridiane:porro q̄ ingreditur p viā porte meridiane,egrediať p viā porte aq̄lonis:nō reuertetur per viam porte per quā ingressus est,sz e regione illi⁹ egredieť. Princeps aūt in medio eorū cū ingredientibus ingredieť:⁊ cum egredientib⁹ egredieť. Et in nundinis,⁊ in solemnitatib⁹ erit sacrificiū ephi per vitulū,⁊ ephi per arietē:in agnis aūt erit sacrificiū,sicut inuenerit man⁹ eius:⁊ olei hin,⁊ per singula ephi. Cū aūt fecerit p̄nceps spontaneū holocaustū,aut pacifica voluntaria dño:aperieť ei porta q̄ respicit ad orientē,⁊ faciet holocaustū suū,⁊ pacifica sua,sicut fieri solet i die sabbathi:⁊ egredieť,claudeturq; porta postq̄ exierit. Et agnū eiusdē anni,immaculatū,faciet holocaustū quotidie dño: semper mane faciet illud. Et faciet sacrificiū super eo cata mane mane sextam partē Ephi:⁊ de oleo tertiā partē hin, vt misceatur simile:sacrificiū dño legitimum,iuge atq; perpetuum. Faciet agnū ⁊ sacrificium,⁊ oleū cata mane mane: holocaustum sempiternū. Hec dicit dñs deus. Si dederit p̄nceps donū alicui de filijs suis:hereditas eius filiorum suorū erit,possidebūt eā hereditarie. Si autem dederit legatum de hereditate sua vni seruorū suorū:erit illius vsq; ad annū remissionis,et reuertetur ad principē:hereditas autē eius filijs eius erit. Et non accipiet p̄nceps de hereditate populi per violentiam,et de possessione eorum:sed de possessione sua hereditatem dabit filijs suis:vt non dispergatur populus meus vnusquisq; a possessione sua. Et introduxit me per ingressum qui erat ex latere porte in Gazophylacia sanctuarij ad sacerdotes,q̄ respiciebant ad aquilonem:⁊ erat ibi locus,vergens ad occidentem. Et dixit ad me. Iste est locus,vbi coquēt sacerdotes p̄o peccato,⁊ p̄o delicto:vbi coquent sacrificium,vt non efferant in atrium exterius,et sanctificetur populus. Et eduxit me in atrium exterius,et circūduxit me per quatuor angulos atrij:⁊ ecce,

atriolū erat i angulo atrij,atriola singula p angulos atrij. In quatuor angulis atrij atriola disposita:quadraginta cubitorum per longum,et triginta per latitu: mensure vnius quatuor erant. Et paries per circumitum ambiēs quatuor atriola:et culine fabricate erāt subter porticus per gyrum. Et dixit ad me. Hec est domus culinarum in qua coquent ministri domus domini victimas populi.

¶ Capituli Summa. Aque et torrentes circa templū vna cum tota Israelis terra mensurantur. Caput.xlvij.



Et cōuertit me ad portā dom⁹,et ecce aque egrediebant subter limē dom⁹ ad orientē: facies eī dom⁹ respiciebat ad orientē: aque aūt descendebant in latus tēpli dextrū ad meridiē altaris. Et edurit me p viā porte aquilonis,et cōuertit me ad viā foras portā exteriorē,viā q respiciebat ad orientē:et ecce aq̄ redundantes a latere dextro. Cū egrederet vir ad orientē,q habebat funiculū i manu sua,et mēsus est mille cubitos:et traduxit me p aquā vsq; ad talos. Rursumq; mensus est mille,et tradurit me p aquā vsq; ad genua:et mēsus ē mille,et traduxit me p aquā vsq; ad renes. Et mēsus est mille torrentem quē nō potui ptrāsire:aquā intumuerāt aq̄ ꝓfundi torrētis q non pōt transuadari. Et dixit ad me. Certe vidisti fili hois. Et edurit me,et cōuertit ad ripā torrētis. Cūq; me conuertissem,ecce in ripa torrētis ligna multa nimis ex vtraq; pte. Et ait ad me. Aq̄ iste q egrediunt ad tumulos Sabuli orientalis,et descēdūt ad plana deserti,intrabūt mare,et exibūt,et sanabunt aq̄. Et omis aīa viuēs q̄ serpit q̄cūq; venerit torrēs viuet:et erūt pisces multi satis postq̄ venerint illuc aq̄ iste,et sanabunt:et viuēt oīa ad q̄ venerit torrēs. Et stabūt sup illa piscatores,ab Engaddi vsq; ad Enagallim siccatio,sagenarum erit:plurime ipēs erūt piscīū eī⁹,sicut pisces maris magni,multitudinis nimie:i litoub⁹ aūt eī⁹,et in paludib⁹ nō sanabunt,qui salinas dabunt. Et sup torrētē orient in ripis eius ex vtraq; pte oē lignū pomiferū:nō defluet folū ex eo,et nō deficiet fruct⁹ eī⁹:p singulos menses afferet primitiua,q; aq̄ eī⁹ de sanctuario egredient:et erūt fruct⁹ eī⁹ i cibū et folia eius ad medicinā. Hec dicit dōs de⁹. Hic est teris in q̄ possidebitis terrā in duodecim tribub⁹ Israel:ꝓ Joseph duplicē funiculū hz. Possidebitis aūt eā singuli eque vt frater su⁹:sup quā leuaui manū meā vt darē patrib⁹ vestris:et cadet terra hec vobis in possessionē. Hic est aūt teris terre: ad plagā septētrionalē,a mari magno via hethalō,vnitib⁹ Sedada,Emath,Berotha,Sabarim,q̄ est iter terim Damasci et cōfinīū Emath,dom⁹ Thichon q̄ est iuxta terminū Auran. Et erit teris a mari vsq; ad atriū Enon termin⁹ Damasci,et ab aq̄lone ad aquilonē,et teris Emath: plaga aūt septētrionalis. Porro plaga orientalis de medio Auran et ō medio Damasci,et de medio Galaad,et de medio terre Israel:Jordanis disterminās ad mare orientale,metiemini etiā plagā orientalē. Plaga aūt australis meridiana a Thamar,vsq; ad aq̄s cōtradictiōis Cades:et torrēs vsq; ad mare magnū:et hec est plaga ad meridiē australis. Et plaga maris,mare magnū a cōfinio per directū,donec venias Emath:hec est plaga maris. Et diuidetis terrā istā vobis p trib⁹ Israel:et mittetis eā i hereditatē vobis,et aduenis q accesserint ad vos,q genuerint filios in medio vestrū: et erūt vobis sicut indigene inter filios Israel:vobiscū dabūt possessionē in medio tribuū Israel. In tribu aūt quacūq; fuerit aduena,ibi dabitis possessionē illi,ait dominꝰ deus.

¶ L.S. Diuidit terra duodecim tribubus. Caput xlviij.

Hec nola tribuū a finib⁹ aglonis iuxta viā hethalō pgētib⁹ Emath atriū Enā terminis Damasci ad aquilonem iuxta Emath. Et erit ei plaga orientalis mare,Dā vna. Et a termino Dan,a plaga orientali vsq; ad plagā maris, Aser vna:et sup terminū Aser,a plaga orientali vsq; ad plagā maris,Nephthali vna. Et sup terminū Nephthalim,a plaga orientali vsq; ad plagam maris,Manasse vna. Et sup terminū Manasse,a plaga orientali vsq; ad plagam maris,Ephraim vna. Et sup terminū Ephraim,a plaga orientali vsq; ad plagam maris,Ruben vna. Et sup terminū Ruben a plaga orientali vsq; ad plagā maris,Juda vna. Et sup terminū Juda,a plaga orientali vsq; ad plagā maris,erunt primitie q̄s separabitis viginti quinq; millibus latitudinis et longitudinis,sicuti singule partes a plaga orientali vsq; ad plagā maris:et erit sanctuariū in medio eī⁹. Primitie quas separabitis dño:longitudo viginti quinq; millib⁹,et latitudo decē millib⁹. Hec aūt erūt primitie sanctuarij sacerdotū:ad aquilonē longitudinis viginti quinq; millia,et ad mare latitudinis decē millia,sic et ad orientē latitudinis decē millia,et ad meridiem longitudinis viginti quinq; millia:et erit sanctuariū dñi in medio eī⁹. Sacerdotib⁹ sanctuariū erit de filijs Sadoch q̄ custodierūt ceremonias meas,et nō errauerūt cū errarēt filij Israel,sicut errauerūt et Leuite. et erūt eis primitie de primitijs terre sanctū sanctor,iuxta terminū Leuitarū. Sed et Leuitis filijs iuxta fines sacerdotū viginti quinq; millia longitudinis,et latitudinis decē millia. Omis longitudo viginti et quinq; millū,et latitudo decē millū. Et nō permutabūt ex eo neq; mutabūt,neq; trāsferent primitie terre,q̄: sanctificate sunt dño. Quinq; millia aūt q̄ supsunt i latitudine p viginti quinq; millia,pphana erūt vrbi⁹ habitaculū,et i suburbana:et erit ciuitas i medio eī⁹. Et he mēsure eī⁹. Ad plagā septētrionalē,quingenti et quinquaginta mille:et ad plagā meridianā, quingēti et quinquaginta mille:et ad plagā orientalē,quingenti et quinquaginta mille:et ad plagā occidētalē,quingenti et quinquaginta mille. Erūt aūt suburbana ciuitatis,ad aglonē orientē quingenta,et ad meridiē orientē quingenta,et ad mare occidentē quingenta. Quod aūt reliquū fuerit in longitudine fim primitias sanctuarij,decē millia i orientē,et decē millia i occidentē,erūt sicut primitie sanctuarij:et erūt fruges eī⁹ panes his qui seruiūt ciuitati. Seruientes aūt ciuitati,operabunt ex oīb⁹ tribub⁹ Israel. Oēs primitie viginti quinq; milliū p viginti quinq; millia:i quadrū separabunt in primitias sanctuarij,et possessionē ciuitatis. Quod aūt relinquū fuerit,principis erit ex oi parte primitiarū sanctuarij et possessiōis ciuitatis e regiōe viginti quinq; milliū primitiarū vsq; ad terminū orientalē. Is et a mari e regiōe viginti quinq; millū vsq; ad terminū maris,sile in partib⁹ principis erit:et erūt primitie sanctuarij,et sanctuariū tēpli i medio eī⁹. De possessiōe aūt Leuitarū,et de possessiōe ciuitatis imedio partiū principis erit:inter terminū Juda,et iter terminū Beniamin,et ad principē ptinebit. Et reliqs tribubus. A plaga orientali,vsq; ad plagā occidentalē,Beniamin vna. Et cōtra terminū Beniamin,a plaga orientali vsq; ad plagā occidentalē,Simeō vna. Et sup terminū Simeonis a plaga orientali vsq; ad plagā occidentalē,Issachar vna. Et sup terminū Issachar,a plaga orientali vsq; ad plagā occidentalē,Zabulō vna. Et sup terminū Zabulō,a plaga orientali vsq; ad plagā maris,Gad vna. Et sup terminū Gad,ad plagā austri i meridiē:et erit finis de Thamar,vsq; ad aq̄s Zdictionis Cades,hereditas ꝫ mare magnū. Hec est terra q̄ mittetis in sortem tribubus Israel:et he partitiones earum ait dōs deus. Et hi egressus ciuitatis. A plaga septentrionali quingentos et quatuor millia mensurabis. Et porte ciuitatis in omnibus tribub⁹ Israel:porte tres a septētrione,porta Rubē vna,porta Juda vna,porta Leui vna. Et ad plagam orientalē,quingētos et quatuor millia:et porte tres,porta Joseph

Genesis xlviij.d.

ta Joseph vna, porta Beniamin vna, porta Dan vna. Et ad plagā meridianā, quingētos, & ūtuor millia metteris: et porte tres, porta Symeonis vna, porta Issachar vna, porta Zabulon vna. Et ad plagā occidentalē, qngētos & ūtuor millia: & porte eox tres, porta Gad vna, porta Aser vna, porta Nephthalim vna. Per circuitū, decē & octo millia: & nomen ciuitatis ex illa die Dominus ibidem.

¶ Explicit Ezechiel propheta.

¶ Incipit prologus sancti Hieronymi in Danielē prophetā.

Danielem prophetam iuxta septuaginta interpretes dñi saluatoris ecclesie non legunt: vtentes Theodotionis editione: & hoc cur acciderit: nescio. Siue eñ qz sermo Chaldaicus est: & quibusdā ppletatibus a nostro eloquio discrepat: noluerūt septuaginta interpretes easdē lingue lineas in trāslatione seruare siue sub nole eox ab alio nescio quo nō satis Chaldeā linguā sciente: editus est liber siue aliud dd causse extiterit ignorāse: hoc vnū affirmare possum: qđ multū a veritate discorder: & recto iudicio repudiatus sit. Sciendum quippe est Danielē maxime & Esdram Hebraicis quidē literis: sed Chaldeo sermone conscriptos: & vnam Jeremie pericopen. Jobz quoqz cū Arabica lingua plurimā habere societatem Denigz & ego adolescē tulus post Quintiliani & Tullū lectionē aclores rhetoricos: cū me in lingue huius pistrinū reclusissem: & multo sudore: multoqz tpe vix cepissem anhelātia stridentiaqz verba resonare: & quasi per cryptam ambulās: rarū desuper lumen aspicerem: impegi nouissime in Danielem: & tanto tedio affectus sum: vt deliberatiōe subita omnē laborem veterē voluerim contemnere. Verum adhortante me quodam Hebreo: & illud mihi crebrius in sua lingua ingerēte. Labor improbus oia vincit: & qui mihi videbar sciol⁹ inter Hebreos cepi rursus discipulus esse & Chaldaicus. Et vt verum fatear: vsqz ad presentem diem magis possum sermonē Chaldaicum legere & intelligere: quā sonare. Hec idcirco refero: vt difficultatem vobis Danielis ostēderem: qui apud Hebreos nec Susanne hz historiā: nec hymnū trium puerorum: nec Belis draconisqz fabulas: quas nos/qz in toto orbe dispersе sunt verū antepositо: easqz iugulante subiecimus: ne videremur apud imperitos magnā partē voluminis detruncasse. Audiui ego quendā de preceptoribus Judeorum: cum Susanne delideret historiā: a Greco nescio quo eam diceret esse confictā: illud opponere quod Origeni quoqz Africanus opposuit: Etymologias has ἀπὸ τοῦ ἐχέτου σχίσαι & ἀπὸ τοῦ πέους πῆσαι/ de greco sermone descendere. Cuius rei nos intelligētiā nostris hāc possumus dare: vt verbi gratia dicamus de arbore ilice dixisse eū: illico pereas/ & a lētisco: in lentem te cōmutet angelus: vel non lente pereas aut lenis: id est flexibilis ducaris ad montē: siue aliud qđ ad arboris nomē conueniens. Deinde tantum fuisse otij tribus pueris cauillabatur: vt in camino ignis medij metro luderēt: & p ordinez ad laudē dei oia elementa ꝓuocarēt. aut qđ miraculū diuineqz aspirationis iudicij: vel draconē interfectū offa picis: vel sacerdotū Belis machinas deprehensas: que magis prudētia solertis viri: quā ꝓphetali essent spiritu perpetrata. Cū vero ad Habacuc ventret: et de Judea in Chaldeam raptum: discophorū lectiuaret: ḡrebat exēplū vbi legissemus in toto veteri testamēto quēq̄ sanctorum graui volasse corpore: & in puncto hore tanta terrarū spacia transisse. Cui cum quidā e nostris satis ad loquendū prōptulus. Ezechielem adduxisset in medium: et diceret eū de Babylonia in Judeā fuisse trāslatū: deinde hominē & ex ipso volumine demōstrauit Ezechielē in spiritu seu vidisse trāspositū. Denigz & apostolū nostrū videlicet vt eruditū virū & q̄ legē ab Hebreis didicisset: nō fuisse ausuz affirmare se raptū in corpe: se dixisse. Siue in corpore siue extra corpus: nescio de⁹ scit. His & talibus argumentis apocryphas in libro ecclesie fabulas arguebat. Super qua re lectoris arbitrio iudiciū derelinquēs illud admoneo: nō haberi Danielē apud Hebreos inter ꝓphetas: sz inter eos q̄ agiographa cōscripserūt. In tres siquidē ptes ois abeis scriptura diuidit: in legē & ꝓphetas & in agiographa: id est in q̄nq̄: & octo. et in vndecim libros: de quo non est huius temporis disserere. Que autem ex hoc propheta: imo cōtra hūc libū Porphyrius obiciat: testes sunt Methodius, Eusebius & Apolinarius: qui multis versuum millib⁹ eius resante respōdētes: nescio an curioso lectori satisfecerint. Unde obsecro vos & Paula & Eustochium fundatis ꝓ me ad dñm preces vt quādiu in hoc corpusculo sum: scribā aliquid gratum vobis vtile ecclesie: dignum posteris. Presentiū, quippe iudiciis oblatrantium nō satis moueor: qui in vtrāqz partem aut amore labunt aut odio.

Incipit Daniel propheta.

¶ Capituli Summarium. Quatuor pueri Hebreorū excellunt sapientia & forma Chaldeos. Caput. j.

Anno Tertio regni Joacim regis Juda, venit Nabuchodonosor rex Babylonis i Jerusalem, & obsedit eā. Et tradidit dñs i manu eius Joacim regē Jude, & partē vasorum domus dei, & asportauit ea in terrā Sēnaar, in domū dei sui, & vasa ītulit i domū thesauri dei sui. Et ait rex Asphenez ꝓpositо eunuchorū, vt introduceret de filijs Isrl, & de semine regio, & tyrānorū pueros in gb⁹ nulla eēt macula, decoris forma, & eruditos oī sapiētia, cautos scientia, & doctos disciplina, & qui possent stare in palatio regis: vt doceret eos literas, & linguā Chaldeorū. Et cōstituit eis rex annonā p singulos dies de cibis suis et de vino vñ bibebat ipse: vt enutriti tribus annis, postea starent in cōspectu regis. Fuerūt ergo inter eos de filijs Jude, Daniel, Ananias, Misael, & Azarias. Et ipposuit eis prepositus eunuchorum, noia: Danieli, Balthasar, Ananie, Sidrach, Misaeli, Misach: & Azarie, Abdenago. Proposuit aūt Daniel i corde suo, ne polluerek de mēsa regis, neqz de vino potus eius: & rogauit eunuchorū ꝓpositū ne cōtaminarek. Dedit aūt de⁹ Danieli gratiā & misericordiā i cōspectu ꝓncipis eunuchorū. Et ait ꝓnceps eunuchorū ad Danielē, Timeo ego dñm meū regē q cōstituit vobis cibū et potū: q si viderit vultus vestros macilētiores pre ceteris adolescētibus coetus vestris, cōdemnabitis caput meū regi. & Dixit Daniel ad Malasar, quē constituerat ꝓnceps eunuchorū sup Danielē, Ananiā, Misaelē, & Azariā. Tēta nos obsecro seruos tuos diebus decē, & denk nobis legumina ad vescēdū, & aq̄ ad bibēdū: & cōtēplare vultus nros, et vultus puerorū q vescunk cibo regio: & sicut videris, facies cū seruis tuis. Qui audito sermone huiuscemodi, tētauit eos diebus decē. Post dies aūt decē apparuerūt vultus eorū meliores & corpulētiores pre oib⁹ pueris q vescebanк cibo regio. Porro Malasar tollebat cibaria, & vinū potus eorū: dabatqz eis legumina. Pueris autē his dedit de⁹ sciētiā et disciplinā i oi libro & sapiētia: Danieli aūt intelligētiā oīm visionū & somniorū. Cōpletis itaqz diebus, post quos dixerat rex vt introducerenk: introduxit eos ꝓpositus eunuchorū in cōspectu Nabuchodonosor. Cūqz eis locut⁹ fuisset rex, non sunt inuenti tales de vniuersis, vt Daniel, Ananias, Misael, & Azarias: & steterūt in cōspectu regis. Et oē verbum sapiētie & intellectus qđ scisciteatus est ab eis rex, inuenit i eis decuplū sup cūctos ariolos & magos q erāt i vniuerso regno eius. Fuit aūt daniel vsqz ad annū ꝓmū Cyri regis. Infra vj. g.

¶ Capituli Summarium. Somnium Nabuchodonosor non Chaldei potuerūt interpretari, sed Daniel. Caput. ij.

In anno scōo regni Nabuchodonosor vidit Nabuchodonosor somniū: & cōterritus est spūs eius, et somniū eius fugit ab eo. Precepit autē rex vt cōuocarenk arioli, & magi, & malefici, & Chaldei vt indicarēt regi somnia sua. Qui cū venissent steterūt corā rege: & dixit ad eos rex. Vidi somniū, & mēte cōfusus ignoro qđ viderim. Rndерūtqz Chaldei regi Syriace. Rex in sempiternū viue: dic somniū seruis tuis, & interpretationem eius indicabim⁹. Et rndēs rex ait Chaldeis. Sermo recessit a me: nisi indicaueritis mihi somniū & cōiectura eius peribitis vos, & dom⁹ vestre publicabunk. Si aūt somniū & cōiectura ei⁹ narraueritis: premia & dona, & honorē multū accipietis a me. somniū igit & interpretationē ei⁹ indicate mihi. Respōderūt scōo, atqz dixerūt. Rex somniū dicat seruis suis, & interpretationē illius indicabimus. Respōditqz rex: et ait. Certe noui qđ tēpus redimitis, sciētes qđ recesserit a me sermo. Si ergo somniū nō indicaueritis mihi, vna est de vobis sentētia, quod interptationē q̄z fallacē & deceptione plenā cōposueritis vt loquamini mihi donec tēpus pertrāseat. Sōniū itaqz dicite mihi: vt sciā qđ interptationē q̄z eius verā loq̄mini. Rndētes ḡ chaldei corā rege, dixerūt. Nō est hō sup terrā, q ꝓmonē tuū, rex, possit iplere: sz neqz regū qs ḡ magn⁹ & potēs, vbū huiuscemodi sciscitak ab oī ariolo, & mago, & chaldeo. Sermo ei, quē tu q̄ris, rex, granis ē: nec repiek qs ḡ q indicet illū in ꝓspectu regis: exceptis, dīs q̄rū nō est cū hoīb⁹ cōuersatio. Quo audito, rex in furore & ira magna ꝓcepit vt pirēt oēs sapiētes Babylōis. Et egressa sniа, sapientes interficiebanк: querebaturqz Daniel & socij eius vt perirēt. Tunc Daniel requisiuit de lege atqz sententia ab Arioch principe militie regis, q egressus fuerat ad interficiendos sapiētes Babylonis. Et interrogauit eū qui a rege potestatē acceperat, q̄ ob causam tā crudelis senten-

tia a facie regis esset egressa. Cū ergo rē indicasset Arioth Danieli, Daniel ingressus rogauit regē vt tēpꝰ daret sibi ad solutionē indicādā regi. Et ingressus est domū suā. Ananiecꝫ ⁊ Misaeli, ⁊ Azarie socijs suis, indicauit negotiū: vt ꝙrerēt miserico:diā a facie dei celi sup sacramēto isto et nō perirēt Daniel ⁊ socij eiꝰ, cū ceteris sapiētibꝰ Babylonis.

Psalmo. cxij. D

Tūc Danieli mysteriū p visionē nocte reuelatū est: ⁊ bndixit Daniel deū celi, ⁊ locutꝰ ait. Sit nomē dñi benedictū a seculo ⁊ vsqꝫ in seculū: qꝛ sapiētia et fortitudo eius sunt. Et ipse mutat tpa ⁊ etates: trāsfert regna atqꝫ cōstituit: dat sapientiā sapiētibꝰ, ⁊ sciam intelligētibus disciplinā. Ipse reuelat pfunda ⁊ absconditа: ⁊ nouit in tenebris constituta: ⁊ lux cū eo est. Tibi deꝰ patrū meoꝝ cōfitebor, teqꝫ laudo: qꝛ sapiam ⁊ fortitudinē dedisti mihi: ⁊ nūc ostēdisti mihi ꝙ rogauimꝰ te, qꝛ sermonē regis apuisti nobis. Post hec Daniel ingressus ad Arioth quē ꝓstituerat rex vt pderet sapiētes Babylonis, sic ei locutꝰ est. Sapiētes babylonis ne perdas: introduc me in cōspectu regis, ⁊ solutionē regi narrabo. Tūc Arioth festinꝰ introduxit Danielē ad regē, ⁊ dixit ei, Inuenī hominē de filijs trāsmigrationis Jude, ꝙ solutionē regi annūtiet. Respōdit rex: et dixit Danieli cuius nomen erat Balthasar, Putasne vere potes mihi indicare somniū ꝙd vidi, ⁊ interptationē eiꝰ? Et respondēs Daniel coꝝ rege, ait, Mysteriū ꝙd rex iterrogat, sapiētes magi, et arioli ⁊ aruspices nequeūt indicare regi: sꝫ est deꝰ in celo reuelans mysteria, ꝙ indicauit tibi rex Nabuchodonosor, ꝙ ventura sunt nouissimꝰ tpibus. Somniū tuū, ⁊ visiōes capitis tui in cubili tuo, huiuscemodi sunt. Tu rex cogitare cepisti in stratu tuo quid esset futurū post hec: ⁊ ꝙ reuelat mysteria, ostēdit tibi ꝙ vēturа sunt. Mihi ꝙꝫ nō in sapiam ꝙ est in me pꝰ ꝙ i cūctis viuētibꝰ, sacramētū hoc reuelatū est: sꝫ vt interptatio regi manifesta fieret, et cogitationes mentis tue scires. Tu rex videbas, ⁊ ecce ꝙsi statua vna grādis: statua illa magna ⁊ statura sublimis stabat ꝛ te, ⁊ intuitꝰ eiꝰ erat terribil. Hujus statue caput, ex auro optimo erat: pectꝰ aūt et brachia de argēto: ventер vēter ⁊ femora ex ere. Tibie aūt ferree: pedū ꝙdā pars erat ferrea, ꝙdā autē fictilis. Videbas ita, donec absciss⁹ est lapis de mōte sine manibꝰ: ⁊ percussit statuā in pedibꝰ eiꝰ ferreis ⁊ fictilibꝰ, ⁊ cōminuit eos. Tunc cōtrita sunt pariter ferrū, testa, es, argētū ⁊ aurū, ⁊ redacta quasi in farinā estiue aree, ꝙ rapta sunt vēto: nullusqꝫ locꝰ inuētus est eis: lapis aūt q percusserat statuā, factꝰ est mons magnus: ⁊ implent vniuersaꝫ terrā, hoc est somniū. Interpretationē quoqꝫ eiꝰ dicemꝰ coꝝ te, rex: Tu rex regū es: ⁊ deus celi regnū ⁊ fortitudinē ⁊ imperiū ⁊ gloriā dedit tibi: ⁊ oīa i qbꝰ habitāt filij hoīm ⁊ bestie agri, volucres qꝫ celi dedit in manu tua, ⁊ sub ditiōe tua vniuersa cōstituit. ⁊ es ergo caput aureū. Et post te consurget regnū aliud minꝰ te: ⁊ regnū tertiū aliud ereū, ꝙ imperabit vniuerse terre: ⁊ regnū quartū erit velut ferreū. Quō ferrū cōminuit ⁊ domat oīa: sic cōminuet ⁊ cōteret oīa hec. Porro qꝛ vidisti pedū ⁊ digitoꝝ partem testeā figuli, ⁊ partē ferreā: regnū divisum erit, ꝙ tū de plātario ferri oriē: sm ꝙ vidisti ferrū mixtum teste ex luto. Et digitos pedū ex parte ferreos ⁊ ex parte fictiles: ex parte regnū erit solidū, ⁊ ex parte cōtritū. Quō aūt vidisti ferrū mixtū teste ex luto, cōmiscebunt qdē humano semine, sꝫ nō adherebūt sibi, sicuti ferrū misceri nō pōt teste. In diebꝰ aūt regnoꝝ illoꝝ suscitabit deus celi regnū ꝙ in eternū non dissipabit, et regnū eius alteri ppłonō tradet: cōminuet aūt et cōsumet vniuersa regna hec: ⁊ ipm stabit in eternū. Secūdū ꝙ vidisti, ꝙ de monte absciss⁹ est lapis sine manibꝰ, et cōminuit testā, ⁊ ferrū, ⁊ es, ⁊ argētū, ⁊ aurū, deꝰ magnꝰ ostēdit regi ꝙ vēturа sunt postea. ⁊ verū est somniū, ⁊ fidelis interpretatio eiꝰ. Tūc rex Nabuchodonosor cecidit i faciē suā, ⁊ Danielem adorauit: ⁊ hostias, ⁊ incēsum p̄cepit vt sacrificarēt ei. Loquens ergo rex, ait Danieli, Vere deꝰ vester, deꝰ deoꝝ est, ⁊ dñs regum, revelās mysteria: qm̄ tu potuisti apire hoc sacrm. Tūc rex Danielē in sublime extulit, munera multa ⁊ magna dedit ei: ⁊ cōstituit eū p̄cipē super oēs puincias Babylonis, ⁊ prefectum ⁊ magistrū super cūctos sapiētes Babylonis. Daniel aūt postulauit a rege: cōstituit super opera prouncie Babylonis, Sidrach, Misach, ⁊ Abdenago: ipse autem Daniel erat in foribus regis.

¶ Capituli Summarium. Proijciuntur in ignē tres viri Judei nolentes adorare statuā regis. Caputiij.



Nabuchodonosor rex fecit statuā aureā altitudine cubitoꝝ sexaginta, latitudine cubitoꝝ sex: ⁊ statuit eam in cāpo Dura puincie babylonis. Itaqꝫ Nabuchodonosor rex misit ad cōgregādos satrapas, magistratꝰ ⁊ iudices, duces ⁊ tyrānos, et prefectos, oēsqꝫ principes regionū, vt cōuenirēt ad dedicationē statue quā erexerat Nabuchodonosor rex. Tūc congregati sunt satrape, magistratꝰ ⁊ iudices, duces ⁊ tyranni, et optimates q erāt in potestatibus cōstituti, ⁊ vniuersi principes regionū. vt conuenirent ad dedicationē statue quā erexerat Nabuchodonosor rex. Stabāt autē in cōspectu statue quā posuerat Nabuchodonosor rex, et preco clamabat valenter. Vobis dicit populis, tribubus ⁊ linguis. In hora qua audieritis sonitū tube ⁊ fistule ⁊ citharе, sambuce, ⁊ psalterij ⁊ symphonie ⁊ vniuersi generis musicoꝝ, cadentes adorate statuā auream quā constituit Nabuchodonosor rex. Si quis autē non prostratus adorauerit, eadem hora mittetur in fornacē ignis ardentis. Post hec igit statim vt audierūt omnes populi sonitū tube, fistule, citharе, sambuce et psalterij, symphonie ⁊ omnis generis musicoꝝ: cadētes omnes populi tribus, ⁊ lingue adorauerunt statuam aureā quā constituerat Nabuchodonosor rex. Statimqꝫ ⁊ in ipso tempore accedētes viri Chaldei accusauerunt Judeos: dixeruntq; Nabuchodonosor regi. Rex ineternū viue. tu rex, posuisti decretū, vt omnis homo qui audierit sonitū tube, fistule, ⁊ citharе sambuce, ⁊ psalterij, ⁊ Symphonie, ⁊ vniuersi generis musicoꝝ, prosternat se, ⁊ adoret statuā aureā: si qs aūt nō pcidēs adorauerit, mittat in fornacē ignis ardētis. Sunt ergo viri Judei, quos cōstituisti sup opa regionis Babylonie, Sidrach, Misach, et Abdenago: viri isti contēpserūt, rex, decretū tuum: deos tuos nō colūt, ⁊ statuā aureā quā erexisti nō adorāt. Tūc Nabuchodonosor rex in furore ⁊ in ira precepit vt adducerent Sidrach, Misach, ⁊ Abdenago: qui confestim adducti sunt in conspectu regis. Pronuntiansqꝫ Nabuchodonosor rex, ait eis, Verene Sidrach, Misach, et Abdenago deos meos nō colitis, ⁊ statuam aureā quā cōstitui nō adoratis: Nūc ergo si estis parati, quacūqꝫ hora audieritis sonitū tube, fistule, Citharе, Sambuce et psalterij ⁊ symphonie, omnisqꝫ generis musicoꝝ, prosternite vos, ⁊ adorate statuam quam feci: ꝙ si nō adorauerit is eadē hora mittemini in fornacē ignis ardentis: ⁊ quis est deus qui eripiet vos de manu mea: Respōdētes Sidrach, Misach, et Abdenago, dixerūt regi Nabuchodonosor. Nō oportet nos de hac re respōdere tibi. Ecce enim deus nr̄ qui colimus, pōt eripere nos de caminо ignis ardentis, ⁊ de manibus tuis, o rex, liberare. Quod si noluerit, notum sit tibi, rex, quia deos tuos non colimus: ⁊ statuā auream quam erexisti non adoramus. Tunc Nabuchodonosor repletus est furore: ⁊ aspectus facies illius immutatꝰ est super Sidrach, Misach, et Abdenago. Et precepit vt succenderetur fornax septuplū quam succendi cōsueuerat. Et

viris

viris fortissimis de exercitu suo iussit vt ligatis pedib⁹ Sidrach, Misach, & Abdenago mitterẽt eos in fornacẽ ignis ardẽtis. Et cõfestim viri illi vincti cũ braccis suis, & tiaris, et calceamẽtis & vestib⁹, missi sunt in mediũ fornacis ignis ardẽtis. nã iussio regis vigebat, fornax aũt succẽsa erat nimis. Porro viros illos qui miserant Sidrach, Misach, et Abdenago, interfecit flamma ignis. Uiri autem hi tres, id est Sidrach, Misach, & Abdenago, ceciderũt in medio camino ignis ardentis, colligati. ¶ Que sequunt, in hebreis voluminibus nõ reperi. ¶ Et ambulabant in medio flãme laudantes deũ, et benedicentes dño. Stans aũt Azarias, orauit sic: aperiẽsq; os suũ in medio ignis ait, Benedictus es dñe deus patrũ nostrorũ, & laudabile et gloriosum nomẽ tuũ in seculũ: q; iustus es in oĩbus q̃ fecisti nobis, et vniversa opa tua vera, & vie tue recte, & oĩa iudicia tua vera. Judicia etiã vera fecisti iuxta oĩa q̃ induxisti super nos, & super ciuitatem sanctã patrũ nostrorũ Jerusalẽ: q; in veritate et in iudicio induxisti oĩa hec ꝓpter peccata nr̃a. ¶ Peccauimus etiã & inique egim⁹ recedẽtes a te: & deliquim⁹ in oĩbus, & precepta tua nõ audiuim⁹, nec obseruauim⁹, nec fecim⁹ sicut p̃ ceperas nobis vt bene nobis esset. oĩa ergo q̃ induxisti super nos, & vniversa q̃ fecisti nobis, in vero iudicio fecisti: et tradidisti nos in manib⁹ inimicorũ nostrorũ iniquorũ et pessimorũ, prevaricatorũq;, et regi iniusto et pessimo vltra oẽm terram. Et nũc nõ possumus aperire os, confusio, et opprobrium facti sumus seruis tuis, & his qui colũt te. Ne, quesumus, tradas nos in perpetuũ ꝓpter nomen tuum, et ne dissipes testamentũ tuũ, neq; auferas misericordiã tuã a nobis ꝓpter Abrahã dilectũ tuũ, & Isaac seruũ tuũ, & Israel sanctum tuũ, quibus locutus es, pollicẽs q̃ multiplicares semen eorũ sicut stellas celi, & sicut arenã que est in littore maris: q; dñe imminuti sumus plus quã oẽs gentes, sumusq; humiles in vniversa terra hodie propter peccata nostra. & t nõ est in tpe hoc princeps, & dux, & propheta, neq; holocaustum, neq; sacrificium, neq; oblatio neq; incensum, neq; locus primitiarũ coram te, vt possimus inuenire misericordiã tuã: sz in aĩa cõtrita, & spiritu humilitatis suscipiamur. Sicut in holocausto arietũ & taurorũ, & sicut in millibus agnorum pinguĩũ: sic fiat sacrificiũ nostrũ in cõspectu tuo hodie vt placeat tibi q̃m nõ est cõfusio cõfidentibus in te. Et nunc sequimur te in toto corde, et timemus te, et querimus faciẽ tuã. Ne cõfundas nos: sed fac nobiscũ iuxta mansuetudinẽ tuã & fm multitudinẽ misericordie tue. Et erue nos in mirabilib⁹ tuis & da gloriã nomini tuo dñe: & confundant oẽs q̃ ostẽdunt seruis tuis mala, confundant in oĩ potentia, et robur eorũ conterat: & sciãt q; tu es dñs deus⁹ sol⁹, & glorios⁹ super orbem terrarũ. Et nõ cessabãt q̃ miserãt eos ministri regis succendere fornacẽ, naphtha & stuppa & pice & malleolis, et effundebat flãma sup fornacẽ cubitis quadraginta nouem et erupit, & incendit quos repit iuxta fornacẽ de Chaldeis. Angelus aũt dñi descẽdit cũ Azaria & socijs eius in fornacem: & excussit flammã ignis de fornace, & fecit medium fornacis q̃si ventũ roris flantẽ, & nõ tetigit eos oĩno ignis, neq; contristauit, nec quicq̃ molestie intulit. Tunc hi tres quasi ex vno ore laudabãt & glorificabant & benedicebãt deum in fornace: dicẽtes, Bñdict⁹ es dñe deus⁹ patrũ nr̃orũ, et laudabilis & superexaltatus in secula: & benedictũ nomen glorie tue sanctũ et laudabile & superexaltatũ i oĩb⁹ seculis. Benedictus es in tẽplo sancto glorie tue, et suplaudabilis et superglorios⁹ in secula. Benedict⁹ es in throno regni tui, et sup laudabilis & superexaltatus in scla. Benedictus es q̃ intueris abyssos & sedes sup cherubim, & laudabilis & superexaltatus in scla. Benedict⁹ es in firmamẽto celi, & laudabilis & glorios⁹ in secula. Benedicite oĩa opa dñi dño, laudate & superexaltate eũm secula. Bñdicite angeli dñi dño, laudate & superexaltate eũ in secula. Benedicite celi dño, laudate & superexaltate eũ in secula. Benedicite aque oẽs q̃ super celos sunt dño, laudate & superexaltate eũ in secula. Bñdicite oẽs virtutes dñi dño, laudate & superexaltate eũ in secula. Benedicite sol & luna dño, laudate et superexaltate eum in secula. Benedicite stelle celi dño, laudate & superexaltate eũ i secula. Benedicite oĩs imber & ros dño, laudate et superexaltate eũ in secula. Benedicite oĩs spũs dei dño laudate & superexaltate eũ in secula. Benedicite ignis & estus dño, laudate & superexaltate eũ in secula. Benedicite frigus & estas dño, laudate & superexaltate eũ in secula. Benedicite rores & pruina dño, laudate & superexaltate eũ in secula. Benedicite gelu & frigus dño, laudate & superexaltate eũ in secula. Benedicite glacies & nues dño, laudate & superexaltate eũ in secula. Benedicite noctes & dies dño, laudate & superexaltate eum in secula. Benedicite lux & tenebre dño laudate & superexaltate eũ in secula. Benedicite fulgura & nubes dño, laudate & superexaltate eũ in secula. Bñdicat terra dñm, laudet & superexaltet eũ in secula. Benedicite montes et colles dño laudate, & superexaltate eum in secula. Benedicite vniversa germinãti a i terra dño, laudate & superexaltate eũ in secula. Benedicite fontes dño, laudate & superexaltate eum in secula. Bñdicite maria & flumina dño, laudate et superexaltate eũ in scla. Bñdicite cete, & oĩa q̃ mouent i aqs dño laudate & superexaltate eum in secula. Benedicite oẽs volucres celi dño, laudate & superexaltate eũ in secula. Benedicite oẽs bestie & pecora dño, laudate & superexaltate eũ in secula. Benedicite filij hoim dño, laudate & superexaltate eum in scla. Benedicat Isrl dñm, laudet & superexaltet eũ in secula. Bñdicite sacerdotes dñi dño, laudate & superexaltate eũ in scla. Bñdicite serui dñi dño, laudate et superexaltate est in secula. Bñdicite spũs & aĩe iustorũ dño, laudate & superexaltate eũ in scla. Bñdicite sci & hũles corde dño, laudate superexaltate eum in scla. Bñdicite Ananias, azarias, misael dño, laudate & superexaltate eũ i secula: q; eruit nos de inferno, & saluos fecit de manu mortis, & liberauit nos de medio ardentis flamme, & de medio ignis eruit nos. Confitemini dño, q̃m bonus, q̃m in seculũ misericordia ei⁹. Bñdicite oẽs religiosi dño deo deor, laudate, & cõfitemini ei, q; in oĩa secula mia eius. ¶ Uncusq; in Hebreo nõ habet: et que posuimus, de Theodotionis editione trãslata sunt. ¶ Tunc Nabuchodonosor rex obstupuit, & surrexit ppere, & ait optimatibus suis. Nõne tres viros misimus in mediũ ignis cõpeditos? Qui respõdẽtes regi, dixerũt. Uere rex. Respõdit rex, & ait. Ecce ego video q̃tuor viros solutos, & ambulãtes in medio ignis & nihil corruptiõis in eis est, & species quarti similis filio dei. Tũc accessit Nabuchodonosor ad ostium fornacis ignis ardẽtis, et ait, Sidrach, Misach, & Abdenago serui dei excelsi, egredimini, & venite. Statimq; egressi sunt Sidrach, Misach, et Abdenago de medio ignis. Et cõgregati Satrape, & magistrat⁹, & iudices, & potẽtes regis cõtẽplabant viros illos, q̃m nihil potestatis habuisset ignis in corpib⁹ eorũ, & ca⁹ capitis eorũ nõ esset adustus etiã Sarabala eorũ nõ fuissent immutata, & odor ignis nõ trãsisset p eos. Et erũpẽs Nabuchodonosor, ait, Bñdict⁹ deus eorũ, Sidrach videlicet, Misach, et Abdenago, qui misit angelũ suũ, & eruit seruos suos q̃ crediderunt in eũ: & verbũ regis immutauerũt, & tradiderũt corpa sua ne seruirẽt & ne adorarent omnẽ deũ, excepto deo suo. A me ergo positũ est hoc decretum, vt oĩs ppls, tribus, & lingua quecũq; locuta fuerit blasphemiã cõtra deũ Sidrach, Misach, et Abdenago, dispereat, & domus eius vastet. neq; enĩ est alius deus, qui possit ita saluare. Tũc rex ꝓmouit Sidrach, Misach, et Abdenago in prouinciã Babylonis. Nabuchodonosor rex, oĩbus populis, gẽtibus, & linguis, q̃ habitãt in vniuersa terra, pax vobis multiplicet. Signa & mirabilia fecit apud me deus excelsus. ¶ Placuit ergo mihi ꝓdicare signa eius q; magna sunt: & mirabilia ei⁹, q; fortia: & regnũ eius, q; regnũ sempiternũ, & potestas eius in generatione et generationẽ. ¶ Capitulũ Summarium. Interpretatur Daniel somniũ Nabuchodonosor, de arbore magna precisa. Caput iiij.

Ego Nabuchodonosor quietus erã in domo mea, et florens in palatio meo, somniũ vidi q̃ perterruit me: & cogitationes mee in stratu meo: et visiones capitis mei conturbauerunt me. Et p me

Infra vij. d.

Universidad de Deusto Biblioteca

ꝓpositū est decretū, vt introducerent in ꝯspectu meo cūcti
sapiētes Babylonis, vt solutionē somnij indicarēt mihi.
Tunc ingrediebantur arioli, magi, Chaldei, aruspices, et
somniū narraui in ꝯspectu eorū: et solutionē eius nō indicauerūt
mihi. donec collega ingressus est in ꝯspectu meo Daniel, cui
nomē Barthasar ꝯ nomē dei mei, q̄ hꝫ spūm deorū sanctorū
in semetipso: et somnium coram ipso locutus sum. Balthasar ꝑnceps
B arioloꝝ, quē ego scio q̄ spūs sctōꝝ deorū habeas in te, et omne
sacramentū nō est impossibile tibi: visiōes somniorū meorū
quas vidi, et solutionē earū narra. Uisio capitis mei in cubi-
lo meo. Uidebā, et ecce arbor in medio terre, et altitudo eius
nimia. Et magna arbor et fortis: et pceritas eius cōtingēs cēlū:
aspectus illius erat vsq̄ ad terminos vniuerse terre. Folia
eius pulcherrima, et fructus eius nimius: et esca vniuersorū in ea
C subter eā habitabāt animalia et bestie, et in ramis eius ꝯuersabā
tur volucres celi: et ex ea vescebat ois caro. Uidebā in visio
ne capitis mei sup stratū meū, et ecce vigil et sanctus de celo
descēdit. Et clamauit fortiter, et sic ait. Succidite arborē, et ꝑ-
cidite ramos eius: excutite folia eius, et dispgite fructus eius, fu-
giant bestie q̄ subter eā sunt, et volucres de ramis eius. Ue-
rumtū germē radicū eius in terra sinite, et alligēt vinculo fer
reo et ereo in herbis q̄ foris sunt, et rore celi tingat, et cū feris
D pars eius in herba terre. Cor eius ab humano cōmutet, et cor
fere det ei: et septē tpa mutent sup eū. In sententia vigilū de-
cretū est: et sermo sctōꝝ, et petitio, donec cognoscāt viuētes,
q̄ dñat excelsus in regno hoim, et cuicūq̄ voluerit, dabit il-
lus, et humilimū hoiez ꝯstituerit sup eū. Hoc somniū vidi ego
Nabuchodonosor rex: tu ergo Balthasar interꝑtationē nar
ra festinus: q̄ oēs sapiētes regni mei nō queūt solutionē edu-
cere mihi: tu aūt potes, q̄ spūs deorū sanctorū in te est. Tūc
Daniel, cui⁹ nomē Balthasar, cepit intra semetipsum taci
tus cogitare ēsi vna hora: et cogitatiōes eius cōturbabāt eū.
Respōdēs aūt rex, ait, Balthasar, somniū et interꝑtatio eius
nō cōturbēt te. Respōdit Balthasar, et dixit. Dñe mi, som
niū hꝰ q̄ te oderūt: et interꝑtatio eius hostib⁹ tuis sit. Arborē
E quā vidisti sublimē atq̄ robustā, cui⁹ altitudo ptingit ad ce
lum, et aspect⁹ illius in oēm terrā, et rami eius pulcherrimi, et fru
ctus eius nimius, et esca oīm in ea, subter eā habitātes bestie
agri, et in ramis eius cōmorātes aues celi: tu es rex, q̄ magnifi-
catus es, et inualuisti: et magnitudo tua creuit, et puenit vsq̄
Infra v.f. ad celū et ptās tua in terminos vniuerse terre. Q̄ō aūt vidit
rex vigilē, et sctūm descēdere de celo, et dicere, Succidite arbo
rē, et dissipate illā, attū germē radicū eius in terra dimittite, et
Eccles. 19.d. vincīat ferro et ere in herbis foris, et rore celi ꝯspergat, et cū fe-
ris sit pabulū eius, donec septē tpa mutēt sup eū: hec est inter
pretatio sententie altissimi, q̄ puenit sup dñm meū regē. Ejici-
ent te ab hoīb⁹: et cū bestijs feris erit habitatio tua, et fe-
F nū vt bos comedes, et rore celi infundet⁹: septē q̄q tpa muta
buntur sup te, donec scias q̄ dñat excelsus sup regnū hoim, et
cuicūq̄ voluerit, det illud. Q̄ō aūt ꝑcepit vt relinq̄rent ger-
mē radicū eius, id est arboris: regnū tuū tibi manebit post q̄
cognoueris potestatē esse celestē. Quā ob rē, rex, ꝯsilium meū
placeat tibi, et peccata tua eleemosynis redime, et iniquita
tes tuas misericordijs pauperū: forsitā ignoscet delictis
tuis. Oia hec venerūt sup Nabuchodonosor regē. Post fi-
nē mēsiū duodecim i aula Babylonis deambulabat. Rn̄-
dit q̄ rex, et ait, Nōne hec est Babylō ciuitas magna quam
ego edificaui in domū regni, in robore fortitudinis mee, et in gl̄ia
decoris mei? Cūq̄ hmo adhuc esset in ore regis, vox de celo
ruit. Tibi dr Nabuchodonosor rex, Regnū tuū trānsibit a
G te, et ab hoīb⁹ eijcient te, et cū bestijs et feris erit habitatio tua:
fenū q̄si bos cōedes, et septē tpa mutabūt sup te: donec scias
q̄ dñat excelsus in regno hoim: et cuicūq̄ voluerit det illud.
Eadē hora sermo cōpletus est sup Nabuchodonosor, et ex
hoīb⁹ abiectus est, et fenū vt bos cōedit, et rore celi corp⁹ eius
infectū est: donec capilli eius in similitudinē aquilarū crescerēt,
et vngues eius q̄si anūm. Igit̄ post finē dierū ego Nabuchodo-
Infra 19.d. nosor oculos meos ad celū leuaui, et sensus mei reddit⁹ est
mihi: et altissimo benedixi, et viuētē in sempiternū laudaui, et
glorificaui: q̄ potestas eius potestas sempiterna, et regnum
eius in gnationē et gnationē: et oēs habitatores terre apud
eū in nihilū reputati sunt. Iuxta voluntatē enim suā facit tā in
virtutibus celi quā in habitatonib⁹ terre: et nō est q̄ resistat
manui eius, et dicat ei, Quare fecisti? In ipso tpe, sensus mei
reuersus est ad me, et ad honorē regni mei, decorēq̄ pueni:
et figura mea reuersa est ad me: et optimates mei, et magi-
stratus mei requisierunt me, et in regno meo restitutus sum: et
magnificētia mea amplior addita est mihi. Nūc igitur ego
Nabuchodonosor laudo et magnifico, et glorifico regem ce
li: quia omnia opera eius vera, et omnes vie eius iudicia: et
gradientes in superbia potest humiliare.

¶ Capituli Summarium. Explicat Daniel regis visio-
nem manus in pariete scribentis. Cap. v.

BAlthasar rex fecit grādē cōuiuiū optimatib⁹ suis
mille: et vnusq̄sq̄ ex mensa bibebat etatē. Precē
pit ergo tā temulēt⁹, vt afferrent vasa aurea et
argētea q̄ asportauerat nabuchodonosor pater
eius de tēplo, q̄ fuit in Jerusalē vt biberēt in eis rex et opti
mates eius, vroresq̄ eius et cōcubine. Tunc allata sunt va-
sa aurea q̄ asportauerat de tēplo q̄ fuerat in Jerusalem:
et biberūt in eis rex et optimates eius, vxores et cōcubine il-
li⁹. Bibebāt vinū et laudabāt deos suos aureos et argēteos
ereos, ferreos, ligneos q̄q et lapideos. In eadē hora appa-
ruerūt digiti, quasi manus hois scribētis cōtra cādelabrū
in superficie parietis aule regie: et rex aspiciebat articulos ma
nus scribētis. Tunc facies regis cōmutata est, et cogitatio-
nes eius cōturbabunt eū: et cōpages renū eius soluebantur,
et genua eius ad inuicē collidebātur. Exclamauit itaq̄ rex
fortiter, vt introducerēt magos, Chaldeos, et aruspices. Et
proloquēs rex, ait sapiētib⁹ Babylonis, Quicūq̄ legerit
scripturā hāc, et interꝑtationē eius manifestā mihi fecerit,
purpura vestiet⁹, et torquē aureū habebit in collo, et terti⁹ in
regno meo erit. Tūc ingressi oēs sapiētes regis, nō potuerūt
nec scripturā legere, nec interꝑtationē eius indicare regi.
Undere rex Balthasar satis cōturbatus est, et vult⁹ illi⁹ immu
tatus est: et optimates eius turbabātur. Regina aūt ꝑ re
qua accidera⁹ regi et optimatib⁹ eius, domū cōuiuij ingressa
est: et proloquēs ait, Rex in eternū viue: nō te conturbēt cogi
tationes tue, neq̄ facies tua immutet. Est vir in regno tuo, q̄
spūm deorū sanctorū hꝫ in se: et in diebus patris tui scientia et sapiē
tia inuēte sunt in eo: quā rex Nabuchodonosor pr tu⁹ ꝑnci-
pem magorū, incantatorū, Chaldeorū, et aruspicū ꝯstituit eū
pater inq̄ tu⁹ o rex. q̄ spūs amplior, et prudētia, intelligē-
tiaq̄, et interꝑtatio somniorū, et ostēsio secretorū, ac solutio
ligatorū inuēte sunt in eo, hoc est in Daniele: cui rex posuit
nomē Baltasar. nūc itaq̄ Daniel vocet, et interꝑtationē
narrabit. Igit̄ introduct⁹ est Daniel cora rege. Ad quē, ꝑfa
tus, rex ait, Tues Daniel de filijs captiuitatis Jude: quē
adduxerat pater me⁹ rex de Judea? Audiui de te q̄m spūs
deorū habeas: et scientia intelligētiaq̄ ac sapiētia amplio-
nes inuēte sunt in te. Et nūc introgressi sunt in cōspectū meo sapiē
tes magi, vt scripturā hāc legerēt, et interꝑtationē eius indica
rent mihi: et negarūt sensum huius sermonis edicere. Porro
ego audiui de te q̄ possis obscura interꝑtari, et ligata dissol
uere: si ergo vales scripturā legere, et interꝑtationē eius indi
care mihi, purpura vestieris, torquē aureū circa collū tuum
habebis et terti⁹ in regno meo ꝑnceps eris. Ad q̄ respōdēs
Daniel, ait cora rege, Munera tua sint tibi, et dona domi
tue alteri da: scripturam aūt legam tibi, rex, et interpreta-
tionē eius ostēdā tibi. O rex, deus altissimus regnū et magni-
ficentiā, gloriam et honorem dedit Nabuchodonosor patri
tuo: et propter magnificentiam quam dederat ei, vniuersi
populi, tribus et lingue tremebant, et metuebant eum. Quos
volebat, interficiebat, et quos volebat, percutiebat, et quos
volebat, exaltabat, et quos volebat, humiliabat. Quando
aūt elevatū est cor eius, et spiritus illius obfirmat⁹ est ad super
biā, depositus est de solio regni sui, et gloria eius ablata est:
et a filijs hoim eiect⁹ est, et cor eius cū bestijs positū est, et cū
onagris erat habitatio eius, fenū quoq̄ vt bos cōedebat, et
rore celi corpus eius infectū est: donec cognosceret q̄ pote-

statem haberet altissim⁹ in regno hoim, ⁊ quĉcūq; voluerit suscitabit sup illud. Tu quoq; fili⁹ ei⁹ Balthasar, nō humiliasti cor tuū, cū scires hec oīa: ꝟ aduersum dñatorē celi eleuatus es: ⁊ vasa dom⁹ ei⁹ allata sunt corā te, ⁊ tu ⁊ optimates tui, ⁊ vxores tue, ⁊ cōcubine tue vinū bibistis i eis: deos quoq; argēteos, ⁊ aureos, ⁊ ereos, ferreos, ligneos q; ⁊ lapideos qui nō vident, neq; audiūt, neq; sentiūt, laudasti: porro deū q bz flatū tuū in manu sua ⁊ oēs vias tuas, non glorificasti. Idcirco ab eo missus est articulus man⁹, g scripsit hoc qō exaratū est. Hec est aūt scriptura q̄ digesta est, Mane, thecel, phares. Et hec est interpretatio sermonis Mane: numerauit deus regnū tuū, ⁊ cōpleuit illud. Thecel: appensus es in statera, ⁊ mūctus es min⁹ habēs. Phares: diuisum est regnum tuū, ⁊ datum est Medis ⁊ Persis. Tunc iubēte rege, indutus est Daniel purpura, et circundata est torques aurea collo ei⁹: ⁊ predicatū est de eo quod haberet potestatem tertius in regno suo. Eadem nocte interfectus est Balthasar rex Chaldeus. Et Dari⁹ Medus successit in regnum, annos natus sexaginta duos.

¶ Capituli Summarium. Daniel innocens in lacū leonum missus, saluatus est. Caput. vj.

DArius Dario, ⁊ constituit sup regnū satrapas centū viginti, vt essent in toto regno suo. Et sup eos pncipes tres, ex quib⁹ Daniel vnus erat: vt satrape illis redderēt rationē, ⁊ rex non sustineret molestiā. Igit Daniel supabat oēs pncipes ⁊ satrapas q; spūs dei amplior erat in illo. Porro rex cogitabat cōstituere eū sup oē regnū: vñ pncipes ⁊ satrape q̄rebāt occasionē, vt inuenirēt Danieli ex latere regis: nullāq; cām ⁊ suspicionē reperire potuerūt eo, qō fidelis esset, ⁊ oīs culpa ⁊ suspicio nō inueniret i eo. Dixerūt ergo viri illi. Nō inuenie⁹ Danieli huic aliquā occasionē, nisi forte i lege dei sui. Tūc pncipes ⁊ satrape surripuerūt regi, ⁊ sic locuti sunt ei. Dari rex, in eternū vive: consiliū inierunt oēs pncipes regni tui, magistrat⁹ ⁊ satrape, senatores ⁊ iudices: vt decretū i perator firmū exeat, ⁊ edictū. Et oīs q petierit aliquā petitionē a q̄cūq; deo ⁊ homine, vsq; ad trigīta dies, nisi a te, rex, mittatur in lacū leonū. Tūc ita q; rex, cōfirma sentētiā, et scribe decretū vt nō immutet qō statutū est a Medis ⁊ Persis, nec prenari cari cui q̄ liceat. Porro rex Darius pposuit edictū, ⁊ statuit. Q ō cū Daniel cōperisset, id est cōstitutā legē, ingressus est domū suā: ⁊ fenestris apertis in cenaculo suo: ꝟ Jerusalē, tribus tpib⁹ i die flectebat genua sua, ⁊ adorabat cōfitebaturq; corā deo suo sicut ⁊ ante facere cōsueuerat. Uiri ergo illi curiosius inquirētes, inuenerūt Danielē orantē, ⁊ obsecrantē deū suū. Et accedentes, locuti sunt regi sup edicto. Rex nūqd nō cōstituisti, vt oīs bō q rogaret quē q̄ de dijs et hoībus vsq; ad dies triginta, nisi te, rex, mitteret in lacū leonū? Ad q̄s respōdēs rex, ait. Uerus est sermo iuxta decretū Medor⁹ atq; Persarū, qō p uaricari nō licet. Tūc respondētes, dixerūt corā rege, Daniel de filijs captiuitatis Jude, nō curauit de lege tua ⁊ de edicto qō constituisti: sed trib⁹ tpib⁹ p die orat obsecratiōe sua. Q ō vbū cū audisset rex, satis cōtristatus est: ⁊ p Daniele posuit cor vt liberaret eū, et vsq; ad occasum solis laborabat vt eueret illū. Uiri aūt illi intelligētes regē, dixerūt ei, Scito, rex, q̄ lex Medorū atq; Persarū est, vt oē decretū qō cōstituerit rex, non liceat immutari. Tūc rex pcepit, ⁊ adduxerūt Danielē, ⁊ misērūt eū in lacū leonū. Dixitq; rex Danieli. Deꝰ tuꝰ quē colis semp, ipse liberabit te. Allatus q; est lapis vn⁹, ⁊ positus est sup os laci: quē obsignauit ex annulo suo, ⁊ annulo optimatū suor⁹, ne qd fieret ꝟ Danielē. Et abiit rex in domum suā, ⁊ dormiuit incenatus, cibiq; nō sunt allati corā eo, insuper ⁊ somn⁹ recessit ab eo. Tūc rex pmo diluculo cōsurgēs, festin⁹ ad lacū leonū prexit: appropinquāsq; lacui, Danielem voce lachrymabili inclamauit. ⁊ affat⁹ est eū, Daniel serue dei viuētis, deꝰ tuꝰ cui tu seruis semp, putasne valuit te liberare a leonib⁹? Et Daniel regi respondens, ait. Rex in eternū vive, Deꝰ meꝰ misit angelū suū, ⁊ cōclusit ora leonū, ⁊ nō nocuerūt mihi: q corā eo iustitia inuēta est in me: ꝟ et coram te, rex, delictū nō feci. Tūc vehemēter rex gauisus sup eo, ⁊ Danielē pcepit educi de lacu: eductusq; ē Daniel de lacu, et nulla lesio inuēta est in eo, q̄ credidit deo suo. Jubente aūt rege, adducti sunt viri illi q accusauerūt Danielem: ⁊ in lacū leonū missi sunt, ipsi ⁊ filij, ⁊ vxores eor⁹: ⁊ non puenerūt vsq; ad pauimentū laci, donec arriperēt eos leones, ⁊ oīa ossa eor⁹ cōminuerūt. Tunc Darius rex scripsit vniuersis populis, tribubus, linguis habitantibus, in vniuersa terra. Pax vobis multiplicetur. A me ergo constitutum est decretum, vt in vniuerso imperio et regno meo tremiscāt, ⁊ paueant deū Danielis. Ipse est enī deus viuēs et eternus in secula: ⁊ regnū eius non dissipabitur, et potestas eius vsq; in eternū. Ipse liberator atq; saluator, faciens signa ⁊ mirabilia in celo ⁊ in terra: q liberauit Danielem de lacu leonum. Porro Daniel perseuerauit vsq; ad regnum Darij, regnumq; Cyri Perse.

¶ Capituli Summarū. Visio quatuor bestiarum ostēdit prophete, que ⁊ partim explicatur. Caput. vij.



Anno pmo Balthasar regis Babylonis, Daniel somniū vidit: visio aūt capitis ei⁹ in cubili suo: ⁊ somnū scribēs, breui sermone cōphēdit summatimq; pstrigēs, ait. Uidebā in visiōe mea nocte, ⁊ ecce q̄tuor vēti celi pugnabāt in mari magno. Et q̄tuor bestie grādes ascēdebāt de mari diuerse iter se. Prima q̄si leena, ⁊ alas habebat aquile: aspiciebā donec euulse sunt Alei⁹, ⁊ sublata est de terra, ⁊ sup pedes q̄si hō stetit, ⁊ cor hois datū est ei. Et ecce bestia alia silis visō in parte stetit: ⁊ tres ordines erāt in ore ei⁹, ⁊ i dentib⁹ ei⁹, ⁊ sic dicebāt ei. Surge, cōede carnes plurimas. Post hec aspiciebā, ⁊ ecce alia q̄si pard⁹, ⁊ alas habebat q̄si auis, q̄tuor sup se: ⁊ q̄tuor capita erāt i bestia, ⁊ potestas data est ei. Post hec, aspiciebā in visione noctis, ⁊ ecce bestia quarta terribilis atq; mirabilis, ⁊ fortis nimis: dentes ferreos habebat magnos, cōedēs atq; cōminuēs: ⁊ reliq̄ pedib⁹ suis cōculcās: dissimilis aūtē erat ceteris bestijs q̄s viderā ante eā, et habebat cornua decem. Cōsiderabā cornua, ⁊ ecce cornu aliud paruulū ortū est de medio eor⁹: ⁊ tria de cornib⁹ pmis euulsa sunt a facie ei⁹, et ecce oculi, q̄si oculi hois erāt in cornu isto, ⁊ os loquēs ingētia. Aspiciebā, donec throni positi sunt, ⁊ antiquus dierum sedit: vestimētū ei⁹ cādidū q̄si nix, ⁊ capilli capitis ei⁹ quasi lana mūda: thron⁹ ei⁹, flāme ignis: rote eius ignis accēsus. Fluui⁹ ignei⁹ rapidusq; egrediebaī a facie ei⁹: millia milliū ministrabāt ei, ⁊ decies millies cētena millia assistebāt ei: iudiciū sedit, ⁊ libri apti sunt. Aspiciebā ppter vocē sermonū grādū, q̄s cornu illud loq̄bat: ⁊ vidi q̄m interfecta esse bestia ⁊ pisset corp⁹ ei⁹, ⁊ traditū esset ad cōburēdū igni. aliarū q̄q bestiarū ablata esset potestas: ⁊ tpa vite cōstituta essent eis vsq; ad tēpus ⁊ tempus. Aspiciebā ergo in visiōe noctis, ⁊ ecce cū nubibus celi q̄si filius hois veniebat, et vsq; ad antiquū dierū peruenit: ⁊ in conspectu eius obtulerūt eū. Et dedit ei potestatem, ⁊ honorem, ⁊ regnū: et omnes populi tribus, et lingue ipsi seruient: potestas eius, potestas eterna q̄ nō auferet, ⁊ regnū ei⁹ qō nō corrūpetur. Horruit spiritus me⁹, ego Daniel territus sum in his, ⁊ visiones capitis mei cōturbauerūt me. Accessi ad vnū de assistentibus, ⁊ veritatem querebā ab eo de oīb⁹ his. Qui dixit mihi interpreta-

Apocal. v.d.

Luc. j. c. Mich. iiij. c. Ezech. xlij. c. Mich. v.

tionem sermonum,et docuit me. De quatuor bestie magne: quatuor sunt regna.q̄ consurgent de terra. Suscipient autē regnū sancti dei altissimi:et obtinebūt regnū vsq; in seculū et i seculū seculorū. Post hoc volui libēter discere de bestia quarta,q̄ erat dissimilis valde ab oīb⁹,et terribilis nimis: dentes ꝛ vngues ei⁹ ferrei:comedebat ꝛ cōminuebat,ꝛ reliq̄ pedibus suis cōculcabat.et de cornibus decē q̄ habebat in capite:et de alio qō ortū fuerat ante qō ceciderant tria cornua:ꝛ de cornu illo qō habebat oculos,ꝛ os loquēs grādia et maius erat ceteris. Aspiciebā:ꝛ ecce cornu illud faciebat bellū aduersus sanctos,ꝛ prevalebat eis donec venit antiquus dierū,ꝛ iudicū dedit sanctis excelsi,et tps aduenit,et regnum obtinuerunt sancti. Et sic ait. Bestia quarta,regnū quartū erit in terra,qō maius erit oībus regnis,et devorabit vniversam terram,ꝛ cōculcabit,ꝛ cōminuet eā. Porro cornua decē ipsius regni,decē reges erūt:et alius consurget post eos,et ipse potētior erit priorībus,et tres reges humiliabit. Et sermones ꝑ excelsum loquet,et sanctos altissimi cōteret:ꝛ putabit qō possit mutare tēpora ꝛ leges,ꝛ tradentur in manu eius vsq; ad tēpus ꝛ tēpora ꝛ dimidiū tēporis. Et iudicū sedebit,vt auferat potētia,ꝛ cōteratur,et disperet vsq; in finem. Regnum aūt,ꝛ potestas,ꝛ magnitudo regni q̄ est subter omne celū,detur populo sanctorū altissimi: cuius regnū,regnū sempiternū est,ꝛ oēs reges seruient ei et obedient. Hucusq; finis verbi. Ego Daniel multum cogitationibus meis conturbabar,et facies mea mutata est in me,verbum autem in corde meo conservaui.

¶ C.S. Visio arietis ꝛ hirci obscure explicat. Caput.viij.



Anno tertio regni Balthasar regis,visio apparuit mihi ego Daniel post id qō videra in pncipio. Vidi in visione mea,cū essem i Susan castro qō est in Elam regione:vidi autē in visione esse me sup portā Ulai. Et leuaui oculos meos,ꝛ vidi:ꝛ ecce aries vnus stabat ante paludē,habēs cornua excelsa,ꝛ vnū excelsius altero atq; succrescēs. Postea vidi arietē cornib⁹ ventilātē cōtra occidētē,ꝛ cōtra aglonē,ꝛ cōtra meridiē:et oēs bestie nō poterāt resistere ei,neq; liberari de manu ejus: fecitq; ꝓm voluntatē suam,ꝛ magnificatus est. Et ego intelligebam:ecce aūt hircus caprarū veniebat ab occidētē super faciē toti⁹ terre,ꝛ nō tāgebat terrā:porro hirc⁹ habebat cornu insigne inter oculos suos. Et venit vsq; ad arietem illum cornutū,quē videra stātē ante portā,ꝛ cucurrit ad eū in impetu fortitudinis sue. Cūq; appropinquasset prope arietē, efferatus est in eū,ꝛ percussit arietem:ꝛ cōminuit duo cornua ei⁹,ꝛ nō poterat aries resistere ei,cūq; eū misisset in terram,cōculcauit,ꝛ nemo quibat liberare arietē de manu ei⁹. Hircus aūt caprarū,magn⁹ fact⁹ est nimis:cūq; creuisset, fractū est cornu magnū,et orta sunt quatuor cornua subter illud per quatuor ventos celi. De vno autē ex eis egressum est cornu vnū modicū:ꝛ factū est grāde cōtra meridiē,ꝛ contra orientē.et ꝑ fortitudinē. Et magnificatū est vsq; ad fortitudinē celi:ꝛ deiecit de fortitudine ꝛ de stellis,et conculcauit eas. Et vsq; ad principē fortitudinis magnificatū est:et ab eo tulit iuge sacrificiū,ꝛ deiecit locū sanctificatiōis eius. Robur aūt datū est ei ꝑ iuge sacrificiū ꝓpter peccata:ꝛ prosternet veritas i terra:ꝛ faciet,ꝛ prosperabit. Et audiui vnū de sanctis loquētē:ꝛ dixit vn⁹ sanct⁹ alteri,nescio cui loquēti. Usq; quo visio,ꝛ iuge sacrificiū,ꝛ peccatū desolationis q̄ facta est:ꝛ sanctuariū,et fortitudo conculcabit? Et dixit ei. Usq; advesperā ꝛ mane,dies dnos milia trecēti:ꝛ mūdabitur sanctuariū. Factū est aūt cū viderē ego Daniel visionē ꝛ q̄rerē intelligētiā:ecce stetit in cōspectu meo q̄si species viri. Et audiui vocē viri iter vlai:ꝛ clamauit,ꝛ ait, Gabriel fac intelligere istā visionē. Et venit,ꝛ stetit iuxta vbi ego stabā: cūq; venisset,pauens corui in faciē meā,ꝛ ait ad me. Intellige fili hois,qm̄ in tpe finis cōplebit visio. Cūq; loqrer ad me,collapsus sum pnus i terrā:ꝛ tetigit me,et statuit me in gradu meo,dixitq; mihi. Ego ostendā tibi q̄ futura sunt in nouissimo maledictiōis:qm̄ hꝫ tēpus finē suū. Aries quem vidisti habere cornua,rex Medor⁹ est atq; Persarū. Porro hirc⁹ caprarū:rex Grecorū est.ꝛ cornu grāde qō erat iter oculos ei⁹:ipse est rex primus. Qō autē fracto illo surrexerūt q̄tuor ꝓ eo:q̄tuor reges de gēte ei⁹ cōsurgēt,sꝫ nō in fortitudine ei⁹. Et post regnū eorū cū creverint iniqtates,consurget rex impudens facie,ꝛ intelligēs ꝓpositiones ꝛ roborabitur fortitudo ei⁹,sꝫ nō in viribus suis:ꝛ supra quā credi pōt,vniversa vastabit,ꝛ prosperabit,et faciet. Et interficiet robustos,ꝛ pplm sanctorū ꝓm volūtatē suā,et dirigēt dol⁹ in manu ei⁹:ꝛ cor suū magnificabit,ꝛ i copia rerū oīm occidet plurimos:ꝛ ꝑ principē principū consurget,et sine manu cōteret. Et visio vespere ꝛ mane,q̄ dicta est,vera est:tu ergo visionē signa,q̄ post multos dies erit. Et ego Daniel langui,ꝛ egrotaui p dies:cūq; surrexissem,faciebā opa regis,ꝛ stupebam ad visionem,ꝛ non erat qui interpretaretur.

¶ Capituli Summarii. Orat Daniel deum pro remissione peccatorum populi sui. Caput.ix.

In anno primo Darij filij Assueri de semine medorū q̄ imperauit sup regnū Chaldeorū. In anno vno regni ei⁹,ego Daniel intellexi in libris numerū annorū,de quo factus est sermo dñi ad Jeremiā pphetā:vt cōplerent desolatiōis Jerusalē septuagita anni. Et posui faciē meā ad dñm deū meū rogare ꝛ deprecari in ieiunijs,sacco ꝛ cinere. Et oraui dñm deū meū,et cōfessus sum,ꝛ dixi. Obsecro dñe de⁹ magne ꝛ terribilis,custodiens pactū ꝛ misericordiā diligētib⁹ te ꝛ custodiētib⁹ mandata tua. Peccauim⁹,iniqtatē fecim⁹ impie egim⁹,ꝛ recessimus ꝛ declinauim⁹ a mādatis tuis ac iudicijs. Nō obedinimus servis tuis pphetis q̄ locuti sunt i nōie tuo regib⁹ nostris,pncipib⁹ nostris patrib⁹ nostris oīq; pplo terre. Tibi dñe iustitia:nobis autem confusio faciei sicut est hodie viro Juda,ꝛ habitatorib⁹ Jerusalē ꝛ oi Jsrl,vis q̄ ppe sunt et vis q̄ procul in vniversis terris ad q̄s eiecisti eos ꝓpter iniquitates eor,i q̄b⁹ peccauerūt i te dñe. Nobis cōfusio faciei regib⁹ nostris,pncipib⁹ nostris,ꝛ patrib⁹ nostris q̄ peccauerūt:tibi aūt dño deo nr̄o misericordia ꝛ ppitiatio q̄ recessimus a te,ꝛ nō audiuim⁹ vocē dñi dei nr̄i vt ambularem⁹ in lege ei⁹ quā posuit nobis p servos suos pphas. Et omis Jsrl ꝓuaricati sunt legē tuā,ꝛ declinauerūt ne audirēt vocē tuā: stillauit sup nos maledictio ꝛ detestatio q̄ scripta est i libro Moysi servi dei:q; peccauim⁹ ei,et statuit sermones suos quos locut⁹ est sup nos ꝛ sup principes nostros qui iudicauerunt nos,vt superinduceret in nos magnū malum quale nunq̄ fuit sub omni celo,ꝓm quod factus est in Jerusalem. Sicut scriptū est in lege Moysi,omne malū hoc venit sup nos:ꝛ nō rogauimus faciē tuā dñe de⁹ nr̄,vt reverteremur ab iniqtatib⁹ nr̄is,ꝛ cogitaremus veritatē tuā. Et vigilauit dñs sup malitiā,ꝛ adduxit eā sup nos:iust⁹ dñs de⁹ nr̄ in oībus operib⁹ suis q̄ fecit,nō enī audiuim⁹ vocē ei⁹. Et nūc dñe de⁹ nr̄ q̄ eduxisti pplm tuū de terra Egypti in manu forti,ꝛ fecisti tibi nomē ꝓm die hanc,peccauim⁹,iniqtatē fecimus. Dñe i oēm iustitiā tuā,auertat obsecro ira tua,ꝛ furor tuus a civitate tua Jerusalē,ꝛ a monte sancto tuo. Propter peccata enī nr̄a,ꝛ iniqtates patrū nr̄orū,Jerusalē ꝛ pplus tuus in opprobriū sunt oīb⁹ p circuitū nostrū. Nūc ergo exaudi deus noster orationem servi tui,et preces eius:ꝛ ostende faciem tuam super sanctuariū tuū quod desertū est. Pro-

pter temetipsum inclina deꝰ meus aurē tuam ⁊ audi: aperi oculos tuos, ⁊ vide desolationē nostrā, ⁊ ciuitatē supquā in uocatū est nomē tuū. neq; em̄ in iustificationibus nostris p sternim⁹ p̄ces an̄ faciē tuā. sed in miserationib⁹ tuis multis. Exaudi dñe, placare dñe: attende ⁊ fac, ne moreris propter temetipsum deꝰ meꝰ: q; nomē tuū inuocatū est super ciuitatem ⁊ sup populū tuū. Cūq; adhuc loquerer, ⁊ orarē, et cōfiterer peccata mea ⁊ peccata populi mei Israel, vt prosternerē preces meas in conspectu dei mei, p monte sancto dei mei: adhuc me loquēte in oratione mea, ecce vir Gabriel quē viderā in visione a principio, cito volans tetigit me in tpe sacrificij vespertini. Et docuit me, et locutus est mihi, dixitq; Daniel, nūc egressus sum vt docerem te, ⁊ intelligeres. Ab exordio precū tuarū egressus est sermo: ego autē veni vt indicarē tibi: q; vir desideriorum es: tu ergo animaduerte sermonē ⁊ intellige visionē. Septuagita hebdomades abbreuiate sunt sup pp̄lm tuū ⁊ sup vrbē sanctā tuā, vt consumet preuaricatio, ⁊ finem accipiat pctm̄, ⁊ deleat iniqtas, et adducat iustitia sempiterna, ⁊ impleat visio ⁊ pphetia: et vngat sanct⁹ sanctoꝝ. Scito ergo ⁊ animaduerte: ab exitu sermonis vt iterum edificet Jerusalē, vsq; ad Christū ducem hebdomades septem ⁊ hebdomades seraginta due erūt: et rursum edificabit platea, ⁊ muri i angustia tēporū. Et post hebdomades seraginta duas occidet Christus: et non erit eius pp̄ls q eū negaturus est. Et ciuitatē ⁊ sanctuariū dissipabit pp̄ls cū duce ventoris ⁊ finis eius vastitas, et post finē belli statuta desolatio. Cōfirmabit autē pactū multis hebdomadaria: ⁊ in dimidio hebdomadis deficiet hostia ⁊ sacrificiū: ⁊ erit in templo abominatio desolationis: ⁊ vsq; ad consummationem et finem perseuerabit desolatio.

¶ Capituli Summariū. Angelus domini apparens Danieli exterruit eum. Caput. x.

Anno tertio Cyri regis Persarū, verbū reuelatum est Danieli cognomēto Balthasar, et verbū verū, ⁊ fortitudo magna: intellexitq; sermonē, intelligētia em̄ est opus in visione. In diebꝰ illis ego Daniel lugebā triū hebdomadarū diebus panē desiderabilem non comedi, ⁊ caro ⁊ vinum nō introierūt in os meū, sed neq; vnguēto vncꝰ sum: donec cōplerentur trium hebdomadarū dies. Die aūt vicesima ⁊ quarta mēsis primi erā iuxta fluuiū magnū, q est Tigris. Et leuaui oculos meos, ⁊ vidi: ⁊ ecce vir vnus vestit⁹ lineis, ⁊ renes eiꝰ accincti auro obrizo: ⁊ corꝰ eiꝰ q̄si chrysolit⁹, ⁊ facies eius velut spēs fulguris: ⁊ oculi eiꝰ vt lāpas ardēs, ⁊ brachia eius: ⁊ q deorsum sunt, vsq; ad pedes, q̄si species eris candētis: ⁊ vox sermonū eiꝰ vt vox multitudinis. Vidi aūt ego Daniel solꝰ visionē: porro viri q erāt mecū nō viderūt, sed terror nimius irruit sup eos, ⁊ fugerūt in absc̄ditū. Ego aūt relictus solꝰ vidi visionē grandē hanc: ⁊ nō remānsit in me fortitudo, sed et species mea īmutata est in me, ⁊ emarcui, nec habui quicq̄ virium. Et audiui vocē sermonū eiꝰ: ⁊ audiēs iacebā ꝓsternatus sup faciē meā, ⁊ vultꝰ meꝰ herebat terre. Et ecce manus tetigit me, et erexit me sup genua mea, et super articulos manuū mearū. Et dixit ad me. Daniel vir desideriorū intellige verba q̄ ego loquor ad te, ⁊ sta in gradu tuo: nūc em̄ sum missus ad te. Cūq; dixisset mihi sermonē istū, steti tremens. Et ait ad me. Noli metuere Daniel: quia ex die primo quo posuisti cor tuū ad intelligēdū: vt te affligeres in conspectu dei tui, exaudita sunt verba tua, ⁊ ego veni ppter sermones tuos. Princeps autē regni Persarū restitit mihi viginti ⁊ vno diebꝰ: ⁊ ecce Michael vnꝰ de principibus primis venit in adiutoriū meū, ⁊ ego remānsi ibi iuxta regē Persar. Veni aūt vt docerē te q̄ ventura sunt pp̄lo tuo in nouissimis diebus: q̄m adhuc visio in dies. Cūq; loquerer mihi huiusce modi vbis, deieci vultū meū ad terrā, ⁊ tacui. Et ecce q̄si similitudo filij hois tetigit labia mea: ⁊ aperiēs os meū locutus sum, ⁊ dixi ad eū q stabat contra me. Dñe mi in visione tua dissolute sunt compages mee, et nihil in me remānsit virium. Et quō poterit seruus dñi mei loqui cū dño meo: nihil em̄ in me remānsit virtutū, q̄z ⁊ halitꝰ meꝰ intercludit. Rursum ergo tetigit me quasi visio hois, et confortauit me, et dixit. Noli timere vir desideriorū, pax tibi: cōfortare, et esto robustus. Cūq; loq̄rer mecū, cōualui, ⁊ dixi. Loq̄re dñe mi, quia cōfortasti me. Et ait. Nūqd scis quare venerim ad te? ⁊ nūc reuertar, vt prelier aduersum principē Persarū. Cum em̄ egrederer, apparuit princeps Grecorū veniēs. Verūtamē annūtiabo tibi, q̄d exp̄ssum est in scriptura vēritatis: et nemo est adiutor meꝰ in oībus his, nisi Michael princeps vester.

¶ Capituli Summariū. Post varios reges reuelabitur filius miquitatis, contra deum se erigens. Caput. xj.



Ego aūt ab anno p̄mo Darij Medi stabāvt cōfortarer ⁊ roborarer. Et nūc veritatē annuntiabo tibi. Ecce adhuc tres reges stabunt in Perside, ⁊ quartꝰ ditabit opibꝰ nimijs sup oēs: et cū inualuerit diuitijs suis, concitabit omnes aduersum regnū Grecie. Surget vero rex fortis, ⁊ dñabit potestate multa. ⁊ faciet q̄d placuerit ei. Et cū steterit, cōteret regnū eius, ⁊ dividet in quatuor vētos celi: sz nō in posteros eius, neq; fm potētiā illi⁹, qua dñatꝰ est. lacerabit em̄ regnū eiꝰ etiā in externos, exceptis his. Et cōfortabit rex austri, et de principibus eiꝰ: p̄ualebit sup eū, ⁊ dñabit ditione. multa em̄ dominatio eiꝰ. Et post finē annorū federabunt: filiaq; regis austri veniet ad regē aglonis facere amicitiā, et nō obtinebit fortitudinē brachij, nec stabit semē eiꝰ: ⁊ tradet ipsa, ⁊ q adduxerūt eā adolescētes eius, ⁊ q cōfortabāt eā in tēporib⁹: ⁊ stabit de germine radicū eiꝰ plātatio. Et veniet cū exercitu, ⁊ ingredietꝰ puinciā regis aglonis: ⁊ abutet eis, ⁊ obtinebit. Insup ⁊ deos eorū, ⁊ sculptilia, vasa quoq; p̄tiosa auri et argenti, captiua ducet in egyptū: ipse p̄ualebit aduersus regē aglonis. Et intrabit in regnū rex austri: et reuertet ad terrā suā. Filij aūt eius p̄uocabunt ⁊ cōgregabūt multitudinē exercituū plurimoꝝ: ⁊ veniet pperās ⁊ inundās: ⁊ reuertetur ⁊ cōcitabit, et cōgredietꝰ cū robore eiꝰ. Et p̄uocatꝰ rex austri egredietꝰ, ⁊ pugnabit aduersus regē aquilonis, et preparabit multitudinē nimiā, ⁊ dabit multitudo in manu eiꝰ. Et capiet multitudinē, ⁊ exaltabit cor eius, ⁊ deijciet multa millia: sz nō p̄ualebit. Cōuertet em̄ rex aglonis, ⁊ preparabit multitudinē multo maiorē q̄ pri⁹: ⁊ in fine tēporū annorūq; veniet pperans cū exercitu magno et opib⁹ nimijs. Et in tpib⁹ illis multi cōsurgēt aduersus regē austri filij q̄z preuaricatoꝝ p̄pli tui extollent vt ip̄leāt visionē, ⁊ corruēt. Et veniet rex aglonis, et cōportabit aggerē, et capiet vrbes munitissimas: ⁊ brachia austri nō sustinebūt, ⁊ cōsurgēt electi eiꝰ ad resistēdū, ⁊ nō erit fortitudo. Et faciet venēs sup eū iuxta placitū suū, ⁊ nō erit q stet contra faciē eiꝰ: et stabit in terra inclita, ⁊ cōsumet in manu eiꝰ. Et ponet faciē suā vt veniat ad tenēdū vniuersum regnū eiꝰ, ⁊ recta faciet cū eo: ⁊ filiā feminarū dabit ei, vt euertat illā: ⁊ nō stabit nec illius erit. Et cōuertet faciē suā ad insulas, ⁊ capiet multas, ⁊ cessare faciet principē opprobrij sui, ⁊ opprobriū eiꝰ conuertet in eū. Et cōuertet faciē suā ad imperiū terre sue, ⁊ impinget ⁊ corruet, ⁊ nō inueniet. Et stabit in loco eiꝰ vilissimꝰ, ⁊ indignꝰ decore regio: ⁊ in paucis diebꝰ cōteret, nō in furore nec in p̄lio. Et stabit in loco eiꝰ despectꝰ, ⁊ non tribuet ei honor regi⁹: ⁊ veniet clā, ⁊ obtinebit regnū in fraudulētia. Et brachia pugnātis expugnabunt a facie eius, ⁊ conterent: insup

Isa. ix. e.

Universidad de Deusto
Biblioteca

et vnx federis. Et post amicitias, cū eo faciet dolū: et ascendet, et in pauerabit in modico pplo. Et abūdātes et vberes vrbes ingredietur: et faciet q̄ nō fecerūt patres ei⁹: et patres patrū ei⁹: rapinas et predā et diuitias eorū dissipabit, et contra firmissimas cogitationes inibit: et hoc, vsq; ad tempus. Et cōcitabit fortitudo ei⁹ et cor ei⁹ aduersum regē austri in exercitu magno: et rex austri puocabit ad bellū multis auxilijs et fortib⁹ nimis: et nō stabūt, qr inibunt aduersus eū cōsilia. Et comedētes panē cū eo, conterent illū, exercitus q; ei⁹ opprimet: et cadēt interfecti plurimi. Duorū q; regū cor erit vt malefaciāt, et ad mēsam vnā mēdaciū loquētur, et nō pficiēt qr adhuc finis in aliud tps. Et reuertet in terrā suā cū opib⁹ multis: et cor ei⁹ aduersum testamentū sanctū, et faciet, et reuertet in terrā suā. Statuto tpe reuertet, et veniet ad austrum: et nō erit prior illi nouissimū. Et veniēt sup eum trieres, et Romani, et pcutiet, et reuertet, et indignabit cōtra testamentum sanctuarij, et faciet: reuertetur q;, et cogitabit aduersum eos q dereliquerūt testamēū sanctuarij. Et brachia ex eo stabūt, et pollūet sanctuariū fortitudinis, et auferēt iugē sacrificiū: et dabunt abominationē in desolationem. Et impij in testamētū simulabūt fraudulēter: pplus autē sciens deum suū, obtinebit et faciet. Et docti in pplo docebūt plurimos: et ruēt in gladio et in flāma et in captiuitate et in rapina dierū. Cūq; corruerint, subleuabunt auxilio parumlo: et applicabunt eis plurim fraudulēter. Et de eruditis ruēt, vt cōflentur: et eligant et dealbent vsq; ad tps prefinitū: qr adhuc aliud tps erit. Et faciet iuxta volūtatē suā rex, et eleuabitur et magnificabit aduersus oēm deū: et aduersus deū deor lo quetur magnifica, et diriget, donec cōpleat iracūdia. perpetrata quippe est definitio. Et deū patrum suor non reputabit: et erit in cōcupiscētijs feminarū, nec quē q̄ deor curabit: qr aduersus vniuersa cōsurget. Deū aūt Maozim in loco suo venerabit: et deū quē ignorauerūt pres ei⁹ colet auro, et argento, et lapide pretioso, rebusq; ptiosis. Et faciet vt munitat Maozim cū deo alieno quem cognouit, et multiplicabit gloria: et dabit eis potestatem in multis, et terrā diuidet gratuito. Et in tpe pfinito pliabit aduersus eū rex austri: et qsi tēpestas veniet cōtra illū rex aquilonis in curribus et in equitibus et in classe magna: et ingredietur terras, et pteret et ptrāsiet. Et introibit in terrā gloriosam, et multi corruēt: hi aūt salua bunt de manu ei⁹, Edom, et Moab, et principium filiorum Ammon. Et mittet manū suā in terras: et terra egypti nō effugiet. Et dñabit thesaurorū auri, et argenti, et omnibus ptiosis egypti: et Libiā et Ethiopiam transibit. Et fama turbabit eū ab oriēte et ab aquilone: et veniet in multitudine magna vt cōterat et interficiat plurimos. Et figet tabernaculū suū Apadno iter maria, sup montē icli ytū et sanctū: et veniet vsq; ad summitatē ei⁹, et nemo auxiliabitur ei.

¶ Capituli Summarium. Diuersa hominū resurrectio, occultūq; dei iudicium. Caput. xij.

Matth. xxiij. c.

Apo. x. a

Ist tēpore aūt illo consurget Michael princeps magn⁹, q stat pro filijs pplī tui: et veniet tps quale nō fuit ab eo ex quo gentes esse ceperunt vsq; ad tps illud. Et in tpe illo saluabit pplus tuus, oīs q inuent⁹ fuerit script⁹ in libro. Et multi de his q dormiunt in terre puluere, euigilabūt: alij in vitā eternā, alij in opprobriū vt videāt semp. Qui aūt docti fuerint, fulgebunt quasi splēdor firmamēti: et qui ad iustitiā erudiūt multos, q̄si stelle in pp̄etuas eternitates. Tu aūt Daniel claude sermones, et signa libri vsq; ad tps statutū: plurimi ptrāsibūt, et multiplex erit scia. Et vidi ego Daniel, et ecce quasi duo alij stabāt: vnus hinc sup ripā fluminis, et alius inde ex altera ripa fluminis. Et dixi viro q erat indutus lineis, q stabat super aquas fluminis. Usq; quo finis horū mirabiliū? Et audiui virū q indutus erat lineis, q stabat sup aquas fluminis, cū eleuasset dexterā et sinistrā suā in celū, et iurasset p viuentē in eternū: qr in tps et tpa, et dimidiū tpis. Et cū cōpleta fuerit dispersio manus pplī sancti, cōplebunt vniuersa hec. Et ego audiui et non intelleri. Et dixi. Dñe mi, quid erit post hec? Et ait. Vade Daniel: quia clausi sunt, signatiq; sermones vsq; ad pfinitū tps. Eligent et dealbabunt, et quasi ignis p babunt multi: et impie agēt impij, neq; intelligēt oēs impij, porro docti intelligēt. Et a tpe cū ablatum fuerit iuge sacrificiū, et posita fuerit abominatio in desolationē: dies mille ducēti nonaginta. Beatus q expectat et pueniet vsq; ad dies mille trecētos triginta quinq;. Tu autem Daniel vade ad prefinitum: et requiesces, et stabis in sorte tua, in finē dierum.

¶ Hucusq; Danielem in Hebraico volumine legimus: cetera que sequuntur vsq; ad finem libri: de theodotionis editione translata sunt.

¶ S. Historia castissime mulieris Susanne. Cap. xiij.



Erat vir habitās in Babylone. et nomen eius Joacim: et accepit vxorē noie Susannam filiam Helcie, pulchram nimis et timētē deū. Parētes eni illi⁹ cū essent iusti, erudierūt filiā suā sm legē Moysi. Erat autem Joacim dines valde et erat ei pomariū vicinū domui sue: et ad ipsum confluebant Judei, eo qd esset honorabilior oim. Et constituti sunt duo seniores iudices in illo anno, de q⁹ locut⁹ est dns. Quia egressa est iniqtas de Babylone a senioribus iudicib⁹ q videbant regere populū. Isti frequētabāt domū Joacim, et veniebant ad eos oēs q habebant iudicia. Cū aūt pplus recessisset p meridiē, ingrediebat Susanna, et deābulabat in pomario viri sui. Et videbāt eā seniores qtidie ingredientē, et deābulātē: et exarserūt in cōcupiscētiā eius. et everterūt sensum suū, et declinauerūt oculos suos vt nō viderēt celū, neq; recordarent iudiciorū iustorū. Erat ergo ambo vulnerati amore ei⁹, nec indicauerūt sibi vicissim dolorē suū. erubescebāt enī indicare sibi cōcupiscētiā suā, volētes cōcūbere cū ea. et obseruabant quotidie soliciti videre eam. Dixitq; alter ad alterū. Eamus domum, qr hora prādij est. Et egressi recesserunt a se. Cūq; reuertissent, venerūt in vnū: et sciscitates ab invicē causam, cōfessi sunt cōcupiscētiā suā: et tunc in cōmuni statuerunt tps, qn eā possent inuenire solā. Factū est autē, cum obseruarent die aptū, ingressa est aliqū sicut heri et nudiustertius, cū duab⁹ solis puellis, voluitq; lauari in pomario. estus qppe erat: et nō erat ibi quisq;, pter duos senes absconditos, et cōtemplantes eā. Dixit ergo puellis, Afferte mihi oleum et smigmata, et ostia pomarij claudite, vt lauer. Et fecerūt sicut preceperat: clauserūtq; ostia pomarij, et egresse sunt per posticū vt afferrēt q iusserat. nesciebatq; senes intus esse absconditos. Cū aūt egresse essent puelle, surrexerūt duo senes, et accurrerūt ad eā, et dixerūt. Ecce ostia pomarij clausa sunt, et nemo nos videt, et nos in cōcupiscētia tui sum⁹: quā ob rem assentire nobis, et cōmisce nobiscū. qō si nolueris, dicem⁹ cōtra te testimoniū qō fuerit tecū inuenis, et ob hāc causam emiseris puellas a te. Ingemuit Susanna, et ait, Angustie sunt mihi vndiq;. si enī hoc egero, mors mihi est: si aūt non egero, nō effugiā manus vestras. Sed melius est mihi absq; opere incidere in manus vestras, q̄ peccare in cōspectu dñi. Et exclamauit voce magna Susanna: exclamauerūt aūt et senes aduersus eā. Et cucurrit vn⁹ ad ostia pomarij, et aperuit. Cū ergo audissent clamorē famuli dom⁹ in pomario, irruerunt p posticū, vt viderēt quidnā esset. Postq; aūt locuti sunt, erubuerūt serui vehemēter: qr nunq; dictus fuerat sermo huiuscemodi de Susanna. Et facta est die

crastina.

crastina. Cūq; venisset populus ad Joacim virum eius venerunt ⁊ duo presbyteri pleni iniqua cogitatiōe aduersus Susannam, vt interficerēt eam. Et dixerūt coram populo, Mittite ad Susannā filiam Helcie vxorē Joacim. Et statim miserunt. Et venit cum parentibus, et filijs, ⁊ vniuersis cognatis suis. Porro Susanna erat delicata nimis, ⁊ pulchra specie. At iniqui illi iusserunt vt discooperiretur (erat enim cooperta) vt vel sic satiarentur decore eius. Flebant igitur sui, et omnes qui nouerant eam. Consurgentes autē duo presbyteri in medio populi, posuerūt manus suas sup caput eius. Que flens suspexit ad celum. erat enim cor eius fiduciam habens in domino. Et dixerunt presbyteri. Cum deambularemus in pomario soli, ingressa est hec cum duabus puellis: ⁊ clausit ostia pomarij, et dimisit a se puellas. Veniq; ad eam adolescens qui erat absconditus, ⁊ concubuit cum ea. Porro nos cum essemus in angulo pomarij: videntes iniquitatem cucurrimus ad eos, et vidimus eos pariter commisceri. Et illum quidem non quiuimus comprehendere, quia fortior nobis erat, et aperto ostio exiliuit: hanc autem cum apprehēdissemus, interrogauimus quisnam esset adolescens, ⁊ noluit indicare nobis huius rei testes sumus. Credidit eis multitudo quasi senibus ⁊ iudicibus populi, ⁊ condēnauerunt eam ad mortem. Exclamauit autem voce magna Susanna, et dixit. Deus eterne, qui absconditorum es cognitor, qui nosti omnia antequam fiant, tu scis quoniam falsum testimoniū tulerunt contra me: ⁊ ecce morior, cum nihil horum fecerim que isti malitiose compouerunt aduersum me. Exaudiuit autem dominus vocem eius. Cumq; duceretur ad mortem, suscitauit dominus spiritum sanctum pueri iunioris, cuius nomen Daniel: et exclamauit voce magna. Mundus ego sum a sanguine huius. Et conuersus omnis populus ad eum, dixit. Quis est iste sermo quem tu locutus es: Qui cum staret in medio eorum, ait. Sic fatui filij Israel, non iudicātes, neq; quod verum est cognoscentes, condemnastis filiam Israel: Reuertimini ad iudicium, quia falsum testimoniū locuti sunt aduersus eam. Reuersus est ergo populus cum festinatione, ⁊ dixerunt ei senes. Veni, ⁊ sede in medio nostrum, et indica nobis: quia tibi deus dedit honorem senectutis. Et dixit ad eos Daniel. Separate illos ab inuicē procul, ⁊ diiudicabo eos. Cum ergo diuisi essent alter ab altero, vocauit vnū de eis, ⁊ dixit ad eum. Inueterate dierum malorum, nunc venerunt peccata tua que operabaris prius, iudicās iudicia iniusta, innocentes opprimens et dimittens noxios, dicēte domino. Innocentem ⁊ iustum non interficies. Nunc ergo si vidisti eam, dic sub qua arbore videris eos colloquentes sibi. Qui ait. Sub schino. Dixit autem Daniel. Recte mentitus es in caput tuum: ecce enim angelus dei accepta sententia ab eo, scindet te mediū. Et amoto eo, iussit venire aliū, et dixit ei, Semen Chanaan, et non Juda, species decepit te, ⁊ concupiscentia subuertit cor tuum, sic faciebatis filiabus Israel, ⁊ ille timentes loquebant vobis: sed filia Juda non sustinuit iniquitatem vestram. Nunc ergo dic mihi sub qua arbore comprehenderis eos loquentes sibi: Qui ait, Sub prino. Dixit autem ei Daniel. Recte mentitus es, et tu in caput tuum: manet enim angelus domini gladium habens, vt secet te mediū, et interficiat vos. Exclamauit itaq; omnis cetus voce magna, et benedixerunt deum qui saluat sperantes in se. Et consurrexerunt aduersus duos presbyteros (conuicerat enī eos Daniel ex ore suo falsum dixisse testimoniū) fecerunt; eis sicut male egerant aduersus proximam, vt facerent secundum legem Moysi: ⁊ interfecerūt eos, ⁊ saluatus est sanguis innocuus in die illa. Helcias autem, ⁊ vxor eius laudauerunt deum pro filia sua Susanna cum Joacim marito eius, et cognatis omnibus: quia non esset inuenta in ea res turpis. Daniel autem factus est magnus in cōspectu populi a die illa, ⁊ deinceps. Et rex Astyages appositus est ad patres suos, ⁊ suscepit Cyrus Perses regnum eius.

C L. S. Historia Belis ⁊ Draconis. Caput xiiij



ERat aūt Daniel conuiua regis, ⁊ honorat⁹ sup, oēs amicos ei⁹. Erat quoq; idolū apud Babylonios noie Bel: ⁊ ipēdebant in eo p dies singulos, sile artabe duodecim, ⁊ oues q̄draginta, vinq; amphore ser. Rex quoq; colebat eū, ⁊ ibat p singulos dies adorare eū: porro Daniel adorabat deū suum. Dixit q; ei rex. Quare non adoras Bel: Qui rndēs, ait ei. Quia non colo idola manufacta, sed viuētē deū q creauit celum ⁊ terrā, ⁊ habet potestatē oīs carnis. Et dixit rex ad eū. Nōne videt tibi esse Bel viuens deus: An nō vides quāta comedat ⁊ bibat quotidie: Et ait Daniel arridens. Ne erres rex. Iste est enī intrinsec⁹ luteus, ⁊ forinsec⁹ ereus, neq; comedit aliquādo. Et irat⁹ rex vocauit sacerdotes eius, ⁊ ait eis nisi dixeritis mihi quis est iste q comedat impēsas has, morie-nim. Si aūt ostēderitis q̄m Bel comedat hec, morietē Daniel, quia blasphemauit in Bel. Et dixit Daniel regi. Fiat iuxta verbū tuū. Erāt aūt sacerdotes Bel septuaginta, exceptis vxoib⁹ ⁊ parulis et filijs. Et venit rex cū Daniele in tēplum Belis. Et dixerunt sacerdotes Belis. Ecce nos egrediemur foras: ⁊ tu rex, pone escas, ⁊ vinū misce, ⁊ clande ostiū, ⁊ signa annulo tuo: et cū ingressus fueris mane, nisi inueneris oīa comesta a Bel, morte moriemur, vel Daniel q mētit⁹ est aduersum nos. Cōtēnebāt aūt, q: fecerant sub mēsa absc̄ditū introitū, ⁊ p illū ingrediebant semp, ⁊ deuorabant ea. Factū est igit̄ postq̄ egressi sunt illi, et rex posuit cibos ante Bel: precepit Daniel pueris suis, et attulerunt cinerē, ⁊ cribrauit p totū tēplū coram rege: ⁊ egressi, clauserūt ostiū: ⁊ signātes annulo regis, abierūt. Sacerdotes aūt ingressi sunt nocte iuxta consuetudinē suā, ⁊ vxores, ⁊ filij eorū: ⁊ comederūt oīa, ⁊ biberunt. Surrexit aūt rex primo diluculo, ⁊ Daniel cum eo. Et ait rex, Salnane sunt signacula Daniel: Qui rndit, Salua rex. Statimq; cū aperuisset ostiū, intuit⁹ rex mēsam, exclamauit voce magna, Magn⁹ es Bel, ⁊ nō est apud te dolus quisq̄. Et risit Daniel: ⁊ tenuit regē, ne ingrederet intro, ⁊ dixit. Ecce pauimentū, animaduerte cui⁹ vestigia sunt hec. Et dixit rex. Video vestigia virorū, ⁊ mulierū: ⁊ infantū. Et irat⁹ est rex. Tunc apprehēdit rex sacerdotes, ⁊ vxores ⁊ filios eorū: ⁊ ostēderunt ei abscondita ostiola p q̄ ingrediebant, ⁊ cōsumebāt q̄ erāt sup mensam. Occidit ergo illos rex, ⁊ tradidit Bel in potestatem Danielis: q subuertit eū, ⁊ tēplū ei⁹. Et erat draco magnus in loco illo, ⁊ colebāt eum Babylonij. Et dixit rex Danieli. Ecce nūc nō potes dicere q: iste nō sit deus viuēs adora ergo eū. Dixitq; Daniel regi. Dūm deū meū adoro: q: ipse est deus viuēs, iste autē nō est de⁹ viuēs. Tu autē rex da mihi potestatē, ⁊ interficiā draconē absq; gladio ⁊ fuste. Et ait rex, Do tibi. Tulit ergo Daniel picē, ⁊ adipem, et pilos, ⁊ coxit pariter: fecitq; massas, ⁊ dedit in os draconis, ⁊ dirupt⁹ est draco. Et dixit Daniel. Ecce quē colebatis. Q̄ cū audissent Babylonij, indignati sunt vehementer: ⁊ cōgregati aduersum regē, dixerūt, Judeus factus est rex: Bel destruxit, draconē interfecit, et sacerdotes occidit. Et dixerūt cū venissent ad regē. Trade nobis Danielem, alioquin interficiemus te, ⁊ domū tuā. Vidit ergo rex q̄ irruerent in eū vehemēter: ⁊ necessitate cōpulsus tradidit eis Danielē. Qui miserūt eū i lacū leonū, ⁊ erat ibi dieb⁹ sex.

Porro in lacu erant leones septē, & dabant eis duo corpora quotidie: & due oues: & tunc non data sunt eis, vt devorarēt Danielē. Erat aūt Habacuc ppheta, in Judea, & ipse coxerat pulmentum, & intriuerat panes in alueolo: & ibat in cāpū vt ferret messorib⁹. Dixitq; angel⁹ dñi ad Habacuc. Fer prandiū qd habes, in Babyloně Danieli, q est in lacu leonū. Et apprehēdit eū angelus dñi in vertice eius, & portauit eū capillo capitis sui, posuitq; eū in Babyloně super lacū in ipetu spirit⁹ sui. Et clamauit Habacuc, dicēs, Daniel serue dei, tolle prādium qd misit tibi deus. Et ait Daniel. Recordatus es mei de⁹, & nō dereliquisti diligentes te. Surgens q; Daniel comedit. Porro angelus dñi restituit Habacuc cōfestim in loco suo. Venit ergo rex die septimo. vt lugeret Danielem: & venit ad lacū, & introspexit, et ecce Daniel sedēs in medio leonū, et exclamauit voce magna rex dicēs. Magn⁹ es dñe deus Danielis. Et extrarit eū de lacu leonū. Porro illos qui perditionis eius causa fuerant, intromisit in lacum, et devorati sunt in momento coram eo.

Ezech. viij. b.

¶ Explicit Daniel propheta.

¶ Incipit prologus in libum duodecim prophetarum.

NOn idem ordo est duodecim prophetarum apud Hebreos: qui est apud nos. Unde & in id quod hic legitur: hic quoq; dispositi sunt. Osee commaticus est: & quasi per sentētias loquēs. Joel planus in principio: in fine obscurior. Et vsq; ad Malachiam: habēt singuli proprietates suas: quem Esdram scribam: legisq; doctorem Hebrei autumant. Et quia longū est nūc de ordine dicere: hoc tantū vos o Paula & Eustochiū admonitas volo: vnum libū esse duodecim pphetarum. Et Osee hynchry nū Elaie Malachiā vero Aggei et zacharie fuisse tēporibus. In quibus aūt tēpus nō prelegitur in titulos sub illis eos regibus prophetasse sub quibus & hi qui ante eos habent titulos prophetauerunt.

¶ Alius prologus.

REgule sunt he q⁹ significationib⁹ nominū: ad quas tribus p pphetas sermo dñi dirigatur. Quotiescunq; ad decem trib⁹ tenditur pphetia: sub his nominibus designantur: id est Ephraim: Samaria: Israel: Joseph: Jezrael: Bethel: Ether haue: & interdū Jacob. Quando aūt ad duas loquitur trib⁹: sub his nominibus sermo pferetur: id est Juda: Jerusalem: Beniamin: domus Dauid: & interdū Jacob. Alicuoties Israel: ad totos duodecim trib⁹ refertur. Duplex est apud Hebreos sententia de his quatuor versibus: qui in capite sunt prenotati. Plerisq; enim dicunt quod ab Esdra scriba in omnib⁹ pphetis sic fuerit titulatum: vt prescriptio vnius cuiusq; nomine pphetia cuius sit sequens. nosceatur. Ipse est autem Esdras qui vltimus propheārum: Malachie nomine: scribitur. Alij vero dicunt quod ab ipsis prophetis per spiritum sanctum: vt cetera: sunt conscripta.

¶ Prefatio Hieronymi in Osee prophetam.

IMpōnibus Osiē: Joatham: Achom: & Ezechie regū Juda: & Jeroboam filij Joas regis Israel: Osee filius Beeri: ad prophetiam dicēdā: spiritu sancto repletus est. De memorato itaq; numero regū: Achaz rex Juda: et Jeroboam rex Israel dominum derelinquēres: vt historie regum et Paralipomenon indicant: etiam Israel idolatrie crimen imperio ac potestate sua admittere coegerunt. Propter quod deus ad Osee hec locutus est: dicens: Accipe tibi vxorē fornicariam siue fornicationum: & fac tibi filios fornicationis. Fornicariam itaq; non electione corporis meretricem: sed gētilē deū ignorantē appellat: que de dei creatoris sui amore contēpto: simulachrorum se subiecit desiderijs. Sed cum dei precepto propheta in hac re paruisset: conceptū ex ea filiū: Jezrahel precepit nōiare: deo pollicente: post breue tempus sanguinē Jezrahel in domo Jehu vindicare. cuius pmissionis hec causa est. Jehu per Eliseū in regem inunctus ad defendendū sanguinē Naboth ciuis Jezrahel: que tunc ptis metropolis erat. quē Jezrahel Achab regis Israel vxor interemerat: sicut regum historia exponit: cum grauiter iuxta diuinū preceptum vindicandi sanguinis causā in omnem memorati domum desseuisset: hoc peracto dominum derelinquisse inuenitur. cuius pronepote Joroboā (qui lectione comprehensus est) octoginta fere facta imitante: ac contra dei precepta et religionē cū populo Israel agente: sanguis Naboth: qui in loco certe Jezrahel fuerat, pfluxit in domo Jehu patris memorati Jeroboam pro peccato redundaturus significatur. Vnde factum est vt ira dei in populo Israel per denunciationem prophete: processura diceretur: Domui autem Jude misericordia lectione comprehēsa: ob hoc promissa est. quia Ezechias rex Juda filius Achaz subtans idolis que tā pater eius q̄ ceteri reges cōlecrauerant: templū dei purgasse & purificasse monstratur.

¶ Explicit prologus.

¶ Incipit argumentum.

OSee crebris notat ephraim samariā: Joseph Jezrahel et vxorem fornicariā & fornicationis filios & adulteram cubiculo clausam: maritū multo rpe sedere viduāt sub vestē lugubri: vt ad se reditum prestolari.

¶ Explicit argumentum.

¶ Incipit liber Osee prophete.

¶ Capituli Summariū. Jubetur propheta fornicatione Idololatriam significare. Caput. j.



A VERbū dñi qd factū est ad Osee filiū Beeri in diebus Oziē, Joathā, Achaz, Ezechie regū Juda, & in diebus Jeroboā filij Joas regis Israel. Principiū loquēdi dominus in Osee: & dixit dñs ad Osee. Vade, sume tibi vxorem fornicationum, et fac tibi filios fornicationis: qa fornicans fornicabitur terra a dño. Et abiit, et accepit Gomer filiam Debelaim: et concepit, & peperit ei filiū. Et dixit dominus ad eū. Voca nomen eius Jezrahel: quoniam adhuc modicum, & visitabo sanguinē Jezrahel super domum Jehu, et quiescere faciā regnum domus Israel. Et in illa die conteram arcū Israel in valle Jezrahel. Et concepit adhuc, & peperit filiā. Et dixit ei. Voca nomen eius Absq; misericordia: quia nō addā vltra misereri domui Israel, sed obliuione obliuiscar eorū. Et domui Juda miserebor, & saluabo eos in domino deo suo: et nō saluabo eos in arcu & gladio & in bello & in equis et in equitibus. Et ablactauit eam que erat absq; misericordia. Et concepit, & peperit filium. Et dixit. Voca nomen eius. Non populus meus, qa vos nō pp̄s me⁹, & ego nō ero vester deus. Et erit numerus filiorum Israel, quasi arena maris que sine mēsura est, & nō numerabitur. Et erit in loco vbi dicetur eis. Nō populus meus vos: dicet eis. Filij dei viuētis. Et cōgregabuntur filij Juda, & filij Israel pariter: & ponent sibimet caput vnum & ascendent de terra: q; magnus dies Jezrahel.

¶ Capituli Summariū. Reliquit deus populū impium, vt maritus vxorem adulteram. Caput. ij.

DIcite fratribus vestris. Populus meus: & sorori vestre, Misericordiā cōsecuta. Judicate matrē vestrā, iudicate: q̄m ipsa nō vxor mea, et ego non vir ei⁹. Auferat fornicationes suas a facie sua, & adulteria sua de medio vberū suorum: ne forte expoliē eam nudam, et statuam eam sm diem natiuitatis sue: et ponam eam quasi solitudinē, & statuam eam velut terram inuiam, & interficiam eam siti. Et filiorum illius non miserebor: q̄m filij fornicationū sunt, quia fornicata est mater eorū, cōfusa est que cōcepit eos, quia dixit. Vadam post amatores meos qui dant panes mihi & aquas meas, lanam meam et linum meum, oleum meū et potum meum. Propter hoc ecce ego sepiā viā tuā spinis, & sepiā eam maceria: et semitas suas nō inueniet. Et sequetur amatores suos: & non apprehēdet eos: & quaeret eos, & nō inueniet: et dicet. Vadam et reuertar ad virum meum priorē: q; bene mihi erat tūc magis q̄ nūc. Et hec nescivit q; ego dedi ei frumētū, et vinū, et oleū, & argentum multiplicaui ei, & aurū que fecerūt Baal. Idcirco cōuertar, & sumā frumentū meū in tpe suo, et vinū meum in tpe suo, et liberabo lanā meā & linū meū q̄ operiebāt ignominiā ei⁹. Et nūc reuelabo iusticiā ei⁹ in oculis amatorum ei⁹: & vir nō eruet eā de manu mea. & cessare faciā omne gaudiū ei⁹, solēnitatē ei⁹, neomeniā ei⁹, sabbatha eius, & cūcta festa tpa eius. Et corrūpā vineā ei⁹, et ficum eius: de quibus

dixit,

Hec ostendit mihi dominus deus: & ecce vncinus pomorum. Et dixit, Quid tu vides Amos? Et dixi, Uncinũ pomor. Et dixit dñs ad me, Venit finis super populũ meũ Jsrl: non adijciã vltra vt ptranseam eũ. Et stridebunt cardines tẽpli in die illa, dicit dominus deꝰ multi morient in omni loco, proicietur silentium. Audite hoc qui cõteritis pauperẽ, & deficere facitis egenos terre, dicentes, Quãdo trãsibit mẽsis, & venundabimus merces: & sabbathũ, & aperiemus frumẽtũ: vt imminuamus mensurã, et augeamus siclũ & supponamus stateras dolosas, vt possideamus in argento egenos & pauperes pro calceamentis, & q; squilias frumẽti vendamus? Juravit dominus in superbiam Jacob, Si oblitꝰ fuero vsq; in finẽ omnia opera eor. Nunqd sup isto nõ cõmouebitur terra & lugebit omnis habitator eius: & ascẽdet quasi fluuius vniuersus, & ejicietur, & defluet quasi riuus Egypti? Et erit in die illa dicit dominus: occidet sol in meridie, & tenebrescere faciam terrã in die luminis: & conuertã festiuitates vestra in luctũ, & omnia cãtica vestra in plãctũ: & inducam super omne dorsum vestrum saccũ & super omne caput caluitium: & ponã eã quasi luctũ vnigeniti, & nouissima eiꝰ q;si diem amarũ. Et ecce, dies veniũt, dicit dñs: et emittã famẽ in terram: nõ famẽ panis, neq; sitim aque, sed audiẽdi verbum dñi. Et cõmouebunt a mari vsq; ad mare, & ab aquilone vsq; ad orientẽ: circumibunt querentes verbum domini et non inuenient. In die illa deficient virgines pulchre, et adolescentes in siti. Qui iurant in delicto Samarie, et dicunt, Viuit deus tuus Dan, & viuit via Bersabee. Et cadent, & non resurgent vltra.

¶ Capituli Summarium. Impij non potuerũt se abscondere ab oculis dei. Caput.ix.

Vidi dominũ stantẽ super altare: & dixit, Percute cardinẽ, & commoueant superliminaria: ama ritia enim in capite omniũ, & nouissimum eorũ in gladio interficiã: non erit fuga eis qui fugiẽt: et nõ saluabitur ex eis qui fugerit. Si descenderint vsq; ad infernum: inde manus mea educet eos: & si ascenderint vsq; ad celũ, inde detrahã eos. Et si absconditi fuerint in vertice Carmeli inde scrutans auferã eos, et si celauerint se ab oculis meis in pfundũ maris, ibi mãdabo serpẽti, & mordebit eos. Et si abierint in captiuitatem coram inimicis suis, ibi mãdabo gladio, & occidet eos: & ponã oculos meos sup eos in malũ, & non in bonũ. Et dñs deus exercituũ q tãgit terrã, & tabescet: & lugebũt omnes habitantes in ea: & ascendet sicut riuus omnis, & defluet sicut fluuius Egypti. Qui edificat in celo ascẽsionem suam, & fasciculum suum super terrã fundauit: qui vocat aquas maris, & effundit eas super faciem terre, Dñs nomẽ eius. Nũqd nõ vt filij Ethiopum vos estis mihi filij Jsrl, ait dñs nunqd non Jsrl ascendere feci de terra Egypti: & Palesthinos de Cappadocia, & syrios de Cyrene? Ecce oculi dñi dei super regnũ peccans, et conterã illud a facie terre: veruntamen conterens nõ conteram domum Jacob, dicit dominus. Ecce enim mandabo ego, concutiã in omnibus gentibus domum Jsrael, sicut concutitur in cribro: & non cadet lapillus super terram. In gladio morientur omnes peccatores populi mei: qui dicunt, Nõ appropinquabit, & non veniet super nos malũ. In die illa suscitabo tabernaculum Dauid, quod cecidit & reedificabo aperturas murorũ eius, & ea que corruerant instaurabo: & reedificabo eum sicut in diebus antiquis. Ut possideant reliquias Idumee, & omnes nationes, eo quod inuocatum sit nomẽ meum super eos: dicit dñs faciẽs hec. Ecce dies veniunt, dicit dominus: & comprẽhendet arator messorem, & calcator vue mittentẽ semen: et stillabunt montes dulcedinem, & omnes colles culti erunt. Et conuertam captiuitatem populi mei Jsrael: & edificabũt ciuitates desertas, & inhabitabunt: & plantabunt vineas, & bibent vinum earum: & faciẽt hortos, & comedent fructus eorum. Et plantabo eos super humum suam: & nõ euellam eos vltra de terra sua quam dedi eis, dicit dominus deus tuus.

¶ Explicit Amos propheta.

¶ Incipit prologus in Abdiam prophetam.

Jacob patriarcha habuit fratrẽ Esau: ꝙ ob coctionem rufam: propter quam vendidit primogenita: Edõ Hebrea lingua appellatus est: quod latine rufus dicitur. Is memoratũ fratrẽ suũ: qui Jsrael nomen acceperat: graui odio commotus interimere conatus est. Qua de causa omnes qui pplm Jsrael: idest filios patriarche Jacob: predicti Esau odiũt inimicati: persecuti sunt: Esau & Edom appellati sunt. Et q; populus Jsrael de captiuitate Chaldeorum per Cyrum regem Persarum nutu dei reuocatus in Jerusalem: ab alio regno grauiter afflictus atq; oppressus est: ideo hoc regnum: quod more Esau: predictum populum persecutũ est: per denuntiationẽ Abdie prophete increpatur: quod nõ dei indignatione sed sua virtute populum superatum gloriabatur de quo regno olim p Dauid in psalmo centesimo tricesimo sexto dictum est: Memorare dñe filiorum Edom in die Jerusalem. Nam reliqua lectione comprehensa: futurum in gentes iudicium ob causas lectione comprehẽsas: regnisq; dei in populo Jsrael significatur. Hebrei hunc dicunt esse: qui sub rege Samarie Achab: & impissima Jezabel: pauit centum prophetas in specubus: qui non curuauerũt genu ante Baal: & de septem milibus erat: quos Elias arguitur ignorasse. Sepulchrum quoq; eius vsq; hodie cum mausoleo Elisei prophete & Baptiste Johannis: in Sebaste veneratione habetur que olim Samaria dicebatur. Hanc Herodes rex Jude: Antipatri filius: in honorem Augusti Cesaris Greco nomine vocauit Augustam. Hic igitur quia centum prophetas pauerat: accepit gratiam prophetalem: & de duce exercitus: fit dux ecclesie. Tunc in Samaria paruum gregem pauerat: nunc in toto orbe Christi pascit ecclesias. & πρωτομάρτυς sicut in Actus apostolorum Stephanus martyrio coronatus: ita & hic seruus appellatus est domini.

¶ Explicit prologus.

¶ Incipit argumentum.

Abdias q interp̃tatur seruus dñi psonat contra Edom: sanguineũ terrenũq; fratrẽ, fratris ꝙq; Jacob semper emulũ hasta percutit spiritali.

¶ Explicit argumentum.

¶ Incipit Abdias propheta.

¶ Capituli Summarium. Vaticinatur propheta contra tyrannidē Edom. Caput.j.

A



Jsio Abdie. Hec dicit dñs de Edom. Auditum audiuimus a domino, & legatum ad gētes misit, surgite, & cōsurgamus aduersus eum in prelium. Ecce parvulum dedi te in gentibus: contemptibilis tu es valde. Superbia cordis tui extulit te, habitātem in scissuris petrarum eraltantem solium tuum: qui dicis in corde tuo Quis detrahet me in terram: Si eraltatus fueris vt aquila, & si inter sydera posueris nidum tuum: inde detraham te, dicit dominus. Si fures introissent ad te, si latrones per noctem: quomodo conticuisses: nonne furati essent sufficiētia sibi: Si vindemiatores introissent ad te, nūquid saltem racemum reliquissent tibi: Quomodo scrutati sunt Esau: inuestigauerunt abscondita eius Usq; ad terminum emiserunt te omnes viri federis tui: illuserunt tibi. Jnualuerunt aduersum te viri pacis tue: qui comedunt tecum, ponent insidias subter te: nō est prudētia in eo.

B

C

Jsa. xxx. c. j. Cor. j. c.

Illunqd nō in die illa dicit dñs, perdā sapiētes de Jdumea et prudentiā de mōte Esau: Et timebūt fortes tui a meridie, vt intereat vir de mōte Esau. Propter interfectionē, et propter iniquitatē in fratrem tuum Jacob opiette confusio, & peribis in eternum. Jn die cū stares aduersus eū, qñ capiebant alieni exercitus ei⁹, & extranei ingrediebātur portas eius, & super Jerusalē mittebāt forte: tu q̄q; eras quasi vnus ex eis. Et non despicies in die fratris tui, in die peregrinationis eius: & nō letaberis super filios Juda, in die peditionis eor: & nō magnifica bis os tuū in die angustie. Neq; ingredieris portā ppli mei in die ruine eorū: neq; despicies & tu in malis ei⁹ in die vastitatis illi⁹: & nō emitteris aduersus exercitū eius in die vastitatis illi⁹. Neq; stabis in exitibus, vt interficias eos qui fugerint: & nō cōcludes reliquos eius in die tribulationis. Qm̄ iurta est dies dñi super oēs gentes: sicut fecisti, fiet tibi retributionē tuā conuertet in caput tuū. Quomodo enī bibistis super montē sanctū meū, bibent oēs gentes iugiter: & bibēt & absorbebūt, & erūt quasi nō sint Et in mōte Sion erit saluatio, & erit sanctus: et possidebit domus Jacob eos qui se possederāt. Et erit domus Jacob ignis & dom⁹ Joseph flāma, & dom⁹ Esau stipula: & succendent in eis & deuorabūt eos: & nō erūt reliquie domus Esau, q̄r dñs locut⁹ est. Et hereditabūt hi q̄ ad austrū sunt, montē Esau, & q̄ in cāpestribus Philistiim: & possidebūt regionē Ephraim & regionē Samarie: & Beniamin possidebit Galaad. Et trāsmigratio exercit⁹ huius filiorum Jsrael, oia loca Chananeor vsq; ad Sarepthā. et trāsmigratio Jerusalē, q̄ in Bosphoro est, possidebit ciuitates Austri. Et ascēdēt saluatores in montem Sion iudicare montem Esau: & erit domino regnum.

D

E

F

¶ Explicit Abdias propheta.

¶ Incipit prologus in Jonam prophetam.

Jonam sanctum Hebrei affirmant filium fuisse mulieris vidue Sarepthane: quem Helias propheta motuum suscitauit: matre postea dicente ad eum: Nunc cognoui quia vir dei es tu: & verbum dei in ore tuo veritas est. Ob hanc etiam causam ipsum puerum sic vocauit: Amathi. Amathi enim in nostra lingua: veritatem sonat. Et ex eo quod verum Helias locutus est: ille qui suscitatus est: filius esse dicitur veritatis. Ideo de veritate columba nascitur: quia Jonas columbam sonat. Jn condemnationem autē Jsrael Jonas ad gentem mittitur, quod Ninive agente penitentiam: illi in malitia perseuerant. Temporibus quippe Jeroboam filij Joas regis Jsrael: qui deo derelicto cum populo suo in Samaria idolis sacrificabat: Jonam prophetam fuisse quartus liber regū indicat. Jo cum prophetia illuminātē peccatores ciuitatis Ninive dei misericordiam consecuturos videret: ne falsa predicare videretur: ad denuntiandum interitū eiusdē ciuitatis ire nolebat. Nam sicut deus ad Abraham de impietate Sodomorū et Gomorrheorum locutus est. Clamor Sodomorum & Gomorrheorum peruenit ad me: Ita & de Ninive dicitur: Ego quod ascenderit clamor malitie eius ad deum. Et quia sententia dei de Sodomis facta: minime reuocata est: ita & Jonas aduersum Niniven prolatam sententiam reuocari nolebat: diuine dispensationis ignarus: qui salutem hominum ad se conuertētium magis vult: quam interitū. Hec illi acciderat quod & sancto Eliseo: qui filium Sunamitidis mulieris: mortuum ignorauit. Jō a conspectu dei fugere se Jonas putabat: humanū aliquid passus: dicente Dauid: Quo ibo a spiritu tuo: & a facie tua quo fugiam.

¶ Explicit prologus.

¶ Incipit argumentum.

Jonas colūba pulcherrima: naufragio suo passionē dñi prefigurās: mūdū ad penitentiā reuocat: & sub noie ninive salutem gentib⁹ denūtiat.

¶ Explicit argumentum.

¶ Incipit Jonas propheta.

¶ Capituli Summarium. Jonas causa tempestatis in mare proijcitur. Caput.j.

A

Et factum est verbū domini ad Jonam filium Amathi, dicens, Surge, & vade in Niniven ciuitatem grandem, & predica in ea: q̄ ascendit malitia eius coram me. Et surrexit Jonas, vt fugeret in Tharsis a facie domini: et descendit in Joppen, & inuenit nauem euntem in Tharsis: & dedit naulum eius, et descendit in eam, vt iret cum eis in Tharsis a facie domini. Dominus aūt misit ventū magnū in mare: & facta est tempestas magna in mari, & nauis periclitabatur cōteri. Et timuerunt naute & clamauerūt viri ad deū suū: & miserūt vasa que erāt in naui in mare, vt alleuiaretur ab eis: & Jonas descendit ad interiora nauis, & dormiebat sopore graui. Et accessit ad eum gubernator, & dixit ei, Quid tu sopore deprimeris: surge, invoca deum tuū, si forte recogitet de⁹ de nobis, & nō pereamus. Et dixit vir ad collegā suū, Venite, et mittam⁹ sortes, & sciamus quare hoc malū sit nobis. Et miserūt sortes & cecidit sors super Jonā & dixerūt ad eum, Jndica nobis cuius cā malū istud sit nobis: q̄ nō est opus tuum: & q̄ terra tua: & quo vadis: vel ex quo pplo es tu: Et dixit ad eos, Hebre⁹ ego sum, & dñm deū celi ego timeo q̄ fecit mare & aridā. Et timuerūt viri timore magno, & dixerūt ad eum, Quid hoc fecisti: Cognouerūt enī viri q̄ a facie dñi fugeret q̄: idicauerat eis. Et dixerūt ad eū, Quid faciemus tibi, & cessabit mare a nobis: q̄ mare ibat, & intumescebat super eos. Et dixit ad eos, Tollite me, & mittite in mare, & cessabit mare a vobis: scio enī ego q̄m̄ pter me tēpestas hec grādis venit sup vos. Et remigabāt viri, vt reuerterentur ad aridā, & nō valebāt: q̄r mare ibat, & intumescebat super eos. Et clamauerūt ad dñm, & dixerūt, Quesumus domine, ne pereamus in anima viri istius et ne des super nos sanguinem innocentem: quia tu domine, sicut voluisti, fecisti. Et tulerunt Jonam & miserunt in mare: & stetit mare a feruore suo. Et timuerunt viri timore magno dominum, & immolauerunt hostias domino, & vouerunt vota.

B

C

D

¶ C. S. Jonas a pisce magno deuoratur. Caput.ij.

Et preparauit dominus piscem grādem, vt deglutiret Jonam: et erat Jonas in ventre piscis tribus diebus & tribus noctibus. Et orauit Jonas ad dominum deū suum de vtero piscis. Et dixit, Clamaui de tribulatione mea ad dominum, & exaudiuit me: de vētre inferi clamaui, & exaudisti vocem meam. Et proiecisti me in profundum in corde maris, et flumen circundedit me, omnes gurgites tui, & fluctus tui super me transierunt. Et ego dixi, Abiectus sum a conspectu oculorum tuorum: veruntamen rursus videbo templum sanctum tuum: Circundederūt me aque vsq; ad animā, abyssus vallauit me, pelagus operuit caput meum. Ad extrema montium descendi, terre vectes concluserunt me in eternum: & subleuabis de correptione vitam meam domine deus meus. Cum angustiaret in me aia mea dñe recordatus sum: vt veniat ad te oratio mea ad templū sanctum tuum. Qui custodiunt vanitates frustra, miam suam dere-

A

B

C

D

linquent

linquent. Ego autem in voce laudis immolabo tibi: quecunq; vouī reddam pro salute domino. Et dixit dominus pisci: et euomuit Jonam in aridam.

¶ L.S. Exhortat Jonas Niniuitas ad penitētiā. Ca.iij.

ET factum est verbū dñi ad Jonā scō, dicens, Surge ⁊ vade in Niniuen ciuitatē magnā: ⁊ predica in ea p̄dicationē quā ego loquor ad te. Et surrexit Jonas, ⁊ abijt in Niniuen iuxta verbū dñi: et Ninive erat ciuitas magna itinere triū dierū. Et cepit Jonas introire ciuitatē itinere diei vnius: ⁊ clamauit, et dixit Adhuc quadraginta dies, ⁊ ninive subuertetur. Et crediderūt viri Niniuite in dominū: ⁊ p̄dicauerūt ieiunīū, et vestiti sunt saccis a maiore vsq; ad minorē. Et peruenit verbum ad regem Ninue: ⁊ surrexit de solio suo et abiecit vestimentum suū a se, et indutus est sacco, ⁊ sedit in cinere. Et clamauit, et dixit in Ninive ex ore regis ⁊ principum eius, dicens, Homines ⁊ iumenta, ⁊ boues, ⁊ pecora nō gustent quicq̄: nec pascātur, ⁊ aquā nō bibāt. Et operiant sacciis homines ⁊ iumēta, ⁊ clamēt ad deū in fortitudine: ⁊ cōuertat vir a via sua mala ⁊ ab iniquitate q̄ est in manibus eorū. Quis scit, si cōuertatur, ⁊ ignoscat deus: ⁊ reuertatur a furore ire sue, ⁊ non peribimus? Et vidit deus opera eorum quia conuersi sunt de via sua mala: ⁊ misertus est deus super malitia quā locutus fuerat vt faceret eis, ⁊ non fecit.

¶ L.S. Jonas vir sanctus humanū quid patit. Cap.iiij.

ET afflictus est Jonas afflictione magna, ⁊ iratus est: ⁊ orauit ad dñm, ⁊ dixit obsecro dñe, nunquid nō hoc est verbū meū cum adhuc essem in terra mea? propter hoc preoccupani vt fugerē in Tharsis. Scio enim q; tu deus clemens ⁊ misericors es, patiens ⁊ multe miserationis, ⁊ ignoscens super malitia. Et nunc domine tolle queso animā meam a me: q; melior est mihi mors quam vita. Et dixit dominus, Putasne bene irasceris tu? Et egressus est Jonas de ciuitate, ⁊ sedit cōtra orientem ciuitatis: ⁊ fecit sibimet umbraculum ibi ⁊ sedebat subter illud in umbra, donec videret quid accideret ciuitati. Et preparauit dominus deus hederā, ⁊ ascendit super caput Jone, vt esset umbra super caput eius, ⁊ protegeret eum, laborauerat enim: ⁊ letatus est Jonas super hedera, letitia magna. Et parauit deus vermē ascensu diluculi in crastinum: ⁊ percussit hederam, ⁊ exaruit. Et cum ortus fuisset sol, precepit dominus vento calido ⁊ vrenti: ⁊ percussit sol super caput Jone, ⁊ estuabat: et petiuit anime sue vt moreretur, ⁊ dixit, Melius est mihi mori quam viuere. Et dixit deus ad Jonā, Putasne bene iraseris tu super hederam? Et dixit, Bene iraseor: ego vsq; ad mortem. Et dixit dñs, Tu doles super hederā, in qua nō laborasti, neq; fecisti vt cresceret, q̄ sub vna nocte nata est ⁊ sub vna nocte perijt, ⁊ ego non parcā Ninive ciuitati magne, in qua sunt plusquam centū viginti millia hoīm, qui nesciunt quid sit inter dexteram ⁊ sinistram suam, ⁊ iumenta multa?

¶ Explicit Jonas propheta.

¶ Incipit prologus in micheam prophetam.

IN temporibus Joatham ⁊ Acham ⁊ Ezechie regū Juda: Micheam prophetam ad hanc prophetiam spiritu sancto repletum fuisse: lectio ipsa demonstrat. Sed de supradicto numero regum: Joacham ⁊ Ezechiam deo ob religionem placuisse: historia libri: quarti Regum: ⁊ secundi Paralipomenon indicat. Acham vero relicto deo: idola Samarie: quibus etiam filios suos in sacrificium igni cōcremandos obtulerat: coluisse constat. Quam ob rem: deus Samariam: que reges Israel ⁊ Juda memoratorum simulachrorū superstitione fefellerat increpans: indignationem suam in eam processuram comminatus est. Populo etiam Israel preuaricatori: ⁊ principibus eius: qui eundem populum fallaci suasione ad colenda idola impulerant: verbis in sequentibus. captiuitatem ⁊ interitum affuturum denuntiat.

¶ Explicit prologus.

¶ Incipit argumentum.

MIcheas demorasti coheres xpi vastationē annunciat filie latronis ⁊ obsidionem ponit ꝺ eam q; maxillam percusserit iudicis Israel.

¶ Explicit argumentum.

¶ Incipit Micheas propheta.

¶ L.S. A facie furoris dñi oia contremiscunt. Caput.j.

VErbū domini q̄ factū est ad Micheam morasthitē, in diebus Joatham, Achaz, ⁊ Ezechie regū Juda: q̄ vidit super Samariam et Jerusalem. Audite populi omnes: et attendat terra ⁊ plenitudo eius: ⁊ sit dominus deus vobis in testē, dominus de templo sancto suo. Quia ecce dominus egreditur de loco suo: ⁊ descendet, ⁊ calcabit super excelsa terre. Et consumentur montes subtus eū: ⁊ valles scident sicut cera a facie ignis, sicut aque que decurrunt in preceps. In scelere Jacob omne istud ⁊ in peccatis domus Israel. Quod scelus Jacob? nonne Samaria? Et que excelsa Jude? nonne Jerusalem. Et ponam Samariam, quasi aceruum lapidum in agro cum plantatur vinea: ⁊ detrahā in vallem lapides eius, ⁊ fundamenta eius reuelabo. Et omnia sculptilia eius concidentur ⁊ omnes mercedes eius cōburentur igne, ⁊ omnia idola eius ponam in perditionem: q; de mercedibus meretricis congregata sunt, ⁊ vsq; ad mercedem meretricis reuertentur. Super hoc plāgā, ⁊ vlulabo: vadā spoliatus et nudus: faciam planctum velut draconum: ⁊ luctum quasi struthionum: q; desperata est plaga eius q; venit vsq; ad Judam, tetigit portā populi mei vsq; ad Jerusalē. In Geth nolite annuntiare, lachrymis ne ploretis: in domo pulueris puluere vos conspergite. Et transite, vobis habitatio pulchra, confusa ignominia: nō est egressa, que habitat in exitu: planctum domus vicine accipiet ex vobis, que stetit sibimet. Q; infirmata est in bonū q̄ habitat in amaritudinibus: q; descendit malum a domino in portā Jerū. Tumultus quadrige stuporis habitanti Lachis: principium peccati est filie Sion, q; in te inuenta sunt scelera Israel. Propterea dabit emissarios sup hereditatē Geth domos mendacij in deceptionē regib⁹ Israel. Adhuc heredē adducam tibi que habitas in Maresa: vsq; ad Odollam veniet gloria Israel. Decaluare, ⁊ tondere sup filios deliciarū tuarū: dilata calutium tuū sicut aqla: q̄m captiui ducti sunt ex te.

¶ Capituli Summarium. Rapinam ⁊ calumniam dominus cum furore execratur. Caput.ij.

VE qui cogitatis inutile, ⁊ opamini malū in cubilibus vestris: in luce matutina faciunt illud, q̄m ꝺ deū est manus eorū. Et cōcupierūt agros, et violenter tulerūt, ⁊ rapuerūt domos: ⁊ calūniabantur virū ⁊ domū &, virū ⁊ hereditatē eius. Idcirco hec dicit dñs, Ecce ego cogito sup familiā istā malū vñ nō auferetis colla vestra, ⁊ nō ambulabitis supbi, q̄m tēpus pessimū est. In die illa sumet sup vos parabola, ⁊ cantabitur canticū cū suauitate, dicētiū, De populatiōe vastati sumus: pars ppli mei cōmutata est: quō recedet a me, quū reuertat q̄ regiones nr̄as diuidat? Propter hoc, nō erit tibi mittēs funiculum sortis in cetu dñi. Ne loquamini loquētes, Non stillabit sup istos, nō comprehēdet confusio. Dicit domus Jacob, Nunquid abbreuiatus est spiritus domini, aut tales sunt cogitationes eius? Nonne verba mea sunt cum eo qui recte graditur? Et econtrario populus meus in aduersarium cōsurrexit. De super tunicam pallium sustulistis: ⁊ eos qui transibant simpliciter, conuertistis in bellum. Mulieres populi mei eiecistis de domo deliciarum suarum: a paruulis earum tulistis laudem meam in perpetuum. Surgite, et ite, quia non habetis hic requiem: propter immunditiam eius corrumpetur putredine pessima. Atinā nō essem vir habens spiritum, ⁊ mendacium potius loquerer stillabo tibi in vinū, ⁊ in ebrietatē: ⁊ erit super quē stillatur populus iste. Congregatione congregabo Jacob totū te: in vnū cōducam reliquias Israel, pariter ponā illum quasi gregem in ouili, quasi pecus in medio caularū tumultu abundā a multitudine hoīm. Ascēdet enī pandēs iter añ eos. Diui-

Universidad de Deusto
Biblioteca

det et transibũt portam, ⁊ egredientur per eam: ⁊ transibit rex eorum coram eis, ⁊ dominus in capite eorum.

¶ Capitulu Summariũ. Redarguunt principes, sacerdotes ⁊ prophete expilatores populi. Caput. iij.

A

Audite, Audite ꝓncipes Jacob, ⁊ omnes domꝰ Jsrael. Nunqd nõ vestrũ est scire iudiciũ, q odio habetis bonũ, ⁊ diligitis malũ: q violẽter tollitis pelles eoꝝ desup eis, ⁊ carnẽ eoꝝ desup ossibus eorũ: Qui comederũt carnẽ ppli mei, ⁊ pellẽ eorũ desuper excoriauerũt: ⁊ ossa eorũ cõfregerũt, ⁊ cõciderũt sicut in lebete, ⁊ quasi carnẽ i medio olle. Tũc clamabũt ad dñm, ⁊ non exaudiet eos: ⁊ abscõdet faciẽ suã ab eis in tpe illo, sicut nequiter egerunt in adinuentionibꝰ suis. Hec dicit dñs super prophetas q seducũt ppl'm meũ: q mordent dentibus suis, ⁊ predicãt pacẽ: ⁊ si quis nõ dederit in ore eorũ q̃ppiã, sanctificãt sup eum preliũ. Propterea nox vobis p visione erit, ⁊ tenebre vobis p diuinatione: ⁊ occũbet sol sup pphetas, ⁊ obtenebrabit super eos dies. Et cõfundent q̃ vident visiones, ⁊ confundentur diuini: ⁊ operiẽt oẽs vultus suos, quia non est responsum dei. Verũtũ ego repletus sum fortitudine spiritꝰ dñi, iudicio ⁊ virtute: vt annũtiẽ Jacob sceleꝰ suũ, ⁊ Jsrael peccatũ suũ. Audite hec ꝓncipes domꝰ Jacob, ⁊ iudices domꝰ Jsrael: q abominamini iudiciũ, et omnia recta puertitis. Qui edificatis Sion in sanguinibꝰ, et Jerusalẽ in iniqtate. Principes eius in muneribus iudicabant, ⁊ sacerdotes eius in mercede docebãt, ⁊ prophete eius in pecunia diuinabãt ⁊ super dñz requiescebãt, dicẽtes, Nunqd nõ dñs in medio nr̃m: nõ veniẽt sup nos mala propter hoc causa vr̃i, Sion q̃si ager arabitur, ⁊ Jerusalẽ q̃si acervus lapidum erit, ⁊ mons templi in excelsa syluarum.

B

C

D

Jerem. xxvij. ij.a

¶ Capitulu Summarium. Tempore ꝏssie erubit verbum domini de Jerusalem ⁊ erit pax magna. Cap. iiij.

A

Erit in nouissimo dierũ mõs domus dñi ꝑparatus in vertice montiũ, ⁊ sublimis sup colles ⁊ fluent ad eũ ppli. Et ꝑperabũt gẽtes multe, ⁊ dicent Venite, ascẽdam⁹ ad montẽ dñi ad domũ dei Jacob: ⁊ docebit nos de vijs suis, ⁊ ibimus in semitis eius q: de Syon egredieẽ lex ⁊ verbũ dñi de Jerusalẽ. Et iudicabit inter populos multos, ⁊ corripiet gentes fortes vsq; in longinquũ: ⁊ cõcident gladios suos in vomeres et hastas suas in ligões: nõ sumet gẽs aduersus gẽtẽ gladiũ et nõ discẽt vltra belligerare. Et sedebit vir subtus vineam suam, ⁊ subtus ficũ suã ⁊ nõ erit q deterreat: q os dñi exercituum locutũ est. Quia oẽs ppli ambulabunt vnusq̃sq; in noĩe dei sui: nos aũt ambulabim⁹ in noĩe dei nr̃i in eternũ et vltra. In die illa dicit dñs, cõgregabo claudicantẽ: et eã quã eiecerã, colligã, ⁊ quã afflixerã. Et ponã claudicãtẽ in reliqas: ⁊ eã que laborauerat, in gentẽ robustã: ⁊ regnabit dñs sup eos in mõte Sion ex hoc nũc ⁊ vsq; in eternũ. Et tu turris gregis nebulosa filia Sion vsq; ad te veniet: ⁊ veniet potestas prima regnũ filie Jerusalẽ. Nũc quare merore contraheris: Nunqd rex nõ est tibi, aut cõsiliarius tuus perijt, q̃ cõprehẽdit te dolor sicut ꝑturiẽtẽ? Dole, ⁊ satage filia Sion quasi ꝑturiẽs: q nũc egredieris de ciuitate, ⁊ habitabis in regione, venies vsq; ad Babylonẽ, ibi liberaberis: ibi redimet te dñs de manu inimicorũ tuorũ. Et nũc cõgregate sunt sup tegẽtes multe: que dicũt lapidẽ, ⁊ aspiciat in Siõ oculus noster. Ipi aũt nõ cognouerũt cogitatiões dñi ⁊ nõ intellexerũt cõsiliũ ei⁹: q cõgreganit eos q̃si fenũ aree. Surge, ⁊ tritura filia siõ, q cornu tuũ ponã ferreũ: ⁊ vngulas tuas ponã ereas: ⁊ cõminues ppl'os multos: ⁊ interficies dño rapinas eoꝝ, ⁊ fortitudinẽ eorum dño vniuerse terre.

B

Jsa. ij.a.

¶ S. Bethleẽ nobilitata ortu messie. Caput. v.

A

Nunc vastaberis filia latronis: obsidionẽ posuerunt super nos, in virga percutiẽt maxillã iudicis Jsrl. Et tu Bethleẽ Ephrata, paruul⁹ es in milibus Juda: ex te mihi egredietur q sit dñator in Jsrl: ⁊ egressus eius ab initio a diebꝰ eternitatis. Propter hoc dabit eos vsq; ad tẽpus, in quo parturiẽs pariet: ⁊ reliquie fratrũ eius conuertantur ad filios Jsrl. Et stabit, et pascet in fortitudine dñi in sublimitate nois dñi dei sui: et conuertent, q: nũc magnificabitur vsq; ad terminos terre. Et erit iste pax: Assyr⁹ quũ venerit in terrã nostrã, ⁊ q̃si calcauerit in domibꝰ nostris: ⁊ suscitabim⁹ sup eũ septẽ pastores, ⁊ octo primates homines. Et pascẽt terrã Assur in gladio, ⁊ terrã Nẽrod in lanceis eiꝰ: ⁊ liberabit ab Assur, quũ venerit in terrã nostrã, ⁊ quũ calcauerit in terminis nostris. Et erũt reliquie Jacob in medio ppl'oꝝ multoꝝ quasi ros a dño, ⁊ quasi stille super herbã: q̃ nõ expectat virũ ⁊ nõ prestolatur filios hoim. Et erũt reliqe Jacob in gẽtibus in medio ppl'orũ multorũ, quasi leo in iumẽtis syluarũ, ⁊ q̃si catulus leonis in gregibus pecorũ: q quũ transierit ⁊ cõculcauerit, ⁊ ceperit, nõ est q eruat. Et exaltabit⁹ manꝰ tua sup hostes tuos, ⁊ oẽs inimici tui interibunt. Et erit in die illa, dicit dñs: auferã equos tuos de medio tui, ⁊ disperdã quadrigas tuas. Et pdã ciuitates terre tue, ⁊ destruã oẽs munitiones tuas, ⁊ auferã maleficia de manu tua, ⁊ diuinatiões nõ erũt in te. Et perire faciã sculptilia tua ⁊ statuas tuas de medio tui: ⁊ nõ adorabis vltra opa manuũ tuarũ, ⁊ euellã lucos tuos de medio tui: cõterã ciuitates tuas. Et faciã in furore ⁊ in idignatiõe vltionẽ in oiꝰ gẽtibꝰ q̃ nõ audierũt.

B

C

D

Deute. xxviij.d. Agget. j.b.

¶ Capituli Summarium. Exprobrat deus ingratis hominibus beneficia sua. Caput. vj.

A

Audite q̃ dñs loquitur, Surge contẽde iudicio aduersum mõtes, ⁊ audiãt colles vocẽ tuã. Audiant montes iudiciũ dñi, ⁊ fortia fundamenta terre: q iudiciũ dñi cũ ppl'o suo, ⁊ cũ Jsrl disputabit: Populus meus q̃d fecit tibi, aut q̃d molestus fui tibi: responde mihi. Quia eduxi te de terra Egypti ⁊ de domo seruitutiũ liberaui te: ⁊ misi añ faciẽ tuã Moysen, ⁊ Aaron et Mariã populeme⁹ memẽto q̃so q̃d cogitauerit contra te Balach rex Moab: ⁊ q̃d responderit ei Balaam filius Beor, de Setim vsq; ad Galgalam, vt cognosceres iustitias domini. Quid dignũ offerã dño: curuabo genu deo excelso: Nunqd offerã ei holocaustomata, ⁊ vitulos anniculos: Nunqd placari põt dñs in millibꝰ arietũ, aut in multis millibus hircorũ pinguiũ: Nunqd dabo primogenitũ meũ pro sceleremeo, fructũ vẽtris mei pro peccato aie mee: Indicabo tibi o hõ q̃d sit bonũ, ⁊ quid dñs requirat a te, Utiq; facere iudiciũ, ⁊ diligere misericordiã, ⁊ sollicitũ ambulare cũ deo tuo. Vox dñi ad ciuitatẽ clamat, ⁊ salus erit timẽtibus nomen tuũ: audite tribus, ⁊ quis approbabit illud? Adhuc ignis in domo impij thesauri iniquitatis, ⁊ mẽsura minor ira plena. Nunqd iustificabo stateraã impiã, ⁊ saculi põdera dolosa: in qbꝰ diuites eiꝰ repleti sunt iniqtate, ⁊ habitãtes ea loq̃bant mendacũ, ⁊ lingua eorũ fraudulẽta in ore eorũ. Et ego q̃ cepi ꝑcutere te ꝑdam⁹ sup ꝑctis tuis. Tu comedes ⁊ nõ saturaberis, ⁊ humiliatio tua in medio tui. Et apprehendes, ⁊ nõ saluabis: ⁊ quos saluaueris in gladiũ dabo. Tu seminabis, ⁊ nõ metes: tu calcabis oliuam, ⁊ nõ vngeris oleo: ⁊ mustũ, ⁊ nõ bibes vinũ: ⁊ custodisti ꝓcepta Amri ⁊ oẽ opus domus Achab: ⁊ ambulasti in voluntatibus eorum, vt darem te in perditionẽ ⁊ habitãtes in ea in sibilum, ⁊ opprobriũ populi mei portabitis.

B

Exodi xv.c.

Nume. xxj.a. xxiij.b.

¶ Capituli Summarium. Non in homine quantũlibet propinquo, sed in deo confidendum. Caput. vij.

C

Vẽmihi, q: factus sum sicut q colligit in autũno racemos vindemie: nõ est botrus ad comedendũ, ꝓcoquas ficꝰ desyderauit aia mea. Perijt sanctus de terra, ⁊ rectus in hoibꝰ nõ est: oẽs in sanguine insidiant, vir fratrẽ suũ ad mortẽ venat. Malũ manuũ suarꝝ dicũt bonũ: princeps postulat, ⁊ iudex in reddẽdo est: ⁊ magnꝰ locutus est desyderiũ aie sue, ⁊ cõturbauerunt eã. Qui optimus in eis est, quasi paliurꝰ: ⁊ qui rectus, quasi spina de sepe. Dies speculationis tue, visitatio tua venit nunc erit vastitas eorũ. Nolite credere amico: ⁊ nolite cõfidere in duce: ab ea que dormit in sinu tuo custodi claustra oris tui. Quia filius contumeliã facit patri, ⁊ filia cõsurget aduersus matrem suam, nurus aduersus socrum suã: ⁊ inimici hois domestici eiꝰ. Ego aũt ad dñm aspiciã exspe-

D

ctabo

etabo deum saluatorem meum: audiet me deus meus. Ne leteris inimica mea super me, q̄ cecidi, consurgam quum sedero in tenebris, dominus lux mea est. Iram domini portabo, quoniā peccauimus ei: donec causam meam iudicet & faciet iudicium meum: educet me in lucem, videbo iustitiā eius. Et aspiciet inimica mea, & operiet confusione que dicit ad me, Vbi est dominus deus tuus? Oculi mei videbūt eam: nunc erit in concalcatione, vt lutū platearum. Dies vt edificentur macerie tue: in die illa longe fiet lex. In die illa vsq; ad te veniet Assur, & vsq; ad ciuitates munitas: & a ciuitatibus munitis vsq; ad flumē, & ad mare de mari, et ad montem de monte. Et terra erit in desolationem propter habitatores suos, et propter fructum cogitationum eorū. Pasce populum tuū in virga tua, gregē hereditatis tue, habitantes solos in saltu in medio carmeli: pascentur Basan & Galaad iuxta dies antiquos. Secundū diem egressionis tue de terra Egypti ostendam ei mirabilia. Videbunt gentes, & confundentur super omni fortitudine sua: ponent manum super os aures eorum surde erūt. Lingent puluerem sicut serpentes, velut reptilia terre turbabuntur de edibus suis: dominum deum nostrum desyderabūt, & timebunt te. Quis deus similis tui, qui aufers iniquitatem, et transfers peccatū reliquias hereditatis tue? Non mittet vltra furorem suum, quoniam volens misericordiā est. Reuertetur, & miserebitur nostri, deponet iniquitates nostras: et proiiciet in profundū maris omnia peccata nostra. Dabis veritatem Iacob, misericordiam Abraham: que iurasti patribus nostris a diebus antiquis.

¶ Explicit Micheas propheta.

¶ Incipit prologus in Nahum prophetam.

NAhum prophetam ante aduentum regis Assyriorum: qui populum Israel captiuum in suam regionem transtulerat fuisse: Hebreorum traditio confirmat. Siquidem in fine huius lectionis: predicti regis aduentum idem propheta annunciare monstratur. Sed cum habitatores Ninive. Iona interitum ciuitatis predicante ne diuina ira denuntiatum interitum sustinerent: peccatorum et impietatis penitentiam egissent: accepta dei misericordia: grauioribus se criminibus implicuerunt. Qua de causa memoratus propheta spiritu sancto plenus: iudicium dei annuntians ita locutus est: Deus zelans: vlciscens dominus est &c. Iam enim decem tribus ab Assyrijs ducte fuerant in captiuitatem sub Ezechia rege Juda sub: quo etiam nunc in consolationem populi transmigrati aduersum Ninuen visio cernitur. Nec erat parua consolatio: tam his qui iā Assyrijs seruiebant: quā reliquis qui sub Ezechia de tribu Iuda & Beniamin ab eisdem hostibus obsidebantur vt audirent Assyrios quoq; a Chaldeis esse capiendos: sicut in sequentibus liber huius demonstrabitur. Sciendum autem est quod Ninive in nostra lingua decorum sonat Speciosus autem hic mundus dicitur. Unde & apud Grecos κόσμος ab ornatu nomen accepit. & quicquid nunc aduersum Ninuen dicitur: de mundo figuraliter predicari sentiamus. Quam ob causam & assumptio quam septuaginta interpretatur λῆμμα: & Aquila ἆρμα interpretatus est: apud Hebreos Massa ponitur: id est graue onus: eo quod eam aduersus quam videtur premat: nec sinat eleuare ceruicem. Simulq; hoc attendendum quod hec ipsa vel assumptio vel onus: vel pondus prophete: visio sit. Non enim loquitur propheta in ἐκστάσει vt Montanus et Pusca: Maximilius q; delyrant: sed quod propheta: liber est visionis intelligentis vniuersa que loquitur: & pondus hostium faciēs suo populo visionem. De consummatione itaq; mundi secundum παγγενεσίαν Paula et Eustochium: in consolationem sanctorum prophetia texitur, vt quecunq; in mundo vident quasi pretereuntia et caduca contēnant: & preparant se ad iudicij diem: vbi vltor aduersum veros Assyrios aduenturus est dominus.

¶ Explicit prologus.

¶ Incipit argumentum.

NAhū cōsolator: orbis interpretatur. Increpat ciuitatem sanguinum, & post euersionem illius loquitur. Ecce super montes pedes euangelizātis et annuntiantis pacem.

¶ Explicit argumentum.

¶ Incipit Nahum propheta.

¶ Capituli Summarium. A domini irata facie contremiscit omnis creatura. Caput. j.

A

B

C

D

ONus Ninive. Liber visionis Nahū Elcesei. Deus emulator, et vlciscens dominus & habens furorem: vlciscens dominus in hostes suos, et iracundus ipse inimicis suis. Dominus patiens, & magnus fortitudine, & mundans nō faciet innocētem: dominus in tempestate et turbine vie eius, & nebule puluis pedū eius. Increpans mare et exiccās illud: et omnia flumina adducens. Infirmatus est Basan, & Carmelus: et flos Libani elāguit. Montes commoti sunt ab eo, & colles desolati sunt: & contremuit terra a facie eius, & orbis, & oēs habitantes in eo. Ante faciē indignationis eius quis stabit: et quis resistet in ira furoris eius? indignatio eius effusa est vt ignis: & petre dissolute sunt ab eo. Bonus dñs, et confortans in die tribulationis: & sciens sperantes in se. Et in diluuio pretereūte consummationem faciet loci eius: et inimicos eius persequentur tenebre. Quid cogitatis cōtra dñm? cōsummationē ipse faciet. nō consurget duplex tribulatio. Q̄ sicut spine seinuicem cōplectuntur: sic cōuiuiū eorum pariter potantiū, cōsumentur quasi stipula ariditate plena. Ex te exibit cogitās cōtra dñm malitiā: mēte pertractans prenaricationē. Hec dicit dñs, Si perfecti fuerint et ita plures sic. q̄ attondent, & pertransibit: affligite te, & nō affligā te vltra. Et nūc cōterā virgā eius de dorso tuo, & vincula tua dirumpā. Et precipiet super te dñs, nō seminabit ex nomine tuo amplius: de domo dei tui interficiā sculptile & cōflatile ponā sepulchrū tuū, qui inhonoratus es. Ecce super montes pedes euangelizantis & annuntiantis pacē: celebra Juda festiuitates tuas, & redde vota tua quia non adijciet vltra vt pertranseat in te belial, vniuersus interijt.

¶ L. S. Ninive obsidio describitur. Caput. ij.

A

B

C

D

ASCendit qui dispergat coram te qui custodit obsidionem contemplare viam, confortа lumbos, robora virtutem valde. Quia reddidit dñs superbiam Jacob, sicut superbiam Israel: quia vastatores dissipauerunt eos, & propagines eorum corruperunt. Clypeus fortium eius ignitus viri exercitus in coccineis: igneę habene currus in die preparatiōis eius, & agitatores cōsopiti sunt. In itineribus cōturbati sunt, quadrige collise sunt in plateis: aspectus eorū quasi lampades, quasi fulgura discurrentia. Recordabitur fortium suorū, ruent in itineribus suis velociter ascendent muros eius, et preparabitur umbraculum. Porte fluuiorum aperte sunt, et templum ad solum dirutum. Et mules captiuus abductus est: et ancille eius gemina bantur gementes vt columbe, murmurātes in cordib⁹ suis. Et ninive q̄si piscina aquarū aque ei⁹: ipsi vero fugerūt. State state: & nō est q̄ reuertat. Diripite argentū, diripite aurū: & nō est finis diuitiarū ex omnibus vasis desyderabilibus. Dissipata est, et scissa, & dilacerata: & cor tabescens, & dissolutio genicolorū, & defectio in cunctis renibus: & facies omnium sicut nigredo olle. Ubi est habitaculum leonum, et pascua catulorum leonū: ad quam iuit leo, vt ingrederetur illuc catulus leonis, & nō est qui exterreat? Leo cepit sufficienter catulis suis, & necauit leenis suis: & impleuit preda spelūcas suas, et cubile suum rapina. Ecce ego ad te dicit dominus exercituum, & succendam vsq; ad fumum quadrigas tuas, & leūculos tuos comedet gladius: & exterminabo de terra predam tuam, et non audietur vltra vox nuntiorum tuorum.

¶ Capituli Summarium. Ninive ciuitas sanguinum meretrici comparatur. Caput. iij.

A

VE ciuitas sanguinum, vniuersa mendacij dilaceratione plena: nō recedet a te rapina. Vox flagelli, & vox impetus rote, & equi frementis, & quadrige ferentis, & equitis ascenditis: & micantis gladij, & fulgurantis haste, et multitudinis interfecte, et grauis ruine: nec est finis cadauerum, & corruent in corporib⁹ suis. Propter multitudinē fornicationū meretricis speciose, & grate, & habētis maleficia, q̄ vēdidit gētes in forni-

cationibus suis, & familias in maleficijs suis. Ecce ego ad
te dicit dominus exercituū: et revelabo pudēda tua in facie
B tua, et ostendā in gentibus nuditatem tuam, & regnis igno-
minjam tuam. Et pjciam sup te abominatiões, & cōtume-
lijs te afficiam, & ponā te in exemplū. Et erit omnis qui vi-
derit te, resilijt a te & dicet, Vastata est Ninive: quis cōmo-
uebit sup te caput? vnde queram cōsolatorem tibi? Numquid
melior es Alexandria populo, q̄ habitat in fluminib⁹? aq̄
in circuitu eius: cuius divitie, mare? aq̄, muri eius. Et bio
pia fortitudo eius, Egyptus & non est finis: Aphrica & Li-
C byes fuerūt in auxilio tuo. Sed & ipsa in transmigrationem
ducta est in captiuitatem: parvuli eius eliſi sunt in capite
omnū viarū: & sup inclytos eius miserunt sortē, & oēs opti-
mates eius confixi sunt in cōpedibus: Et tu ergo inebria-
beris & eris despecta: & tu queres auxiliū ab inimico. Oēs
munitiones tue ficat ficus cum grossis suis: si concusse fue
rint, cadent in os comedentis. Ecce ppls tuus mulieres in
D medio tui: inimicis tuis ad apertionē pandētur porte terre
tue, devorabit ignis vectes tuos. Aquā pter obsidionē han
ri tibi, exstrue munitiones tuas: intra in lutum & calca sub-
igens tene laterē. Ibi comedet te ignis: peribis gladio, devo
rabit te vt bruchus. Congregare ergo vt bruchus, multi-
plicare vt locusta. Plures fecisti negotiationes tuas, quā
stelle sunt celi: bruchus expansus est, & avolavit. Custodes
tui quasi locuste: & parvuli tui quasi locuste locustarū q̄ con
sidunt in sepibus in die frigoris: sol ortus est & avolauerūt,
et non est cognitus locus earum vbi fuerint. Dormitaue-
runt pastores tui rex Assur, sepelientur principes tui: lan-
guit populus tuus in montibus, & non est qui congreget.
Non est obscura cōtritio tua, pessima est plaga tua omnes
qui audierunt auditionem tuam, compresserunt manum
super te: q̄ super quem non transijt malitia tua semper?

¶ Explicit Naum prophe ta.

¶ Incipit prologus in habacuc prophetam.

Quatuor prophete in duodecim prophetarum volumi-
ne continentur: e quibus tres in principio Aggeus id
est pondus vocatum: habent: Nahum: Habacuc: et
Malachias. Porro zacharias in medio & circa finem
duos huiusmodi ponit titulos: e quibus vnus est:
Onus verbi domini in terra Adrach & Damasci requiei eius. alter
in fine. Onus verbi domini super Israel. De Naum: orationibus
tuis tam liber editus est: de zacharia & Malachia: si vita comes
fuerit. disseretur. Nunc Habacuc habemus in manibus: qui
vel ex eo quod amabilis domini est; vocatur amplexatio, vel quod
in certamen & luctam & (vt ita dicam) amplexum cū deo congredi-
tur: amplexanne: id est incertus: fortitudo est nomen. Nullus enim
tam audaci voce ausus est deum ad disceptationem iustitie provo-
care: et dicere et Cur in rebus humanis & in mundi istius conversa-
tanta rerum versatur iniquitas: Vociferabor ad te vim patiens:
et non saluabis. Quare ostendisti mihi iniquitatem et laborem
videre. Lacerata est lex: et non peruenit vsq; ad finem iudicium:
quia impius prevalet aduersum iustum: ideo egreditur iudi-
cium peruersum. Videō quod temeraria vox sit & quoddam-
modo blasphemantis creatorem suum ad iudicū prouocare: vas
fragile aduersus figulum: cur tale vel tale factū sit disputare. Nec
non et hoc animaduertendum quod assumptio vel pondus que
grauia esse tam diximus prophete visio est & aduersum Montani
dogma peruersum intelligit quod videt nec vt amēo loquitur mec
more infantium femina dat sine mente sonum. Unde & apo-
stolus iubet vt si prophetantibus alijs alij fuerit revelatum tace-
ant qui prius loquebantur. Et statim Non est inquit dissensionis
deus sed pacis. Et quo intelligitur cum quis voluntate retinet et
alteri locum dat ad loquendum posse et loqui et tacere cū velit.
Qui autem in [illegible] adest inuitus loquitur: nec tacere nec loqui
in sua potestate habet. Illud quoq; dicet (quia semel a me violen-
ter exigit): vt quasi quosdam gradus et scalas ad altiora nitenti:
historiam vbi interpretet) prophetiam esse contra Babylonem
et Nabuchodonosor regem Chaldeorum: vt quomodo prior pro
pheta Naum: quem Habacuc sequitur vaticinium habuit contra
Ninuen et Assyrios: qui vastauerunt decem tribus: que vocan-
tur Israel: ita Habacuc prophetam habeat aduersus Baby lo-
nem et Nabuchodonosor: a quibus Juda et Jerusalem: templum
q; subuersa sunt. et vt scias eo tempore fuisse Habacuc: quo tam
due tribus qui vocabantur Judas ducte erant in captiuitatem
Daniel docere te poterit: ad quem in lacum leonum Habacuc
cum prandio mittitur: quamquam apud Hebreos hec ipsa non
legatur historia. Igitur siue quis recipiat scripturam illam: siue
non recipiat virunq; pro nobis est. Aut enim recipit: et iam post
factam rem iuber Habacuc tacetur: aut non recipit et quasi prophe
ta scribit que ventura cognoscit. Interim secundum literam cau-
satur aduersum deum propheta: cur Nabuchodonosor templum
dei vastet et Judam: cur Jerusalem quondam vbi domini de-
struatur quare clamet populus et non exaudiatur: vociferetur ad
dominum oppressus a Chaldeis et non saluetur quare etiam ipse
propheta vel populus et cuius persona nunc loquitur: ad hoc ve-
nerit et huiusq; perductus sit vt iniquitatem hostium & suum labo-
rem videat: cur grauissima prevaleat aversum se. Et hoc dicit pro
mentis angustia: nescieus aurum in igne conflari & tres pueros de
camino ignis porrectos exisse quam intrauerant. Sed & hoc ge-
naliter accipere possumus quod ex persona humane impatientie
loquantur: vt in querulam vocem et plenam doloris erumpat di-
cens: Quare respicis contemptores et taces conculcante impio
iustiorem se: Hec autem loquitur nescieno malicia dei inuestigabi-
lia et profundum diuinarum sapientie et scientie eius quod non ita
videat deus vt videt homo. Homo tantum presentia respicit deus
futura et eterna cognoscit. Et quomodo si egrotus et estuans fe-
bribus aquam frigidam postulet et dicat ad medicum Usq; patior
crucior vror exanimor vsque quo medice clamabo & non exaudies.
Et respondeat ei sapientissimus ac clementissimus medicus. Scio
quo tempore dare debeam quod postules: et non misereor: modo
quia misericordia ista crudelitas est & voluntas tua contra te petit.
Ita et & deus noster sciens clementie sue pondera atq; mensuras in-
terdum non exaudit clamantem vt eum probet et magis prouocet
eum ad rogandum: et quasi igne excoctum iustiorem et purioren
faciat. Quod intelligens apostolus secundum id quod misericor-
diam consecutus est a domino ait. Sed non deficimus in tribula-
tionibus. Et benedicit dominum in omni tempore. Et scit quod
qui perseuerauerit vsq; in finem hic salvus erit et gloriatur in
labore et dolore Et cum Jeremia dicit Tribulationē et miseriam
inuocabo: et quomodo alius inuocat deum sic sanctus vir et bel-
lator: materias ad exercendum se et probandum tribulationem et
miseriam: venire desyderat.

¶ Explicit prologus.

¶ Incipit argumentum.

Habacuc luctator fortis & regidus stat super cu
stodiam suam: & figit gradum super munitionē
vt ebrietum in cruce cōtempletur & dicat. Ope-
ruit celos gloria eius: & laudis eius plena est ter
ra. Splendor eius vt lux erit: cornua in manibus eius: ibi
abscondita est fortitudo eius.

¶ Explicit argumentum.

¶ Incipit Habacuc prophe ta.

¶ Capituli Summarium. De impijs dei legem laceran-
tibus sumetur supplicium. Caput. j



Onus Quod vidit Habacuc pphe ta. Us- A
quequo domine clamabo & non exaudies?
vociferabor ad te vim patiens & nō salua-
bis? Quare ostendisti mihi iniquitatem et
laborem videre predam & iniustitiam con-
tra me: et factum est iudicium & contradi-
ctio potentior? Propter hoc lacerata est lex, & non perue-
nit vsq; ad finem iudicium: quia impius prevalet aduer- B
sus iustum, propterea egreditur iudiciū peruersum. Vide
cite in gentibus, et videte, & admiramini, & obstupescite, quia
opus factum est in diebus vestris, quod nemo credet cum
narrabitur. Quia ecce ego suscitabo Chaldeos gentem
amaram & velocē, ambulantē super latitudinē terre vt pos
sideat tabernacula nō sua. Horribilis & terribilis est: ex
semetipsa iudicium & onus eius egredietur. Leniores par-

dis equi

dis equi eius,& velociores lupis vespertinis, & diffundent equites eius: equites namq; eius de longe venient volabunt quasi aquila festinans ad comedendum. Omnes ad predam venient, facies eorum ventus vrens: & cõgregabit quasi arenam, captiuitatem. Et ipse de regibus triumphabit, & tyrannis ridiculi eius erunt: ipse super omnem munitionem ridebit, & cõportabit aggerem, & capiet eam. Tunc mutabitur spiritus, & pertransibit, & corruet: hec est fortitudo eius dei sui. Nunquid non tu a principio domine deus meus, sancte meus, & nõ moriemur? Domine in iudicium posuisti eum: & fortem vt coriperes, fundasti eum. Mũdi sunt oculi tui, ne videas malum, & respicere ad iniquitatem non poteris. Quare non respicis super iniqua agentes, et taces deuorante impio iustiorem se? Et facies homines quasi pisces maris, & quasi reptile non habens principem. Totũ in hamo sublenauit, traxit illud in sagena sua, & congregauit in rete suũ: super hoc letabitur & exultabit. Propterea immolabit sagene sue, & sacrificabit reti suo: q in ipsis incrassata est pars eius, & cib⁹ ei⁹ electus. Propter hoc ergo expãdit sagenam suã: & semper interficere gẽtes nõ cessat.

¶ Capituli Summarium. [illegible]

Caput.ij.

SUper custodiam meam stabo, & figam gradum super munitionem, & contemplabor, vt videam quid dicatur mihi, & quid respõdeam ad arguẽtem me. Et respondit mihi dominus, et dixit, Scribe visum, & explana eum super tabulas: vt percurrat qui legerit eum. Quia adhuc visus procul, & apparebit in finem, & non mentietur. si morã fecerit, expecta illum: quia veniens veniet, & non tardabit. Ecce qui incredulus est non erit recta anima eius in semetipso: iustus aũt in fide sua viuet. Et quomodo vinum potantem decipit: sic erit vir superbus, & nõ decorabitur: qui dilatauit quasi infernus animã suam: et ipse quasi mors, & non adimpletur: & congregabit ad se omnes gentes, & coacernabit ad se omnes populos. Nunquid non omnes isti super eum parabolam sument, et loquelam enigmatum eius: et dicetur, Ue ei qui multiplicat non sua: vsqquo & aggranat contra se densum lutum? Nunquid non repente consurgent, qui mordeant te: & suscitabuntur lacerãtes te, et eris in rapinam eis? Quia tu spoliasti gentes multas, spoliabunt te omnes qui reliqui fuerint de populis: propter sanguinem hominis, & iniquitatem terre ciuitatis, & omnium habitantium in ea. Ue qui congregat auaritiam malam domui sue, vt sit in excelso nidus eius, & liberari se putat de manu mali. Cogitasti confusionẽ domui tue, concidisti populos multos, & peccauit anima tua. Quia lapis de pariete clamabit: & signum cõ inter iuncturas edificiorum est, respondebit. Ue qui edificat ciuitatem in sanguinibus, & preparat vrbem in iniquitate. Nunquid non sunt hec a domino exercituum? Laborabunt enim populi in multo igne: & gentes in vacuũ, & deficient. Quia replebit terra, vt cognoscant gloriam dñi quasi aque operiẽtes mare. Ue qui potum dat amico suo, mittens fel suum, & inebrians: vt aspiciat nuditatem eius. Repletus est ignominia pro gloria: bibe tu quoq;, & consopire: circundabit te calix dextere domini, et vomitus ignominie super gloriam tuam. Quia iniquitas libani operiet te, et vastitas animalium deterrebit eos de sanguinibus hominis & iniquitate terre, & ciuitatis & omnium habitãtium in ea. Quid prodest sculptile, quia sculpsit illud fictor suus conflatile et imaginem falsam: quia speranit in figmento fictor eius vt faceret simulachra muta? Ue qui dicit ligno, Expergiscere: Surge, lapidi tacenti. nunquid ipse docere poterit? ecce iste coopertus est auro & argento: & omnis spiritus non est in visceribus eius. Dominus aũt in templo sancto suo: fileat a facie eius omnis terra.

¶ Oratio Habacuc pphete p ignorãtijs. C.iij.

Domine audiui auditionem tuam, & timui. Domine opus tuũ in medio annorũ viuifica illud: in medio annorũ notũ facies: cũ iratꝰ fueris misericordie recordaberis. Deꝰ ab austro veniet, & sanctꝰ de mõte Pharan semper: operuit celos gloria eius, & laudis eius plena est terra. Splendor eiꝰ vt lux erit, cornua in manibus eius: ibi abscondita est fortitudo eius. Ante faciẽ eius ibit morꝭ, & egredietur diabolus ante pedes eius. Stetit, et mensus est terrã: aspexit & dissoluit gentes, & contriti sunt montes seculi: incuruati sunt colles mundi, ab itineribus eternitatis eiꝰ. Pro iniquitate vidi tentoria. Ethiopie, turbabuntur pelles terre Madian. Nunquid in fluminibꝰ iratus es domine: aut in fluminibus furor tuus: vel in mari indignatio tua, quia ascendes super equos tuos, & quadrige tue saluatio? Suscitans suscitabis arcum tuum: iuramenta tribubus que locutus es: fluuios scindes terre. Uiderũt te, et doluerunt montes, gurges aquarum transijt, dedit abyssus vocem suam, altitudo manus suas leuauit. Sol & luna steterunt in habitaculo suo, in luce sagittarum tuarũ ibunt in splendore fulgurantis haste tue. In fremitu cõculcabis terram, et in furore obstupefacies gentes. Egressus es in salutem populi tui, in salutem cum Christo tuo. Percussisti caput de domo impij, denudasti fundamẽtum vsqꝫ ad collum, semper Maledixisti sceptris eius, capiti bellatorum eius, venientibus vt turbo ad dispergendum me. exultatio eorum sicut eius qui deuorat pauperem in abscondito. Uiam fecisti in mari equis tuis, in luto aquarum multarum. Audiui & conturbatus est venter meus, a voce contremuerunt labia mea: ingrediatur putredo in ossibꝰ meis, et subter me scateat: vt requiescam in die tribulationis, vt ascendam ad populum accinctum nostrum. Ficus enim non florebit, et non erit germen in vineis: mentietur opus olive, et arua non afferent cibum: abscindetur de ouili pecus, et non erit armentum in presepibus. Ego autem in domino gaudebo, & exultabo in deo iesu meo. Deꝰ dominus fortitudo mea, & ponet pedes meos quasi cernorum: & super excelsa mea deducet me victor, in psalmis canentem.

¶ Explicit Abacuc propheta.

¶ Prologus in Sophonie prophetiam Ex principio commentariorum Hieronymi in Sophoniam.

TRadunt Hebrei: cuiuscunq; prophete pater aut auus ponatur in titulo: ipsos quoq; prophetas fuisse. Unde & Amos vnus de duodecim prophetis qui dixerat: Non sum propheta nec filius prophete: sed pastor caprarum vellicans sycomoros: patris nomen in titulo non habet. Hoc si verum est: Sophonias propheta: nomine (vt ita dicam) prophetico: & gloriosa malorum suorum stirpe generatus est. habuit enim patrem Chusi: auum Godoliam: proauum Amariam: attauum Ezechiam: & talem quadrigam ipse velut extremus auriga compleuit. Nomen Sophonie: alij speculam: alij arcanum domini transtulerunt. Siue igitur specula: siue absconditum domini interpretatur: vtrumq; prophete conuenit. Dicitur enim ad Ezechielem: Fili hominis speculatorem te posui domui Israel. Iste ergo propheta qui erat in specula & in sublimibus constitutus: & nouerat mysteria domini: filius erat Chusi qui interpretatur humilitas. Habebat quoq; auum Godoliam: qui dicitur magnitudo domini: & proauum Amariam: qui & ipse vertitur in sermonem domini & attauum Ezechiam: qui sonat fortitudo domini. De fortitudine itaq; domini natus est sermo domini: & de sermone domini nata est magnitudo domini. & de magnitudine nata est humilitas: vt cum peruenerit aliquis ad perfectum: dicat: Quia non sum dignus vocari apostolus. Et illud in psalmis. Domine non est exaltatum cor meum: neq; elati sunt oculi mei. Iosiam regem Iude cuius temporibus Sophonias prophetasse inuenitur: deo pie omnibꝰ regibus Iude placuisse: historia quarti libri regum & secundi Paralipomenon demõstrat. Iosias simulachra que pater suus Amõ: vel auus Manasses in templo dei collocauerat: detecta cõminuisse mõstratur. In quibus etiam serpentem eneum a Moyse factum cui erroi inductus populus superstitione idolorum detẽtus: admiserat. Idem custodisse pascha: & intermissis temporibus multis solus celebrasse monstratur. Ideo deus per propheta temporibus memorati regis que prouentura erant ostendens gentibus quidẽ lectione comprehensis affuturum iudicium: populo vero Israel salutẽ: et ciuitati Ierusalem restaurationem tunc temporis tribuendam tertu lectionis denuntiauit.

¶ Explicit prologus.

¶ Incipit argumentum.

SOphonias speculator & archanorum dei cognitor audit clamorem a porta piscium et eiulatum a secunda & cõtritionem a collibus. Indicit quoq; vlulatum ha-

bitatoribus pile: quia contriuit omnis populus chanaan: disperierunt vniuersi qui inuolauerant argento.

¶Explicit argumentum.

¶Incipit Sophonias propheta.

A ¶S.L.Seuerum iudicium dñi super impios. Caput.j.



Erbum domini qđ factū est ad Sophoniam filiū Chusi, filij Godolie filij Amarie, filij Ezecie, in diebus Josie filij Amon regis Jude. Congregans cōgregabo omnia a facie terre dicit dominus: congregās hominem & pecus, congregās volatilia celi & pisces maris: & ruine impiorum erunt: & disperdam homines a

B facie terre, dicit dominus. Et extendam manum meam sup Judam & super omnes habitantes Jerusalē, & disperdam de loco hoc reliquias Baal, & nomina edituorum cū sacerdotibus: & eos qui adorant super tecta militiā celi, & adorant & iurant in domino, & iurant in ☞Melchom: & qui auertuntur de post tergum domini, & qui nō quesierunt dominū, nec inuestigauerunt eum. Silete a facie domini dei: qz iuxta est dies domini, quia preparauit dominus hostiam sanctificauit vocatos suos. Et erit in die hostie domini: visitabo

C super principes, & super filios regis, & super omnes qui induti sunt veste peregrina: & visitabo super omnē qui arroganter ingreditur super limen in die illa, qui complent domum domini dei sui iniquitate et dolo. Et erit in die illa, dicit dominus, vox clamoris a porta piscium, & vlulatus a secunda, & cōtritio magna a collibus. Vlulate habitatores pile: conticuit omnis populus Chanaan disperierunt omnes inuoluti argento. Et erit in tempore illo: scrutabor Jerusalem in lucernis, & visitabo super viros defixos in feculis suis qui dicunt in cordibus suis, Non faciet bene dominus, & non faciet male. Et erit fortitudo eorum in direptionem, & domus eorum in desertum, & edificabunt domos,

D Jer.xxx. a. Joel.ij.c Amos.v c. Ezech. vij.c. Infra. iij.b. et non habitabunt: & plantabunt vineas, & non bibent vinū earum. Iuxta est dies domini magnus, iuxta est & velox nimis: vox diei domini amara, tribulabitur ibi fortis. ¶Dies ire dies illa, dies tribulationis & angustie, dies calamitatis et miserie, dies tenebrarum & caliginis dies nebule & turbinis: dies tube & clangoris super ciuitates munitas et super angulos excelsos. Et tribulabo homines, et ambulabunt vt ceci, quia domino peccauerunt: et effundetur sanguis eorum sicut humus, & corpora eorum sicut stercora. Sed et argentum eorum, & aurum eorum non poterit liberare eos in die ire domini: in igne zeli eius deuorabitur omnis terra, quia cōsummationem cum festinatione faciet cunctis habitantibus terram.

¶Capituli Summarium. Prophetia contra gentes et vrbes circum terram promissionis. Caput.ij.

A ¶Onuenite, congratulamini gens non amabilis: priusquā pariat iuffio quasi puluerem trāseuntem diem, anteq̄ veniat super vos ira furoris domini, anteq̄ veniat super vos dies indignationis domini. Querite dominum omnes mansueti terre, qui iudiciū eius estis operati: querite iustum, querite mansuetum: si quo modo abscondamini in die furoris domini.

B Quia Gaza destructa erit, & Ascalon in desertum. Azotum in meridie eijcient, & Accaron eradicabitur. Ve qui habitatis funiculum maris, gens perditorum: verbum domini super vos Chanaan terra Philistiim: & disperdam te, ita vt non sit inhabitator. Et erit funiculus maris requies pastorum & caule pecorum: & erit funiculus eius qui remanserit de domo Juda, ibi pascentur: in domibus Ascalonis ad vesperam requiescēt: quia visitabit eos dominus deus eorum, et auertet captiuitatem eorum. Audiui opprobrium ☞Moab & blasphemias filiorum Ammon:

C que exprobrauerunt populo meo, & magnificati sunt super terminos eorum. Propterea vivo ego dicit dominus exercituum deus Israel: quia ☞Moab & Sodoma erit, et filij Ammon quasi Gomorrha, ficcitas spinarum & acerui salis, & desertum vsqz in eternū: reliquie populi mei diripient eos, residui gentis mee possidebunt illos. Hoc eis eueniet pro superbia sua: quia blasphemauerūt, & magnificati sunt super populum domini exercituum. Horribilis dominus super eos, & attenuabit omnes deos terre: & adorabunt eum viri de loco suo, omnes insule gentiū. Sz & vos Ethiopes interfecti gladio meo eritis. Et extendet manum suam super aquilonem, et perdet Assur: et ponet speciosam in solitudinem et in inuium et quasi desertum. Et accubabunt in medio eius greges omnes bestie gentium: et onocrotalus et ericius in liminibus eius morabuntur vox cantantis in fenestra corvus in superliminari, quoniam attenuabo robur eius. Hec est ciuitas gloriosa habitans in confidentia: que dicebat in corde suo. Ego sum et extra me non est alia amplius: quomodo facta est in desertum cubile bestie? Omnis qui transit per eam, sibilabit, et mouebit manum suam.

D Jsa. xxx iij.c.

¶Capituli Summarium. Imprecatur ve iudicibus, et principibus et sacerdotibus peruersis. Caput.iij.

A ¶E prouocatrix & redempta ciuitas columba. Non audiuit vocem, & nō suscepit disciplinam: in domino nō est confisa, ad deum suū non appropinquauit. Principes eius in medio eius quasi leones rugientes, iudices eius lupi vespere non relinquebant in mane. Prophete eius vesani, viri infideles: sacerdotes eius polluerunt sanctum iniuste egerunt contra legem. Dominus iustus in medio eius non faciet iniquitatem mane: mane iudicium suum dabit in luce, et non abscondetur: nesciuit autem iniquus confusionem. Disperdidi gētes, & dissipati sunt anguli earum, desertas feci vias eorum, dum non est qui transeat: desolate sunt ciuitates eorum, non remanente viro, neqz vllo habitatore. Dixi,

Ezech. xxij.f. Mich. iij.d. Attamen timebis me, suscipies disciplinam: & non peribit habitaculum eius propter omnia in quibus visitaui eam: veruntamen diluculo surgentes, corruperunt omnes cogitationes suas. Quapropter expecta me dicit dominus in

B die resurrectionis mee in futurum, quia iudicium meum vt congregem gentes, & colligam regna: et effundam super eos indignationem meam, omnem iram furoris mei: in igne enim zeli mei deuorabitur omnis terra. Quia tūc reddam populis labium electum, vt inuocent omnes in nomine domini, & seruiāt ei humero vno. Ultra flumina Ethiopie inde supplices mei filij dispersorum meorum deferent munus mihi. In die illa non confunderis super cunctis adinuentionibus tuis, quibus preuaricata es in me: quia tūc auferam de medio tui magniloquos superbie tue, et non adijcies eraltari amplius in monte sancto meo. Et derelinquam in medio tui populum pauperem et egenum: et

C sperabunt in nomine domini. Reliquie Jsrael non facient iniquitatem nec loquentur mendacium, et non inuenietur in ore eorum lingua dolosa: quoniam ipsi pascentur et accubabunt, et non erit qui exterreat. Lauda filia Sion, iubila Jsrael: letare, & exulta in omni corde filia Jerusalem. Abstulit dominus iudicium tuum, auertit inimicos tuos: rex Jsrael dominus in medio tui, non timebis malum vltra in die illa dicetur Jerusalem: Noli timere Sion, non dissoluantur manus tue. ¶Dominus deus tuus in medio tui fortis, ipse saluabit: gaudebit super te in letitia, silebit in dilectione tua, et exultabit super te in laude. Fugas

D que a lege recesserant, congregabo, quia ex te erant: vt nō vltra habeas super eis opprobriū. Ecce ego interficiam omnes qui afflixerunt te in tempore illo: et saluabo claudi cantem, et eam que ejecta fuerat cōgregabo: & ponam eos Mich. iij.b. in laudem et in nomē, in omni terra cōfusionis eorum. In tempore illo quo adducā vos, et in tēpore quo vos congregabo dabo eos vos in nomē, et in laudē omnibus populis terre, cum cōuertero captiuitatem vestram coram oculis vestris, dicit dominus.

¶Explicit Sophonias propheta.

¶Incipit

¶Incipit prologus in Aggeum propheram.

Aggeus propheta ob causam perturn Sedechie regis (vt hystoria libri secundi Paralipomenon indicat) qui fidē promissam Nabuchodonosor regi Chaldeorum non seruauerat populū Israel refert cum memorato rege Jerusalem: expugnata Jerusalem captiuum in Babylonem fuisse perductum. Sed cum memoratus populus multis temporibus idolis seruiendo: etiam effusione sanguinis innocentum se grauiter impiasset: volens deus generationem vniuersam eiusdem populi ob causas memoratas penitus deperire: septuaginta annorum captiuitatem eundem hopulum in regno Chaldeorum statuit sustinere: hac ratione: vt completo numero annorum: nouus populus a memoratis peccatis immunis ad renouationem Jerusalem peruenirer. Sexagesimo itaq; secundo anno: regno Chaldeorum subuerso: cui adhuc octo anni restabāt ad regnandum: quod etiam sexta visio Danielis ostendit cum propter causam sacrilegū: quod in eadem visione continetur: fuisse extinctum: Darius qui Medis imperabat: vt septima visio Danielis ostendit: memoratorum regno successit. Cuius primo anno regni: vt decima visio Danielis manifestat: Daniel Supputatis annis videns apropinquare tempus reuersionis: que per Jeremiam fuerat promissa orans tam pro se: quam pro populo: eandam promissionem a deo postulabat impleri. Cui per Gabrielem archangelum eadem visione iuxta preces eiusdem: vniuersa completa esse: deus dixit. Nam moriente supradicto Dario rege Medorum: & succedente in regno: Cyro rege Persarū: promissione dei completa: per eundem regē populū Israel in Jerusalē reductū: hystoria secundi libri Paralipomenon: & initium Esdre ꝓphete confirmant. Cūq; a populo Israel & senioribus templum dei edificari cepisset: mortuo Cyro rege: ac regnante Dario rege Persarum: q̄ memoratо Cyro successerat: vicine gentes ciuitatis Jerusalem (vt idem Esdras refert) restaurationem templi et ciuitatis resistendo impedire ceperunt. Qua ratione deterritus populus Israel: reparationem supradicti templi domini necdum iuxta promissionē consessam esse credebat. Propter quod in secundo anno regni memorati Darij regis Persarum. Aggeus propheta a deo missus: Zorobabel qui de tribu erat Juda: qui potestatem regni susceperus erat et Jesum filium Josedec summum sacerdotem admonet: vt credant completo numero annorum tempus restaurationis Jerusalem aduenisse: hoc etiā additone incredulitatem populi vellent imitari de quo deus per eum dixit. Populus hic dicit: Nondum venit tempus vt edificetur domus dei. Omnia autem que textu huius prophetie continentur: reuersionem populi: edificationem templi: renouationem ciuitatis: obseruantiam sacerdotalem: & interitum regnoum gentium exterarum significant.

¶Explicit prologus.

¶Incipit argumentum

Aggeus festiuus & letus: qui seminauit in lachrymis vt in gaudio meteret: destructum templū reedificat: deū q̄ patrem inducit loquentem: adhuc vnum modicum est: et ego commouebo celum et terram: mare et aridam: et mouebo omnes gentes. et veniet desyderatus cunctis gentibus.

¶Explicit argumentum.

¶Incipit Aggeus propheta.

¶Capituli Summarium. Jubetur post captiuitatem extrui domus domini. Caput. j.

A

|Esdre vj.a.

In anno secundo Darij regis, in mense sexto, in die vna mensis: factum est verbum domini in manu Aggei prophete ad Zorobabel filium Salathiel ducem Juda et ad Jesum filium Josedec sacerdotem magnū dicens, Hec ait dominus exercituum, dicens, Popul⁹ iste dicit, Nondū venit tps domus dñi edificāde. Et factū est vbū dñi in manu Aggei ꝓphete, dicens. Nunquid tēpus vobis est, vt habitetis in domib⁹ vr̄is laqueatis, et dom⁹ ista deserta? Et nūc hec dicit dñs exercituum. Ponite corda vestra super vias vestras. Seminastis multum & inutilistis parum: comedistis, et non estis satiati: bibistis, & non estis inebriati: operuistis vos & nō estis calefacti: & qui mercedes congregauit, misit eas in sacculum pertusum. Hec dicit dominus exercituum, Ponite corda vestra super vias vestras, ascēdite in montem, portate ligna, et edificate domum: & acceptabilis mihi erit, et glorificabor dicit dominus. Respexistis ad amplius, & ecce factum est minus, et intulistis in domum, & exufflaui illud: quam ob causam, dicit dominus exercituum? quia domus mea deserta est, & vos festinatis vnusquisq; in domū suam.

B

Deuter. xxviij.d. Mich. vj.d.

Propter hoc super vos prohibiti sunt celi ne darēt rorez, et terra prohibita est ne daret germen suum: et vocaui siccitatem super terram, & super montes, & super triticū, & super vinum, & super oleū, & quecūq; profert humus, & super homines, & super iumēta, & super omnē laborē manuū. Et audiuit Zorobabel filius Salathiel, & Jesus filius Josedec sacerdos magnus, et omnes reliquie populi vocē dei sui, & verba Agei prophete, sicut misit eum dominus deus eorū ad eos: & timuit populus a facie dñi. Et dixit Aggeus nūtius dñi, de nuntijs dñi, populo dicens. Ego vobiscū suz dicit dñs. Et suscitauit dñs spiritum Zorobabel filij Salathiel ducis Juda, et spiritum Jesu filij Josedec sacerdotis magni, et spiritum reliquorum de omni populo: & ingressi sunt, et faciebant opus in domo domini exercituum dei sui.

D

¶Capituli Summarium. ¶Dator gloria domus nouissime quam prima. Caput. ij.

A

In die vicesima & quarta mēsis, in sexto mense, in anno secundo Darij regis. In septimo mense, vicesima & prima mensis: factum est verbum domini in manu Aggei prophete, dicens, Loquere ad Zorobabel filium Salathiel ducem Juda, et ad Jesum filium Josedec sacerdotem magnū, & ad reliquos populi, dicens, Quis in vobis est derelictus qui vidit domum istam in gloria sua prima? & quid vos videtis hanc nunc? nunquid non ita est, quasi non sit in oculis vestris? Et nunc confortare Zorobabel, dicit dominus: & cōfortare Jesu filij Josedec sacerdos magne, & confortare omnis populus terre dicit dominus exercituū, et facite, quoniā ego vobiscum sum, dicit dominus exercituum. Verbum qō pepigi vobiscum cum egrederemini de terta Egypti: & spiritus meus erit in medio vestrum, nolite timere. Quia hec dicit dominus exercituū, Adhuc vnū modicū est, & ego cōmouebo celum & terrā, & mare, & aridam. Et mouebo oēs gētes et veniet desyderatus cunctis gentib⁹: & implebo domū istā gloria, dicit dominus exercituū. ¶Deū est argētū, & meū est aurū, dicit dominus exercituū. ¶Magna erit gloria domus istius nouissime plus q̄ prime dicit dñs exercituū: & in loco isto dabo pacē, dicit domin⁹ exercituū. In vicesima & quarta noni mensis, in anno secundo Darij regis, factū est verbum domini ad aggeum prophetā, dicēs, Hec dicit dñs deus exercituū. Interroga sacerdotes legē, dicens, Si tulerit homo carnē sanctificatā in ora vestimenti sui, & tetigerit de summitate eius panem, aut pulmentū, aut vinū, aut oleum, aut omnem cibum: nunquid sanctificabitur? Respondentes autem sacerdotes dixerunt, Non. Et dixit Aggeus, Si tetigerit pollutus in anima, ex omnibus his, nunquid contaminabitur? Et responderunt sacerdotes, & dixerunt, Contaminabitur. Et respondit Aggeus, & dixit. Sic populus iste, & sic gens ista ante faciem meam dicit dominus, & sic omne opus manuum eorum: & omnia que obtulerunt ibi, contaminata erunt. Et nunc ponite corda vestra, a die hac supra ante q̄ poneretur lapis super lapidē in tēplo dñi, Cū accederetis ad aceruū viginti modiorū, & fierēt decem: & intraretis ad torcular, vt exprimeretis quinquaginta lagenas, & fiebant viginti: Percussi vos vento vrente et aurugine: & grandine omnia opera manuū vestrarū: & nō fuit in vobis qui reuerteretur ad me dicit dñs. Ponite corda vestra ex die ista & in futurum, & vicesima & quarta noni mensis: a die qua fundamenta iacta sunt tēpli dñi, ponite super cor vestrū, Nunquid iā semē in germine est: & adhuc vinea, & ficus, & malogranatū, & lignum olive nō floruit: ex die ista benedicā. Et factū est verbū dñi secūdo ad Aggeū, in vicesima & quarta mensis, dicēs, Loquere ad Zorobabel ducem Juda, dicens, Ego mouebo celum pariter & terrā. Et subuertam solium regnorū, & conterā fortitudinem regni gentiū: & subuertā quadrigā & ascensorē eius: & descendent equi, & ascensores eorum, vir in gladio fratris sui. In die illo dicit dominus exercituum, Assumam te Zorobabel fili Salathiel serue meus, dicit dominus: & ponam te quasi signaculū, quia te elegi, dicit dñs exercituū. Finis.

B

Exodi x.c.ix.e.

D

Eccli. xlix.e.

¶ Incipit prologus in zachariam prophetam.

Secundo anno Darii regis Medorum Aggeum z zachariam pphetasse: lectiões eorundē declarant. Sed hac de causa Aggeus zacharie in ordine prophetarū prelatus esse videtur: ob cum duob⁹ mēsibus: vt predictorum lectiones ostendūt: in pphetia precessisse inueniatur: z ad reparationē tēpli precepto dei populum animasse: vt Esdras refert: dicēs. In secundo anno Darii regis Persirum pphetauerūt Aggeus z zacharias filius Addo prophete: super Judeos qui erāt in Juda z Jerusalem: super Jsrael in nomine dei sup eos. Tunc surrexerunt zorobabel filius Salathiel: et Jesus filius Josedec: z principes eius: inchoauerunt⁹ edificare domū dei que est in Jerusalem. Quibus cum adessent prophete: exortatione sua adiuuerunt eos. Nam et populum Jsrael ab abominatiōe paterno rum delictorum: per suam admonitionem idem propheta cupiens reuocare verbis lectione cōprehensis vsus est. Vidi nocte: et ecce vir ascēderat super equū rubeū ꝛc Vidit pphēta virū equo rubeo sedentem: z stantem in medio myrteti vnibosi: cuius visionis hec solutio est. Vir ascendēs equū rubeū: licet angelus intelligatur: tamen quia: predicti coloris equū conscendere visus est: vindictā sanguinis in eam gentem significat afferendā: que populum Jsrael in captiuitatem redegerat. Nam z Jsaias propheta: per ruborem vestimentorum: inter gētes vindictam cum sanguine a deo proferendam demonstrauit: ipso verbis vsus est: dicens: Quis est iste qui venit de Edom tinctis vestibus de Bosra ꝛc. Stantem vero in medio myrteti vmbrātio quod dixit: letitiam populo affuturam p myrteti sanctificationē voluit designari. Eius ligni Moyses in Leuitico cum: faceret mentionem: ait: Accipiens die prima fructus ligni speciosi: vt letitiam populi: per bene olentis ligni z speciosi vmbraculum demonstraret. Sed hanc visionem que liberationem populi: vindictā de aduersarijs affuturam demonstrat: ob hoc nocturnā prophēta se vidisse memorauit: quia populum Jsrael in prima liberatione de terra Egypti: noctu discessisse constabat: cuius exempli quia presens populus aliquam partem in se retinere videbatur: liberatio eiusdem ac reditus captiuitatis de terra Chaldeorum per noctem prophete est reuelata.

¶ Explicit prologus.

¶ Incipit argumentum.

Zacharias memor domini sui multiplex in prophetia Jesum cum vestibus sordidis vestitum: z lampadem oculorum septem candelabrūq; aureum cum totidem lucernis quot oculis. duas quoq; olliuas a sinistris lampadis cernit: z a dextris: et post equos rufos varios z albos: z dissipatas quadrigas ex ephraim z equū de Jerusalem: pauperem regem vaticinatur: et predicit regem sedentem super pullum filium asine subiugalis.

¶ Explicit argumentum.

¶ Incipit zacharias propheta.

¶ Capituli Summarium. admonētur Judei vt dominum sequentes maiorum vestigia deserant. Caput. j.



In mense octauo, in anno secūdo Darij, factū est verbū domini ad zachariā filiū Barachie filij Addo pphetā, dicens, Iratus est dominus super patres vestros in ira cūdia. Et dices ad eos Hec dicit dominus exercituū, Cōuertimini ad me, ait dōs exercituū z conuertar ad vos, dicit dominus exercituū. Nolite sicut patres vestri, ad quos clamabant prophete priores, dicentes, Hec dicit dominus exercituū. Cōuertimini de vijs vestris malis, z de cogitationib⁹ vestris pessimis: z non audierunt, neq; attenderūt ad me dicit dōs. Patres vestri vbi sunt: z prophete nunquid in sempiternum vinēt: Verūtamē verba mea z legitima mea que mādani seruis meis prophetis nunquid non cōprehenderunt patres vestros: z conuersi sunt, z dixerunt, Sicut cogitauit dominus exercituum facere nobis secundum vias nostras, z secundum adinuentiōes nostras fecit nobis. In die vicesima et quarta vndecimi mensis Sabat in anno secūdo Darij, factum est verbum domini ad zachariam filium Barachie filij Addo prophetam, dicens, Vidi per noctem: z ecce vir ascendens super equum rufum, z ipse stabat inter myrteta que erant in profundo: z post eum equi rufi, varij z albi. Et dixi, Qui sunt isti, domine mi: Et dixit ad me angelus qui loquebatur in me, Ego ostendam tibi quid sint hec. Et respondit vir qui stabat inter myrteta, z dixit, Isti sunt quos misit dominus, vt perambulent terram. Et responderunt angelo domini, qui stabat inter myrteta, z dixerunt, Perambulauimus terrā, z ecce omnis terra habitatur z quiescit. Et respōdit angelus domini, z dixit. Domine exercituum, vsq; quo tu nō misereris Jerusalē z vrbiū Juda, q; bus iratus es: iste iam septuagesimus annus est. Et respondit dominus angelo qui loquebatur in me verba bona, verba consolatoria. Et dixit ad me angelus, qui loquebatur in me, Clama, dicens, Hec dixit dominus exercituum: zelatus sum Jerusalem z Sion zelo magno. Et ira magna ego irascor: super gentes opulentas: quia ego iratus sum parum, ipsi vero adiuuerunt in malum. Propterea hec dicit dominus, Reuertar ad Jerusalē in misericordijs: domus mea edificabitur in ea, ait dōs exercituum: z perpendiculum extendetur super Jerusalem adhuc clama dicens, Hec dicit dominus exercituum, Adhuc affluent ciuitates mee bonis: z consolabitur adhuc dominus Sion, z eliget adhuc Jerusalem. Et leuaui oculos meos, z vidi: et ecce quatuor cornua. Et dixi ad angelū qui loquebatur in me. Quid sunt hec: Et dixit ad me. Hec sunt cornua que ventilauerunt Judam, et Jsrael, et Jerusalem. Et ostendit mihi dominus quatuor fabros. Et dixi, Quid isti veniunt facere: Qui ait, dicens, Hec sunt cornua que ventilauerūt Judam per singulos viros, z nemo eorum leuauit caput suum: et venerunt isti vt deterrere ea vt deijciant cornua gentium que leuauerunt cornu super terram Juda, vt dispergerent eam.

¶ L. S. Jerusalē reparāda z inhabitanda dicitur. Ca. ij.

Et leuaui oculos meos, z vidi: z ecce vir, et in manu eius funiculus mensorū. Et dixi, Quo tu vadis: Et dixit ad me: Vt metiar Jerusalem, z videam quanta sit longitudo eius, z quanta latitudo eius. Et ecce angelus qui loquebatur in me, egrediebatur, z angelus alius egrediebatur in occursum eius. Et dixit ad eum, Curre, loquere ad puerū istū, dicēs absq; muro habitabitur Jerusalē pre multitudine hoīm z iumentorum in medio eius. Et ego ero ei, ait dōs, murus ignis in circūitu: z in gloria ero in medio eius. O, o, fugite de terra aquilonis, dicit dōs: qm̄ in quatuor vētos celi dispersi vos, dicit dōs. O Sió fuge que habitas apud filiā Babylonis, q: hec dicit dōs exercituum, Post gloriā misit me ad gētes que spoliauerūt vos: qui tetigerit vos, tāgit pupillā oculi eius: quia ecce ego leuo manū meam super eos, z erunt prede his qui seruiebant sibi: z cognoscetis q: dominus exercituum misit me. Lauda z letare filia Sion: q: ecce ego venio, z habitabo in medio tui, ait dom⁹. Et applicabūtur gentes multe ad dominū in die illa, z erūt mihi in populum et habitabo in medio tui: z scies q: dom⁹ exercituum misit me ad te. Et possidebit dominus Judā partem suā in terra sanctificata: z eliget adhuc Jerusalē. Sileat omnis caro a facie dōs: quia consurrexit de habitaculo sancto suo.

¶ Capituli Summariam. Sacerdotium Jerosolymis denuo instituitur. Caput. iij.

Et ostēdit mihi dōs Jesum sacerdotē magnum stantē coram angelo dōi: z satan stabat a dextris eius vt aduersaret ei. Et dixit dōs ad satan. Increpet dōs in te satan: z increpet dōs in te, qui elegit Jerusalē: nunquid nō iste torris, erutus de igne: Et Jesus erat indutus vestibus sordidis: z stabat ante faciem angeli. Qui respondit, et ait ad eos qui stabant coram se, dicēs,

A
Jsa. xxj. c. xxxj. c. xlv. d. Jer. xij. c. Ezech. xxxij. g. xx. a. xxx. c. Osee. x. xij. a. Joel. ij. c
B

C
Infra viij. a. D
A
B
C
D
A
B

Auferte vestimenta sordida ab eo. Et dixit ad eum, Ecce abstuli a te iniquitatem tuā, & indui te mutatorijs. Et dixit, Ponite cidarim mundam super caput eius. Et posuerunt cidarim mūdam super caput eius, & induerūt eum vestib⁹: et angelus dñi stabat. Et cōtestabatur angelus dñi, dicens, Hec dicit dñs exercituum, Si in vijs meis ambulaueris, & custodiā meā custodieris: tu quoq; iudicabis domū meā & custodies atria mea, & dabo tibi ambulātes de his q nūc hic assistunt. Audi Jesu sacerdos magne, tu & amici tui q habitant corā te, quia viri portēdētes sunt. ecce enim ego adducā seruum meū Orientē. Quia ecce lapis quem dedi coram Jesu sup lapidē vnū septē oculi sunt. ecce ego celabo sculpturā eius, ait dñs exercitū: & auferam iniquitatem terre illius in die vna. In die illa dicit dñs exercituum, vocabit vir amicum suum subter vineam & subter ficum.

¶ Capituli Summarium. Visio candelabri & duarum oliuarum quid significat. Caput.iiij.

ET reuersus est angelus qui loquebatur in me: et suscitauit me, quasi virū qui suscitat de somno suo. Et dixit ad me. Quid tu vides? Et dixi, Vidi, & ecce candelabrū aureū totū, et lampas eius super caput ipsius: & septem luceme eius super illud: & septem infusoria lucernis que erant super caput eius et due olive super illud: vna a dextris lampadis: & vna a sinistris eius. Et respōdi, & aio ad angelum qui loquebatur in me, dicens, Quid sunt hec dñe mi? Et respondit angelus qui loquebatur in me: & dixit ad me, Nunquid nescis quid sunt hec? Et dixi, Non dñe mi. Et respondit, & ait ad me, dicens, Hoc est verbū dñi ad zorobabel, dicens, Non in exercitu, nec in robore: sed in spiritu meo, dicit dñs exercituum. Quis tu mons magne corā zorobabel in planum? & educet lapidem primariū, & exequabit gratiam gratie eius. Et factum est verbū domini ad me, dicens, Manus zorobabel fundauerunt domū istam, & manus eius perficient eā: & scietis q dominus exercituū misit me ad vos. Quis enim despexit dies paruos? & letabuntur, & videbūt lapidē stāneum in manu zorobabel. Septē isti oculi sunt domini, q discurrunt in vniuersam terram. Et respondi, & dixi ad eū, Quid sunt due olive iste ad dexteram candelabri, & ad sinistram eius? Et respondi secūdo, et dixi ad eū, Quid sunt due spice olivarum, que sunt iuxta duo rostra aurea, in quib⁹ sunt suffusoria ex auro? Et ait ad me, dicens, Nunquid nescis quid sunt hec? Et dixi, Non domine mi. Et dixit, Isti sunt duo filij olei, qui assistunt dominatori vniuerse terre.

¶ Capituli Summarium. Visio voluminis volantis et mulieris sedentis in amphora. Caput.v.

ET conuersus sum, & leuaui oculos meos: & vidi: & ecce volumen volās. Et dixit ad me, Quid vides? Et dixi, Ecce ego video volumē volās: longitudo ei⁹ viginti cubitorū, & latitudo eius decem cubitorum. Et dixit ad me, Hec est maledictio que egreditur sup faciē omnis terre: q omnis fur, sicut ibi scriptum est, iudicabitur: & omnis iurās, er hoc similiter iudicabitur. Educā illud, dicit dñs exercitū: & veniet ad domū furis, & ad domū iurantis in nomine meo mēdaciter: & commorabitur in medio domus eius, & cōsumet eā, & ligna eius et lapides eius. Et egressus est angelus qui loquebatur in me: & dixit ad me, Leua oculos tuos & vide: qd est hoc qō egreditur? Et dixi, Quidnā est? Et ait, Hec est amphora egrediens. Et dixit, Hic est oculus eorū in vniuersa terra. Et ecce talētum plūbi portabatur, & ecce mulier vna sedēs, in medio amphore. Et dixit, Hec est impietas. Et proiecit eam in medio amphore, & misit massam plumbeam in os eius. Et leuaui oculos meos, & vidi: & ecce due mulieres egredientes, & spiritus in alis earum, & habebāt alas quasi alas milui, & leuauerunt amphoram inter terram & celū. Et dixi ad angelum qui loquebatur in me, Quo iste deferunt amphoram? Et dixit ad me, Ut edificetur ei domus in terra Sennar, et stabiliatur, & ponatur ibi super basem suam.

¶ C.S. Visio quatuor quadrigarum. Caput.vj.

ET conuersus sum, & leuaui oculos meos, & vidi: et ecce quatuor quadrige egredientes de medio duorum montū. & montes: montes erei. In quadriga prima equi rufi, in quadriga secūda equi nigri in quadriga tertia equi albi, & i quadriga quarta equi varij & fortes. Et respondi, et dixi ad angelum qui loquebatur in me, Quid sunt hec domine mi? Et respondit angelus, et ait ad me, Isti sunt quatuor venti celi, qui egrediuntur vt stent corā dominatore omnis terre. In qua erant equi nigri, egrediebantur in terrā aquilonis: & albi egressi sunt post eos: et varij egressi sunt ad terrā austri: qui autē erāt robustissimi, exierunt, & querebant ire, & discurrere per oēm terram. Et dixit, Ite & perambulate terram. & perābulauerunt terram. Et vocauit me, & locutus est ad me, dicens, Ecce qui egrediuntur in terram aquilonis, requiescere fecerūt spiritum meum in terra aquilonis. Et factum est verbū domini ad me dicens, Sume a transmigratione ab Oldai, & a Tobia, & ab Idaia: & veues tu in die illa, et intrabis domum Josie filij Sophonie, qui venerūt de Babylone. Et sumes aurum & argentum, & facies coronas: & pones in capite Jesu filij Josedec sacerdotis magni, et loqueris ad eum, dicens, Hec ait dominus exercituum, dicens, Ecce vir, Oriens nomen eius: & subter eum orietur, & edificabit templum domino. Et ipse extruet templum domino: & ipse portabit gloriam, et sedebit, et dominabitur sup solio suo. Et erit sacerdos super solio suo, & consilium pacis erit inter illos duos. Et corone erūt Helam, et Tobie, et Idaie, et Hen filio Sophonie memoriale in templo domini. Et qui procul sunt, venient & edificabunt in templo domini, et scietis quia dominus exercituum misit me ad vos. Erit autem hoc, si auditu audieritis vocem dñi dei vestri.

¶ Capituli Summarium. Opera misericordie preferuntur ieiunijs. Caput.vij.

ET factū est in anno quarto Darij regis, factū est verbum domini ad zachariam, in quarta mēsis noni, qui est Casleu. Et miserūt ad domum dei Sarasar & Rogom meleg, et viri qui erant cum eo, ad precandum faciē domini: vt dicerēt sacerdotibus domus domini exercituū & prophetis, loquētes, Flūqd flendū & mihi in quinto mense, vel sanctificare me debeo: sicut iam feci multis annis? Et factū est verbū dñi exercituū ad me, dicēs, Loquere ad omnē populū terre, & ad sacerdotes, dicēs, Cū ieiunaretis, & plangeretis in quinto & septimo per hos septuaginta annos: nūquid ieiunio ieiunastis mihi? & cū comedistis & bibistis: nunquid non vobis comedistis, & vobismetipsis bibistis? Flūquid non sunt verba que locutus est dominus in manu prophetarū priorū, cum adhuc Jerusalē habitaret, & esset opulēta, ipsa, & vrbes in circuitu eius, & ad austrū & in cāpestribus habitaret? Et factū est verbū domini ad zachariā, dicens, Hec ait dominus exercituū, dicēs iudiciū verū iudicate: et misericordiā & miserationes facite vnusquisq; cum fratre suo. Et viduā et pupillum, & aduenā, & pauperē nolite calumniari: & malū vir fratri suo nō cogitet in corde suo. Et noluerunt attendere, & auerterunt scapulam recedētes: & aures suas aggrauerunt, ne audirēt. & cor suū posuerūt vt adamantem, ne audirēt legem & verba que misit dominus exercituum in spiritu suo per manū prophetarū priorum: & facta est indignatio magna a dño exercituum. Et factum est sicut locut⁹ et, & non audierūt: sic clamabūt, & nō exaudiam, dicit dñs exercituum, Et dispersi eos per omnia regna que nesciunt: et terra desolata est ab eis, eo quod non esset transiens & reuertens: & posuerunt terram desyderabilem in desertum.

¶ C.S. Dominus exilij Judeorum misertus. Cap.viij.

ET factum est verbū dñi exercituū ad me, dicēs, Hec dicit dñs exercituū, zelat⁹ sum Sion zelo magno, & indignatione magna zelatus sum ei. Hec dicit dñs exercituum, Reuersus sum ad Sion: & habitabo in medio Jerusalē: & vocabit Jerusalem Ciuitas veritatis, & mons dñi exercituū, mons sanctifica

Universidad de Deusto
Biblioteca

tus. ¶Hec dicit dominus exercituū, Adhuc habitabunt
senes, & anus in plateis Jerusalē: & viri baculus in manu
eius pre multitudine dierū. Et platee ciuitatis cōplebūtur
infantib⁹ & puellis ludentib⁹ in plateis eius. ¶Hec dicit do-
minus exercituū. Si videbitur difficile in oculis reliquia-
rū populi huius in diebus illis: nūquid in oculis meis difficile erit, dicit dñs exercituū? ¶Hec dicit dñs exercituū, Ecce
ego saluabo populū meū de terra orientis, & de terra occa-
sus solis. Et adducā eos, & habitabūt in medio Jerusalē:
et erunt mihi in populū, & ego ero eis in deū in veritate & in
iustitia. ¶Hec dicit dominus exercituum. Confortētur ma-
nus vestre, qui auditis in his diebus sermones istos per os
prophetarum in die qua fundata est domus domini exerci-
tuum, vt templū edificaretur. Siquidē ante dies illos mer-
ces hominū nō erat, nec merces iumentorū erat: neq; intro
eunti neq; exeunti erat pax pre tribulatione: et dimisi oēs
homines vnūquēq; contra proximū suum. Nunc autē non
iuxta dies priores ego faciā reliquijs populi huius, dicit
dominus exercituū. sed semē pacis erit: vinea dabit fructū
suum, & terra dabit germē suū, & celi dabūt rorē suū: & pos-
sidere faciā reliquias populi huius vniuersa hec. Et erit:
sicut eratis maledictio in gentib⁹, domus Juda & domus
Jsrael, sic saluabo vos, et eritis bñdictio, nolite timere: con
fortentur manus vestre. Quia hec dicit dñs exercituū, Si-
cut cogitaui vt affligerē vos cū ad iracūdiā prouocassent pa-
vestri me, dicit dñs & nō sum misertus: sic cōuersus cogita
ui in diebus istis vt benefaciā domui Juda & Jerusalē: noli-
te timere. ¶Hec sunt ergo verba que facietis, Loquimini ve
ritatē vnusquisq; cū proximo suo: veritatē & iudiciū pacis
iudicate in portis vestris. Et vnusquisq; malū cōtra amicū
suum ne cogitetis in cordib⁹ vestris: & iuramentū mēdax ne
diligatis. omnia enim hec sunt que odi, dicit dñs. Et factū est
verbū dñi exercituū ad me, dicēs: ¶Hec dicit dñs exercituū,
Jeiunium quarti, & ieiunium quinti, & ieiunium septimi, & ieiunium
decimi erit domui Jude in gaudiū & in letitiā & in solēnita-
tes preclaras: veritatē tantū & pacē diligite. ¶Hec dicit dñs
exercituū. vsq; quo veniāt populi, & habitēt ciuitatib⁹ mul
tus, & vadant habitatores vnus ad alterum dicentes, Ea-
mus & deprecemur faciem domini, & queramus dominum
exercituum: vadā etiā ego. Et venient populi multi & gētes
robuste ad querendum dominū exercituū in Jerusalē, & de
precandam faciē domini. ¶Hec dicit dñs exercituū, In die-
bus illis in quib⁹ apprehendēt decē homines ex oīb⁹ lin
guis gentiū, & apprehendent fimbriā viri Judei, dicentes,
Jbimus vobiscum: audiuimus enī quū deus vobiscum est.

¶ Capituli Summarium. Predicitur humilis Christi
aduentus. Caput.ix.

Onus verbi dñi in terra Adrach & Damasci re
quiei eius: q; domini est oculus hois, & oim tri-
buum Jsrael. Emath quoq; in terminis ei⁹ et
Tyrus & Sidon: assumpserunt quippe sibi sa-
pientia valde. Et edificauit Tyrus munitionē suā, & coa-
ceruauit argentū quasi humū, & aurū vt lutū platearū. Ecce
dñs possidebit eā, & percutiet in mari fortitudinē eius, & hec
igni deuorabitur. Videbit Ascalō & timebit: & Gaza, & do
lebit nimis: & Accaron, quū cōfusa est spes ei⁹: & peribit rex
de Gaza, & Ascalon nō habitabit. Et sedebit separator in
Azoto, & disperdā superbiā Philisthinorū. Et auferam
sanguinē eius de ore eius, & abominationes eius de medio
dentiū eius: & relinquetur etiā ipse deo nostro, & erit quasi
dux in Juda, & Accaron quasi Jebusens. Et circumdabo
domū meā ex his qui militāt mihi euntes & reuertētes, & nō
trānsibit super eos vltra exactor: q; nūc vidi in oculis meis.
Exulta satis filia Sīō, iubila filia Jerusalē: ecce rex tuus
veniet tibi iustus & saluator: ipse pauper & ascendēs sup asi
nam & sup pullū filiū asine. Et dispdā quadrigā ex Epha-
im, & equū de Jerusalē, & dissipabit arcus belli: & loqtur
pacē gentib⁹ & potestas ei⁹ a mari vsq; ad mare, & a flumi-
nibus vsq; ad fines terre. Tu quoq; in sanguine testamēti
tui emisisti vinctos tuos de lacu, in quo nō est aqua. Cōuer
timini ad munitionē vincti spei: hodie quoq; annuntians
duplicia reddā tibi. Quū extēdi mihi Judā quasi arcū, im-
pleui Ephraim: & suscitabo filios tuos Sīō sup filios tuos
Grecia & ponā te quasi gladiū fortū. Et dñs deus sup eos
videbit & exibit vt fulgur iaculū ei⁹: & dñs deus tuba canet
et vadet in turbine austri. Dominus exercituum proteget
eos: & deuorabunt, & subiicient lapidib⁹ funde & bibētes ine-
briabūtur quasi a vino, & replebūtur vt phiale, & quasi cor-
nua altaris. Et saluabit eos dñs deus eorū in die illa, vt gre
gem populi sui: q; lapides sancti eleuabunt sup terrā eius.
Quid enī bonum eius est, & quid pulchrum eius, nisi frumē
tum electorum, & vinum germinans virgines?

¶ Capituli Summarium. Dominus gregem suum non
deseret in finem. Caput.x.

Ete a domino pluuiā in tēpore serotino, & dñs
faciet niues: & pluuiā imbris dabit eis, singulis
herbā in agro. Quia simulachra locuta sunt inu
tile, & diuini viderūt mendaciū, & somniatores
locuti sunt frustra, & vane consolabantur: idcirco abducti
sunt quasi grex, affligent⁹ q; nō est eis pastor. Sup pastores
iratus est furor mens, & super hircos visitabo: q; visitauit
dominus exercituū gregē suum domū Juda, & posuit eos
quasi equū gloriē sue in bello. Ex ipso angulus, ex ipso pa-
xillus, ex ipso arcus prelij, ex ipso egredient omnis exactor
simul. Et erūt quasi fortes, cōculcātes lutū viarū in prelio:
et bellabūt q; dñs cū eis: & cōfundentur ascensores equorū.
Et cōfortabo domū Juda, & domū Joseph saluabo: & cō
uertam eos, q; miserebor eorū: & erūt sicut fuerūt quādo non
proieceram eos: ego enī dñs deus eorum, & exaudiā eos. Et
erunt quasi fortes Ephraim, & letabitur cor eorum quasi a
vino, & filij eorū videbūt, & letabūtur, & exultabit cor eorum
in domino. Sibilabo eis, & cōgregabo illos, q; redemi eos:
et multiplicabo eos sicut ante fuerant multiplicati. Et se-
minabo eos in populis, & de longe recordabuntur mei: et
viuent cum filijs suis, & reuertentur. Et reducam eos de ter
ra Egypti, & de assyrijs congregabo eos: et ad terram Ga-
laad, et Libani adducam eos: & non inuenietur eis locus.
Et transibit in maris freto, & percutiet in mari fluctus, et
cōfundentur omnia profunda fluminis: & humiliabitur su
perbia Assur, & sceptrum Egypti recedet. Cōfortabo eos
in dño, & in nomine eius ambulabunt: dicit dominus.

¶ Capituli Summarium. Dominus vt pastor cū virga
vigilat super gregem suum. Caput.xj.

Peri Libane portas tuas, & comedet ignis ce-
dros tuos. Ulula abies, q; cecidit cedrus, quū
magnifici vastati sunt: vlulate quercus Basan
quū succisus est saltus munit⁹. Vox vlulatus pa-
storū q; vastata est magnificentia eorū, vox rugitus leonū,
quū vastata est superbia Jordanis. ¶Hec dicit dñs deus me⁹.
Pasce pecora occisionis, que qui possederant, occidebāt, &
non dolebant: & vendebant ea, dicētes. Benedictus dñs di
uites facti sumus: & pastores eorū nō parcebāt eis. Et ego
non parcā vltra super habitantes terram, dicit dominus.
ecce ego tradā homines, vnūquēq; in manu proximi sui, & in
manu regis sui: & concident terram, & nō eruā de manu eor.
Et pascā pecus occisionis ppter hoc o pauperes gregis, et
assumpsi mihi duas virgas, vnā vocans decorē, & alterā vo
cans funiculū: et paui gregem. Et succidi tres pastores in
mēse vno, & cōtracta est anima mea in eis: siquidē & anima
eorum variauit in me. Et dixi, Nō pascā vos: quō moritur,
moriat: & quō succiditur, succidatur: et reliqui deuorēt vnus
quisq; carnē proximi sui. Et tuli virgā meā, que vocabatur
Decus, & abscidi eā: vt irritū facerē fedus meum quod pe-
cussi cū omnib⁹ populis. Et in irritū deductū est in die illa:
et cognouerunt sic pauperes gregis qui custodiūt mihi, q;
verbū dñi est. Et dixi ad eos. Si bonū est in oculis vestris,
afferte mercedē meā: & si nō quiescite. Et appēderūt mercē-
dem meā triginta argēteos. Et dixit dñs ad me, Proice
illud ad statuariū decorū pretū quo appretiatus sum ab
eis. Et tuli triginta argenteos: & proieci illos in domo dñi,

ad statuarium

Ephe. iij. f.
Jsa. lxij. d.
Matth. xxvij. a.

ad statuarium. Et prescidi virgã meã secũdã, q̃ appellabatur Funiculus, vt dissoluerẽ germanitatẽ inter Judam et
D Israel. Et dixit dñs ad me. Adhuc sume tibi vasa pastoris stulti. Quia ecce ego suscitabo pastorẽ in terra, qui derelicta non visitabit, dispersum nõ queret, ⁊ cõtritum nõ sanabit, ⁊ id qõ stat nõ enutriet, ⁊ carnes pinguiũ comedet, et vngulas eorũ dissoluet. O pastor ⁊ idolum, derelinquẽs gregem: gladius super brachium eius, ⁊ super oculum dextrum eius brachium eius ariditate siccabitur, ⁊ oculus dexter eius tenebrescens obscurabitur.

¶ Capituli Summarium. ¶ Prenuntiatur exaltatio Jerusalem ⁊ depressio hostium eius. Caput.xij.

A Onus verbi domini sup Israel. ¶ Dixit dominus extendens celum, ⁊ fundãs terram, ⁊ fingens spiritum hominis in eo, Ecce ego ponam Jerusalem superliminare crapule omnibus populis in circuitu: sed ⁊ Juda erit in obsidione cõtra Jerusalẽ. Et erit in die illa, ponam Jerusalem lapidem oneris cunctis populis: omnes qui lenabunt eum, cõcisione lacerabuntur
B et colligentur aduersus eam omnia regna terre. In die illa dicit dominus, percutiam omnem equum in stuporem, et ascensorem eius in amentiam: et super domum Juda aperiam oculos meos, ⁊ omnẽ equum populorum percutiam cecitatem. Et dicent duces Juda in corde suo, Confortentur mihi habitatores Jerusalem in domino exercituũ deo
C eorum. In die illa ponam duces Juda sicut caminũ ignis in lignis, ⁊ sicut faciem ignis in feno: ⁊ devorabunt ad dexteram ⁊ ad sinistram omnes populos in circuitu: ⁊ habitabitur Jerusalem rursus in loco suo in Jerusalem. Et salvabit dominus tabernacula Juda, sicut in principio: vt nõ magnifice glorietur domus ¶ David, et gloria habitãtium Jerusalem cõtra Judã. In die illa, proteget dominus habitatores Jerusalẽ: ⁊ erit qui offenderit ex eis in die illa, q̃si
D ¶ David: ⁊ domus ¶ David quasi dei, sicut angel⁹ dñi in cõspectu eius. Et erit in die illa: querã cõterere oẽs gẽtes que veniunt contra Jerusalẽ. Et effundam super domum ¶ David, ⁊ super habitatores Jerusalẽ spiritũ gratie ⁊ precum: ⁊ aspicient ad me, quem cõfixerunt: ⁊ plangent eum plãctu
h. Para. xxv.d. quasi super vnigenitũ, ⁊ dolebunt super eum vt doleri solet in morte primogeniti. In die illa magnus erit planctus in Jerusalem sicut planctus Adadremon in campo ¶ Mageddon. Et planget terra familie ⁊ familie seorsum: familie domus ¶ David seorsum, ⁊ mulieres eorũ seorsum: familie domus ¶ Nathan seorsum, ⁊ mulieres eorum seorsum: familie dom⁹ Leui seorsum: ⁊ mulieres eorũ seorsum: familie Semei seorsum, ⁊ mulieres eorũ seorsum. Omnes familie reliquæ, familie et familie seorsum, ⁊ mulieres eorum seorsum.

¶ Capituli Summarium. Tempore Christi erat auferenda idololatria ⁊ pseudo prophetia. Caput.xiij.

A In die illa, erit fons patẽs domui ¶ David ⁊ habitantibus Jerusalem: in ablutionem peccatoris ⁊ mẽstruate. Et erit in die illa, dicit dñs exercituum, Disperdã nomina idolorum de terra, ⁊ non memorabuntur vltra: ⁊ pseudo prophetas, ⁊ spiritum immundum auferam de terra. Et erit: cũ pphetauerit quis
Ezech. xxx.d. piam vltra dicent ei pater eius ⁊ mater eius qui genuerunt eum, Non vines q̃ mendacium locutus es in nomine dñi. ⁊ configent eum pater eius ⁊ mater eius genitores eius cum
B prophetauerit. Et erit in die illa cõfundentur pphete vnus quisq̃ ex visione sua cum prophetauerit, nec operiẽtur pallio saccino, vt mẽtiantur: sed dicet, Non sum propheta, homo agricola ego sum: q̃m Adãm exemplũ meũ ab adolescẽtia mea. Et dicetur ei, Quid sunt plage iste in medio manuum tuarũ? Et dicet bis plagatus sum in domo eorũ qui diligebãt me. ¶ Framea suscitare super pastorẽ meũ, ⁊ super
C virum cohærentem mihi, dicit dñs exercituũ: percute pastorem, ⁊ dispergentur oues: ⁊ convertam manum meã ad parvulos ⁊ erũt i omni terra, dicit dñs, partes due in ea dispergentur ⁊ deficient: ⁊ tertia pars relinquetur in ea. Et ducã
Matth. xxvj.c. Marci xiij.c. tertiam partem per ignem, ⁊ vrã eos sicut vritur argentum et probabo eos sicut probatur aurũ. Ipse vocabit nomen meum, ⁊ ego exaudiam eum. Dicam, ¶ Populus meus es. et ipse dicet, ¶ Dominus deus meus.

¶ Capituli Summarium. ¶ Pugnabit dominus pro Jerusalem et mirabilia ibi faciet. Caput.xiiij.

A Ecce dies dñi venit, dicit dñs: ⁊ dividentur spolia tua in medio tui. Et cõgregabo oẽs gentes ad Jerusalẽ in prelium, ⁊ capietur civitas, ⁊ vastabũtur domus, ⁊ mulieres violabũtur: ⁊ egredietur media pars civitatis in captivitatẽ, ⁊ reliquum populi nõ auferetur ex vrbe. Et egredietur dñs, ⁊ preliabitur contra gentes illas: sicut preliatus est in die certaminis. Et
B stabunt pedes eius in die illa super montẽ oliuarũ qui est contra Jerusalem ad orientẽ: ⁊ scindetur mons oliuarũ ex media parte sui ad orientẽ ⁊ ad occidentẽ preruptu grandi valde, ⁊ separabitur mediũ mõtis ad aquilonẽ, ⁊ medium eius ad meridiẽ. Et fugietis ad vallẽ montiũ eor̃ q̃m conĳ. Para. xxxvj.d. Amos.j.a. iungetur vallis montiũ vsq̃ ad primũ: ⁊ fugietis sicut fugistis a facie terremotus in diebus Ozie regis Juda: ⁊ veniet dñs deus meus, omnesq̃ sancti cũ eo. Et erit in die illa: non erit lux, sed frigus ⁊ gelu. Et erit dies vna que nota est dño, nõ dies neq̃ nox: ⁊ in tpe vesperi erit lux. Et erit in
C die illa: exibunt aque vive de Jerusalẽ: mediũ earũ ad mare orientale, ⁊ mediũ earũ ad mare novissimũ: in estate, ⁊ in hyeme erũt. Et erit dñs rex sup omnẽ terrã: in die illa erit dñs vnus, ⁊ erit nomẽ eius vnũ. Et revertetur omnis terra vsq̃ ad desertũ, de colle Remmon ad austrũ Jerusalẽ, ⁊ exaltabitur, ⁊ habitabitur i loco suo, a porta Bẽiamin vsq̃ ad locũ prioris ⁊ vsq̃ ad portã angulorũ: ⁊ a turre Hananeel vsq̃ ad torcularia regis. Et habitabũt in ea, ⁊ anathema nõ erit amplius: sed sedebit Jerusalem secura. Et hec
E erit plaga qua percutiet dñs oẽs gẽtes que pugnaverũt adversus Jerusalẽ, Tabescet caro vniuscuiusq̃ stãtis super pedes suos, ⁊ oculi eius cõtabescẽt in foraminibus suis, ⁊ lingua eorũ cõtabesceт in ore suo. In die illa erit tumultus domini magnus in eis: ⁊ apprehẽdet vir manũ proximi sui, et conseretur manus eius super manum proximi sui. Sed et Judas pugnabit adversus Jerusalẽ, et cõgregabuntur divitie omniũ gentiũ in circuitu, aurũ et argentũ et vestes multe satis. Et sic erit ruina equi ⁊ muli ⁊ cameli ⁊ asini, et
D omniũ jumentorũ q̃ fuerint in castris illis: sicut ruina hec. Et omnes qui reliqui fuerint de vniversis gentibus q̃ venerunt contra Jerusalẽ, ascendẽt ab anno in annũ, vt adorẽt regẽ dominũ regẽ exercituũ, ⁊ celebrent festivitatẽ tabernaculorũ. Et erit, qui nõ ascẽderint de familijs terre ad Jerusalem, vt adorent regem dñm exercituũ, nõ erit super eos imber. Quod ⁊ si familia Egypti nõ ascenderit, ⁊ non venerit, nec sup eos erit, sed erit ruina qua percutiet dñs oẽs gentes que non ascenderint ad celebrandã festivitatem tabernaculorũ. Hoc erit peccatum Egypti, ⁊ hoc peccatum omnium gentium que nõ ascenderint ad celebrandã festivitatem tabernaculorum. In die illa erit quod super frennum equi est sanctum domino: ⁊ erunt lebetes in domo domini quasi phiale corã altari. Et erit omnis lebes in Jerusalẽ et in Juda sanctificatus domino exercituum: et venient omnes immolantes, ⁊ sument ex eis, et coquent in eis, ⁊ nõ erit mercator vltra in domo domini exercituum in die illo.

¶ Explicit zacharias propheta.

¶ Incipit prologus in Malachiam prophetam.

Onus per Moysen populo Israel preceperat: sacerdotes tabernaculi sui omni corporabili vitio liberos: hostias omni vitio vacuas sibi offerre. Quibus legẽ suã ad regendum populum ob hoc dederat: vt per sacrificiorũ oblationem: internuntij dei ⁊ hominum facti populũ preceptis celestibus facerent obedire. Unde sacerdotes angelos dei esse: hoc in loco scriptura testatur. Sed quia tanti muneris gratiam contemnẽtes: supradictus populus: ac sacerdotes sacrificia vitio deturpata ipsi criminibus atq̃ impietatib⁹ maculati deo offerre ceperunt: Ideo per Malachiã prophetam deus populum suum Israel increpans ait: Dilexi vos: dicit dominus. Et dixistis: In quo dilexisti nos? Nonne frater erat Esau Jacob dicit dominus: et dilexi Jacob: Esau autem odio habui? Esau autem fratrem Jacob non iniqua aut spontanea voluntate odio habitum a deo:

rel sine meritis gratia Jacob dilectū manifestum est: cum secundum prescientiam suā Esau quidem effusionē fraterni sanguinis concupiscere: Jacob autem in sui cognitiōe obseruandā legē despicere cognosceret. Cuius rei gratia: supradicto vsus est exēplo: dicēs: Dilexi Jacob: Esau autem odio habui. Quamuis ex operib⁹ memoratorū (quorū liber Geneseos meminit in quo vnusquisq; eorum futurus erat propositum: manifeste constaret vt scriptū est. Creuerūt pueri: et erat Esau homo agrestis: sciens venari: Jacob autem homo simplex: manens in tabernaculo. Nam reliqua que lectione cōprehensa sunt: prevaricationem populi Jsrael in obseruandis sacrificijs dei: increpationemq; in eundē: quod deos alienos coluerit: significant.

¶ Explicit prologus.

¶ Incipit argumentum.

MAlachias aperte ⁊ in fine omnium prophetarū dicit de abiectione Jsrael ⁊ vocatione gentiū. Non est mihi ait voluntas in vobis: dicit dñs exercituū: ⁊ munus nō suscipiam de manu vestra. Ab ortu enim solis vsq; ad occasum magnum est nomen meum in gentibus: ⁊ in omni loco sacrificatur: ⁊ offertur nomini meo oblatio munda.

¶ Explicit argumentum.

¶ Incipit Malachias propheta.

A ¶ Vult deus ab homine syncere honorari. Cap. j.

Roma. i.c. ONus verbi domini ad Jsrael in manu Malachie prophete, Dilexi vos dicit dominꝰ: et dixistis in quo dilexisti nos? Nonne frater erat Esau Jacob dicit dominus, et dilexi Jacob: Esau autem odio habui, et posui montes eius in solitudinem, ⁊ hereditatem eius in dracones deserti. Quod si dixerit Jdumea destructi sumus, sed reuertentes edificabimus que destructa sunt: hec dicit dominus exercituum, Jpsi edificabunt, et ego destruam: ⁊ vocabuntur termini impietatis, ⁊ populus cui iratus est dominus vsq; in eternum. Et oculi vestri videbūt: et vos dicetis. Magnificet dñs super terminum Jsrael. Filius honorat patrem et seruus dominum suum: si ergo pater ego sum, vbi est honor meus: et si dominus ego sum, vbi est timor meꝰ: dicit dominus exercituum: Ad vos o sacerdotes, qui despicitis nomē meū, ⁊ dixistis, in quo despeximus nomē tuū: Offertis super altare meum panem pollutum: et dicitis, In quo polluimus te: In eo quod dicitis, Mensa domini despecta est. Si offeratis cecum ad immolandum, nōne malum est: et si offeratis claudum et languidum, nonne malum est: Offer illud duci tuo, si placuerit ei, aut si susceperit faciem tuā, dicit dñs exercituum. Et nunc deprecamini vultum dei, vt misereatur vestri: de manu enim vestra factum est hoc, si quo modo susCipiat facies vestras, dicit dominus exercituum. Quis est in vobis qui claudat ostia, et incendat altare meum gratuito: non est mihi voluntas in vobis dicit dominus exercituum: et munus non suscipiam de manu vestra a ortu enim solis vsq; ad occasum, magnum est nomen meum in gentibus, et in omni loco sacrificatur, et offertur nomini meo oblatio munda: quia magnum est nomen meum in gentibus dicit dominus exercituum. Et vos polluistis illud in eo quod dicitis, Mensa domini contaminata est: et quod supponitur, contemptibile est cum igne qui illud devorat. Et dixistis. Ecce de labore, et exuflastis illud, dicit dominus exercituum, et intulistis de rapinis claudum et languidum, et intulistis munus. numquid suscipiam illud de manu vestra, dicit dominus exercituum? Maledictus dolosus, qui habet in grege suo masculum, et votum faciens immolat debile domino: quia rex magnus ego, dicit dominus exercituum, et nomen meum horribile in gentibus.

¶ Capituli Summarium. Sacerdotes legis transgressores increpat. Caput. ij.

Ps. cxij.a

Amos. v.f.

NUnc ad vos mandatum hoc o sacerdotes. Si nolueritis audire, ⁊ si nolueritis ponere super cor: vt detis gloriam nomini meo ait dominus exercituum: mittam in vos egestatem, ⁊ maledicam benedictionibus vestris, ⁊ maledicam illis: quoniam non posuistis super cor. Ecce ego proijciam vobis brachium et dispergam super vultum vestrum stercus solennitatum vestrarum: ⁊ assumet vos secum. Et scietis quia misi ad vos mandatum istud: vt esset pactum meum cum Leui, dicit dominus exercitum. Pactum meum fuit cum eo vite et pacis, et dedi ei timorem, et timuit me, ⁊ a facie nominis mei pauebat. Lex veritatis fuit in ore eius, et iniquitas non est inuenta in labijs eius. in pace ⁊ in equitate ambulauit mecum, et multos auertit ab iniquitate. Labia enim sacerdotis custodient scientiam, ⁊ legem requirēt ex ore eius: quia angelus domini exercituum est. Vos autem recessistis de via, ⁊ scandalizastis plurimos in lege irritum fecistis pactum Leui, dicit dominus exercituū. Propter quod et ego dedi vos contemptibiles, ⁊ humiles omnibus populis, sicut non seruastis vias meas, et accepistis faciem in lege. Numquid non pater vnus omnium nostrum: Numquid non deus vnus creauit nos: Quare ergo despicit vnusquisq; vestrum fratrē suum, violans pactum patrum nostrorum: Transgressus est Juda, et abominatio facta est in Jsrael et in Jerusalem: quia contaminauit Judas sanctificationem domini, quam dilexit, et habuit filiam dei alieni. Disperdet dominus virum qui fecerit hoc, magistrum et discipulum de tabernaculo Jacob, et offerentem munus domino exercituum. Et hoc rursum fecistis. Operiebatis lachrymis altare domini, fletu et mugitu, ita vt non respiciam vltra ad sacrificium, nec accipiaz placabile quid de manu vestra. Et dixistis. Quam ob causam: Quia dominus testificatus est inter te et vxorem pubertatis tue, quam tu despexisti: et hec particeps tua, et vxor federis tui. Nonne vnus fecit, et residuum spiritus eius est: Et quid vnus querit, nisi semen dei: Custodite ergo spiritum vestrum, et vxorem adolescentie tue noli despicere. Cum odio habueris eam, dimitte, dicit dñs deus Jsrael. operiet autem iniquitas vestimentum eius, dicit dominus exercituum. Custodite spiritum vestrum, et nolite despicere. Laborare fecistis dominum in sermonibus vestris. Et dixistis, In quo eū fecimus laborare: In eo quod dicitis, Omnis qui facit malum, bonus est in cōspectu domini et tales ei placent, aut certe vbi est deus iudicij.

¶ Capituli Summarium. Aduentus Christi prenuntiatur ⁊ transgressores redarguuntur. Caput. iij.

Malach. iij.b. Deuter. xxiij.b.

B

Ephe. iij.b.

C

Amos v.f.

D

Malach. ij.a.

E

ECce ego mitto angelum meum, et preparabit viam ante faciem meam. Et statim veniet ad templum suum dominator quem vos queritis, et angelus testamenti, quem vos vultis. Ecce venit, dicit dominus exercituum: et quis poterit cogitare diem aduentus eius: et quis stabit ad videndum eum: Ipse enim quasi ignis conflans, et quasi herba fullonum: et sedebit conflans et emundans argentum, et purgabit filios Leui, et colabit eos quasi aurum et quasi argentum, ⁊ erunt domino offerentes sacrificia in iustitia. Et placebit domino sacrificium Juda et Jerusalem sicut dies seculi ⁊ sicut anni antiqui. Et accedam ad vos in iudicio, ⁊ ero testis velox maleficis et adulteris et periuris, et qui calūniantur mercedem mercenarij, ⁊ humiliant viduas ⁊ pupillos, et opprimūt peregrinum, nec timuerunt me, dicit dominus exercituū. Ego enim dñs ⁊ nō mutor, ⁊ vos filij Jacob non estis cōsumpti. A diebus enim patrū vestrorū recessistis a legitimis meis, ⁊ nō custodistis. Reuertimini ad me, ⁊ reuertar ad vos dicit dñs exercituum. Et dixistis, In quo reuertemur: Si affigit homo deū, qz vos cōfligitis me: Et dixistis, In quo cōfligimus te: In decimis ⁊ in primitijs. Et in penuria vos maledicti estis, et me vos cōfligitis gēs tota. Inferte oēm decimā in horreū meū ⁊ sit cibus in domo mea, et probate me super hoc dicit dominus, si non aperuero vo-

bis

bis cataractas celi,et effundero vobis benedictionē vsq; ad abundantiā,& increpabo p vobis deuorantē,& nō corrumpet fructum terre vestre:nec erit sterilis vinea in agro,dicit dōs exercituū,& beatos vos dicēt oēs gentes.eritis enī vos terra desiderabilis,dicit dominus exercituum.Inualuerūt super me verba vestra dicit dōs.Et diristis.Quid locuti sumus cōtra te:Diristis.Uanus est qui seruit deo:et quod emolumētū q; custodiuimus precepta eius:& quia ambulauimus tristes coram dño exercituum:Ergo nūc beatos dicimus arrogantes,siquidem edificati sunt facientes impietatem,& tentauerunt deū,& salui facti sunt:& nūc locuti sunt timentes deum vnusquisq; cū proximo suo.Et attēdit dōs, et audiuit:et scriptus est liber monimenti coram eo timētibus dominū & cogitantibus nomen eius.Et erunt mihi,ait dominus exercituum,in die qua ego facio in peculium:et parcam eis,sicut parcit vir filio suo seruienti sibi.Et conuertimini,& videbitis quid sit inter iustum & impium:& inter seruientem deo,& non seruientem ei.

¶L.S.Elias precessurus diem domini. Caput.iiij.

Ece enī dies veniet succēsa quasi camin?:& erūt oēs superbi,& oēs facientes impietatē stipula:& inflammabit eos dies veniens,dicit dōs exercituum,q̄ nō derelinquet eis radicē & germen.Et orietur vobis timentibus nomen meū sol iustitie,et sanitas in pennis ei?,& egrediemini,& salietis sicut vituli de armento.Et calcabitis impios,cū fuerint cinis sub planta pedum vestroū in die qua ego facio,dicit dōs exercituū.¶Memento legis ☞ moysi serui mei,quā mandaui ei in Horeb ad oēm Israel precepta & iudicia.Ecce ego mittā vobis Eliā prophetam,anteq; veniat dies dñi magnus et horribilis. Et cōuertet cor patrū ad filios,& cor filiorum ad patres eorum:ne forte veniam,& percutiam terram Anathemathe.

¶Explicit Malachias propheta.

¶Incipit plogus beati hieronymi pbri in libros machabeorum.

Machabeorum libri quo prenotant prelia inter hebreorum duces gentemq; persarum pugnam: quoq; sabbatorum:et nobiles Machabei ducis triumphos:ex cuius nomine & libri ipsi dem sunt nūcupati Hec quoq; hystoria continet etiam inclyta illa gesta Machabeorum fratrū qui sub Antiocho rege pro sacris legibus dira tormenta perpessi sunt.Quos mater pia dum diuersis suppliciis vigerentur:non solum non fleuit:sed et gaudens hortabatur ad gloriam passionis.

¶Item alius prologus.

Machabeorum libri licet non habeantur in canone hebreorum:tamen ab ecclesia inter diuinorum voluminū annotantur hystorias.Prenotāt autem prelia inter hebreorum duces:gētesq; Persarum:pugnam quoq; sabbathorum:& nobiles Machabei triūphos sedus quoq; amicitiarum cum Romanorum ducibus: atque legatis.Machabei:septem fratres ab vna matre Machabea nomine genitri:contemnentes legem:patris traditionem:non mandducantes carnē porcinam:ob hoc ab Antiocho rege seuissimo in Antiochia martyrij gloria coronati sunt cum matre sua:atq; sepulti:cum magna veneratione:ibi quiescunt.

¶Explicit prologus.

¶Incipit liber primus Machabeorum.

¶Capituli Summarium.Israelite a deo recedētes occiduntur spoliantur,& misere laniantur. Caput.j.

Tfactum est postq; percussit Alexander Philippi Macedo,q exiuit de terra Cethim,& percussit Darium regem Persarum & medorum:& regnauit in loco eius primus in Grecia,& constituit prelia multa,et obtinuit munitiones,& interfecit reges terre:et pertrāsijt vsq; ad fines terre,& accepit spolia multitudinis gentium:& siluit terra in conspectu eius,& exaltatū est & eleuatum cor eius.Et congregauit virtutem,et exercitum fortem nimis:et obtinuit regiones gentium,& tyrannos:et facti sunt illi in tributū.Et post hec decidit in lectū,& cognouit quia moreret.Et vocauit pueros suos nobiles,qui secū erant nutriti a iuuentute:& diuisit illis regnum suū:cum adhuc viueret.Et regnauit Alexāder annis duodecim:& mortuus est.Et obtinuerunt pueri eius regnum,vnusquisq; in loco suo:& imposuerūt omnes sibi diademata post mortem eius,et filij eorū post eos annis multis,et multiplicata sunt mala in terra.Et exijt ex eis radix peccati Antiochus illustris,filius Antiochi regis q fuerat Rome obses:& regnauit in anno centesimo tricesimoseptimo regni Greconū.In diebus illis exierunt ex Israel filij iniqui,& suaserunt multis,dicētes,Eamus & disponamus testamentum cum gentibus que circa nos sunt:quia ex quo recessimus ab eis,inuenerunt nos multa mala.Et bonus visus est sermo in oculis eorum.Et destinauerunt aliqui de populo,& abierūt ad regem:& dedit illis potestatem,vt facerent iustitiam gentiū. Et edificauerūt Gymnasium in Jerosolymis sm leges nationum:& fecerunt sibi preputia,et recesserunt a testamento sancto,& iuncti sunt nationibus,& venūdati sunt vt facerent malum.Et paratum est regnum in conspectu Antiochi,et cepit regnare in terra Egypti,vt regnaret super duo regna. Et intrauit in Egyptum in multitudine grauī,in curribus et Elephātis,& equitibus,et copiosa nauium multitudine: & constituit bellum aduersus Ptolemeum regem egypti,& veritus est Ptolemeus a facie eius,& fugit,et ceciderūt vulnerati multi.Et comprehendit ciuitates munitas in terra Egypti,& accepit spolia terre Egypti.Et cōuertit Antiochus,postq; percussit Egyptū in cētesimo & quadragesimo tertio anno:& ascēdit ad Israel,et ascendit Jerosolymā in multitudine grauī.Et intrauit in sanctificationem cū superbia,& accepit altare aureum,& candelabrum luminis,& vniuersa vasa eius,& mensam propositionis,& libatoria,& phialas,& mortariola aurea,& velum,& coronas,& ornāmētum aureum qđ in facie tēpli erat:& cōminuit omnia.Et accepit argentū et aurū & vasa cōcupiscibilia:& accepit thesauros occultos quos inuenit:& sublatis omnibus abijt in terram suā.Et fecit cedē hominū,& locutus est in superbia magna. Et factus est plāctus magnus in Israel,& in omni loco eorum:& ingemuerunt principes & seniores,& iuuenes & virgines infirmati sunt,& speciositas mulierū immutata est.Omis maritus sumpsit lamentū:& que sedebāt in thoro maritali, lugebāt:& cōmota est terra super habitātes in ea,& vniuersa domus Jacob induit confusionē.Et post duos annos dierum misit rex principē tributorum in ciuitates Juda,& venit Jerusalē cum turba magna.Et locutus est ad eos verba pacifica in dolo:& crediderūt ei.Et irruit super ciuitatē repente,& percussit eam plaga magna,& perdidit populum multum ex Israel.Et accepit spolia ciuitatis & succēdit eā igni,& destruxit domos eius,& muros eius in circuitu:& captiuas duxerūt mulieres,& natos,& pecora possederunt.Et edificauerunt ciuitatē Dauid muro magno et firmo,& turribus firmis,& facta est illis in arcē:& posuerūt illic gentem peccatricem viros iniquos,& conualuerunt in ea.et posuerunt arma,& escas & congregauerunt spolia Jerusalem,et reposuerunt illic:& facti sunt in laqueū magnū.Et factū est hoc ad insidias sanctificatioi,& in diabolū malū in Israel: et effuderunt sanguinem innocentem per circuitum sanctificationis,et cōtaminauerunt sanctificationem.Et fugerunt habitatores Jerusalem propter eos,et facta est habitatio exterorum,& facta est extera semini suo,& nati eius reliquerunt eā.Sanctificatio eius desolata est sicut solitudo, dies festi eius conuersi sunt in luctum,sabbatha eius in opprobrium,honores eius in nihilum.Secūdum gloriā eius multiplicata est ignominia eius:& sublimitas eius conuersa est in luctum.Et scripsit rex Antiochus omni regno suo, vt esset omnis populus,vnus:et relinquerēt vnusquisq; legem suam.Et consenserūt omnes gentes secundum verbū regis Antiochi:& multi ex Israel cōsenserunt seruituti ei?, & sacrificauerunt idolis,& coinquinauerūt sabbathū.Et misit rex libros per manus nuntiorum in Jerusalem & in omnes ciuitates Jude:vt sequerentur leges gentiū terre,& prohiberent holocausta,et sacrificia,et placationes fieri in templo dei,& prohiberent celebrari sabbathum,& dies solemnes.et

Universidad de Deusto Biblioteca

iussit coinquinari sancta, & sanctū populū Israel. Et iussit edificari aras, & tēpla, & idola. & immolari carnes suillas, & pecora cōmunia. & relinquere filios suos incircūcisos, & coinquinari aīas eorū in oībus immūditijs & abominationibus, ita vt obliuiscerēt legē, & imutarēt oēs iustificatiōes dei. Et quicūq; nō fecissent fm verbū regis Antiochi, morerent. Scōm oīa verba hec scripsit oī regno suo: & prepositit principes pplo q hec fieri cogerēt. Et iussērūt ciuitatibus Jude sacrificare. Et congregati sunt multi de pplo ad eos q dereliquerāt legē dñi: & fecerūt mala super terram: & G effugauerūt pplm Israel in abditis, & in absconditis fugitiuorū locis. Die quintadecima mensis Caseu, gnto & quadragesimo & cētesimo anno, edificauit rex Antiochꝰ abominādū idolū desolatiōis sup altare dei, & p vniuersas ciuitates iude in circuitu edificauerūt aras: & aū ianuas domorū, & in plateis incēdebāt thura, & sacrificabāt. & libros legis dei cōbusserūt igni, semdētes eos: & apud quēcūq; inueniebāt libri testamēti dñi, & qcūq; obseruabat legē dñi, fm edictū regis trucidabant eum in virtute sua. Scōm hec faciebāt pplo Israel q inueniebāt in oī mēse & mēse in ciuitatib⁹. Et qnta & vicesima die mēsis sacrificabāt sup arā, q erat sup altare. Et mulieres q circūciderāt filios suos trucidabant fm iussum: & suspēdebāt pueros a cerucibus per vniuersas domos eor: & eos q circūciderant illos, trucidabāt. Et multi de pplo Israel definierūt apud se. vt nō māducarēt immūda: & elegerūt magis mori. quā cibis coinquinari immūdis: & noluerūt infringere legē dei sanctā: & trucidati sunt. & facta est ira magna sup populū Israel valde.

¶ Capituli Summarum. Mathatias & filij eius viriliter restituerunt impie regis iussionem. Caput. ij.

A In diebus illis surrexit Mathatias filiꝰ Johānis filij Simeonis, sacerdos ex filijs Joariz ab Jerusalē, & cōsedit in mōte Modin, & habebat filios qnq;. Johānē, q cognominabat Gaddis et Simonē, q cognominabat Thassi: & Judā, q vocabat Machabeū: & Eleazarū, q cognominabat Abarō: & Jonathan, q cognominabat Apphus. bi viderunt mala que fiebāt in populo Juda et in Jerlm. Et dixit Mathatias. Ue mihi, vt qd natus sum videre cōtritionē populi mei, et cōtritionē ciuitatis sancte, & sedere illic, cū dat in manibus inimicorū: Sancta in manu extraneorū facta sunt: templū eiꝰ sicut hō ignobilis. Uasa glie eiꝰ captiua abducta sunt: trucidati sunt senes eiꝰ in plateis, & iuuenes eiꝰ ceciderunt in gladio inimicorū. Que gens nō hereditauit regnū eius, & nō obtinuit spolia eius: Ois compositio eius ablata est. Que erat libera, facta est ancilla. Et ecce sancta nostra, et pulchritudo nra, & claritas nra desolata est et coinquinauerunt eā gētes. Quo ergo nobis adhuc viuere? Et scidit vestimenta sua Mathatias, & filij eius: & operuerūt se ciliciis, & plāxerunt valde, & venerūt illuc qui missi erāt a rege Antiocho, vt cogerēt eos q cōfugerāt in ciuitatē Modin, immolare, & accēdere thura, & a lege dei discedere. Et multi de pplo Israel cōsentientes accesserūt ad eos: sed Mathatias & filij eius cōstāter steterūt. Et respondētes qui missi erant ab Antiocho, dixerunt Mathathie. Princeps & clarissimus & magnꝰ es in hac ciuitate, & ornatꝰ filijs, & fratribus. ergo accede prior, & fac iussum regis, sicut fecerūt oēs gētes, & viri Juda, & q remāserūt in Jerlm: & eris tu, & filij tui inter amicos regis, & amplificati auro. & argento, & muneribus multis. Et respondit Mathatias. et dixit magna voce. Et si omnes gētes regi Antiocho obediunt, vt discedant vnusquisq; a seruitute legis patrū suorū, & cōsentiant mandatis eius: & ego & filij mei, & fratres mei obediem⁹ legi patrū nostrorū propitius sit nobis deus: nō est nobis vtile relinquere legem, & iustitias dei. nō audiemus verba regis Antiochi, nec sacrificabimus, transgredientes legis nostre mandata, vt eamus altera via. Et vt cessauit loqui verba hec, accessit quidā Judeus in oculis omniū sacrificare ydolis super Arā in ciuitate Modin fm iussum regis: & vidit Mathatias, & doluit, & cōtremuerūt, renes eius & ascēsus est furor eius fm iudiciū legis, & insiliēs trucidauit eū super Arā: Is & virū quē rex Antiochꝰ miserat, q cogebat immolare, occidit in ipso tpe: Arā destruxit. & zelatus est legem, sicut fecit Phinees zambri filio Salomi. Et exclamauit Mathatias voce magna in ciuitate, dicēs. Omnis q zelū habet legis statuēs testamētū, exeat post me. Et fugit ipse, & filij eius in montes, & reliquerūt quecūq; habebāt in ciuitate. Tūc descēderūt multi querētes iudiciū, & iustitiā in desertū: & sederūt ibi ipsi, & filij eius, & mulieres eorū, & pecora eor: qm inundauerūt sup eos mala. Et renunti atū est viris regis, & exercitui q erat in Jerusalē ciuitate Dauid, qm discessissent viri quidā, q dissipauerūt mādatum regis in loca occulta in deserto, & abyssent post illos multi. Et statim perrexerūt ad eos, & cōstituerūt aduersus eos prelū in die sabbathorū, & dixerūt ad eos. Resistitis & nūc adhuc: exite et facite fm verbum regis Antiochi, & viuetis. Et dixerūt. Nō exibim⁹, neq; faciem⁹ vbū regis, vt polluam⁹ die sabbathorū. Et cōcitauerunt aduersus eos prelium. Et nō responderūt eis, nec lapidē miserūt in eos, nec oppilauerunt loca occulta: dicētes. Moriamur oēs in simplicitate nra: & testes erunt sup nos celū & terra q̄ iniuste perditis nos. Et intulerūt illis bellū sabbathis: & mortui sunt ipsi & vxores eorū, & filij eor:, & pecora eor vsq; ad mille animas hoīm. Et cognouit Mathatias & amici eiꝰ, & luctū habuerūt super eos valde. Et dixit vir proximo suo. Si omnes fecerimus sicut fratres nostri fecerūt, & nō pugnauerimus aduersus gētes pro aīabus nostris & iustificationibꝰ nostris: nūc citius disperdēt nos a terra. Et cogitauerūt in die illa, dicentes. Dis quicūq; venerit ad nos in bello die sabbathorum. pugnemus aduersus eum: et non moriemur oēs, sicut mortui sunt fratres nostri in occultis. Tunc congregata est ad eos synagoga Asideorū fortis viribꝰ ex Isrl, ois volūtarius in lege: & oēs qui fugiebant a malis, additi sunt ad eos, & facti sunt illis ad firmamētū. Et collegerūt exercitū, & percusserūt peccatores in ira sua, & viros iniquos in indignatiōe sua: & ceteri fugerūt ad natiōes, vt euaderēt. Et circumiit Mathatias, & amici eius, & destruxerūt aras & circūciderūt pueros incircūcisos q̄q̄t inuenerūt i finib⁹ Isrl in fortitudine. Et p̄secuti sunt filios supbie, et p̄speratū est opꝰ in manibꝰ eor: & obtinuerūt legē de manibꝰ gētiū & de manibus regū: & nō dederūt cornu peccatori. Et appropinquerūt dies Mathathie moriēdi, & dixit filijs suis. Nūc confortata est supbia, & castigatio, & tp̄s euersionis, & ira indignationis. Nunc ergo o filij emulatores estote legis, & date aīas vras p testamēto patrū nrorū, & memētote operū patrū q̄ fecerūt in gnatiōibꝰ suis: & accipietis glorīā magnā, & nomē eternū. Abrahā, nōne in tēptatione inuētꝰ est fidelis, & reputatū est ei ad iustitiā: Joseph in tpe angustie sue custodiuit mādatū: & factꝰ est dñs egypti. Phinees pater nr̄, zelando zelū dei, accepit testm̄ sacerdotij eterni. Jesus dū implenit verbū, factꝰ est dux in Isrl. Caleb dū testificat in ecclesia accepit hereditatē. David in sua misericordia cōsecutꝰ est sedē regni i scla. Elias dū zelat zelū legis, receptꝰ est in celū Ananias & Azarias & Misael, credētes, libati sunt de flāma. Daniel i sua simplicitate liberatꝰ est de ore leonū. Et ita cogitate p gnationē & gnationē: q̄ oēs q̄ sperāt i eū, nō infirmabit. Et a vbis viri pctōris ne timueritis: q̄ gl'ia eiꝰ, sterc⁹ & vermis est. hodie extollit, & cras nō inuenitur: q̄ conuersus est in terrā suā, & cogitatio eiꝰ perijt. Uos ergo filij cōfortamini, & viriliter agite in lege: q̄ cū feceritis q̄ vobis p̄cepta sunt in lege a dño deo vro, in ipsa glorioseritis. Et ecce Simon frater vester, scio q̄ vir consilij est: ipm audite semp, & ipse erit vobis pater. Et Judas Machabeus, fortis viribus a mūtute sua: sit vobis princeps militie, et ipse aget bellū populi. Et vos adducetis ad vos omnes factores legis: & vindicate vindictaz populi vestri. Retribuite retributionem gentibus, & intendite in p̄ceptū legis. Et benedixit eos, et appositus est ad patres suos. Et defunctus est anno centesimo et quadragesimo sexto: et sepultus est a filijs suis in sepulchris patrum suorum in

Numeri xxv.b.

D

E

F

Genesis xxj.c. Genesis xlix.e. Numeri xxv.c. iosue.j.a. Danie. iij.c. Danie. vj.f.

G

H

Modin,

zIudam,z planxerunt eum omnis Israel planctu magno.
¶ Capituli Summarium. Judas zMachabeus bellū do
mui viriliter gerit. Caput.iij.

A ET surrexit Judas q vocabaf zMachabe⁹ filius
ei⁹ p eo:z adiuuabāt eū oēs ffres eius,z vniuer
si q se ꝛgūrerant patri ei⁹,z pliabanf pliū Israel
cum letitia. Et dilatauit gliaz ppło suo,z indut
se loricā sicut gigas,z succinxit se arma bellica sua m plīs
z ptegebat castra gladio suo. Similis factus est leoni in o
peribꝰ suis z sicut catulꝰ leonis rugiēs in venatiōe. Et pse
cutus est iniquos pscrutās eos:z q ꝛturbabāt ppłm suum,
oēs succendit flammis:z repulsi sunt inimici eiꝰ pre timore
eius,z oēs operij iniquitatis conturbati sunt: z directa est
salus in manu eiꝰ. Et exacerbabat reges multos,z letifica
bat Jacob in opibus suis z in seculū memoria eiꝰ in bñdi
ctione. Et pambulabat ciuitates Juda,z pdidit impios ex
eis,et auertit irā ab Israel. Et noiatus est vsq ad nouissi
B mum terre,z congreganit peuntes. Et cōgreganit Apollo
nius gētes,z a Samaria virtutē multā z magnā,ad bellan
dum ꝫ Israł. Et cognouit Judas,z exijt obuiā illi:z percussit:z
occidit illū:z ceciderūt vulnerati multi,z reliqui fugerūt.z
accepit spolia eoꝝ:z gladiū Apolonij abstulit Judas,et
erat pugnās in eo oībus diebus. Et audinit Serō pnceps
exercitꝰ Syrie:qō ꝛgregauit Judas congregationem fide
lium z eccłiam secū,z ait, Faciā mihi nomē,z glificabor in
regno,z debellabo Judā,z eos q cum ipo sunt,q spernebāt
vbum regis. Et ppararunt se:z ascēderūt cū eo castra impio
rum fortes auxiliarij, vt facerēt vindictā in filios Israł. Et
appropinquerūt vsq ad Bethhoron:z exiuit Judas obuiā
illi cū paucis. Ut aūt viderūt exercitum venīētē sibi obuiā,
dixerūt Jude, Quō poterim⁹ pauci pugnare ꝫ multitudi
nem hāc tantā z tam fortē,z nos fatigati sumus ieiunio ho
die? Et ait Judas, Facile est ꝛclndi multos in manu pauco
rum:z non est differētia in cōspectu dei celi liberare in mul
tis z in paucis:qm nō in multitudine exercitus victoria bel
li,ꝫ de celo fortitudo est. Ipsi veniūt ad nos m multitudi
ne contumacia z suphia,vt disp̄dāt nos,z vxores nr̄as,z fi
lios nr̄os,vt spoliēt nos,nos vō pugnabim⁹ p aīab⁹ nr̄is,
z legib⁹ nr̄is: z ipse dñs cōteret eos ante faciem nr̄am. vos
autē ne timueritis eos. Ut cessaut aūt loqui,insiluit in eos
subito:z ꝛtrit⁹ est Serō,z exercitus eius in cōspectu ipsius:z
psecut⁹ est eū in descēsu Bethhoron vsq in campū,z cecide
runt ex eis octingēti viri, relīq aūt fugerūt in terrā Philī
sthijm. Et cecidit timor Jude ac fratrū eius,z formido,sup
oēs gētes in circumitu eoꝝ:z puenit ad regē nomē eiꝰ,z de
plijs iude narrabāt oēs gētes. Ut audiuit autē rex Antio
chus sermones istos,iratꝰ est aio:z misit,z cōgregauit exer
citū vniuersū regni sui,castra fortia valde: et aperuit erariū
suū,z dedit stipēdia exercitui in annū,z mādauit illis vt es
sent parati ad oia. Et vidit qō defecit pecunia de thesauris
suis,z tributa regiōis modica ppter dissensionē z plagā q̄
fecit in terra,vt tolleret legitima que erāt a p̄mis diebꝰ.z ti
muit ne nō hēret vt semel z bis in sumptꝰ z donaria q̄ dede
rat aūi larga manu:z abūdauerat sup reges,q aūi eū fuerāt.
Et cōsternat⁹ erat aio valde,z cogitauit ire in Persidē,vt
acciperet tributa regionū,z cōgregaret argētū multū. Et re
liqt Lysiā hoiem nobilē de genere regali,super negotia re
gia,a flumine Euphrate vsq ad flumē Egypti:et vt nutri
ret Antiochū filiū suū,donec rediret. Et tradidit ei mediū
exercitū z elephātos:z mādauit ei ō oīb⁹ q̄ volebat,z de in
habitātib⁹ Judeā z Jerłm:z vt mitteret ad eos exercitum
ad cōterēdā z extirpādā virtutē Israł,z reliqas Jerłm,z au
ferēdā memoriā eoꝝ de loco:z vt ꝓstitueret habitatores fi
lios alienigenas in oībus finib⁹ eoꝝ,z sorte distribueret ter
ram eoꝝ. Et rex assumpsit partē exercitꝰ residui,z exiuit ab
C Antiochia ciuitate regni sui anno cētesimo z qdragesimo
septimo:z transfretauit Euphratē flumē,z perambulabat
superiores regiones. Et elegit Lysias ptolemeū filiū Dory
mini,z Nicanorē z Gorgiam viros potentes ex amicis re
gis:z misit cū eis quadraginta millia virorū,z septē millia
equitū:vt venirēt in terrā Juda,z disperderēt eam sm ver
bum regis. Et pcesserūt cū vniuersa virtute sua,z venerūt:
et applicuerūt Emmaū in terra cāpestri. Et audierūt merca
tores regionū nomē eorū:z acceperūt argētū z aurū multū
valde,z pueros,z venerūt in castra, vt acciperēt filios Israł
in seruos,z additi sunt ad eos exercitꝰ Syrie,z terre aliem
genarū. Et vidit Judas z fratres eiꝰ q̄ multiplicata sūt ma
la,z exercitꝰ applicabāt ad fines eoꝝ,z cognouerūt vbum re F
gis q̄ mādauit ppło facere in interitū z ꝛsummationē:z dixe
rūt, vnusquisq ad primū suū, Erigamus deiectionem ppłi
nfi,z pugnem⁹ pro ppło nfo,z sanctis nfis. Et congregat⁹
est cōuentus, vt essent parati in plīū:z vt orarent et peterent
misericordiam,z miserationes. Et Jerłm nō habitabatur,
sed erat sicut desertū:nō erat q̄ ingrederet z egrederet de na
tis eiꝰ:z sanctū cōculcabaf:z filij alienigenarū erāt in arce,
ibi erat habitatio gentiū:z ablata est voluptas a Jacob,z
defecit ibi tibia z cithara. Et congregati sunt,z venerunt in
zMaspha ꝫ Jerusalē:qr locus orationis erat in zMaspha
añ in Israł. Et ieiunauerūt illa die,z induerūt se cilicijs,z ci
nerem imposuerūt capiti suo:z discinderūt vestimēta sua,z
expāderūt libros legis,de qbꝰ scrutabanf gentes siłitudinē
simulachrorū suorū:z attulerūt ornamenta sacerdotalia,et
primitias,z decimas z suscitauerūt Nazareos,q impleuerāt
dies,z clamauerūt voce magna in celū,dicentes, Quid fa D
ciem⁹ istis,z q̄ eos ducemus:z sancta tua ꝛculcata sunt,et
cōtaminata sunt,z sacerdotes tui facti sunt i luctū z in hūili
tatē:z ecce natiōes ꝛuenerūt aduersum nos,vt nos disper
dant,tu scis q̄ cogitāt in nos. Quō poterim⁹ subsistere ante
faciē eoꝝ,nisi tu deꝰ adiuues nos. Et tubis exclamauerunt
voce magna. Et post hec constituit Judas duces ppłi,tri
bunos,cēturiones,z pētacōtarchos,z decuriones. Et dixit
his q̄ edificabāt domos,z spōsabāt vxores,z plātabant vi
neas,z formidolosis,vt redirent vnusq̄sq in domū suā sm
legē. Et mouerūt castra,z collocauerūt ad austrū Emmaū.
Et ait Judas, Accingimini,z estote filij potentes,et estote
parati in mane:vt pugnetis aduersus nationes has q̄ con
uenerunt aduersus nos disperdere nos z sancta nostra:qno
niam melius est nos mori in bello, quā videre mala gētis no
stre z sanctorum. Sicut autē fuerit voluntas in celo sic fiat.
¶ Capituli Summarium. Judei deuictis gorgia z Lisia,
purificāt templum. Capitu.iiij.

ET assumpsit gorgias qnq̄ millia virorꝝ,z mille A
electos:z mouerūt castra nocte, vt applicarent ad castra Judeorꝝ,z percuterēt eos subito.
z filij q̄ erāt ex arce,erant illis duces. Et audiuit
Judas, z surrexit ipse z potētes pcutere vīntē exercitum
regis,qui erant in Emmaum. Adhuc enim dispersus erat
exercitꝰ a castris. Et venit Gorgias in castra Jude noctu,
et neminem inuenit,et querebat eos in montibus: qm̄ dixit,
Fugiunt hi a nobis. Et cum dies factus esset,apparuit Ju
das in campo cū tribus millibus virorū tm̄:q te gumēta z
gladios nō habebant vt volebāt. z viderunt castra gētium
valida,z loricatos,z equitatus in circumitu eorū, z hi do
cti ad prelīū. Et ait Judas viris q̄ secū erāt, Ne timueritis
multitudinē eorum,z impetum eorum ne formidetis. zRe
mentote qualiter salui facti sunt patres nostri in mari ru
bro, cum sequeretur eos Pharao cum exercitu multo. Et
nunc clamemus in celum:z miserebitur nostri dominus, et
memor erit testamenti patrum nostrum, et conteret exerci
tum istum ante faciem nostrā hodie:z scient omnes gentes
quia est qui redimat z liberet Israł. Et leuauerunt alienige
ne oculos suos,et viderūt eos venientes ex aduerso. Et ex B
ierunt de castris in prelīū, z tuba cecinerunt hi qui erant cū
Juda. Et ꝛgressi sunt:z cōtrite sunt gētes, z fugerūt in cam
pum. Nouissimi autē oēs ceciderunt in gladio, et persecuti
sunt eos vsq Gezerō,et vsq in cāpos Idumee,z Azoti, z
Jamnie:z ceciderūt ex illis vsq ad tria millia virorꝝ. Et re
uersus est Judas,z exercitꝰ ei⁹,sequēs eū. Dixitq ad ppłm
Non concupiscatis spolia:qr bellū ꝫ nos est, et Gorgias et
exercitus eius prope nos in mōte: sed state nunc contra in-

micos nr̃os,ꝛ expugnate eos, ꝛ sumetis postea spolia securi. Et adhuc loquẽte Juda hec,ecce appuit ps q̃dã prospiciẽs de mõte. Et vidit qõ i fugã cõuersi sunt,ꝛ succẽdeꝛt castra.fumꝰ enĩ q videbaꝫ,declarabat qõ factũ est. Quibꝰ illi ꝛspectis timuerũt valde,aspiciẽtes sil'ꝛ Judã ꝛ exercitũ in cãpo paratũ ad plĩũ. Et fugerũt oẽs i cãpũ alienigenarũꝝ iudas reuersus est ad spolia castrorũ.ꝛ acceperũt aurũ multum,ꝛ argentũ,ꝛ byacinthũ ꝛ purpurã marinã,ꝛ opes magnas. Et cõuersi,hymnũ canebãt,ꝛ bñdicebãt deũ in celum qñ bonꝰ est,qñ in sclm misericordia eiꝰ. Et facta est salus magna i Jsrl' i die illa. Quicũqꝫ aũt alienigenarũ euaserũt venerũt,ꝛ nũtiauerũt Lysie vniuersa q̃ acciderãt. Quibꝰ ille auditis cõsternatꝰ alo deficiebatꝫ: nõ q̃lia voluit, talia ꝓtigerũt in Jsrl',ꝛ q̃lia mãdauit rex. Et sequẽti anno cõgregauit Lysias virorũ electorũ seraginta millia,et egtũ qnqꝫ millia,vt debellaret eos. Et venerũt in iudeã,ꝛ castra posuerũt in Bethhorõ,ꝛ occurrit illis Judas cum decẽ millibus viris. Et viderũt exercitũ fortẽ,ꝛ orauit,ꝛ dixit, Benedictus es saluator Jsrl',q cõtriuisti ipetũ ꝓtẽtis in manu serui tui dauid,ꝛ tradidisti castra alienigenarꝫ i manu Jonathe filij Saul,ꝛ armigeri eiꝰ. Cõclude exercitũ istũ i manu ppli tui Jsrl',ꝛ ꝛfundat i exercitu suo ꝛ egtibꝰ. Da illis formidinẽ ꝛ tabefac audaciã vtutis eorꝫ,ꝛ cõmoueant cõtritione sua. Deijce illos gladio diligẽtiũ te:ꝛ collaudẽt te oẽs q nouerũt nomẽ tuũ,in hymnis. Et cõmiserũt plĩũ:ꝛ ceciderũt de exercitu Lysie qnqꝫ millia virorũ. Videꝫ aũt Lysias fugã suoꝝ,ꝛ indeorũ audaciã,ꝛ qõ parati sunt aut vincre aut mori fortiter,a bũt Antiochiam,ꝛ elegit milites,vt multiplicati rursus venirẽt in iudeã. Dixit aũt Judas,ꝛ fratres eiꝰ. Ecce cõtriti sunt inimici nr̃i, ascẽdamꝰ nũc mũdare sancta et renouare. Et cõgregatꝰ est oĩs exercitꝰ,ꝛ ascẽderũt in montem Siõ. Et viderũt sctificationẽ desertã,ꝛ altare prophanatũ, ꝛ portas exustas,ꝛ in atrijs virgulta nata sicut i saltu vel in montibꝰ,ꝛ pastophoria diruta. Et sciderũt vestimẽta sua ꝛ plãxerũt plãctu magno,ꝛ ipposuerũt cinerẽ sup caput suũ:ꝛ ceciderũt in facie sup terrã,ꝛ exclamauerũt tubis signorũ,ꝛ clamauerũt in celũ. Tũc ordinauit Judas viros,vt pugnarẽt aduersus eos q erãt in arce,donec emũdarẽt sancta. Et elegit sacerdotes sine macula,volũtatẽ habẽtes in lege ver: et mũdauerũt sancta,ꝛ tulerũt lapides cõtaminatiõis in locũ imũdũ. Et cogitauit de altari holocaustoꝝ qõ ꝓphanatus erat,qd de eo faceret. Et incidit illis cõsilũ bonũ,vt destruerẽt illud:ne forte illis esset i opprobriũ,q: cõtaminauerũt illud gẽtes,ꝛ demoliti sunt illud. Et reposuerũt lapides in mõte domꝰ i loco apto,q̃ aduscꝫ veniret ꝓpheta,ꝛ rnderet de eis. Et acceperũt lapides itegros fm legẽ,ꝛ edificauerunt altare nouũ fm illud quod fuit pꝰ:et edificauerunt sancta,ꝛ q̃ intra domũ erãt intrinsecꝰ:ꝛ edẽ,ꝛ atria sanctificauerunt. Et fecerunt vasa sancta noua,ꝛ intulerũt candelabrum:et altare incensorum,ꝛ mensam in tẽplum. Et incẽsum posuerũt sup altare,ꝛ accẽderũt lucernas q̃ sup candelabrũ erãt:ꝛ lucebãt in tẽplo. Et posuerũt sup mensam panes,ꝛ appẽderũt vela,ꝛ cõsummauerũt oĩa opa q̃ fecerãt. Et ante matutinũ surrexerũt qnta ꝛ vicesima die mẽsis noni(hic est mẽsis Casleu)centesimi quadragesimioctaui anni:et obtulerunt sacrificiũ fm legẽ sup altare holocaustorũ nouũ,qõ fecerũt. Scõm tps ꝛ fm diem in qua cõtaminauerunt illud gentes,in ipsa renouatũ est in cãticis,et citharis, et cinyris,ꝛ cymbalis. Et cecidit omnis popnlus in facie,ꝛ adorauerunt ꝛ benedixerunt in celũ eum qui psperauit eis. Et fecerũt dedicationẽ altaris dieꝰ octo,ꝛ obtulerũt holocausta cũ letitia,ꝛ sacrificiũ salutaris ꝛ laudis. Et ornauerunt facie tẽpli coronis aureis ꝛ scutulis:ꝛ dedicauerunt portas ꝛ pastophoria,ꝛ imposuerunt eis ianuas. Et facta est letitia i pplo magna valde,ꝛ auersum est opprobriũ gẽtiũ. Et statuit Judas ꝛ fratres eiꝰ ꝛ vniuersa ecclesia Jsrl', vt agãt dies dedicationis altaris in tpibus suis ab anno in annũ p dies octo a qnta ꝛ vicesima die mẽsis Casleu,cũ letitia et gaudio. Et edificauerũt i tpe illo montẽ Sion,ꝛ per circumitũ muros altos,ꝛ turres firmas: ne q̃ veniret gentes,ꝛ cõculcarent eũ sicut antea fecerunt. Et collocauit illic exercitũ,vt seruarẽt eũ,ꝛ muniuit eũ ad custodiẽdã Bethsuram,vt haberet pplꝫ munitionem cõtra faciẽ Idumee.

¶ Capituli Summariũ. Judas Maccabeus varias gentes contra se pugnantes sternit. Caput.v.

Et factũ est,vt audierũt gentes in circumitu qnia edificatũ est altare ꝛ sanctuariũ sicut prius,irate sunt valde:ꝛ cogitabant tollere genus Jacob q erãt iter eos,ꝛ ceperũt occidere de populo,ꝛ persequi. Et debellabat iudas filios Esau in Idumea,ꝛ eos q erãt in Arabathane:q: circunsedebãt Jsraelitas. Et percussit eos plaga magna. Et recordatus est malitiã filiorum Beã,q erãt pplo in laqueũ ꝛ in scãdalũ,insidiãtes ei in via: ꝛ cõclusi sunt ab eo in turribꝰ,ꝛ applicuit ad eos,ꝛ anathematizauit eos,ꝛ incẽdit turres eorũ igni cũ oĩbus qui in eis erãt. Et trãsiuit ad filios Ammõ,ꝛ inuenit manum fortẽ,ꝛ pplm copiosum,ꝛ Timotheũ ducẽ ipsorũ:ꝛ cõmisit cũ eis prelia multa,ꝛ cõtriti sunt in cõspectu eoꝝ,ꝛ percussit eos,ꝛ cepit Gazer ciuitatẽ,ꝛ filias eiꝰ,ꝛ reuersus est in Judeam. Et congregate sunt gentes que sunt in Galaad,aduersus Jsraelitas q erãt in finibꝰ eorũ,vt tollerẽt eos:ꝛ fugerũt in Dathemã munitionẽ,ꝛ miserũt literas ad Judã ꝛ fratres eiꝰ,dicẽtes. Cõgregate sunt aduersuꝫ nos gẽtes p circuitũ, vt nos auferant:ꝛ parãt venire,et occupare munitionem in quã cõfugimus:ꝛ Timotheus est dux exercitus eorũ. Nunc ergo veni,ꝛ eripe nos de manibꝰ eorũ,q: cecidit multitudo de nobis. Et oẽs fratres nostri q erãt in locis Tubin,interfecti sunt:ꝛ captiuas duxerũt vxores eoꝝ,ꝛ natos,ꝛ spolia, ꝛ peremerũt illic fere mille viros. Et adhuc epistole legebãtur,ꝛ ecce alij nũtij venerũt de Galilea cõscissis tunicis,nũtiantes pm vba hec,dicẽtes cõuenisse aduersum se a Ptolemaida,ꝛ Tyro,ꝛ Sidone:ꝛ repleta est oĩs Galilea alienigenis vt nos cõsumãt. Ut audiuit aũt Judas ꝛ populus sermones istos,cõuenit ecclesia magna cogitare qd facerẽt fratribus suis q in tribulatiõe erãt,ꝛ expugnabant ab eis. Dixit q̃ Judas Simoni fratri suo. Elige tibi viros,ꝛ vade, ꝛ libera fratres tuos in Galilea:ego autem et frater meus Jonathas ibimus in Galaaditim. Et reliquit Josephum filium Zacharie,ꝛ Azariã duces populi cũ residuo exercitu in Judea ad custodiam:ꝛ precepit illis,dicens. Preeste pplo huic:ꝛ nolite bellũ committere aduersum gentes, donec reuertamur. Et ptiti sunt Simoni viri tria millia,vt iret in Galileã:Jude aũt octo millia in Galaaditim. Et abiit Simõ in Galileã,ꝛ cõmisit prelia multa cũ gẽtibus:ꝛ cõtrite sunt gẽtes a facie eiꝰ,ꝛ persecutus est eos vsq; ad portam Ptolemaidis.ꝛ ceciderũt de gentibus fere tria millia virorũ,ꝛ accepit spolia eorũ,ꝛ assumpsit eos q erãt in Galilea ꝛ in arbatis cũ vxoribꝰ ꝛ natis ꝛ oĩbus q̃ erãt illis,ꝛ adduxit in Judeã cũ letitia magna. Et Judas Machabeꝰ ꝛ Jonathas frater eiꝰ trãsierũt Jordanẽ,ꝛ abierũt viã trium dierũ p desertũ. Et occurrerũt eis Nabuthei,ꝛ susceperunt eos pacifice,ꝛ narrauerũt eis omnia q̃ acciderãt fratribus eorũ in Galaaditide,ꝛ q: multi ex eis cõprehẽsi sunt in Barasa,ꝛ Bosor,ꝛ in Alimis,ꝛ i Casphor,ꝛ Machageth,ꝛ Carnaim,he oẽs ciuitates munite,ꝛ magne. Sed ꝛ in ceteris ciuitatibꝰ Galaaditidis tenent cõprehẽsi,ꝛ in crastinũ cõstituerunt admouere exercitum ciuitatibus his,comprehendere,ꝛ tollere eos in vna die. Et conuertit Judas ꝛ exercitꝰ eius viam in desertũ Bosor:repente,ꝛ occupauit ciuitatẽ:ꝛ occidit omnẽ masculum in ore gladij,ꝛ accepit omnia spolia eorum,ꝛ succendit eam igni. Et surrexerũt inde nocte,et ibant vsq; ad munitionem. Et factum est diluculo,cum eleuassent oculos suos,et ecce populus multus,cuius nõ erat numerus,portantes scalas et machinas vt comprehenderent munitionem:ꝛ expugnabant eos. Et vidit Judas quia cepit bellum,ꝛ clamor belli ascẽdit ad celũ sicut tuba,ꝛ clamor magnꝰ de ciuitate:ꝛ dixit exercitui suo. Pugnate hodie p fratribꝰ vestris. Et venit tribꝰ ordinibꝰ post eos et exclamauerũt tubis,ꝛ clamauerũt in oratione. Et cognouerunt castra Timothei q̃ Machabeꝰ esset,ꝛ refugerũt a facie eiꝰ

et percusserunt

ꝛ pcusserũt eos plaga magna,ꝛ ceciderũt ex eis i die illa fere octo millia virorꝫ. Et diuertit Judas in Maspha,et expugnauit,ꝛ cepit eã:ꝛ occidit oẽm masculũ ei⁹:ꝛ assumpsit spolia ei⁹,ꝛ succẽdit eã igni. Inde perrexit,ꝛ cepit Casbõ,ꝛ Mageth,ꝛ Bosor,ꝛ reliqs ciuitates Galaaditidis. Post hec aũt vba,congregauit Timothe⁹ exercitum aliũ,et castra posuit ꝫ Raphõ trans torrentẽ. Et misit Judas speculari exercitũ:ꝛ renũtiauerũt ei,dicẽtes. Qꝛ cõuenerũt ad eũ oẽs gẽtes q̃ in circũitu nr̃o sunt,ꝛ exercit⁹ mult⁹ nimis:et Arabas cõdurerũt in auxiliũ sibi,ꝛ castra posuerũt trãs torrentẽ,parati ad te venire in preliũ. Et abijt Judas obuiã illis. Et ait Timothe⁹ pncipib⁹ exercit⁹ sui. Cũ appꝛopinquauerit Judas,ꝛ exercitus ei⁹ ad torrentẽ aq̃:si trãsierit ad nos prior,nõ poterim⁹ sustinere eũ,qꝛ potens poterit aduersum nos. si vero timuerit trãsire,et posuerit castra extra flumen. trãsfretem⁹ ad eos,ꝛ poterim⁹ aduersus illũ. Ut aũt appꝛopinq̃uit Judas ad torrẽtẽ aq̃,statuit scribas ppli sec⁹ torrẽtẽ,ꝛ mãdamt eis,dicẽs. Neminẽ horũ relinquerit,ꝫ veniẽt oẽs in preliũ. Et transfretauit ad illos prior,ꝛ ois ppls post eũ.ꝛ cõtrite sunt oẽs gẽtes a facie eoꝝ,ꝛ piecerũt arma sua,ꝛ fugerũt ad phanũ qđ erat i Carnai. Et occupauit ipam ciuitatẽ,ꝛ phanũ succẽdit igni cũ olb⁹ q̃ erãt i ipo:ꝛ oppressa est Carnaim,ꝛ nõ potuit sustinere ꝫ facie Jude. Et congregauit Judas vniuersos Jsraelitas q erãt i galaaditide, a minimo vsq; ad maximũ,ꝛ vxores eorũ,ꝛ natos,ꝛ vasa,ꝛ exercitũ magnũ valde,vt venirẽt in terrã Jude. Et venerũt vsq; Ephrõ:ꝛ hec ciuitas magna in ingressu posita,munita valde.ꝛ nõ erat declinare ab ea dextera vel sinistra:ꝫ per mediũ iter erat. Et inclusерũt se q erãt i ciuitate,ꝛ obstruxerũt portas lapidibus:ꝛ misit ad eos Judas vbis pacificis, dicẽs. Trãseam⁹ p terrã vr̃am,vt eam⁹ in terrã nr̃am:ꝛ nemo vobis nocebit,tãtũ pedib⁹ trãsibim⁹.ꝛ nolebãt eis aperire. Et pcepit Judas pdicari i castris vt applicarẽt vnusq;sq; in q̃ erat loco.ꝛ applicuerũt se viri vtutis,ꝛ oppugnauit ciuitatẽ illã tota die ꝛ tota nocte,ꝛ tradita est ciuitas i manu ei⁹:ꝛ pemerũt oẽm masculũ i ore gladij,ꝛ eradicauit eã,ꝛ accepit spolia ei⁹,ꝛ trãsiuit p totã ciuitatẽ sup ĩterfectos. Et trãsgressi sunt iordanẽ i cãpo magno,ꝫ facie Bethsan. Et erat Judas cõgregãs extremos,ꝛ exhortabat pplm p totã viã,donec veniret i terrã iuda:ꝛ ascẽderũt i mõtẽ Sion cũ letitia ꝛ gaudio,ꝛ obtulerũt holocausta ,qõ nemo ex eis cecidisset donec reuerterenꝰ i pace. Et i dieb⁹ qb⁹ erat Judas ꝛ Jonathas in terra galaad,ꝛ Simõ frater ei⁹ i galilea ꝫ faciem Ptolemaidis,auduit Josephus zacharie filius, et Azarias principes virtutis res bene gestas,ꝛ prelia que facta sunt,ꝛ dixit. Faciamus ꝛ ipsi nobis nomen,et eamus pugnare aduersus gẽtes q̃ i circũitu nr̃o sunt. Et pcepit his q erãt i exercitu suo,ꝛ abierũt Jamniã. Et exiuit Gorgias de ciuitate,ꝛ viri ei⁹ obuiã illis in pugnã. Et fugati sunt Josephus ꝛ Azarias vsq; in fines Judee:ꝛ ceciderũt illa die de pplo Jsrl̃ ad duo millia viri,ꝛ facta ẽ plaga magna i pplo qꝛ nõ audierũt Judã,ꝛ fratres eius,existimantes fortiter se facturos. ipsi aũt nõ erãt de semine virorꝫ illorꝫ,p qs salꝰ facta est i Jsrl̃. Et viri iuda ꝛ fratres ei⁹ magnificati sunt valde in cõspectu oĩs Jsrael,ꝛ gẽtiũ oĩm vbi audiebaꝰ nomen eorꝝ. Et cõuenerũt ad eos fausta acclamãtes. Et exiuit Judas ꝛ fratres ei⁹,ꝛ expugnabãt filios Esau i terra q̃ ad austrũ est,ꝛ pcussit Chebrõ,ꝛ filias ei⁹:ꝛ muros eius ꝛ turres succẽdit igni in circũitu. Et mouit castra,vt iret i terrã alienigenarũ,ꝛ perambulabat Samariã. In die illa ceciderũt sacerdotes in bello,dũ voluit fortiter facere,dũ sine cõsilio exit in preliũ. Et declinauit Judas in Azotũ in terrã alienigenarũ,ꝛ diruit aras eorꝝ,ꝛ sculptilia deorꝝ ipsorũ succẽdit igni:ꝛ cepit spolia ciuitatũ,ꝛ reuersus est in terrã Juda.

¶ Capituli Summarium. Antiochus consternatione animi monitur,ꝛ Eleazar audax facinus peragit. Caput.vj.

In tr̃e antiochus perambulabat superiores regiones ꝛ audiuit esse ciuitatẽ Elymaidẽ i Perside nobilissimã,ꝛ copiosaꝫ in argẽto ꝛ auro,tẽplũq; in ea locuples valde.ꝛ illic vela mina aurea,ꝛ lorice,ꝛ scuta,que reliquit Alexander Philippi rex Macedo,qui regnauit prim⁹ in Grecia. Et venit,ꝛ querebat capere ciuitatẽ,ꝛ depredari eã,ꝛ nõ potuit:qm̃ innotuit sermo his q erãt in ciuitate.ꝛ surrexerũt in preliũ,ꝛ fugit inde,ꝛ abijt cũ tristitia magna,ꝛ reuersus est in Babylonã. Et venit q nũtiaret ei in Perside. Quia fugata sunt castra que erãt in terra Juda:ꝛ qꝛ abijt Lysias cũ virtute fortꝰ in primis,ꝛ fugatus est a facie Judeorũ,ꝛ inualuerũt armis ꝛ viribꝰ,ꝛ spolijs multis q̃ ceperũt de castris q̃ exciderũt:ꝛ qꝛ diruerꝰt abominationẽ quã edificauerãt sup altare qđ erat in Jerlm:et sanctificationẽ,sicut prius circũdederũt muris excelsis:ꝫ ꝛ Bethsurã ciuitatẽ suã. Et factũ ẽ,vt audiuit rex sermones istos,expauit,ꝛ cõmotus est valde:ꝛ decidit in lectũ,ꝛ iciditi lãguorẽ p tristitia,qꝛ nõ factũ est ei sicut cogitabat. Et erat illic p dies multos:qꝛ renouata est i eo tristitia magna,ꝛ arbitrabaꝰ ẽ se moꝛi. Et vocauit oẽs amicos suos ꝛ dixit illis. Recessit somn⁹ ab oculis meis,ꝛ cõcidi ꝛ corrui corde p solicitudine:ꝛ dixi i corde meo. In q̃tã tribulationẽ deveni:ꝛ in q̃s fluct⁹ tristitie in q̃ nũc sum:q incũd⁹ erã,ꝛ dilectus in potestate mea:Nũc vo reminiscor malorũ q̃ feci in Jerlm,vñ ꝛ abstuli oĩa spolia aurea ꝛ argẽtea q̃ erãt i ea,ꝛ misi auferre habitãtes Judeã,sine cã. Cognou ergo qꝛ pp ea inuenerũt me mala ista:ꝛ ecce peo tristitia magna i terra aliena. Et vocauit Philippũ vnũ de amicis suis,ꝛ pposuit eũ sup vniuersum regnũ suũ:ꝛ dedit ei diadema,ꝛ stolã suã, ꝛ annulũ,vt adduceret Antiochũ filiũ suũ,ꝛ nutriret eum ꝛ regnaret. Et mortuus est illic Antioch⁹ rex anno cẽtesimo q̃dragesimo nono. Et cognouit Lysias qm̃ mortu⁹ est rex,ꝛ cõstituit regnare Antiochũ filiũ ei⁹,quẽ nutriunt adolescẽtẽ:ꝛ vocauit nomẽ ei⁹ Eupatorẽ. Et hi q erãt in arce,cõclusерãt Jsrl̃ i circũitu Sctõrũ:ꝛ q̃rebãt eis mala semp ad firmamẽtũ gẽtũ. Et cogitauit Judas dispdere eos:ꝛ cõuocauit vniuersum pplm,vt obsiderẽt eos. Et cõuenerũt sil,ꝛ obsederũt eos anno cẽtesimo qnq̃gesimo,ꝛ fecerũt balistas ꝛ machinas. Et exierũt qdã ex eis q obsidebanꝰ:ꝛ adiũxerũt se illis aliq impij ex Jsrl̃,ꝛ abierũt ad regẽ,ꝛ dixerũt. Quousq; nõ facis iudiciũ ꝛ vindicas fratres nr̃os: Nos decreuimus seruire patri tuo,ꝛ ambulare in pceptis ei⁹,ꝛ obseq edictis ei⁹:ꝛ filij pplĩ nr̃i pp hoc alienabãt se a nobis ꝛ qcũq; inueniebanꝰ ex nobis,interficiebanꝰ:ꝛ hereditates nr̃e diripiebantur. Et nõ ad nos tm̃ extenderũt manũ,ꝫ ꝛ in oẽs fines nr̃os,ꝛ ecce applicuerũt hodie ad arcẽ in Jerlm occupare eã,ꝛ munitionẽ in Bethsurã munierũt:et nisi pueneris eos velociꝰ,maiora quã hec facient,ꝛ nõ poteris obtinere eos. Et iratus ẽ rex vt hec audiuit:ꝛ quocauit oẽs amicos suos,ꝛ pncipes exercit⁹ sui,ꝛ eos q sup eqtes erãt. ꝫ ꝛ õ regnis alijs, ꝛ de insulis maritimis venerũt ad eũ exercit⁹ cõductitij. Et erat numer⁹ exercit⁹ ei⁹,cẽtũ millia peditũ,ꝛ viginti millia eqtũ,ꝛ Elephãti triginta duo docti ad plĩũ. Et venerũt per Idumeã ꝛ applicuerũt ad bethsurã,ꝛ pugnauerũt dies multos,ꝛ fecerũt machinas:ꝛ exierũt,ꝛ succẽderũt eas igni,ꝛ pugnauerũt viriliter. Et recessit iudas ab arce,ꝛ mouit castra ad Bethzacharã cõtra castra regis. Et surrexit rex ad lucẽ, ꝛ cõcitauit exercitus in impetũ cõtra viã Bethzacharam: ꝛ cõparauerũt se exercitus in preliũ,ꝛ tubis cecinerũt:ꝛ elephantis ostẽderũt sanguinẽ vue et moꝛi,ad acuẽdos eos in plĩũ.ꝛ diuiserũt bestias p legiones:ꝛ astiterũt singulis Elephãtis mille viri in loricis cõcatenatis,ꝛ galee ere in capitib⁹ eorꝝ:ꝛ quingenti eqtes ordinati vnicuiq; bestie electi erãt. Ubi ante tempus vbicũq; erat bestia,ibi erãt:ꝛ q̃cũq; ibat, ibãt,ꝛ nõ discedebãt ab ea. Sed ꝛ turres lignee sup eos firme protegẽtes super singulas bestias,ꝛ super eas machine: ꝛ super singulas,viri virtutis triginta duo,qui pugnabant desuper:ꝛ intus magister bestie. Et residuũ equitatum hinc ꝛ inde statuit in duas partes,tubis exercitum cõmouere,et perurgere cõstipatos in legionibus eius. Et vt refulsit sol in clypeos aureos ꝛ ereos,resplenduerũt montes ab eis,ꝛ resplenduerunt sicut lãpades ignis. Et distincta est pars exercitus regis per montes excelsos,ꝛ alia per loca humilia: et ibant caute ꝛ ordinate. Et cõmouebãtur omnes inhabitan-

D propter testamentũ tũ q̃ erat ad patres eorũ, ⁊ pter invocationẽ sancti ⁊ magnifici nominis eius sup ipsos. Cõuocatis aũt machabeꝰ septẽ millib⁹ q cũ ipo erãt, rogabat ne hostib⁹ reconciliarent, neq; metuerẽt iniquã venẽtiũ aduersum se hostiũ multitudinẽ, sz fortiter cõtenderẽt: ante oculos habẽtes cõtumeliã q̃ loco sancto ab his iuste esset illata, itẽq; ⁊ ludibrio habite ciuitatis iniuriã: adhuc etiã veterum institута cõsulsa. Nã illi quidẽ armis cõfidũt, ait, simul et audacia: nos aũt in omnipotente dño q pot⁹ ⁊ venientes aduersum nos, ⁊ vniuersum mundũ vno nutu delere confidimus. Admonuit autẽ eos ⁊ de auxiliis dei, q̃ facta sunt erga parentes: ⁊ q̃ sub Sennacherib cẽtũ octogintaq; milia perierunt: ⁊ de prelio q̃ eis aduersus Galatas fuit in Babylonia, vt oẽs vbi ad rẽ ventũ est Macedonib⁹ sociis hesitantibus, ipsi sex millia soli peremerũt centũ viginti millia, pter auxiliũ illis datũ de celo, ⁊ beneficia p his

E plurima cõsecuti sunt. His verbis cõstãtes effecti sunt, ⁊ p legib⁹ ⁊ patria mori parati. Constituit itaq; fratres suos duces vtriq; ordini, Simonẽ, ⁊ Josephũ ⁊ Jonathã, subiectis vnicuiq; millenis ⁊ qngentenis. Ad hec etiã ab Esdra lecto illis sancto libro, ⁊ dato signo aduitorij dei in prima acie ipse ouꝰ cõmisit cum Nicanore. Et facto sibi aduitore oipotẽte interfecerũt sup nouẽ millia hominũ: maiorẽ aũt

F partẽ exercitꝰ Nicanoris vulneribꝰ debilẽ factã fugere cõpulerũt. Pecuniis vero eor⁹ q ad emptionẽ ipsor⁹ venerãt sublatis ipsos vsq; equaq; psecuti sunt: sz reuersi sunt ora cõclusi. nã erat aũ sabbathũ: quã ob cãz pseuerauerũt vsq; quẽtes. Arma aũt ipsor⁹ ⁊ spolia congregãtes, sabbathũ age-

bant: hũdicẽtes dñm q liberauit eos in isto die, misericordie initium stillãs in eos. Post sabbathũ vero debilib⁹, ⁊ orphanis ⁊ viduis diuiserũt spolia: ⁊ residua ipsi cũ suis habuere. His itaq; gestis, ⁊ communiter ab omnib⁹ facta obsecratione, misericordẽ dominũ postulabãt vt in finẽ suis suis reconciliaret. Et ex his q cũ Timotheo ⁊ Bacchide erant cõtra se contẽdentes, sup viginti millia interfecerũt, ⁊ munitiones excelsas obtinuerunt: ⁊ plures p̃das diuiserũt equã portionẽ debilib⁹, pupillis ⁊ viduis sed ⁊ senioribꝰ fa- B ciẽtes. Et cũ arma eor⁹ diligẽter collegissent, oĩa cõposuerunt in locis opportunis residua vero spolia Jerosolymã detulerũt: ⁊ Philarchẽ q cũ Timotheo erat, interfecerunt virũ scelestũ, q in multis Judeos afflixerat. Et cũ epinicia agerẽt in Jerosolymis, eos q sacras ianuas incenderũt, id est Calliſthenẽ, cũ in quoddã domiciliũ refugissent, incẽderũt, digna eis mercede pro impietatib⁹ suis reddita. Facinorosissimus aũt Nicanor q mille negotiãtes ad Judeor⁹ vẽditionẽ addurerat, hũiliatus auxilio dñi ab his q̃s nullos eristimauerat: depositа veste gloriẽ, p mediterranea fugiẽs, solus venit Antiochiã, summã infelicitatẽ de interitu sui exercitus cõsecutus. Et qui promiserat Romanis se tributum restituere de captiuitate Jerosolymorũ, predicabat nunc protectorem deũ habere Judeos, ⁊ ob ipsum invulnerabiles esse, eo q sequerentur leges ab ipso constitutas.

¶ Capituli Summarium. Antiochus tyrannus iusto dei iudicio misera morte occumbit. Caput. xi.

A Eodem tẽpore Antiochus inhonoste reuertebatur de Perside itrauerat enĩ in eã q̃ dicit⁹ Persepolis ⁊ tentauit expoliare templũ, ⁊ ciuitatẽ or primere: sed multitudine ad arma cõcurrẽte, in fugã versi sunt. ⁊ ita cõtigit vt Antiochꝰ post fugã turpiter rediret. Et cũ venisset circa Ecbatanã recognouit que erga Nicanorẽ ⁊ Timotheũ gesta sunt. Elatus autẽ in ira arbitrabat se iniuriã illor⁹ q se fugauerãt posse in Judeos retorquere: ideoq; iussit agitari currũ suũ, sine intermissione agens iter, celesti eum iudicio perurgente, eo quod ita superbe locutus est se venturum Jerosolymã, et congeriem sepulchri Judeorum eam facturum. Sed qui vniuersa conspicit dominus deus Jsrael, percussit eum insanabili et invisibili plaga. Ut enim finiuit hunc ipsum sermonẽ, apprehendit eũ dolor virus viscerũ, ⁊ amara internorũ tormenta. ⁊ quidẽ satis iuste: quippe qui multis ⁊ nouis cruciatibus aliorum torserat viscera, licet ille nullo modo a sua malitia cessaret. Super hoc autẽ superbia repletus, ignem spirans animo in Judeos ⁊ precipiens accelerari negotiũ, contigit illum impetu euntem de curru cadere ⁊ grauicorporis collisione mẽbra verari. Jsq; qui sibi videbatur etiã fluctibus maris imperare, supra humanum modũ superbia repletus, ⁊ montium altitudines in statera appendere nunc humiliatus ad terram in gestatorio portabatur, manifestam dei virtutẽ in semetipso cõtestãs: ita vt de corpore impij vermes scaturirẽt, ac viuẽtes in doloribus carnes eius effluerent, odore etiam illius ⁊ fetore exercitus grauaretur. et qui pauloante sydera celi contingere se arbitrabatur eum nemo poterat propter intolerãtiam fetoris portare. Hinc igitur cepit ex graui superbia deductus ad agnitionẽ sui venire, diuina admonitus plaga, per momẽta singula doloribus suis augmẽta capientibus. ⁊ cum nec ipse iam fetorem suum ferre posset, ita ait, Justum est subditum esse deo, et mortalem non paria deo sentire. Orabat autem hic scelestus dominum, a quo non esset misericordiam consecuturus. Et ciuitatem ad quam festinans veniebat vt eam ad solum deduceret, ac sepulchrum congestorum faceret nunc optat liberam reddere: et Judeos quos nec sepultura quidem se dignos habiturum, sed auibus aferis diripiendos traditurum, ⁊ cum parvulis exterminaturũ decreverat, equales nunc Athenẽsibus facturum pollicetur: templum etiam sanctum, quod prius expolianerat, optimis donis ornaturum, ⁊ sancta vasa multiplicaturum, et pertinentes ad sacrificia sumptus de redditibus suis pre-

statuerum: super hec ꝛ Judeam se futurum, ꝛ omnē locum terre perambulaturū ꝛ predicaturū dei potestatē. Sed non cessantib⁹ doloribꝰ (supuenerat em̄ in eū iusti dei iudiciū) olperās scripsit ad Judeos in modū deꝓcationis epistolā hec cōtinētē. Optimis ciuib⁹ Judeis plurimā salutē, ꝛ bene valere, ꝛ esse felices rex ꝛ princeps Antiochus. Si bene valetis, ꝛ filij vri, ꝛ ex sentētia vobis cūcta sunt marimas agimus gratias. Et ego in infirmitate cōstitutus vri autē memor benigne reuersus de Persidis locis, ꝛ in infirmitate graui apprehēsus, necessariū duri ꝓ commun vtilitate curam habere: non desperans memetipsum, sed spē multam habens effugiendi infirmitatem. Respiciens autē oꝝ et pater meus, quibus temporibus in locis superioribus ducebat exercitum, ostendit qui post se susciperet principatum: vt si quid cōtrariū accideret, aut difficile nūtiarē scientes hi qui in regionibus erant, cui esset rerū summa derelicta, non turbarentur. Ad hec cōsyderās de prorimo potentes quosq; ꝛ vicinos temporibus insidiantes ꝛ euentū expectātes, designaui filium meū Antiochum regē, quem sepe recurrēs superiora regna multis vestrū cōmendebā: ꝛ scripsi ad eū, que subiecta sunt. Oro itaq; vos, ꝛ peto memores beneficiorū publice ꝛ priuatim, vt vnusq;sq; cōseruet fidem ad me et ad filiū meum. Confido enim eum modeste ꝛ humane acturum, ꝛ sequentē ꝓpositū meū, ꝛ communē vobis fore. Igit homicida, ꝛ blasphemus pessime peiffus et vt ipse alios tractauerat, peregre in montibus, miserabili obitu vita functus est. Transferebat autem corpus Philippus collactaneꝰ eius: qui metuēs filiū Antiochi, ad Ptolemeum Philometorem in Egyptum abijt.

¶ Capitulū Summarium. Purgatur templum et Machabeus cum suis aduersarios sternit. Caput.x.

Machabeus autem ꝛ qui cū eo erāt, dño se protegente, templū quidē ꝛ ciuitatē recepit: aras aūt quas alienigene per plateas extruerāt, itemq; delubra demolitus est. ꝛ purgato templo, aliud altare fecerūt: ꝛ de ignitis lapidibꝰ igne cōcepto sacrificia obtulerūt post biennū, ꝛ incensum ꝛ lucernas ꝛ panes propositionis posuerunt. Quibus gestis rogabant dominum prostrati in terram, ne amplius talibus malis incideremt: sed et si quando peccassent, vt ab ipso mitius corriperētur, et nō a barbaris ac blasphemis hominib⁹ traderent. Qua die autem templum ab alienigenis pollutum fuerat, contigit eadem die purificationē fieri, vicesimaquinta mensis, q fuit Casleu. ꝛ cū letitia diebus octo egerūt in modū tabernaculorū: recordātes qō ante modicū tpis diē solnnē tabernaculorū in mōtibus, ꝛ in speluncis more bestiarū egerant. Propter qō thyrsos, ꝛ ramos virides ꝛ palmas preferebant ei qui psperauit mūdare locū suū. Et decreuerūt communi precepto ꝛ decreto, vniuerse gēti Judeoꝝ omnib⁹ annis agere dies istos. Et Antiochi quidē q appellatꝰ est Nobilis, vite excessus ita se habuit. Nunc autem de Eupatore Antiochi impij filio, q̄ gesta sunt narrabimus, breuiantes mala que in bellis gesta sunt. Hic em̄ susceptō regno, constituit super negotia regni Lysiam quēdam Phenicis et Syrie militie principem. Nam Ptolomeus, qui dicebatur Macer, iusti tenax erga Judeos esse constituit, ꝛ precipue propter iniquitatē que facta erat in eos, ꝛ pacifice agere cū eis. Sed ob hoc accusatꝰ ab amicis apud Eupatorē cū frequēter proditor audiret, eo qō Cyprum creditā sibi a Philometore deseruisset ꝛ ad Antiochū Nobilē trāslatus esset ab eo recessisset, veneno vitam finiuit. Gorgias autē cum esset dux locorū, assumptis aduenis frequenter Judeos debellabat. Judei vero qui tenebant opportunas munitiones, fugatos ab Jerosolymis suscipiebant, ꝛ bellare tentabant. Hi vero qui erant cum Machabeo per orationes dominū rogantes, vt esset sibi adiutor, impetum fecerunt in munitiones Idumeorū: multaq; vi insistentes, loca obtinuerunt, occurrentes interemerūt, ꝛ omnes simul nō minus vigintiq;q millibus trucidauerūt. Quidam autem cum confugissent in duas turres valde munitas, omnem apparatum ad repugnandū habentes: ꝛ Machabeus ad eorum expugnationem relicto Simone ꝛ Josepho, itēq; Zaccheo eisq; qui cum ipsis erant satis multis, ipse ad eas que amplius perurgebant, pugnas cōuersus est. Hi vero qui cum Simone erāt cupiditate ducti, a quibusdā qui in turribus erant suasi sunt pecunia: ꝛ septuaginta millibus didrachmis acceptis dimiserunt quosdā effugere. Cum autē Machabeo nuntiatum esset quod factum est, principibus populi cōgregatis accusaut q̄ pecunia fratres vendidissent, aduersarijs eorū dimissis. Hos igitur proditores factos interfecit ꝛ cōfestim duas turres occupauit. Armis autem ac manibus omnia prospere agendo, in duabus munitionibus, plusquam viginti millia peremit. Et Timotheus, qui prius a Judeis fuerat superatus conuocato exercitu peregrine multitudinis, ꝛ congregato equitatu Asiano aduenit, quasi armis Judeam capturus. Machabeus autem ꝛ qui cum ipso erant appropinquāte illo, deprecabantur dominum, caput terra aspergentes, lumboſq; cilicijs precincti, ad altaris crepidinē puoluti, vt sibi ppitius, inimicis autem eorum esset inimicus, ꝛ aduersarijs aduersarē, sicut lex dicit. Et ita post orationē sumptis armis, lōgꝰ de ciuitate procedentes, ꝛ primi hostibus effecti, resederunt. Primo autem solis ortu vtriq; cōmiserūt: isti quidem victorie et psperitatis sponsorem cum virtute dominum habentes illi autem ducem belli animum habebant. Sed cum vehemens pugna esset, apparuerūt aduersarijs de celo viri q̄q; in equis, frenis aureis decori, ducatum Judeis prestantes: ex quibꝰ duo Machabeū mediū habētes, armis suis circūseptum incolumē conseruabant: in aduersarios autē tela, ꝛ fulmina iaciebant, ex quo ꝛ cecitate confusi ꝛ repleti perturbatione cadebant. Interfecti sunt aūt viginti millia quingenti, ꝛ equites sexcenti. Timotheus vero confugit in Bazarā presidiū munitū, cui preerat Chereas. Machabeus autem, ꝛ qui cū eo erant, letantes obsederūt presidium diebus quatuor. At hi qui intus erant loci firmitate confisi supra modū maledicebant, ꝛ sermones nefandos iactabāt. Sed cū dies quinta illuxisset, viginti iuuenes ex his qui cū Machabeo erant accēsi animis ꝓpter blasphemiā viriliter accesserūt ad murū, ꝛ feroci animo incedētes ascēdebant: sed ꝛ alij similiter ascēdētes, turres portasq; succendere agressi sunt, atq; ipsos maledicos vinos concremare. Per cōtinuū autem biduum psidio vastato, Timotheū occultantem se in quodam repertum loco peremerunt: et fratrem illius Cheream, ꝛ Apollophanem occiderunt. Quibus gestis, in hymnis ꝛ confessionibus benedicebant dñm, qui magna fecit in Jsrael, ꝛ victoriam dedit illis.

¶ Capituli Summarium. Lysias Judeorū aduersarius inuitus petit eorum amicitiam. Caput.xj.

Sed parno post tempore, Lysias procurator regis, ꝛ propinquus, ac negotiorum prepositus, graniter ferens de his que acciderant congregatis octoginta millibus ꝛ equitatu vniuerso venebat aduersus Judeos, existimans se ciuitatē quidem captam gentib⁹ habitaculū facturū ꝛ templū vero in pecunie questū, sicut cetera delubra gētiū habiturū, ꝛ per singulos annos venale sacerdotium: nusq; recogitans dei potestatem, sed mēte effrenatus in multitudine peditum, ꝛ in millibus equitum ꝛ in octoginta elephantis confidebat. Ingressus autem Judeam ꝛ appropians Bethsure, que erat in angusto loco ab Jerosolyma interuallo quinq; stadiorū, illud presidiū expugnabat. Vt autem Machabeus et qui cum eo erant, cognouerunt expugnari presidia, cum fletu ꝛ lachrymis rogabāt dominū, ꝛ omnis turba simul, vt bonū angelū mitteret ad salutē Jsrael. Et ipse primus Machabeus sumptis armis, ceteros adhortatus est simul secū periculū subire, et ferre auxiliū fratribus suis. Cūq; pariter prompto animo procederent, Jerosolymis apparuit precedens eos eques in veste cādida, armis aureis hastam vibrans. Tunc omnes simul benedixerūt misericordem dñm ꝛ conculcauerūt animis: nō solū homines, sz ꝛ bestias fero

Universidad de Deusto Biblioteca

cissimas,ꝛ muros ferreos parati penetrare. Ibāt igiꝭ prō-
pti,de celo habētes adintorē,ꝛ miserantē super eos domi-
num. Leonum aut more impetu irruentes in hostes,pro
strauerunt ex eis vndecim millia peditum,ꝛ equitum mille
sexcētos:vniuersos aūt in fugā vterūt,plures aūt ex eis vul
nerati nudi euaserūt. Sed ꝛ ipe Lysias turpiter fugiēs eua
sit. Et qꝛ nō insensatus erat,secū ipse reputās factā erga se
diminutionē,ꝛ intelligens inuictos esse Hebreos omnipo
tentis dei auxilio innitentes,misit ad eos:promisitqꝫ se con
sensurū omnib⁹ q̄ iusta sunt,ꝛ regē cōpulsurū amicū fieri.
Annuit aūt Machabeus precibus Lysie in omnib⁹ vtili
tati consulēs:ꝛ quecūqꝫ Machabeus scripsit Lysie de Ju
deis,ea rex concessit. Nā erāt scripte Judeis epistole a Ly
sia siquidem hunc modū continentes. Lysias populo Ju
deorum salutē. Johānes ꝛ Absalom qui missi fuerāt a vo
bis,tradētes scripta postulabāt vt ea que p illos significa
bantur,implerē. Quecūqꝫ igiꝭ regi potuerunt pferri,expo
sui:ꝛ q̄ res permittebat,cōcessit. Si igiꝭ in negotijs fidē cō
seruaueritis,etiā deinceps bonoꝝ vobis causa esse tētabo.
De ceteris aūt per singula verba mādaui ꝛ istis ꝛ his qui a
me missi sunt colloqui vobiscū. Bene valete. Anno centesi
mo quadragesimo octauo mensis Dioscori,die vicesima
et quarta. Regis aūt epistola ista cōtinebat,Rex Anti-
ch⁹ Lysie fratri salutē. Patre nostro inter deos trāslato,
nos volētes eos qui sunt in regno nostro sine tumultu age
re,et rebus suis adhibere diligentiā,audiuimus Judeos
non cōsensisse patri meo vt transferrentur a ritū Grecoꝝ,
sed tenere velle suū institutū,ac ꝓpterea postulare a nobis
cōcedi sibi legitima sua. Volētes igiꝭ hāc qꝫ gentē quietaꝫ
esse,statuētes iudicc animus templū restitui illis,vt agerent
scōm suoꝝ maioꝝ cōsuetudinē. Bene igiꝭ feceris si mise-
ris ad eos,ꝛ dexterā dederis vt cognita nostra voluntate,
bono animo sint,ꝛ vtilitatibus propijs deseruiāt. Ad Ju
deos vero regis epistola talis erat, Rex Antiochus se-
natui Judeoꝝ ꝛ ceteris Judeis salutē. Si valetis,sic estis
vt volumus:sed ꝛ ipsi bene valem⁹. Adijt nos Menelaus
dicens velle vos descendere ad vestros qui sunt apud nos.
His igitur qui cōmeant vsqꝫ ad diē tricesimū mensis Xan
thici,damus dextras securitatis,vt Judaicis vtant cibis,
et legibus suis sicut et prius:ꝛ nemo eorum vllo modo mo
lestiam patiatur de his que per ignoratiā gesta sunt. Mi-
simus aūt ꝛ Menelaum,qui vos alloquatur. Valete. An-
no centesimo quadragesimooctauo,Xanthici mensis quin
tadecima die. Miserunt autem etiam Romani epistolaꝫ
ita se habentē,Quintus Memmius ꝛ Titus Manilius
legati Romanoꝝ populo Judeoꝝ salutem. De his que
Lysias cognatus regis concessit vobis,ꝛ nos concessimus.
De quibus autē ad regem iudicauit referendū,confestim
aliquē mittite diligētius inter vos cōferentes:vt decerna-
mus,sicut cōgruit vobis:nos em̄ Antiochiam accedimus.
Ideoqꝫ festinate rescribere,vt nos qꝫ sciamus cuius estis
voluntatis. Bene valete. Anno centesimo quadragesimo-
octauo,quintadecima die mensis Xanthici.

¶ Capitulū Summariū. Judas vindictam sumit de Jop
pitis ꝛ alios hostes expugnat. Caputxij.

His factis pactionib⁹, Lysias pgebat ad regē,
Judei aūt agriculture operam dabant. Sed hi
qui resederāt Timothe⁹ ꝛ Apolloni⁹ Gennei
filius,ſz ꝛ Hieronymus,ꝛ Demophō,sup hos
ꝛ Hyrcano: Cypriarches,nō sinebāt eos in silētio agere,et
quiete. Joppite vero tale quoddā flagitium perpetrarunt.
roganerūt Judeos cū quib⁹ habitabāt,ascēdere scaphas,
quas parauerant,cū vxoribus,ꝛ filijs,quasi nullis inimici-
tijs inter eos subiacētibus. Secundū cōmune itaqꝫ decretū
ciuitatis,ꝛ ipsis acquiescentibus,pacisqꝫ causa nihil suspe-
ctum habentibus:cum in altum processissent submerserūt
nō minus ducentos. Quā crudelitatē Judas in sue gentis
homines factam vt cognouit,precepit viris qui erant cum
ipso:ꝛ inuocato iusto iudice deo,venit aduersus interfecto
res fratrum,ꝛ portum nocte succendit,scaphas crul
fit,eos autem qui ab igne refugerant,gladio peremit. Et
cum hec ita egisset discessit quasi iterū reuersurus,et vniuer
sos Joppitas eradicaturus. Sed cū cognouisset et eos qui
erant Jamnie,velle pari modo facere habitantib⁹ secum
Judeis Jamnitis quoqꝫ nocte superuenit,ꝛ portum cum
nauibus succendit,ita vt lumen ignis appparet Jerosoly-
mis a stadijs ducentis quadraginta. Inde cum iam absi
sent nouem stadijs ꝛ iter facerent ad Timotheum,com-
miserunt cum eo arabes quinqꝫ millia viri ꝛ equites quin-
genti. Cumqꝫ pugna valida fieret,ꝛ auxilio dei prospere
cessisset,residui Arabes victi petebant a Juda dextras si-
bi dari,promittentes se pascua daturos,ꝛ in ceteris profu-
turos. Judas autem arbitratus vere in multis eos vtiles,
promisit pacem:dextrisqꝫ acceptis,discessere ad taberna-
cula sua. Aggressus est autem et ciuitatem quandā firmā
pontib⁹ murisqꝫ circumseptam,que a turbis habitabatur
gentium promiscuarū,cui nomen Caspin. Hi vero qui in
tus erant confidentes in stabilitate muroꝝ ꝛ apparatu alt
moniarum,remissius agebant,maledictis lacessentes Ju-
dam,ac blasphemātes,ac loquentes que fas non est. Ma-
chabeus aūt inuocato magno mūdi principe,qui sine ariet
tibus ꝛ machinis tēporibus Jesu precipitauit Jericho ir-
ruit ferociter muris:ꝛ capta ciuitate per domini volūta-
tem innumerabiles cedes fecit,ita vt adiacens stagnum sta
diorum duorum latitudinis sanguine interfectorum fluere
videretur. Inde discesserunt stadia septingēta quinquagin
ta,ꝛ venerunt in Characa ad eos qui dicuntur Tubieni,
Judeos:ꝛ Timotheum quidem in illis locis non compre-
henderunt nullogꝫ negotio perfecto regressus est,relicto in
quodam loco firmissimo presidio. Dositheꝰ autem ꝛ So-
sipater,qui erant duces cū Machabeo peremerunt a Ti-
motheo relictos in presidio,decem millia viros. At Ma-
chabeus ordinatis circū se ser millibus,ꝛ cōstitutis per co
hortes,aduersus Timotheum processit,habentem secum
centum viginti millia peditū,equitumqꝫ duo millia quin-
gentos. Cognito aūt Jude aduentu Timotheus premisit
mulieres ꝛ filios ꝛ reliquum apparatum,in presidiū quod
Carnion dicitur,erat enim inexpugnabile,ꝛ accessu diffi-
cile propter locoꝝ angustias. Cumqꝫ cohors Jude prima
apparuisset,timor hostibus incussus est,ex presentia dei qui
vniuersa conspicit:ꝛ in fugā verſi sunt,alius ab alio,ita vt
magis a suis deijcerētur,ꝛ gladioꝝ suoꝝ ictibus debili-
tarentur. Judas aūt vehemēter instabat puniens prophā-
nos,ꝛ prostraut ex eis triginta millia virorum. Ipse vero
Timotheus incidit in partes Dositheꝛ ꝛ Sosipatris:et
multis precib⁹ postulabat vt vinus dimitteret,eo qō mul
torum ex Judeis parentes haberet,ac fratres,quos morte
eius decipi eueniret. Et cū fidē dedisset restituturum se eos
secundum constitutū illesum eum dimiserunt propter fra-
trum salutē. Judas autē regressus est a Carnion,interfe-
ctis viginticinqꝫ millib⁹. Post horū fugam et necē,movit
exercitū ad Epiphon ciuitatē munitā,in qua multitudo di-
uersaruꝫ gētū habitabat:ꝛ robusti iuuenes pro muris con
sistentes fortiter repugnabāt:in hac aūt machine multe et
teloꝝ erat apparatus. Sed cū omnipotentē inuocassent q̄
potestate sua vires hostium confringit,ceperūt ciuitatem:
ꝛ ex eis qui intus erant viginticinqꝫ millia pstrauerunt. In-
de ad ciuitatem Scythopolitas erant Judeis,q̄ benigne ab eis haberētur,
etiam temporibus infelicitatis quod modeste secū egerunt:
gratias agētes eis,exhortati etiā de cetero erga genus suū
benignos esse,venerūt hierosolymā die solēni septimanaruꝫ
instante. Et post pentecosten abierunt contra Gorgiā pre-
positum Idumee. Exiuit autem cum peditibus tribus mil
libus,et equitibus quadringentis. Quibus congressis cō-
tigit paucos ruere Judeoꝝ. Dositheus vero quidā de Ba
cenoris eques,vir fortis,Gorgiam tenebat:ꝛ cū vellet illū
capere vnum,eques quidam de Thracibus irruit in eum,
humerumqꝫ eius amputauit: atqꝫ ita Gorgias effugit in

Dareſa. At illis qui cum Gorgia erāt, diuti⁹ pugnātibus et fatigatis, inuocauit Judas dominū adiutorē, z ducem belli ſieri: incipiēs voce patria, z cū hymnis clamorē ertollens fugā Gorgie militibus incuſſit. Judas aūt collecto exercitu venit in ciuitatē Odollā. z cū ſeptima dies ſuperueniret ſecundū conſuetudinē purificati, in eodē loco ſabbathum egerūt. Et ſequēti die venit cū ſuis Judas, vt corpora pſtratorū tolleret, z cū parentibus poneret in ſepulchris paternis. Inuenerūt aūt ſub tunicis interfectorū de donarijs idolorū, que apud Jamniā fuerunt, a quib⁹ lex phibet Judeos: omnib⁹ ergo manifeſtū factū eſt ob hanc cām eos corruiſſe. Dēs ita q̄z benedixerūt iuſtū iudicū dñi, q occulta fecerat manifeſta. Et q̄z ita ad preces cōuerſi rogauerūt vt id qđ factū erat delictū, obliuioni traderet. At vero fortiſſimus Judas hortabat populū cōſeruare ſe ſine peccato ſub oculis videntes que facta ſunt pro peccatis eorū qui proſtrati ſunt. Et facta collatione, duodecim millia drachmas argenti miſit Jeroſolymā offerri pro peccatis mortuorum ſacrificiū, bene z religioſe de reſurrectiōe cogitās. (Nisi etiā eos qui ceciderant, reſurrecturos ſperaret, ſuperfluum videretur z vanū orare pro mortuis) z q̄ conſyderabat q̄ hi q cū pietate dormitionē acceperāt, optimā haberent repoſitam gratiam. Sancta ergo et ſalubris eſt cogitatio pro defunctis exorare, vt a peccatis ſoluantur.

¶ Capituli Summarium. Tranſfuga Menelaus precipitatur, z aliquot milia a Juda occiduntur. Caput.xiij.

Anno centeſimo quadrageſimonono, cognouit Judas Antiochū Eupatorē venire cū multitudine aduerſus Judeā, z cū eo lyſiā pceratorem z prepoſitū negotiorū, ſecū habentē pditū centum decem millia, z equitū quinq̄ millia, z elephantos viginti duos, currus cum falcibus trecētos. Cōmiſcuit aūt ſe illis z menelaꝰ z cū multa fallacia deprecabat Antiochū, non ꝓ patrie ſalute, ſed ſperās ſe cōſtitui in principatū. Sed rex regū ſuſcitauit animos Antiochi in peccatorem: z ſuggerente Lyſia hunc eſſe cauſam omniū malorū inſiſt vt eis eſt conſuetudo, apprehenſum in eodē loco necari. Erat aūt in eodē loco turris quinquaginta cubitorū, aggeſtū vndiq̄z habens cineris. hec proſpectū habebat in preceps. inde in cinerē deijci inſſit ſacrilegū, omnib⁹ eū ꝓpellētibus ad meritum. Et tali lege preuaricatorē legis contigit mori, nec terre dari ſepulturā. Et quidē ſatis iuſte. nam q̄ multa erga arā delicta cōmiſit, cui⁹ ignis et cinis erat ſanctus: ipſe in cineris morte damnatus eſt. Sed rex mēte effrenatus veniebat, nequiorem ſe patre ſuo Judeis oſtēſurus. Quibus Judas cognitis precepit populo vt die ac nocte dominū inuocarent, quo ſicut ſemper z nunc adiuuaret eos: quippe qui legē z patriā, z ſanctū q̄z tēplo ꝓuari verebant, ac populum qui nup paululū reſpiraſſet, ne ſineret blaſphemis ruſus nationibus ſubdi. Omnibus itaq̄z ſimul id faciētibus et petentibus a domino miſericordiā cū fletu et ieiunijs per triduum continuū proſtratis, hortatus eſt eos Judas, vt ſe prepararent. ipſe vero cū ſenioribus cogitauit pri⁹ quā rex admoneret exercitum ad Judeā, z obtineret ciuitatem, exire, z dñi iudicio cōmittere eritū rei. Dans itaq̄z poteſtatem omniū deo mundi creatori, z hortatus ſuos vt fortiter dimicarent, z vſq̄z ad mortē pro legibus, templo, ciuitate, patria, z ciuibus ſtarent: circa Modin exercitū conſtituit. Et dato ſigno ſuis Dei victorie iuuenib⁹ fortiſſimis electis nocte aggreſſus aulā regiā, in caſtris interfecit viros quatuordecim millia z maximū elephātorū cū his qui ſup poſiti fuerāt: ſummoq̄z metu ac perturbatione hoſtiū caſtra repleuerūt, rebuſq̄z proſpere geſtis abierūt. Hoc aūt factum eſt die illucēſcente, adiuuante eū dñi ꝓtectione. Sed rex accepto guſtu audacie Judeorū, arte difficultatē locorū tentabat, z Bethſure que erat Judeor⁹ preſidiū munitū, caſtra admonebat: ſed fugabat, impingebat, minorabatur. His autem qui intus erant, Judas neceſſaria mittebat. Nūtiatum aūt myſteria hoſtibus rhodocus quidam de Judaico exercitu, qui requiſitus cōprehenſus eſt, z cōclusus.

Iterū rex ſermonē habuit ad eos qui erant in Bethſuris. Dexterā dedit, accepit, abiit, cōmiſit cū Juda, ſuperatus eſt. Ut autem cognouit rebellaſſe Philippum Antiochie, q relictus erat ſuper negotia mente conſternatus Judeos deprecās: ſubditusq̄z eis iurat de omnibus quibus iuſtum viſum eſt: z reconciliatus obtulit ſacrificium, honorauit templum, z munera poſuit. Machabeum ampleratus eſt, z fecit eum a Ptolemaide vſq̄z ad Gerrenos ducem z principem. Ut autē venit Ptolemaidā, graviter ferebāt Ptolemenſes amicitie cōuentionē, indignantes ne forte fedus irrumperet. Tunc aſcendit Lyſias tribunal z exposuit rationem et populum ſedauit, regreſſuſq̄z eſt Antiochiaz: z hoc modo regis profectio z reditus proceſſit.

¶ Capituli Summarium. Querit Illicanor occaſionem iniquā contra Judeos. Caput.xiiij.

Ed poſt triennij tēpus cognouit Judas z qui cum eo erāt, Demetriū Seleuci cū multitudine valida, z nauib⁹ per portū Tripolis aſcendiſſe ad loca opportuna, z tenuiſſe regiones ad Antiochū z ducē eius Lyſiā. Alcimus aūt quidā, q ſummus ſacerdos fuerat, ſed volūtarie coinquinat⁹ eſt tēporibus cōmiſtionis, cōſyderās nullo modo ſibi eſſe ſalutē, neq̄z acceſſum ad altare, venit ad regē Demetriū centeſimo quinquageſimo anno, offerēs ei coronā aureā, z palmā, ſuper hec z talos qui tēpli eſſe videbant. Et ipſa quidē die ſiluit. Tempus autē opportunū demētie ſue nactus, cōuocatus a Demetrio ad conſiliū, z interrogatus quib⁹ rebus z cōſilijs Judei niterent reſpōdit, Ipſi qui dicūtur Aſſidei Judeorū, quib⁹ preeſt Judas Machabeꝰ, bella nutriūt, z ſeditiones mouēt, nec patiūtur regnū eſſe quietū. nā et ego defraudatus parentū gloria (dico aūt ſummo ſacerdotio) huc veni: primo quidem vtilitatib⁹ regis fidē ſeruās, ſecundo autem etiam ciuibus conſulēs nam illoꝝ pranitate vniuerſum genus noſtrū nō minime vexatur. ſed his ſingulis o rex cognitis, z regioni, et generi ſecundū humanitatē tuā promulgatā omnib⁹ proſpice. nam quādiu ſupeſt Judas, impoſſibile eſt pacē eſſe negotijs. Talibus aūt ab hoc dictis, z ceteri amici hoſtiliter ſe habētes aduerſus Judam, inflammauerūt Demetriū. Qui ſtatim Illicanorem prepoſitum elephantorum ducem miſit in Judeam: datis mandatis vt ipſum quidem Judam caperet, eos vero qui cum illo erant, diſpergeret, z cōſtitueret Alcimum maximum templi ſummum ſacerdotem. Tunc gētes que de Judea fugerant Judam, congregatim ſe Illicanori miſcebāt, miſerias z clades Judeorum, proſperitates rerum ſuarum eſtimantes. Audito itaq̄z Judei Illicanoris aduentu, z conuentu nationum, conſpergebāt terrā rogabantq̄z eum qui populū ſuum conſtituit, in eternum cuſtodiret q̄z ſuam portionem ſignis euidentibus protegit. Imperante autem duce, ſtatim inde mouerunt, commiſerunt q̄z ad caſtellum Deſſau. Simon vero frater Jude cōmiſerat cū Illicanore, ſed cōterritus eſt repentino aduentu aduerſariorū. Illicanor tamē audiens virtutem comitū Jude z animi magnitudinē quam pro patrie certaminib⁹ habebant, ſanguine iudicū facere metuebat. Quam ob rē premiſit Poſidoniū, z Teodotiū, z Mathiā vt darēt dextras atq̄z acciperēt. Et cū diu de his conſilijs ageretur, z ipſe dux ad multitudinē retuliſſet oīa vna fuit ſententia amicitijs annuere. Itaq̄z diem conſtituerunt qua ſecreto inter ſe agerent: et ſingulis ſelle prolate ſunt z poſite. Precepit autem Judas armatos eſſe locis opportunis, ne forte ab hoſtibus repente mali aliquid oriretur: z cōgruum colloquium fecerunt. Morabatur autem Illicanor Jeroſolymis: nihilq̄z iniq̄z agebat, gregeſq̄z turbarū que congregate fuerant dimittat. Habebat autem Judam ſemper charum ex animo, et erat viro inclinatus. Roganitq̄z eum ducere vxorem, filioſq̄z procreare. Nupſit quoq̄z fecit, quiete egit conuerſq̄z viuebant. Alcimus autem videns charitatem illorum adinuicem z conuentiones venit ad Demetrium, z dicebat Illicanorem rebus alienis aſſentire, Judamq̄z regni inſidiatorem ſucceſſorē ſibi deſti-

nasse. Itaq; rex eraſperatus, & peſſimis huius criminationibus irritatus, ſcripſit Nicanori, dicens grauiter quidem ſe ferre de amicitie conuentione, iubere tñ Machabeũ citius vinctũ mittere Antiochiam. Quibus cognitis Nicanor cõſternabatur, & grauiter ferebat, ſi ea que cõuenerant irrita faceret, nihil leſus a viro. ſed q; regi reſiſtere non poterat opportunitatẽ obſeruabat qua preceptum perficeret. Et Machabeus videns ſecũ auſterius agere Nicanorẽ, et cõſuetũ occurſum ferocius exhibẽtẽ, intelligẽs non er bono eſſe auſteritatẽ iſtã, pancis ſuorũ cõgregatis occultauit ſe a Nicanore. Quod cũ ille cognouit fortiter ſe a viro preuentũ, venit ad marimũ & ſanctiſſimũ tẽplũ: & ſacerdotibus ſolitas hoſtias offerẽtibus, iuſſit ſibi tradi virũ. quibus cũ iuramento dicentibus neſcire ſe vbi eſſet qui querebatur, extendẽs manũ ad templũ iurauit dicens, Niſi Judã mihi vinctũ tradideritis, iſtud dei phanũ in planitiẽ deducã, et altare effodiam, & templum hoc Libero patri conſecrabo. Et his dictis abijt. Sacerdotes autem protẽdẽtes manus in celum, inuocabant eũ qui ſemper propugnator eſſet gentis ipſorum, hec dicentes, Tu domine vniuerſorum, qui nullius indiges, voluiſti templum habitationis tue fieri in nobis. Et nunc ſancte ſanctorum omnium domine, conſerua in eternum impollutam domum iſtam que nuper mũdata eſt. Razias autem quidam de ſenioribus ab Jeroſolymis delatus eſt Nicanori, vir amator ciuitatis, & bene audiens: qui pro affectu Pater Judeorũ appellabatur. Hic multis temporibus continentie propoſitum tenuit in Judaiſmo, corpuſq; & animã tradere contentus pro perſeuerantia. Volens autem Nicanor manifeſtare odium quod habebat in Judeos, miſit milites quingentos, vt eum comprehenderent. putabat enim ſi illum decepiſſet, ſeſe cladem Judeis maximã illaturũ. Turbis autem irruere in domũ eius, & ianuam diſrupere atq; ignem admouere cupientibus, cum iam comprehenderetur, gladio ſe petijt: eligens nobiliter mori, potius quam ſubditus fieri peccatoribus, et contra natales ſuos indignis iniurijs agi. Sed cum perfestinationem nõ certo ictu plagam dediſſet, & turbe intra oſtia irrumperent, recurrens audacter ad murum precipitauit ſemetipſum viriliter in turbas. quib⁹ velociter locum dantibus caſui eius, venit per mediam cerucem. et cũ adhuc ſpiraret, accenſus animo, ſurrexit: et cum ſanguis eius magno fluxu defluxet, & grauiſſimis vulneribus eſſet ſaucius, curſu turbã pertranſijt. & ſtãs ſupra quandã petram preruptam, et iam exanguis effectus, complexus inteſtina ſua, & triſq; manib⁹ iecit ſup turbas, inuocãs dñatorẽ vite ac ſpũs vt hec illi iterũ redderet. atq; ita vita defunct⁹ eſt.

¶ L. S. Contra Nicanoris ſeuitiã Judas cũ ſuis nocturno viſu roboratur, & multa ſternit millia. Caput. xv.

Nicanor autem vt comperit Judaz eſſe in locis Samarie, cogitauit cum omni impetu die ſabbathi committere bellum. Judeis vero qui illũ per neceſſitatem ſequebantur dicentibus, Ne ita ferociter et barbare feceris, ſed honorem tribue diei ſanctificationis et honora eum qui vniuerſa conſpicit. At ille infelix interrogauit ſi eſt potens in celo qui imperauit agi diem ſabbathorum. Et reſpondentibus illis, Eſt dominus vnus ipſe in celo potens qui iuſſit agi ſeptimam diem. At ille ait, Et ego potens ſum ſuper terram, qui impero ſumi arma, & negotia regis impleri. Tamen non obtinuit, vt cõſilium perficeret. Et Nicanor quidem cum ſumma ſupbia erectus cogitauerat commune tropheũ ſtatuere de Juda. Machabeus autem ſemper confidebat cum omni ſpe auxilium ſibi a deo affuturum, & hortabatur ſuos ne formidarent ad aduentum nationum, ſed in mente haberent adiutoria ſibi facta de celo, & nunc ſperarent ab omnipotente ſibi affuturam victoriam. Et allocutos eos de lege & prophetis, admonens etiam certamina que fecerant prius, promptiores conſtituit eos, & ita animis eorũ erectis ſimul oſtendebat gentium fallaciam, & iuramentor⁹ preuaricationem. ſingulos autem illorum armauit, non clypei et haſte mum tione, ſed ſermonibus optimis & exhortationibus expoſito digno fide ſomnio, per quod vniuerſos letificauit. Erat autem huiuſcemodi viſus: Oniam qui fuerat ſummus ſacerdos, virum bonum & benignum, verecũdum vitu, modeſtum morib⁹, & eloquio decorum, & qui a puero in virtutibus exercitatus ſit manus protendentẽ, orare p omni populo Judeor⁹. Poſt hoc apparuiſſe & aliũ virũ etate & gloria mirabilem, & magni decoris habitudinem circa illum. Reſpondẽtem vero Oniam dixiſſe, Hic eſt fratrum amator, & populi Iſrael: hic eſt qui multum orat pro populo et vniuerſa ſancta ciuitate, Jeremias propheta dei. Extendiſſe autem Jeremiam dextrã & dediſſe Jude gladium aureum, dicentem, Accipe ſanctum gladium munus a deo, in quo deijcies aduerſarios populi mei Iſrael. Exhortati itaq; Jude ſermonibus bonis valde, de quibus ertolli poſſet impetus, & animi iuuenum confortati ſtatuerunt dimicare & confligere fortiter vt virtus de negotijs iudicaret, eo quod ciuitas ſancta & templum periclitarentur. erat enim pro vxoribus, & filijs itemq; pro fratrib⁹ & cognatis minor ſolicitudo: maximus vero & primus pro ſanctitate timor erat templi. ſed & eos q; in ciuitate erant, non minima ſolicitudo habebat pro his qui congreſſuri erant. Et cum iam omnes ſperarent iudicium futurum, hoſtesq; adeſſent atq; exercitus eſſet ordinatus, beſtie equiteſq; opportuno in loco compoſiti, conſyderans Machabeus aduentum multitudinis, & apparatum varium armorum, & ferocitatem beſtiarum, extendens manus in celum, prodigia facientem dominum inuocauit, qui non ſecundum armorum potẽtiam, ſed prout ipſi placet, dat dignis victoriã. Dixit autem inuocans hoc modo, Tu domine qui miſiſti angelum tuum ſub Ezechia rege Juda, & interfeciſti de caſtris Sẽnacherib centum octogintaquinq; millia, & nũc dominator celorum mitte angelum tuũ bonũ ante nos in timore, & tremore magnitudinis brachij tui, vt metuãt qui cum blaſphemia veniunt aduerſus ſanctum populum tuum. Et hic quidẽ ita perorauit. Nicanor aũt, & qui cũ ipſo erãt, cũ tubis & canticis admonebant. Judas vero, & qui cũ eo erant inuocatio deo: per orationes cõgreſſi ſunt: manu quidem pugnantes, ſed dominũ cordibus orantes proſtrauerunt nõ minus triginta quinq; millia, preſentia dei magnifice delectati. Cũq; ceſſaſſent, & cum gaudio redirent, cognouerũt Nicanorem ruiſſe cum armis ſuis. Facto itaq; clamore, & perturbatiõe excitata, patria voce omni potentem dominũ benedicebãt.

Precepit autẽ Judas qui per omnia corpore & animo moriri pro ciuibus paratus erat, caput Nicanoris, et manũ cum humero abſciſſam. Jeroſolymã perferri. Quo cum peruenijſſet, conuocatis contribulibus, & ſacerdotibus ad altare accerſijt & eos qui in arce erant. Et oſtenſo capite Nicanoris, & manu nefaria quã extẽderat cõtra domũ ſanctã omni potentis dei, magnifice gloriatus eſt. Lingua etiam impij Nicanoris precisam iuſſit particulatim auibus dari: manum autem dementis contra templum ſuſpẽdi. Omnes igitur celi benedixerunt dominũ, dicẽtes, Benedictus qui locum ſuũ incõtaminatũ ſeruauit. Suſpẽdit aũt Nicanoris caput in ſumma arce, vt euidẽs eſſet, & manifeſtũ ſignũ auxilij dei. Itaq; oẽs cõmuni cõſilio decreuerũt nullo mõ diem iſtum abſq; celebritate preterire: habere aũt celebritatẽ tertia decima die menſis Adar que dicitur voce Syriaca, pridie Mardochei diei. Igitur his erga Nicanorem geſtis, & ex illis temporibus ab Hebreis ciuitate poſſeſſa, ego quoq; in his faciam finem ſermonis. Et ſi quidem bene, & vt hiſtorie competit, hoc & ipſe velim: ſi autem minus digne, concedendum eſt mihi. Sicut enim vinum ſemper bibere aut ſemper aquam contrarium eſt, alternis autem vti delectabile: ita legentibus ſi ſemper exactus ſit ſermo, non erit gratus. Hic ergo erit conſummatus.

¶ Explicit ſecundus liber Machabeorum.

¶ Explicit vetus Teſtamentum.

Universidad de Deusto Biblioteca

¶Incipit nouum testamentum.

¶Epistola beati Hieronymi presbyteri ad Damasum papam in quatuor euangelistas incipit.



BEatissimo pape Damaso: Hieronymus. Nouum opus me facere cogis ex veteri: post exemplaria scripturarū toto orbe dispersa quasi quidā arbiter sedeā: & q̄ inter se variant que sint illa que cū greca cōsentiant veritate decernam. Pius labor: sed periculosa presumptio: iudicare de ceteris: ipsum ab omnib⁹ iudicandū: sensus mutare linguā, & canescentem iam mūdū ad initia retrahere parunlorū. Quis enī doctus pariter vel indoctus: cū in manus volumē assumpserit: & falsina quā semel imbibit viderit discrepare cō lectitat nō statim erūpat in vocē me falsariū, me clamās esse sacrilegū qui audeā aliqd in veterib⁹ libris addere, mutare, corrigere? Aduersus quā inuidiā duplex cā me consolat, q̄ & tu q̄ summ⁹ sacerdos es fieri iubes: et verū nō esse cō variat: etiā maledicorū testimonio cōprobat: Si enī latinis exēplarib⁹ fides est adhibēda: rñdeāt quib⁹ tot sunt exemplaria pene quot codices. Sinaūt veritas est querenda de pluribus cur nō ad grecā originē reuertēmur: ea q̄ vel a vitiosis interpretibus male edita: vel a presumptoribus imperitis emendata pnersus vel a librarijs dormitātib⁹ aut addita sunt: aut mutata corrigimus? Neq; vero ego de veteri disputo testō cō a septuaginta senioribus in grecā linguā vsus tertio gradu ad nos vsq; peruenit. Illō q̄ro qd agla qd symmachus sapiant quare theodotiō inter nouos & veteres medius incedat. Si illa vera interpretatio quā apli pbauerūt. De nouo nūc loquor: testō cō grecū eē nō dubiū est: excepto apō matthaeo: q primus in iudea euangeliū Christi hebraicis literis edidit. Hoc certe cū in nro sermōe discordat & in diuersos riuulorū tramites ducit: vno de fonte querēdus est. Preter mitto eos codices quos a Luciano & Hesitio nuncupatos paucorū hominū asserit peruersa contētio: quibus vtiq; nec in toto veteri instrumēto post septuaginta interpretes emendare quid licuit nec in nouo profuit emendasse: cum multarum gentium linguis scriptura ante translata doceat falsa esse que addita sunt. Igitur hec p̄sens prefatiuncula pollicetur quatuor tantū euangelia: quorū ordo est iste, matthaeus, marcus, lucas, Joannes codicū grecorum emendata collatione ſz & veterū, q̄ ne multum a lectionis latine cōsuetudine discreparēt: ita calamo umperamus, vt his tñ que sensum videbantur mutare: correctis reliqua manere pateremur vt fuerant. Canones quoq; q̄s Eusebius Cesariensis epūs Alexādrin⁹ secutus a mmonium in decem numeros ordinauit sicut in greco habentur expressim⁹. Quod si quis de curiosis voluerit nosse que in euāgelijs vel eadem vel vicina vel sola sint: eorū distinctione cognoscet. ℣ dagnus siquidem hic in nostris codicib⁹ error inolenit dū q̄ in eadē re alius euāgelista plus dixit: aliō q̄ minus putauerint: addiderūt, vel dū eandē sensum alius aliter expressit: alle q vnū e quatuor primū legerat ad eius exemplum ceteros quoq; existimauerat emendādos. Unde accidit: vt apud nos mixta sint oīa & in marco plura Luce atq; matthei. Rursum in matthaeo plura Joānis & marci: & in ceteris reliquorum que in alijs propria sunt inueniantur. Cum itaq; canones legeris qui subiecti sunt cōfusionis errore sublato & simulia oīa scies singulis sua q̄q; restitues. In canone primo concordāt quatuor: matthaeus: marcus, lucas: Joannes. In scō tres: matthaeus marcus: lucas, In tertio tres: matthaeus, lucas, Joannes. In quarto tres, matthaeus, marcus, Joannes. In quinto duo, matthaeus, lucas. In sexto duo, matthaeus, marcus. In septimo duo, matthaeus, Joannes. In octauo duo, lucas, marcus. In nono duo, lucas, Joannes. In decimo: ppria vnusq; que non habentur in alijs ediderunt. Singulis vero euangelijs ab vno incipiens vsq; ad finem librorum dispar numerus accrescit. Hic nigro colore prescriptus sub se habet alium ex minio discolorem numerum qui ad decē vsq; precedens indicat. quot numerus in quo sit canone requirendus. Cum ergo aperto codice (verbi gratia) illud siue illud capitulū scire volueris cuius canonis sit: statim ex subiecto numero doceberis: & recurrens ad principia in quib⁹ canonum est distincta congeries: e[illegible] statim canone & titulo frontis inuento: illū quem querebas numerū eiusdem euangelij qui et ipse ex inscriptione signatur inuenies: atq; e vicino ceterorū tramitibus inspectis: quos numeros e regiōe habeant adnotabis: & cū scieris recurres ad volumina singulorum: & sine mora repertis numeris quos ante signaueras reperies: & loca in quibus vel eadē vel vicina dixerunt. Sciendū tamē ne quis ignarum ex similitudine numerorū error inuoluat: q̄ sicubi in subnotatione canonū distinctor in canone quolibet tres euāgeliste bis ter vel ēter aut etiaz amplius eūdem numerum per ordinē habuerint annotatū: & quartus ecōtrario discrepāte: q̄ id tres illi in eo loco semel dixerint quart⁹ totics in corpore voluminis sui ponat quotes diuersi numeri in eius canone positi stāt cōtra p̄dictorū numerorū cōtinuatas simlitudines. Itē si in vno quolibet eorū aut etiā duobus idē in canone numerus bis ter quater aut eo ampli⁹ reperiat in ordine collocatus & dispares inueniūtur in ceteris: dubiū non erit quin q̄ illi⁹ illorū ve canonis numerus bis terq; repetitū ab his in volumine semel dictū esse ostendit: alter alteri ve eorū toties vno atq; eodē sensu loquantur: quoties p̄tulerint in numerorū annotatione distātiā. Et hoc in oīm nouē canonū collatione seruabit. Ceterū in decimo (qui) ppria singulorū tñ modo cōtinentur) nō pōt contra ad cōparatio esse q̄ solū est. Opto vt in Christo valeas et memineris mei papa beatissime.

¶Explicit Epistola beati Hieronymi presbyteri. ad Damasum papa[illegible] quatuor euangelistas.
¶Incipit prologus [illegible] Eusebij pamphili Cesariensis episcopi de canonibus quatuor euangelistarum: & est epistola ipsius ad Carpianum.

EUsebius carpiano fratri in dño salutē. Ammonius quidā alexādrin⁹ magno studio atq; industria vnū nobis p quatuor euāgelijs dereliquit. Nā q̄ tuū euangeliorū sensus exceptos oēs similes contētus q̄ matthei euāgelio q̄si ad vnū cōgestos annexuit: ita vt eorūdē ē tū ad tenorē ptinet lectionis iam stylus interruptus esse videat. Verū vt saluo corpore sine textu ceterorū hic euāgeliorū: ppria & familiaria loca in quibus eadē sil̄q; direxerūt scire possis ac vere dissererē: accepta occasione ex p̄dicti viri studio alia ratione decē numerorū tibi titulos designaui. Quorū primus quatuor in se cōtinet numeros in quib⁹ silia ab vniuersis dicta sunt. ℣ matthaeo: marco: luca: ioanne. Scōs in quibus tres: ℣ matthaeus: ℣ marcus: Lucas. Tertius in quibus tres. ℣ matthaeus: Lucas: Joānes. Quartus in quibus tres: ℣ matthe⁹: ℣ marcus: Joannes. Quintus in quibus duo: ℣ matthaeus: Lucas. Sextus in quibus duo: ℣ matthaeus ℣ marcus. Septimus in quibus duo: ℣ matthaeus: Joannes. Octauus in quib⁹ duo: ℣ marcus: Luca. Nonus in quib⁹ duo: Lucas: Joānes. Decimus in quib⁹ singuli de quibus dā ppria scripserūt. Et quidē subiectorum titulorū id est argumētū clara vero eorū narratio

Universidad de Deusto
Biblioteca

hec est. Et enim per singula loca euangeliorum quidam numerus videtur appositus paulatim incipiens a primo: deinde secūdo postremo tertio et per ordiné librorū ad finez vsqz progrediens. Itaqz per singulos numeros supputatio per minij distinctionē inuenitur inserta significās cui de decem titulū appositus numerus assignetur. Veluti siquidem primum certū est in primo. Si vero in secō: et eodem modo vsqz ad decē. Si igitur euoluto vno qualicūqz cū quatuor euangelijs cuilibet capitulo velis insistere et rescire qui similia dixerint et loca ꝓpria agnoscere singulorū in quibus eadem sunt ꝓlocuti: eiusdem sensus quē tenes relegēs propositum numerū: quesitūqz eum in titulo quem demonstrat tituli subnotatio continuo scire potes ex suprascriptionibus quas in fronte notatas inuenies: qui autem quod de his que inquiris similia dixerint. Veniens etiā ad reliqua euangelia per eundem numerum quem contines videbis appositos ꝑ singulos numeros: atqz eos in suis propriisqz locis similia dixisse reperies.

¶ Explicit prologus [redacted] Eusebij episcopi cesarien sis.
¶ Versus de decem canonibus euangeliorum.

Euangelistas habet canon. euangelistis secundum canon.
Quatuor est primus: primis tribus alter opimus.
Non est in canone: idest non ponatis.
Marcus abit terno: luca canone cede quaterno.
Canone. Mattheus. Lucas. Mattheus. Marcus.
Quinto vir: mugit: sexto vir: canone rugit.
Canon Mattheus. Joannes. Canon Lucas. Marcus.
Septimus est vir auis: octauus bos leo mauis.
Lucas. Johannes canone propria euangeliste.
Bos volat in nono: decimo sua cuiqz repono.

¶ Incipit alius prologus beati Hieronymi presbyteri ad Eusebium in quatuor euangelistas.

o Matth. xvij.d. Marci vij.e. mat.x. d. et xvj.d. Marci. viij.d. Infra xiij.f. xvij.g. to.xij.d. mat.x.d. Marci. viij.d. ij.ti.ij.b.
p Matth. xvij.d. Marci vij.e. mat.x. d. et xvj.d. Marci. viij.d. Infra xiij.f. xvij.g. to.xij.d. mat.x.d. Marci. viij.d. ij.ti.ij.b.
q Matth. xvij.d. Marci vij.e. mat.x. d. et xvj.d. Marci. viij.d. Infra xiij.f. xvij.g. to.xij.d. mat.x.d. Marci. viij.d. ij.ti.ij.b.
r Matth. xvij.d. Marci vij.e. mat.x. d. et xvj.d. Marci. viij.d. Infra xiij.f. xvij.g. to.xij.d. mat.x.d. Marci. viij.d. ij.ti.ij.b.
s Matth. xvij.d. Marci vij.e. mat.x. d. et xvj.d. Marci. viij.d. Infra xiij.f. xvij.g. to.xij.d. mat.x.d. Marci. viij.d. ij.ti.ij.b.
t Matth. xvij.d. Marci vij.e. mat.x. d. et xvj.d. Marci. viij.d. Infra xiij.f. xvij.g. to.xij.d. mat.x.d. Marci. viij.d. ij.ti.ij.b.
v Matth. xvij.d. Marci vij.e. mat.x. d. et xvj.d. Marci. viij.d. Infra xiij.f. xvij.g. to.xij.d. mat.x.d. Marci. viij.d. ij.ti.ij.b.
x Matth. xvij.d. Marci vij.e. mat.x. d. et xvj.d. Marci. viij.d. Infra xiij.f. xvij.g. to.xij.d. mat.x.d. Marci. viij.d. ij.ti.ij.b.

¶ Capituli Summarium. Conditiones docēdi verbum prescribuntur, et legisperitus Christum tentat.

Caput.x.



Post hec autem designauit dominus et alios septuagintaduos: et misit illos binos ante faciem suam in omnem ciuitatem et locum quo erat ipse venturus. Et dicebat illis. [b] Messis quidē multa, operarij autem pauci. Rogate ergo dominum messis vt mittat operarios in messem suā. [c] Ite: ecce ego mitto vos sicut agnos inter lupos. [d] Nolite portare sacculū, neq; peram: neq; calceamenta, et neminē p viā salutaueritis. [e] In quācūq; domū intraueritis, primū dicite. Pax huic domui. et si ibi fuerit filius pacis, requiescet super illū pax vestra: sin autē, ad vos reuertet. [f] In eadē autē domo manete edētes et bibentes que apud illos sunt. dignus est enī operarius mercede sua. [g] Nolite trāsire de domo in domū. Et in quācūq; ciuitatē intraueritis, et susceperint vos, māducate que apponūtur vobis: et curate infirmos qui in illa sunt, et dicite illis. Appropinquauit in vos regnum dei. [h] In quancūq; autē ciuitatē intraueritis, et non susceperint vos, ereūtes in plateas eius, dicite. Etiā puluerem qui adhesit nobis de ciuitate vestra, extergimus in vos. tamen hoc scitote q; appropinquauit regnū dei. Dico vobis quia Sodomis in die illa remissius erit, quā illi ciuitati. [i] Ve tibi Chorozaim, ve tibi Bethsaida: quia si in Tyro et Sidone facte fuissent virtutes que facte sunt in vobis, olim in cilicio et cinere sedētes penituissent. Verūtamē Tyro et Sidoni remissius erit in iudicio, quam vobis. Et tu Capharnaum vsq; ad celum exaltata: vsq; ad infernū demergeris. [k] Qui vos audit, me audit: et qui vos spernit, me spernit. Qui autē me spernit: spernit eū qui misit me. [l] ¶ Reuersi sunt autem septuaginta duo cū gaudio, dicentes, Dñe, etiā demonia subijciunt nobis in nōie tuo. Et ait illis. Videbā satanā sicut fulgur de celo cadētē. Ecce dedi vobis potestatē calcandi supra serpētes et scorpiones, et super oēm virtutē inimici: et nihil vobis nocebit. Verūtamen in hoc nolite gaudere quia spūs vobis subijciūtur: gaudete autē quod noīa vestra scripta sunt in celis. [m] In ipsa hora exultauit in spū sctō, et dixit, Cōfiteor tibi pater, dñe celi et terre q̄ abscōdisti hec a sapiētibus et prudētibus et reuelasti ea parvulis. Etiam pater quū sic placuit ante te. ¶ Oia [n] mihi tradita sunt a pre meo. Et nemo scit quis sit filius, nisi pr: et quis sit pr, nisi filius, et cui voluerit filius reuelare. [o] Et cōuersus ad discipulos suos dixit, Beati oculi q̄ vidēt q̄ vos videtis. Dico enī vobis q̄ multi pphete et reges voluerūt videre q̄ vos videtis, et nō viderūt: et audire q̄ auditis et nō audierūt. [p] ¶ Et ecce quidā legis peritus surrexit, tētās illū, et dicēs, Magister, q̄d faciēdo vitā eternā possidebo? At ille dixit ad eum. In lege q̄d scriptū est? quō legis? Ille rūdens, dixit, Diliges dñm deū tuum ex toto corde tuo, et ex tota aīa tua, et ex oībus viribus tuis, et ex omni mēte tua: et proximū tuū sicut teipsum. Dixitq; illi, Recte respōdisti: hoc fac, et vines. [q] Ille aūt volēs iustificare seipsum, dixit ad Jesum. Et quis est meus proximus? Suscipiens aūt Jesus, dixit. Homo quidam descendebat ab Jerusalē in Jericho, et incidit in latrones, qui etiam despoliauerūt eum: et plagis impositis abierunt semiuiuo relicto. Accidit autem vt sacerdos quidam descēderet eadem via: et viso illo preterijt. Similiter et leuita, cū esset secus locum et videret eum, pertransijt. Samaritanus autem quidam iter faciens, venit secus eum: et videns eum, misericordia motus est. Et appropians, alligauit vulnera eius, infundēs oleum et vinum: et imponens illum in iumentum suum duxit in stabulū, et curam eius egit. Et altera die protulit duos denarios: et dedit stabulario, et ait, Curam illius habe: et quodcūq; supererogaueris, ego cum rediero reddam tibi. Quis horum trium videtur tibi proximus fuisse illi qui incidit in latrones? At ille dixit. Qui fecit misericordiam in illum. Et ait illi Jesus, Vade, et tu fac similiter. ¶ Factum est autē dum irent, et ipse intrauit in quoddam castellum, et mulier quedaz Martha nomine, excepit illum in domum suam, et huic erat soror nomine Maria, que etiā sedēs secus pedes domini, audiebat verbum illius. Martha autem satagebat circa frequens ministerium. que stetit, et ait, Domine nō est tibi cure quod soror mea reliquit me solam ministrare? dic ergo illi vt me adiuuet. Et rīdens dixit illi dñs, Martha Martha, solicita es, et turbaris erga plurima. Porro, vnū est necessariū. Maria optimam partem elegit: que non auferetur ab ea.

¶ Capituli Summa. Orandi formulā Christus prescribit.

Caput.xj.

Et factum est, cū esset in quodam loco orās, vt cessauit, dixit vnus ex discipulis eius ad eum, Dñe, doce nos orare, sicut docuit Joannes discipulos suos. Et ait illis, Cū oratis, dicite, Pater, sanctificetur nomen tuū. Adueniat regnum tuum. Fiat voluntas tua. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Et dimitte nobis peccata nostra, siquidem et nos dimittimus omni debēti nobis. Et ne nos inducas in tentationē. Et ait ad illos. [b] Quis vestrū habebit amicum, et ibit ad illū media nocte, et dicet illi, Amice, commoda mihi tres panes, quoniam amicus meus venit de via ad me, et non habeo q̄d ponam ante illum: et ille deintus rūdēs dicat. Noli mihi molestus esse, iā ostiū clausum est, et pueri mei mecū sunt in cubili: nō possum surgere et dare tibi. Et si ille perseuerauerit pulsans: dico vobis, etsi nō dabit illi surgens eo q̄d amicus eius sit, propter improbitatē tamē eius surget, et dabit illi quotquot habet necessarios. Et ego dico vobis. [c] Petite: et dabit vobis, querite: et inuenietis, pulsate: et aperiet vobis. Omnis enī qui petit: accipit. et q̄ querit inuenit. et pulsanti: aperiet. Quis aūt ex vobis patrē petit panē, nunquid lapidē dabit illi? Aut piscē: nunquid pro pisce serpētē dabit illi? Aut si petierit ouum: nunquid porriget illi scorpionē? Si ergo vos cum sitis mali, nostis bona data dare filijs vestris: quāto magis pater vester celestis dabit spiritū bonum petētibus se? [d] ¶ Et erat eijciens demonium: et illud erat mutum. Et cum eiecisset demonium, locutus est mutus: et admirate sunt turbe. [e] Quidam autē ex eis dixerunt. In Beelzebub principe demoniorum eijcit demonia. [f] Et alij tentantes, signum de celo querebant ab eo. [g] Ipse autem vt vidit cogitationes eorū, dixit eis. Omne regnum in se diuisum, desolabitur: et domus supra domū cadet. Si autē et satanas in seipsum diuisus est: quomodo stabit regnum eius, quia dicitis in Beelzebub me eijcere demonia? Si autem ego in Beelzebub eijcio demonia: filij vestri in quo eijciūt? Ideo ipsi iudices

vestri

Universidad de Deusto Biblioteca

vestri erũt. Porro si in digito dei eũcio demonia: profecto peruenit in vos regnũ dei. Cum fortis armatus custodit atriũ suũ: in pace sunt ea que possidet. Si autem fortior illo superueniens vicerit eũ: vniuersa arma eius auferet in quibus cõfidebat, & spolia eius distribuet. Qui nõ est mecũ, contra me est: & qui nõ colligit mecum, dispergit. [b] Cũ immũdus spiritus exierit de homine, perambulat p loca inaquosa, querens requiẽ. Et non inueniẽs, dicit, Reuertar in domũ meam vnde exiui. Et cũ venerit, inuenit eam scopis mundatam. Tunc vadit, & assumit septẽ alios spiritus secũ nequiores se: & ingressi habitãt ibi. Et fiunt nouissima hominis illi⁹ peiora prioribus. [l] Factũ est autẽ: cum hec diceret, extollẽs vocẽ quedã mulier de turba, dixit illi, Beatus vẽter qui te portauit, et vbera que suxisti. At ille dixit, Quinimmo, beati qui audiũt verbũ dei, & custodiũt illud. [k] Turbis autẽ concurrentibus, cepit dicere, Generatio hec, generatio neq̃ est. signum querit, et signũ non dabitur ei, nisi signũ Jone. Nam sicut fuit Jonas signum Niniuitis: ita erit et filius hominis gñationi isti. Regina austri surget in iudicio cũ viris gñationis huius, & condemnabit illos: quia venit a finib⁹ terre audire sapientiam Salomonis. & ecce plus q̃ Salomõ hic. Viri Niniuite surgẽt in iudicio cum generatione hac, & condẽnabunt illã: quia pententiã egerũt in predicatiõe Jone. & ecce plus q̃ Jonas hic. [l] Nemo lucernã accẽdit, & in abscõdito ponit, neq; sub modio: sed supra candelabrũ, vt qui ingrediũtur, lumen videant. [m] Lucerna corporis tui, est oculus tuus. Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidũ erit. si autẽ nequã fuerit, etiam corpus tuum, tenebrosum erit. Vide ergo ne lumẽ q̃ in te est, tenebre sint. Si ergo corpus tuum totũ lucidum fuerit, nõ habens aliquã partem tenebrarũ: erit lucidum totũ, & sicut lucerna fulgoris illuminabit te. [n] Et cum loqueretur, rogauit illũ quidã phariseus vt prãderet apud se. Jesus autẽ ingressus, recubuit. Phariseus autẽ cepit intra se reputãs dicere quare non baptizatus esset ante prãdiũ. Et ait dominus ad illum. Nunc vos pharisei q̃ de foris est calicis & catini mundatis: q̃ autem intus est vestrum, plenum est rapina & iniquitate. Stulti, nõne qui fecit q̃ foris est, etiam id q̃ deintus est, fecit? Verũtamẽ q̃ superest, date eleemosinã: & ecce oia mũda sunt vobis. [o] Sz ve vobis pharisei⁹, q decimatis mentã & rutam & omne olus: & preteritis iudicium & charitatem dei. hec aũt oportuit facere, & illa nõ omittere. [p] Ue vobis Pharisei⁹: quia diligitis primas cathedras in synagogis, et salutationes in foro. [q] Ue vobis quia estis vt monumẽta que nõ parẽt, & homines ambulãtes supra, nesciũt. [r] Respondens autẽ quidã ex legis peritis, ait illi, Magister, hec dicẽs etiã contumeliã nobis facis. At ille ait. Et vobis legis peritis ve: quia onerat⁹ homines onerib⁹ que portare nõ possunt, & ipsi vno digito vestro nõ tãgitis sarcinas. [s] Ue vobis qui edificatis monumẽta prophetarũ: patres aũt vestri occiderũt illos, profecto testificamini q̃ cõsentitis operibus patrũ vestrorum: quoniam ipsi quidem eos occiderunt, vos autem edificatis eorum sepulchra. [t] Propterea & sapientia dei dixit. Mittam ad illos prophetas & apostolos, & ex illis occident & persequẽtur: vt inquiratur sanguis omnium prophetarum, qui effusus est a constitutione mundi a generatione ista, a sanguine Abel, vsq; ad sanguinẽ zacharie qui perijt inter altare & edẽ. Ita dico vobis, requiretur ab hac gñatione. [v] Ue vobis legis peritis qui tulistis clauẽ scientie: ipsi nõ introistis, & eos qui introibãt prohibuistis. [x] Cum hec ad illos diceret, ceperũt pharisei & legis periti grauiter insistere, & os eius opprimere de multis, insidiantes ei. et querentes aliquid capere ex ore ei⁹, vt accusarent eum.

Capituli Summa. Similitudinibus quibusdã aduersus Antichristũ discipulos roborat. Ca. xij.

[A] Ultis autem turbis concurrentibus ita vt se inuicem conculcarent, cepit dicere ad discipulos suos. [a] Attẽdite a fermẽto Phariseorum quod est hypocrisis. [b] Nichil enim opertum est, quod non reueletur: neq; absconditum quod non sciatur. Quomã que in tenebris dixistis, in lumine dicentur: et quod in aure locuti estis in cubiculis, predicabit⁹ in tectis. [c] Dico aũtẽ vobis amicis meis. Ne terreamini ab his qui occidunt corpus, & post hec nõ habent amplius qd faciant. Ostendam autẽ vobis quẽ timeatis. Timete eum qui postq̃ occiderit, habet potestatẽ mittere in gehẽnam. ita dico vobis, hunc timete. Nõne quinq; passeres venerunt dipondio: & vnus ex illis non est in obliuione coram deo? Sed & capilli capitis vestri omnes numerati sunt. Nolite ergo timere: multis passeribus pluris estis. [d] Dico autem vobis, omnis quicũq; confessus fuerit me coram hominibus, & filius hominis confitebitur illum coram angelis dei. [e] qui aũt negauerit me coram hominibus, negabitur coram angelis dei. [f] Et omnis qui dicit verbum in filium hominis, remittet⁹ illi: ei autẽ qui in spiritum sanctum blasphemauerit, nõ remittet⁹. [g] Cum autẽ inducent vos in synagogas, & ad magistratus et potestates, nolite soliciti esse qualiter aut quid respondeatis, aut quid dicatis. Spiritus enim sanctus docebit vos in ipsa hora quid oporteat vos dicere. [h] Dixit aũt ei quidã de turba, Magister, dic fratri meo vt diuidat mecũ hereditatẽ. At ille dixit ei. Homo, q̃s me constituit iudicẽ aut diuisorẽ supra vos? Dixitq; ad illos. Videte & cauete ab omni auaritia: q̃ nõ in abũdantia cuiusq̃ vita eius est ex his que possidet. [i] Dixit autẽ similitudinẽ ad illos, dicens. Hominis cuiusdã diuitis vberes fructus ager attulit: et cogitabat intra se, dicens. Quid faciã, quia nõ habeo quo congregẽ fructus meos? Et dixit. Hoc faciã, Destruã horrea mea, & maiora faciam: & illuc congregabo oia que nata sunt mihi et bona mea, & dicam aie mee. Anima habes multa bona posita in annos plurimos: requiesce, comede, bibe, epulare. Dixit autẽ illi deus, Stulte, hac nocte animam tuã repetũt a te: que autem parasti, cuius erũt? Sic est q̃ sibi thesaurizat, & non est in deum dives. [k] Dixitq; ad discipulos suos. Ideo dico vobis, nolite soliciti esse anime vestre quid manducetis: neq; corpori, quid induamini. Anima plus est q̃ esca, & corpus plus q̃ vestimentũ. Considerate coruos, quia non seminãt neq; metũt, quib⁹ nõ est cellariũ neq; horreum, & deus pascit illos. Quãto magis vos pluris illis? Quis autẽ vestrum cogitãdo potest adijcere ad staturam suam cubitum vnũ? Si ergo neq; quod minimum est potestis: quid de ceteris soliciti estis? Cõsiderate lilia quõ crescũt: nõ laborãt neq; nent. dico autẽ vobis: neq; Salomon in oi gloria sua vestiebat⁹ sicut vnũ ex istis. Si autẽ fenũ q̃ hodie est in agro, et cras in clibanũ mittitur, deus sic vestit: quãto magis vos, pusillefidei? Et vos nolite querere quid mãducetis, aut quid bibatis: & nolite in sublime tolli. hec autẽ oia gentes mũdi querunt. Pater aũt vester scit q̃m his indigetis. Verũtamẽ querite primũ regnũ dei & iustitiã eius: et hec oia adijciẽtur vobis. [b] Nolite timere pusill⁹ grex,

clij i II
clij k V
clij l X
clv m V
clvj n II
clvij o V
clvij p V
clx q X
clx r V
clxj i V
clxj t V
clxij a X
clxiij b V

mat.vj.c.

E

Matth. xxiij.d.

Apocal. xvj.c.

F

mat.x.d. G5

Matth. xvj.a. Marci. viij.b.

mat.v.b.

A

B

quia complacuit patri vestro dare vobis regnum. i Uendite que possidetis, & date elemosynã. k Facite vobis sacculos qui non veteascũt, thesaurũ non deficiẽtem in celis: quo fur nõ appropiat neq; tinea corrumpit. Ubi enim thesaurus vester est, ibi et cor vestrum erit. l Sint lumbi vestri precincti et lucerne ardentes in manibus vestris: & vos similes hominibus expectãtibus dñm suum quãdo reuertatur a nuptijs: vt cum venerit & pulsauerit, confestim aperiant ei. m Beati serui illi quos cũ venerit dñs, invenerit vigilantes. Amẽ dico vobis qõ precinget se, & faciet illos discũbere, & transiens ministrabit illis. Et si venerit in secũda vigilia, & si in tertia vigilia venerit, et ita invenerit: beati sunt serui illi. n Hoc autẽ scitote qm̃ si sciret paterfamilias qua hora fur veniret, vigilaret vtiq;, & non fineret perfodi domũ suã. Et vos estote parati: quia qua hora nõ putatis, filius hois veniet. o Dixit autem ei Petrus, Dñe, ad nos dicis hãc parabolam: an & ad omnes? Dixit autẽ dñs. Quis putas est fidelis dispẽsator & prudẽs quẽ cõstituit dñs supra familiam suã, vt det illis in tempore, tritici mensurã? Beatus ille seruus, quem, cũ venerit, dñs invenerit ita faciẽtem. vere dico vobis qm̃ supra omnia que possidet, cõstituet illũ. p Quod si dixerit seruus ille in corde suo, Tardat dominus meus venire: & ceperit percutere seruos et ancillas, & edere et bibere & inebriari: veniet dñs serui illi in die qua nõ sperat & hora qua nescit, & diuidet eum, partẽq; eius cum infidelibus ponet. q ¶ Ille aũt seruus qui cognouit voluntatẽ dñi sui, & nõ preparauit, & nõ fecit fm voluntatẽ eius: vapulabit multis, qui autẽ nõ cognouit, et fecit digna plagis: vapulabit paucis. Omni autẽ cui multum datũ est, multũ querẽt ab eo: & cui cõmendauerunt multũ, plus petent ab eo. r Ignem veni mittere in terrã: et quid volo nisi vt accendat? Baptisma autẽ habeo baptizari: et quõ coartor vsq; dũ perficiat? Putatis q̃ pacem veni mittere in terrã? Non, dico vobis: sed separationem. erũt enim ex hoc, quinq; in domo vna diuisi, tres in duos, & duo in tres: diuidẽtur pater in filiũ & filius in patrẽ suum, mater in filiam & filia in matrem, socrus in nurum suam et nurus in socrũ suã. s Dicebat autem ad turbas. Cum videritis nubẽ orientem ab occasu, statim dicitis, Imbres venit: et ita fit. & cum austrum flantẽ: dicitis. Quia estus erit: & fit. Hypocrite, faciẽ celi & terre nostis probare: hoc autẽ tẽpus quõ non probatis? Quid autẽ & a vobipsis nõ iudicatis qõ iustum est? t Cum autem vadis cum aduersario tuo ad principẽ, in via da operam liberari ab illo: ne forte trahat te ad iudicem, & iudex tradat te exactori, et exactor mittat te in carcerẽ. ¶ Dico tibi, non exies inde, donec etiã nouissimum minutum reddas.

¶ L.S. Adhortatur dñs ad pniam. Caput.xiij.

Aderant aũt quidã ipso in tpe, nuntiãtes illi de Galileis, quorũ sanguinem Pilatus miscuit cũ sacrificijs eorũ. Et respõdens dixit illis. Putatis quod hi Galilei pre oĩbus Galileis peccatores fuerint, quia talia passi sunt? Nõ, dico vobis: sed nisi pententiã habueritis, oĩes similiter peribitis, sicut illi decem & octo supra quos cecidit turris in Siloe, et occidit eos: putatis q̃ & ipsi debitores fuerint prẽter oĩes hoies habitãtes in Jerusalẽ? Nõ, dico vobis: sz si nõ penitẽtiã habueritis, oĩes silr peribitis. b Dicebat aũt & hanc similitudinẽ, Arborem fici habebat quidã plantatã in vinea sua: & venit querens fructum in illa, & nõ invenit. Dixit autem ad cultorẽ vinee. Ecce anni tres sunt ex quo venio quẽrens fructũ in ficulnea hac, & nõ invenio. Succide ergo illam: vt quid etiã terrã occupat? At ille respondẽs dicit illi, Dñe, dimitte illam & hoc anno vsq; dũ fodiã circa illam & mittã stercora, si quidẽ fecerit fructũ: sin autẽ, in futurũ succides eã. ¶ Erat autẽ docens in synagoga eorũ sabbathis. Et ecce mulier que habebat spiritũ infirmitatis annis decẽ & octo: & erat inclinata, nec omnino poterat sursum respicere. Quam cum videret Jesus, vocauit eam ad se, et ait illi. Mulier dimissa es ab infirmitate tua. Et imposuit illi manus. & cõfestim erecta est, & glorificabat deum. Respondens autẽ archisynagogus, indignãs quia sabbatho curasset Jesus, dicebat turbe, Sex dies sunt in quib⁹ oportet operari. in his ergo venite & curamini: et nõ in die sabbathi. c Respondẽs autẽ ad illũ dominus, dixit, Hypocrite, vnusquisq; vestrũ sabbatho non soluit bouẽ suũ aut asinũ a presepio, et ducit adaquare? hanc autẽ filiã Abrahe quã alligauit satanas ecce decem & octo annis, nõ oportuit solui a vinculo isto die sabbathi. d Et cũ hec diceret, erubescebãt oĩes aduersarij ei⁹: & oĩs ppls gaudebat in vniuersis q̃ gloriose fiebãt ab eo. e Dicebat ergo. Cui simile est regnũ dei, et cui sil̃e estimabo illud? Simile est grano sinapis, qõ acceptũ hõ misit in ortum suũ: & creuit, & factũ est in arborẽ magnã, & volucres celi requieuerũt in ramis ei⁹. Et iterũ dixit. f Cui sil̃e estimabo regnũ dei? Simile est fermento qõ acceptũ mulier abscõdit in farine sata tria, donec fermẽtaret totũ. s ¶ Et ibat p ciuitates et castella docẽs, & iter faciẽs in Jerusalẽ. h Ait aũt illi quidã, Dñe, si pauci sunt qui saluant? Ipse aũt dixit ad illos. Cõtẽdite intrare per angustã portã: quia multi, dico vobis, querẽt intrare, & nõ poterũt. i Cũ aũt intrauerit paterfamilias & clauserit ostiũ, & incipietis foris stare, & pulsare ostium dicẽtes, Dñe aperi nobis, & ipse respondens dicet vobis. Nescio vos vnde sitis: tũc incipietis dicere, Manducauimus coram te & bibimus, & in plateis nostris docuisti. Et dicet vobis. Nescio vos vñ sitis, discedite a me omnes operarij iniquitatis. Ibi erit fletus & stridor dentiũ. k cum videritis Abraham & Isaac & Jacob, & oĩes pphetas in regno dei, vos aũt expelli foras. Et venient ab oriẽte & occidẽte, & aquilone, & austro: & accubent in regno dei. l Et ecce, sunt nouissimi, qui erãt primi: & sunt primi, q erant nouissimi. m ¶ In ipsa die accesserũt quidã phariseorũ, dicẽtes illi, Exi & vade hinc: quia Herodes vult te occidere. Et ait illis, Ite, & dicite vulpi illi. Ecce ejcio demonia & sanitates pficio hodie & cras, & tertia die consummor. Verũtamen oportet me hodie & cras & sequẽti die ambulare: qr nõ capit pphetã perire extra n Jerusalẽ. Jerusalẽ Jerusalẽ q̃ occidis pphetas & lapidas eos q mittunt ad te, quoties volui congregare filios tuos quẽadmodũ auis nidũ suũ sub pẽnis, & noluisti? Ecce relinquet vobis dom⁹ vestra deserta. Dico aũt vobis qr non videbitis me donec veniat cum dicetis, Benedictus q venit in noĩe dñi.

¶ Capituli Summa. Curatur hydropicus & docetur humilitas. Caput.xiiij.

Et factũ est, cũ itroisset Jesus in domũ cuiusdã pncipis phariseor sabbatho manducare panẽ, & ipsi observabãt eũ. Et ecce hõ quidã hydropicus erat ante illũ. b Et respondens Jesus, dixit ad legis peritos & phariseos, dicens. Si licet sabbatho curare? At illi tacuerunt. Ipse vero apprehensum sanauit eũ: ac dimisit. Et respõdens ad illos dixit, Cuius vestrũ asinus aut bos in puteũ cadet: & nõ cõtinuo extrahet illũ die sabbathi? Et nõ poterant ad hec respondere

C

D

Matth. xiij.d. mar.iiij.c

E

Matth. xiij.c.

Matth. vij.b.

Matth. vij.d.

F

Ps. vj.c. Matth. vij.b. et xxv.d.

Matth. xx.d.xx.b. mar. x.d.

G5

Matth. xxiij.d.

A

B

clxvj f V
clxix g II
clxx h V
clxxj i V
clxxij k V
clxxiij l II
clxxiiij m X
clxxv n V
clxxvj a X
clxxvij b II

respõdere illi.[c] Dicebat aũt ad inuitatos parabolam intendẽs qũo primos accubitus eligerent dicẽs ad illos. Cũ inuitatus fueris ad nuptias, nõ discumbas in primo loco, ne forte honoratior te sit inuitatus ab illo: et veniẽs is q te et illum vocauit, dicat tibi, Da huic locũ. et tunc incipias cũ rubore nouissimũ locũ tenere. sed cũ vocatus fueris, vade, recũbe in nouissimo loco: vt cum venerit qui te inuitauit, dicat tibi, Amice, ascẽde superius. Tũc erit tibi gloria corã simul discũbẽtibus.[d] quia omis qui se exaltat humiliabitur: et qui se humliat, exaltabitur.[e] Dicebat aũt et ei qui se inuitauerat. Cum facis prandiũ aut cenã noli vocare amicos tuos, neq; fratres tuos, neq; cognatos, neq; vicinos diuites: ne forte te et ipsi reinuitẽt, et fiat tibi retributio. sed cũ facis conuiuiũ, voca pauperes, debiles, claudos, et cecos: et beatus eris, q nõ habent retribuere tibi, retribuẽt enim tibi in resurrectiõe iustorum. Hec cum audisset quidã de simul discũbentibus, dixit illi, Beatus qui mãducabit panẽ in regno dei. Et ipse dixit ei.[f] Homo quidã fecit cenã magnã: et vocauit multos. Et misit seruũ suũ hora cene dicere inuitatis vt venirẽt: q iam parata sunt oia. Et ceperũt simul oẽs excusare. Primus dixit ei. Villã emi: et necesse habeo exire et videre illã. rogo te, habe me excusatũ. Et alter dixit, Juga boũ emi quinq; et eo phare illa, rogo te, habe me excusatũ. Et alius dixit. Uxorẽ duxi: et iõ nõ possum venire. Et reuersus seruus, nũtiauit hec dño suo. Tũc iratus pater familias, dixit seruo suo. Exi cito in plateas et vicos ciuitatis: et pauperes ac debiles et cecos et claudos introduc huc. Et ait seruus. Dñe, factũ est vt iperasti: et adhuc locus est. Et ait dñs suo. Exi in vias et sepes: et cõpelle intrare, vt impleat domus mea. Dico aũt vobis qõ nemo virorũ illorũ q vocati sũt, gustabit cenã meã.[g] Ibãt aũt turbe multe cũ eo: et cõuersus dixit ad illos. Si qs venit ad me, et nõ odit patrẽ suũ et matrẽ, et vxorẽ, et filios et fratres et sorores, adhuc aũt et animã suã: nõ põt meus esse discipulus. et q nõ baiulat crucẽ suã et venit post me: nõ põt meus esse discipulus.[h] Quis eñ ex vobis volẽs turrim edificare, nõ prius sedẽs cõputat sumptus q necessarij sunt, si habeat ad pficiẽdũ: ne postea cũ posuerit fundamẽtũ, et nõ potuerit perficere, oẽs qui vidẽt incipiãt illudere ei dicẽtes. Quia hic homo cepit edificare et nõ potuit cõsummare? Aut qs rex itur⁹ cõmittere bellũ aduersus aliũ regẽ, nõ sedens prius cogitat si possit cũ decẽ millib⁹ occurrere ei q cũ viginti millib⁹ venit ad se. alioqn adhuc illo lõge agẽte legationẽ mittẽs rogat ea q pacis sunt.[i] Sic ergo oĩs ex vobis qui nõ renũtiat oĩbus q possidet, nõ põt meus esse discipul⁹.[k] Bonũ est sal. Si aũt sal euanuerit: in quo cõdietur? Neq; in terram, neq; in sterquilinium vtile est, sed foras mittetur. Qui habet aures audiendi audiat.

℣ S. Dnia nostra letificat angelos. Cap. xv.

Erãt[a] aũt appropiquãtes ei publicani et pctores, vt audirẽt illũ. Et murmurabant pharisei et scribe dicentes. Q: hic peccatores recipit et manducat cũ illis.[b] Et ait ad illos pabolã istã, dicẽs. Quis ex vobis hõ q hz cẽtũ oues: et si perdiderit vnã ex illis, nõne dimittit nonagintanouẽ in deserto, et vadit ad illã que perierat donec inueniat eã? Et cũ inuenerit eã, imponit in humeros suos gaudẽs: et veniẽs domũ cõuocat amicos et vicinos, dicẽs illis. Cõgratulamini mihi, q inueni onẽ meã q perierat. Dico vobis qõ ita gaudiũ erit in celo super vno peccatore penitẽtiã agẽte, quã sup nonagintanouẽ iustis qui non indigent penitentia.[c] Aut que mulier habẽs drachmas decem: si perdiderit drachmam vnam, nõne accẽdit lucernam et euertit domũ et querit diligenter, donec inueniat eã? Et cũ inuenerit, conuocat amicas et vicinas, dicẽs, Cõgratulamini mihi, quia inueni drachmã quã perdideram.[d] Ita dico vobis: gaudiũ erit coram angelis dei super vno peccatore penitentiã agente. Ait aũt.[e] Homo quidã habuit duos filios: et dixit adolescẽtior ex illis patri, Pater, da mihi portionẽ substãtie q me cõtingit. Et diuisit illis substãtiam. Et post non multos dies cõgregatis oĩb⁹ adolescentior filius peregre profectus est in regionem longinquam: et ibi dissipauit substantiã suam viuẽdo luxuriose. Et postq; oĩa consummasset, facta est fames valida in regione illa, et ipse cepit egere. Et abijt, et adhesit vni ciuium regionis illius. Et misit illum in villam suã vt pasceret porcos. Et cupiebat implere vẽtrẽ suũ de siliquis quas porci mãducabant: et nemo illi dabat. In se autẽ reuersus, dixit. Quanti mercenarij in domo patris mei abundant panibus: ego autẽ hic fame pereo. Surgam, et ibo ad patrem meũ, et dicam ei, Pater, peccaui in celum et coram te. iam non sum dignus vocari filius tuus: fac me sicut vnũ de mercenarijs tuis. Et surgẽs venit ad patrẽ suũ. Cum autem adhuc longe esset, vidit illum pater ipsius, et misericordia motus est, et accurrens cecidit super collum eius, et osculatus est eũ. Dixitq; ei filius, Pater, peccaui in celum et coram te, iam non sum dignus vocari filius tuus. Dixit autem pater ad seruos suos, Cito proferte stolã primã, et induite illum, et date anulum in manum eius, et calceamẽta in pedes ei⁹, et adducite vitulũ saginatũ et occidite, et mãducem⁹ et epulemur, q: hic filius me⁹ mortuus erat et reuixit, perierat et inuent⁹ est. Et ceperũt epulari. Erat aũt filius ei⁹ senior in agro. et cũ veniret et appropinq;ret domui, audiuit symphoniã, et chorũ: et vocauit vnũ de seruis, et interrogauit qd hec essent. Ipse q; dixit illi. Frater tuus venit: et occidit pr tuus vitulũ saginatũ, q: saluũ illũ recepit. Indignatus est aũt, et nolebat introire. Pater ergo illius egressus cepit rogare illũ. At ille respondẽs, dixit patri suo. Ecce tot annis seruio tibi: et nũq; mãdatũ tuũ pterui: et nũq; dedisti mihi hedũ vt cũ amicis meis epularer: sz postq; filius tuus hic qui deuorauit substãtiã suã cũ meretricibus, venit, occidisti illi vitulũ saginatũ. At ipse dixit illi, Fili, tu semper mecum es, et omnia mea tua sunt. epulari autem et gaudere oportebat, quia frater tuus hic, mortuus erat et reuixit, perierat et inuentus est.

℣ Capituli Summa. Jumandus proximus, et soli deo seruiendum. Caput. xvj.

Dicebat autẽ et ad discipulos suos. Hõ qdã erat dines q habebat villicũ: et hic diffamat⁹ est apud illũ, quasi dissipasset bona ipsi⁹. Et vocauit illum, et ait illi. Quid hoc audio de te? redde rationẽ villicatiõis tue: iã eñ nõ poteris villicare. Ait aũt villicus intra se. Quid faciã, q: dñs me⁹ aufert a me villicationẽ, fodere nõ valeo, mẽdicare erubesco. scio q faciã: vt cũ amot⁹ fuero a villicatiõe, recipiãt me in domos suas. Cõuocatis itaq; singulis debitoribus dñi sui, dicebat primo. Quantus debes dño meo. At ille dixit. Centum cados olei. Dixitq; illi. Accipe cautionem tuã: et sede, cito scribe quinquaginta. Deinde alio dixit. Tu vero quantũ debes? Qui ait. Centum coros tritici. Ait illi. Accipe literas tuas, et scribe octoginta. Et laudauit dominus villicum iniquitatis quia prudenter fecisset: quia filij huius seculi, prudentiores filijs lucis in generatione sua sunt. Et ego vobis dico, facite vobis ami-

cos de mãmona iniquitatis:vt cũ defeceritis,recipiat vos in eterna tabernacula. Qui fidelis est in minimo,& in maiori fidelis est:& qui in modico iniquus est,& in maiori iniquus est. Si ergo in iniquo mãmona fideles non fuistis:qõ verũ est quis credet vobis? Et si in alieno fideles non fuistis:qõ vestrũ est quis dabit vobis? Nemo seruꝰ potest duobus dominis seruire.aut enĩ vnũ odiet,& alterũ diliget: aut vni adherebit,& alterũ cõtẽnet.nõ potestis deo seruire & mãmone. ¶ Audiebant aũt omnia hec Pharisei q erant auari:et deridebãt illum. Et ait illis. Vos estis qui iustificatis vos coram hominib⁹: deus aũt nouit corda vestra.q; qõ hominib⁹ altũ est,abominatio est ante deũ. Lex & prophete,vsq; ad Joannẽ.ex eo regnũ dei euangelizat, et omnis in illud vim facit. Facilius est aũt celũ & terrã pterire,quã de lege vnũ apicem cadere. Omis q dimittit vxorẽ suã,& alterã ducit,mechat:& q dimissam a viro,ducit,mechat. ¶ Homo quidã erat diues qui induebatur purpura & bysso:& epulabat quotidie splẽdide,& erat quidã mẽdicꝰ noĩe Lazarus, qui iacebat ad ianuã eius,vlceribꝰ plenus:cupiẽs saturari de micis que cadebant de mensa diuitis, & nemo illi dabat.sed & canes veniebãt:& lingebãt vlcera eius. Factũ est aũt vt moreret mẽdicus,et portaret ab angelis in sinum Abrahe. Mortuus est autem diues:& sepultus est in inferno. Eleuans aũt oculos suos cũ esset in tormẽtis,vidit Abrahã a longe,& Lazarũ in sinu eius:& ipse clamãs dixit, Pater Abrahã,miserere mei,& mitte Lazarũ vt intingat extremũ digitti sui in aquam,vt refrigeret linguam meã,q; crucior in hac flãma. Et dixit illi Abrahã. Fili,recordare q; recepisti bona in vita tua,& Lazarus silr mala:nũc aũt hic cõsolat,tu vero cruciaris & in his oĩbꝰ;inter nos & vos chaos magnũ firmatũ est,vt hi qui volunt hinc trãsire ad vos,non possint,neq; inde huc transmeare. Et ait, Rogo ergo te pater,vt mittas eũ in domũ patris mei.habeo enĩ qnq; fratres,vt testet illis ne et ipsi veniãt in hũc locũ tormentoꝝ. Et ait illi Abrahã. Habẽt Moysen & prophetas;audiãt illos. At ille dixit,Non pater Abraham:sed si quis ex mortuis ierit ad eos,penitentiam agent. Dixit autem illi. Si Moysen & prophetas non audiunt:neq; si quis ex mortuis resurrexerit,credent.

¶ Capituli Summa. Cauendum a scandalo,et remittenda offensa.&c. Caput.xvij.

Dixit ad discipulos suos. Impossibile est vt nõ veniãt scandala:ve aũt illi p quẽ veniũt.vtilius est illi si lapis molaris imponat circa collũ eius,& proiciat in mare,q; vt scãdalizet vnũ de pusillis istis. Attendite vobis. Si peccauerit in te frater tuus, increpa illum:& si penitentiã egerit dimitte illi: et si septies in die peccauerit in te,et septies in die conuersus fuerit ad te,dicẽs. Penitet me:dimitte illi. Et dixerunt apostoli dño. Da nobis fidem. Dixit autẽ dñs. Si habueritis fidẽ sicut granum sinapis dicetis huic arbori moro.Eradicare & trãsplantare in mare:& obediet vobis. Quis autẽ vestrũ habẽs seruũ arantẽ aut pascẽtẽ boues,qui regresso de agro dicat illi.Statim trãsi & recũbe:& nõ dicit. Para quod cenem,& precinge te & ministra mihi donec mãducem & bibam,et post hec tu mãducabis & bibes? Nunquid gratiã habet seruo illi,q; fecit que imperauerat? Nõ puto. Sic & vos cũ feceritis omnia que precepta sunt vobis.dicite, Serui inutiles sumus:qõ debuimus facere,fecim⁹. ¶ Et factũ est:dũ iret in Jerusalẽ,trãsibat per mediam Samariã & Galileã. Et cũ ingrederet quoddam castellum,occurrerũt ei decẽ viri leprosi,qui steterunt a longe:et leuauerũt vocem,dicẽtes,Jesu preceptor,miserere nostri. Quos vt vidit,dixit,Ite, ostendite vos sacerdotibus. Et factũ est:dum irent mundati sunt. Unus autẽ ex illis vt vidit q; mundatus est:regressus est cum magna voce magnificans deum.& cecidit in faciẽ ante pedes eius:gratias agẽs.& hic erat Samaritanus. Respondens autẽ Jesus,dixit.Nonne decẽ mũdati sunt:& nouẽ vbi sunt? Nõ est inuentus qui rediret,et daret gloriã deo,nisi hic alienigena. Et ait illi,Surge,vade: quia fides tua te saluũ fecit. ¶ Interrogatus aũt a Phariseis q; venit regnum dei,rñdẽs eis dixit, Non veniet regnum dei cum obseruatiõe:neq; dicent. Ecce hic,aut ecce illic. Ecce enĩ regnũ dei intra vos est. Et ait ad discipulos suos, Veniẽt dies quando desideretis videre vnũ diem filij hois: et nõ videbitis. Et dicent vobis Ecce hic et ecce illic. Nolite ire,neq; sectemini; nã sicut fulgur coruscans de sub celo in ea que sub celo sunt fulget: ita erit filius hominis in die sua. Primũ autem oportet illũ multa pati,& reprobari a generatione hac. Et sicut factũ est in diebus Noe:ita erit et in diebus filij hominis. Edebãt & bibebãt,vxores ducebant et dabant ad nuptias vsq; in diem qua intrauit Noe in arcam:& venit diluuium et perdidit omnes. Similiter sicut factũ est in diebus Loth. Edebãt & bibebãt,emebãt & vendebãt plãtabant et edificabant:qua die exiit Lot a Sodomis, pluit ignem & sulphur de celo,& omnes perdidit.secũdũ hec erit qua die filius hois reuelabit. In illa hora qui fuerit in tecto,et vasa eius in domo:ne descendat tollere illa. et qui in agro:similiter nõ redeat retro. Memores estote vxoris Lot. Quicũq; que fierit animã suã saluã facere,perdet illã.& quicũq; perdiderit illã viuificabit eam. Dico vobis,in illa nocte erũt duo in lecto vno:vnus assumetur & alter relinquet. due erũt molentes in vnũ:vna assumetur & altera relinquet. duo in agro:vnus assumetur & alter relinquetur. Respondentes dicunt illi. Vbi domine? Qui dixit illis. Vbicunq; fuerit corpus illuc congregabuntur & aquile.

¶ L.S. Docet xps orare. Caput.xviij.

Dicebat aũt & parabolã ad illos q; oportet semp orare & nõ deficere,dicẽs. Judex qdã erat in quadã ciuitate qui deũ nõ timebat,& hoiem nõ reuerebat. Vidua aũt quedã erat in ciuitate illa:et veniebat ad eũ dicẽs. Vindica me de aduersario meo. Et nolebat p multũ tps. Post hec autẽ dixit intra se. Et si deũ nõ timeo:nec hoiem reuereor:tamẽ q; molesta est mihi hec vidua,vindicabo illã,ne in nouissimo veniens sugillet me. Dixit aũt dñs. Audite qd iudex iniqtatis dicit. Deꝰ aũt nõ faciet vindictã electorũ suoꝝ clamãtiũ ad se die ac nocte:& patiẽtiã habebit in illis? Dico vobis q; cito faciet vindictam illoꝝ. Verũtamẽ filius hois veniẽs,putas inueniet fidẽ in terra? Dixit aũt & ad quosdã q; in se cõfidebant tãq; iusti,& aspernabant ceteros,parabolam istã,dicẽs. Duo hoies ascẽdebãt in tẽplũ vt orarẽt: vnus phariseus,et alter publicanus. Phariseus stans,hec apud se orabat. Deus gratias ago tibi quia nõ sum sicut ceteri hominũ,raptores iniusti, adulteri,velut etiam hic publicanus.ieiuno bis in sabbatho:decimas do oĩum q; possideo. Et publicanus a longe stans,nolebat nec oculos ad celũ leuare:sed percutiebat pectꝰ suum,dicẽs. Deus propitiꝰ esto mihi peccatori. Dico vobis,descendit hic iustificatus in domũ suam ab illo.ᵇ q; oĩs qui se exaltat humiliabitur:et qui se humiliat exaltabit.ᶜ Assebant

rebant

rebant autē ad illum et infantes, vt eos tangeret. Quod cum viderent discipuli, increpabant illos. Jesus autē conuocans illos, dixit, Sinite pueros venire ad me: & nolite vetare eos. talium est enī regnū dei. [d] Amē dico vobis, quicūq; nō acceperit regnū dei sicut puer, nō intrabit in illud. [e] ¶ Et interrogauit eum quidā princeps, dicēs, Magister bone, quid faciēs vitā eternā possidebo? Dixit autem ei Jesus. Quid me dicis bonū? nemo bonus nisi sol? deus. Mandata nosti. Non occides. Non mechaberis. Non furtum facies. Non falsum testimoniū dices. Honora patrē tuū & matrem. Qui ait. Hec omnia custodiui a iuuentute mea. [f] Quo audito Jesus ait ei. Adhuc vnū tibi deest, omnia quecūq; habes vende & da pauperibus, & habebis thesaurum in celo: & veni, sequere me. [g] His ille auditis cōtristatus est: quia diues erat valde. Videns autē Jesus illum tristem factū, dixit. Quā difficile qui pecunias habent, in regnum dei intrabunt. Facilius est enim, camelum per foramē acus transire, q̄ diuitē intrare in regnum dei. Et dixerūt qui audiebant. Et quis pōt saluus fieri? Ait illis. Que impossibilia sunt apō homines, possibilia sunt apud deum. Ait autem Petrus. Ecce, nos dimisimus omnia, et secuti sumus te. [h] Qui dixit eis. Amen dico vobis, nemo est qui reliquit domum aut parentes aut fratres aut vxorē aut filios propter regnū dei, & non recipiat multo plura in hoc tempore, et in seculo futuro vitam eternam. [i] ¶ Assumpsit autem Jesus duodecim, et ait illis. Ecce ascendimus Jerosolymā, & consummabuntur omnia que scripta sunt per prophetas de filio hominis tradet enī gentibus, & illudetur, & flagellabitur, & cōspuetur: & postq̄ flagellauerint occidēt eū, & tertia die resurget. [k] Et ipsi nihil horū intellexerūt. & erat verbum istud absconditum ab eis, & non intelligebant que dicebantur. [l] Factum est autem: cum appropinquaret Jericho, cecus quidam sedebat secus viā mendicans. Et cū audiret turbam pretereuntem, interrogat quid hoc esset. Dixerūt autē ei quod Jesus Nazarenus trāsiret. Et clamauit, dicens, Jesu fili Dauid, miserere mei. Et qui preibant, increpabāt eum vt taceret. Ipse vero multo magis clamabat. Fili Dauid, miserere mei. Stans autem Jesus, iussit illū adduci ad se. Et cū appropinquasset interrogauit illū, dicēs. Quid tibi vis faciā? At ille dixit, Dñe, vt videā. Et Jesus dixit illi. Respice fides tua te saluum fecit. Et cōfestim vidit: & sequebatur illum magnificans deum. Et omnis plebs vt vidit, dedit laudem deo.

¶ Capituli Summa. Christus zachei conuiua. Item parabola de talentis cōcreditis. Caput. xix.

[a] ¶ Et ingressus perambulabat Jericho. Et ecce vir nomine zacheus: & hic princeps erat publicanorum, & ipse diues. & querebat videre Jesum quis esset: et nō poterat pre turba, quia statura pusillus erat. Et precurrens ascendit in arborem sycomorum vt videret eum: quia inde erat trāsiturus. Et cū venisset ad locum, suspiciens Jesus vidit illum, et dixit ad eum, zachee, festinans descēde: quia hodie in domo tua oportet me manere. Et festinās descendit, & excepit illum gaudēs. Et cū viderēt omnes, murmurabant, dicentes, q̄ ad hominem peccatorem diuertisset. Stans autem zacheus, dixit ad dñm. Ecce, dimidiū bonorum meorum domine do pauperibus: & si quid aliquem de fraudaui, reddo quadruplum. Ait Jesus ad eum. Quia hodie salus domui huic facta est: eo q̄ & ipse filius sit Abrahe. [b] Venit enim filius hominis querere et saluum facere quod perierat. [c] Hec illis audientibus adiciens dixit parabolam, eo quod esset prope Jerusalem, & quia existimarent quod cōfestim regnum dei manifestaretur. Dixit ergo. [d] Homo quidam nobilis abijt in regionem longinquā accipere sibi regnum, et reuerti. [e] Vocatis autem decem seruis suis, dedit eis decem mnas, & ait ad illos. Negotiamini dum venio. Ciues autem eius oderant eū: et miserunt legationem post illum, dicentes. Nolumus hunc regnare super nos. Et factum est vt rediret accepto regno: & iussit vocari seruos quibus dedit pecuniam, vt sciret quantum quisq; negotiatus esset. Venit autem primus, dicens, Domine, mna tua decem mnas acquisiuit. Et ait illi, Euge bone serue, quia in modico fuisti fidelis, eris potestatem habēs supra decem ciuitates. Et alter venit, dicens. Domine, mna tua fecit quinq; mnas. Et huic ait. Et tu esto super quinq; ciuitates. Et alter venit, dicens, Dñe, ecce mna tua, quam habui repositā in sudario. timui enim te, quia homo austerus es: tollis q̄ nō posuisti, & metis q̄ nō seminasti. Dicit ei. De ore tuo te iudico serue nequā. sciebas q̄ ego homo austerus sum, tollens quod non posui, & metens q̄ non seminaui: & quare non dedisti pecuniam meam ad mēsam, et ego veniens cum vsuris vtiq; exegissem illaz? Et astantibus dixit. Auferte ab illo mnam, et date illi qui decem mnas habet. Et dixerunt ei. Domine habet decem mnas. [f] Dico autem vobis quia omni habēti dabitur & abundabit: ab eo autem qui non habet, et q̄ habet, auferetur ab eo. Ueruntamen inimicos meos illos qui noluerunt me regnare super se, adducite huc: & interficite ante me. [g] ¶ Et his dictis precedebat ascēdēs Jerosolymā. [h] Et factum est: cū appropinquasset ad Bethphage & Bethaniā, ad montem qui vocatur Oliueti, misit duos discipulos suos, dicēs, Ite in castellum q̄ contra vos est: in quod introeuntes inuenietis pullū asine alligatum, cui nemo vnq̄ hominū sedit: soluite illū, & adducite. Et si qs vos interrogauerit. Quare solutis? sic dicetis ei. Quia dñs operam eius desiderat. [i] Abierūt autem qui missi erant, et inuenerunt sicut dixit illis, stantem pullum. Soluentibus autē illis pullū, dixerunt dñi eiq̄ ad illos. Quid soluitis pullum? At illi dixerūt. Quia dñs eū necessarium habet. Et duxerunt illum ad Jesum. Et iactantes vestimēta sua supra pullum, imposuerunt Jesum. Eunte aūt illo subternebant vestimēta sua in via. [k] Et cū appropinquaret iā ad descensum montis Oliueti, ceperūt omnes turbe descēdētiū gaudentes laudare deū voce magna sup omnibus quas viderant virtutibus, dicentes, Benedictus qui venit rex in nomine dñi, pax in celo: et gloria in excelsis. [l] Et quidam phariseorum de turbis dixerunt ad illū, Magister, increpa discipulos tuos. Quibus ipse ait. Dico vobis quia si hi tacuerint, lapides clamabūt. [m] ¶ Et vt appropinquauit, videns ciuitatē, fleuit super illam, dicens. Quia si cognouisses & tu, & quidem in hac die tua, que ad pacem tibi, nunc aūt abscōdita sunt ab oculis tuis. Quia venient dies in te: & circūdabunt te inimici tui vallo, & circundabunt te, & coangustabunt te vndiq;, & ad terram, prosternēt te, & filios tuos qui in te sunt. [n] et non relinquent in te lapidem super lapidem: eo quod non cognoueris tempus visitationis tue. [o] ¶ Et ingressus in templum, cepit eijcere vendentes & ementes, dicens illis. Scriptum est. Quia domus mea, domus oratiōis est. Vos autem fecistis illam spelūcam latronū. [p] ¶ Et erat docens quotidie in templo. Principes autem sacerdotum et

scribe ⁊ principes plebis querebant illum perdere: et non inueniebant quid facerent illi. Omnis enim populus suspensus erat, audiens illum.

¶ Capitu. Summa. Disceptat Jesus cū Judeis emulis suis. Caput. xx.

ccrl °V

A Matth. xxj.c. mar.xj.d

Factū est in vna dierum docēte illo populū in tēplo ⁊ euangelizāte, cōuenerunt principes sacerdotum ⁊ scribe cū senioribus, ⁊ aiunt dicētes ad illū. Dic nobis, in qua potestate hec facis: aut quis est qui dedit tibi hāc potestatē: Rūdens autē Jesus, dixit ad illos. Interrogabo vos ⁊ ego vnū verbum. Rūdete mihi. Baptisma Joānis de celo erat, an ex hoīb⁹: At illi cogitabāt intra se, dicētes. Quia si dixerimus de celo: dicet. Quare ergo nō credidistis illi: Si autē dixerim⁹ ex hoībus: plebs vniuersa lapidabit nos: certi sunt enī, Joānē pphetā esse.

ccrlj b X

B

Matth. xxj.d. mar.xij.a Isa.v.a. Jere.ij.d.

b Et respōderunt se nescire vñ esset. Et Jesus ait illis. Neq; ego dico vobis in qua ptate hec facio. Cepit aūt dicere ad plebē, parabolā hāc. Homo quidā plantauit vineā, ⁊ locauit eā colonis: ⁊ ipse peregre fuit multis tēporib⁹. Et in tpe misit ad colonos seruū, vt de fructu vinee darēt illi. Qui cesū dimiserūt eū manē. Et addidit alterū seruū mittere. Illi autē hūc q̄z cedētes ⁊ afficiētes cōtumelia, dimiserūt inanē. Et addidit tertiū mittere: q et illū vulnerātes eiecerūt. Dixit autē dñs vinee. Quid faciā: mittā filium meū dilectū: forsitā cū hūc viderint, verebunt. Quē cū vidissent coloni cogitauerunt intra se, dicētes. Hic est heres, occidam⁹ illū, vt nostra fiat hereditas. Et eiectū illū extra vineā occiderūt. Quid ergo faciet illis dñs vinee: veniet et perdet colonos istos, et dabit vineā alijs. Quo audito, dixerūt illi. Absit. Ille autē aspiciens eos, ait. Quid est ergo hoc qđ scriptū est. Lapidē quē reprobauerūt edificātes, hic fact⁹ est in caput anguli: Oīs q ceciderit supra illū lapidē cōquassabitur: supra quē aūt ceciderit, cōminuet illū. c Et querebāt principes sacerdotū ⁊ scribe mittere in illum man⁹ illa hora: ⁊ timuerunt pplm. cognouerūt enī qđ ad ipsos dixerit similitudinē hāc. d Et obseruātes miserūt insidiatores q se iustos simularēt: vt caperēt eū in sermone, vt traderēt illū principatui et potestati presidis. Et interrogauerūt eū dicentes, ¶ Magister, scimus q: recte dicis ⁊ doces: ⁊ nō accipis personā, sed viā dei in veritate doces. Ls nobis tributū dare Cesari, an nō: Considerās aūt dolū illoz, dixit ad eos. Quid me tēptatis: ostēdite mihi denariū. Cuj⁹ hz imaginē ⁊ inscriptionē: Rūdentes dixerūt ei, Cesaris. Et ait illis. Reddite ergo que sunt Cesaris, Cesari: ⁊ que sunt dei, deo. Et nō potuerūt verbū eius reprehēdere coram plebe: ⁊ mirati in responso eius, tacuerūt. ¶ Accesserūt autē qdā saduceoz q negāt esse resurrectionē, ⁊ interrogauerūt eū, dicētes, ¶ Magister, Moyses scripsit nobis. Si frater alicuius mortuus fuerit habens vxorē, ⁊ hic sine liberis fuerit, vt accipiat eā frater eius vxorē, ⁊ suscitet semē fratri suo. Septē ergo fratres erāt, ⁊ primus accepit vxorē, et mortuus est sine filijs. Et sequēs accepit illā: ⁊ ipse mortuus est sine filio. Et tertius accepit illā. Similr ⁊ oēs septē: et nō reliquerunt semē, ⁊ mortui sunt. Nouissime omniū, mortua est ⁊ mulier. In resurrectione ergo, cuius eoū erit vxor: siquidē septē habuerūt eā vxorē. Et ait illis Jesus, Filij huius seculi nubūt, ⁊ tradunt ad nuptias: illi vero q digni habebunt seculo illo et resurrectione ex mortuis, neq; nubēt, neq; ducent vxores, neq; vltra mori poterūt. equales enī angelis sunt: ⁊ filij sunt dei, cum sint filij resurrectionis. Quod vero resurgant mortui, ⁊ Moyses ostēdit

C

Psalm⁹. cxvij.d. Actuum iij.b. Ro.x.g. j.Pet.ij.a. Isaie. xxviij.d.

ccrlij c I ccrliij d II

D

Matth. xxij.b. Marci xij.b.

ro. xiij. c.

Matth. xxij.c. mar.xij.b

E

Deuter. xv.b.

F

Exodi iij.b.

secus rubū, sicut dicit dñm, deū Abraha, et deum Isaac, ⁊ deum Jacob. Deus aūt nō est mortuorum sed viuoz. oēs enī viuūt ei. Respōdētes autē quidā scribarū, dixerūt ei. Magister, bene dixisti. e Et amplius non audebāt eum quicq̄ interrogare. f ¶ Dixit autem ad illos. Quomodo dicūt xp̄m, filiū esse Dauid: ⁊ ipse Dauid dicit in libro psalmorum. Dixit dñs dño meo, sede a dextris meis. Donec ponā inimicos tuos scabellū pedū tuoz: Dauid ergo dñm illū vocat: ⁊ quomodo filius eius est: g ¶ Audiente autem omni populo dixit discipulis suis. Attendite a scribis qui volunt ambulare in stolis, ⁊ amant salutationes in foro, ⁊ primas cathedras in synagogis, et primos discubitus in cōuiuijs h qui deuorāt domos viduarū: simulātes longā orationē. Hij accipiēt dānationem maiorē.

¶ Capituli Summariū. Diem extremū multa mala precedent. Caput. xxj.

Respiciens aūt, vidit eos qui mittebant munera in gazophylaciū diuites. Vidit aūt ⁊ quādā viduā pauperculā mittentē era minuta duo. Et dixit. Vere dico vobis quia vidua hec pauper, plusq̄ oēs misit nam oēs hi, ex abundanti sibi miserunt in munera dei: hec aūt ex eo qđ deest illi, omnē victū suū quē habuit misit. k ¶ Et quibusdā dicentibus de tēplo qđ bonis lapidib⁹ et donis ornatū esset, dixit. Hec que videtis, veniēt dies in quibus non relinquetur lapis super lapidē qui nō destruat. l Interrogauerunt aūt illū, dicentes. Preceptor, qñ hec erunt: ⁊ qđ signū cū fieri incipient: Qui dixit. Videte ne seducamini multi enī venient in noie meo dicentes, q: ego sum, ⁊ tps appropinquauit nolite ire post eos. Cum aūt audieritis prelia ⁊ seditiones: nolite terreri. oportet primū hec fieri. sz nōdū statim finis. Tunc dicebat illis. Surget gēs cōtra gētē, ⁊ regnū aduersus regnū: ⁊ terremotus magni erūt per loca, ⁊ pestilentie ⁊ fames: terroresq̄, ⁊ signa de celo magna erūt. m Sed ante hec oīa, iniicient vobis manus suas: ⁊ persequent tradētes in synagogas ⁊ custodias, trahētes ad reges ⁊ pīdes ppter nomē meū. cōtinget aūt vobis in testimoniū. n Ponite ergo in cordibus vestris nō premeditari quemadmodū respondeatis. ego enī dabo vobis os et sapientiā: cui nō poterūt resistere ⁊ cōtradicere oēs aduersarij vestri. Trademini aūt a parētibus ⁊ fratribus ⁊ cognatis ⁊ amicis: ⁊ morte afficiēt ex vobis. ⁊ eritis odio oībus ppter nomē meū. et capillus de capite vestro nō peribit. In patientia vra possidebitis aias vestras. o ¶ Cum aūt videritis circūdari ab exercitu Jerusalē: tunc scitote quia appropinquauit, desolatio eius p tūc q in Judea sunt: fugiāt ad montes. ⁊ qui in medio eius: discedāt. et qui in regionibus: non intrēt in eam, quia dies vltionis hi sunt: vt impleant oīa q̄ scripta sunt. q Ue aūt pregnantibus ⁊ nutriētibus in illis diebus. r erit enim pressura magna super terrā: et ira pplo huic. s Et cadent in ore gladij: ⁊ captiui ducentur in oēs gentes. ⁊ Jerusalē calcabit a gentibus: donec impleātur tēpora nationū. t ¶ Et erūt signa in sole ⁊ luna ⁊ stellis: ⁊ in terris pressura gentium pre cōfusione sonitus maris ⁊ fluctuū, arescentibus hoīb⁹ pre timore ⁊ expectatione que supuenient vniuerso orbi. nam virtutes celoz mouebunt. u ⁊ tūc videbūt filiū hois venientē in nube cū potestate magna et maiestate. His aūt fieri incipientib⁹, suspicite ⁊ leuate capita vestra: quoniā appropinquat redēptio vestra. Et dixit illis similitudinem. Videte ficulneam et omnes arbores, cum producunt iam ex se fructū: scitis quoniā prope est estas. Ita et vos cum videritis

A

Marci. xij.d.

B

Matth. xxiij.a. Marci. xij.a. Luc.xix.g.

C

Matth. xxiij.b. Marci. xij.b. Daniel. ix.g.

E

Matth. xxiij.c. Marci. xiij.c. Isa.xiij.b. Ezechie. xxxij.b. Ioel.iij.c.

F

ro.viij.b.

ccl c I ccliij d I

ccliij e II ccliij f I

ccrliij g II

ccrliij b VIII

ccrlvij a II

ccrlvij b II

ccrlvij c X ccrlviij f II ccrlviij g II ccrlv h II ccrlvj i X ccrlvij k II

ccrlvij l II

ritis

ritis hec fieri,scitote quoniam prope est regnū dei. Amen dico vobis quia non preteribit generatio hec,donec omnia fiant. Celum ⁊ terra transibunt: verba autem mea non trasibunt. [m] Attendite autē vobis ne forte grauētur corda vestra in crapula ⁊ ebrietate ⁊ curis huius vite:et superueniat in vos repentina dies illa.tanq̄ laqueus eñ superueniet in omnes qui sedent super facīe omnis terre. Vigilate ita q̄,omni tempore orantes vt digni habeamini fugere ista omnia que futura sunt,⁊ stare ante filium hominis. Erat autem diebus docens in tē plo:noctibus vero exiēs,morabatur in monte qui vocatur Oliueti. Et omnis popul⁹ mane ibat ad eum in templo audire eum.

¶ Capitula Summarium. Christus post cenam capitur a Judeis. Caput.xxij.

[A] Propinquabat [a] autem dies festus Azymorū,qui dicitur pascha:[b] ⁊ querebant principes sacerdotum et scribe quomodo eū interficerēt timebāt vero plebem. [c] Intrauit autem satanas in Judā qui cognominabatur Iscariotes,vnū de duodecim:[d] et abūt,⁊ locutus est cū principibus sacerdotū ⁊ magistratibus quēadmodū illū traderet eis. Et gauisi sunt:⁊ pacti sunt pecuniam illi dare. Et spopondit. Et querebat oportunitatē:vt traderet illū sine turbis. ¶ Venit autē dies Azymorum,in qua necesse erat occidit pascha. Et misit Petrum ⁊ Joannē, dicens. Euntes parate nobis pascha,vt māducemus. Et illi dixerunt. Vbi vis paremus:? Et dixit ad eos. Ecce introeuntibus vobis in ciuitatem occurret vobis homo amphoram aque portans:sequimini eū in domū in quā intrat,et dicetis patrifamilias dom⁹. Dicit tibi magister. Vbi est diuersoriū vbi pascha cū discipulis meis māducē? Et ipe ostēdet vobis cenaculū magnū stratū:⁊ ibi parate. Euntes autē inuenerūt sicut dixit illis:⁊ parauerūt pascha. ¶ Et cū facta esset hora,discubuit,⁊ duodecim apli cū eo,[e] ⁊ ait illis. Desiderio desideraui hoc pascha māducare vobiscum,anteq̄ patiar. [f] Dico enī vobis quia ex hoc nō māducabo illud donec impleat in regno dei. Et accepto calice gratias egit,⁊ dixit. Accipite ⁊ diuidite inter vos. dico enī vobis q̄ nō bibam de generatiōe vitis,donec regnū dei veniat. [g] Et accepto pane gratias egit ⁊ fregit:⁊ dedit eis,dicēs. Hoc est corp⁹ meū,q̄ pro vobis datur. hoc facite in meā cōmemorationem. [h] Silr ⁊ calicē postq̄ cenauit,dicens. Hic est calix nouum testamentū in sanguine meo,qui pro vobis fundetur. [i] Verūtamē ecce manꝰ tradētis me,mecum est in mēsa. Et quidē filiꝰ hois ſm q̄ diffinitū est,vadit:verūtamē ve homini illi per quē tradet. [k] Et ipsi ceperūt querere inter se quis esset ex eis q̄ hoc facturus esset. [l] ¶ Facta est aūt ⁊ cōtētio inter eos,quis eor videretur esse maior. Dixit autē eis. Reges gētiū dominant eor:⁊ qui potestatem habēt sup eos,benefici vocātur. Vos aūt nō sic.sed q̄ maior est in vobis,fiat sicut iunior:et qui precessor est,sicut ministrator. [m] Nā q̄s maior est:q̄ recūbit, an qui ministrat:nōne qui recumbit? Ego autē in medio vestrū sum sicut qui ministrat. vos aūt estis qui permānsistis mecū in tentationibꝰ meis. Et ego dispono vobis sicut disposuit mihi pater meus,regnum:vt edatis ⁊ bibatis super mensam meam in regno meo,⁊ sedeatis [n] super thronos iudicantes duodecim tribus Israel. [o] Dixit autē dominus Simoni,Simon,ecce satanas expetiuit vos,vt cribaret sicut triticum:ego autem rogaui pro te,vt nō deficiat fides tua. [p] et tu aliquando cōuersus,confirma fratres tuos. [q] Qui dixit ei. Domine,tecum paratus sum ⁊ in carcerem et in mortem ire. Et ille dixit,Dico tibi Petre,non cantabit hodie gall⁹, donec ter abneges nosse me. [r] Et dixit eis. Quādo misi vos sine sacculo et pera ⁊ calceamentis:nunquid aliquid defuit vobis? At illi dixerunt. Nihil. Dixit ergo eis. Sed nūc qui habet sacculū, tollat similiter ⁊ perā.⁊ qui nō habet,vendat tunicā suā, ⁊ emat gladium. [s] Dico enim vobis quoniam adhuc hoc quod scriptum est oportet impleri in me. Et cum iniquis deputatus est. Etenī ea que sunt de me,finem habent. [t] At illi dixerunt. Domine,ecce duo gladij hic. Et ille dixit eis. Satis est. [v] ¶ Et egressus ibat ſm consuetudinem in montem Oliuarum. Secuti sunt autē illū ⁊ discipuli. [x] Et cum peruenisset ad locum,dixit illis. Orate ne intretis in tētationē. [y] Et ipse auulsus est ab eis quantū iactus est lapidis:⁊ positis genibus orabat,dicens. [z] Pater,si vis trāsfer calicē istū a me. Verūtamen non mea volūtas,sed tua fiat. [a] Apparuit aūt illi angelus de celo cōfortās eū. Et factus in agonia, prolixius orabat. Et factus est sudor eiꝰ,sicut gutte sanguinis decurrētis in terrā. [b] Et cū surrexisset ab oratione,⁊ venisset ad discipulos suos,inuenit eos dormientes pre tristitia. Et ait illis. Quid dormitis:? surgite,orate ne intretis in tentationem.

[c] ¶ Adhuc eo loquente,ecce turba:et q̄ vocabat Judas,vnꝰ de duodecim,ante cedebat eos,⁊ appropinquauit Jesu,vt oscularet eū. [d] Jesus autē dixit illi,Juda,osculo filiū hoīs tradis? [e] Uidētes autē hi qui circa ipsum erāt q̄d futurū erat,dixerunt ei. Dñe,si percutim⁹ in gladio? Et percussit vnꝰ ex illis seruū principis sacerdotū:⁊ amputauit auriculā eiꝰ dexterā. Rndēs autē Jesus:ait. Sinite vsq̄ huc. [f] Et cum tetigisset auriculam eius,sanauit eū. [g] dixit autem Jesus ad eos qui venerant ad se,principes sacerdotum et magistratus templi et seniores. Quasi ad latronem existis cum gladijs et fustib⁹? Cum quotidie vobiscum fuerim in templo,nō extendistis manus in me. sed hec est hora vestra,⁊ potestas tenebrarū. [h] ¶ Comprehēdentes autem eū, duxerunt ad domum principis sacerdotum. [i] Petrus vero sequebatur eum a longe. Accenso autē igne in medio atrij,⁊ circūsedentibus illis,erat petrus in medio eorum. Quem cum vidisset ancilla quedam sedentem ad lumen,⁊ eum fuisset intuita, dixit. Et hic cum illo erat. At ille negauit eum,dicens,Mulier,non noui illum. [k] Et post pusillum alius videns eum,dixit. Et tu de illis es. Petrus vero ait. O homo non sum. Et interuallo facto, quasi hore vnius,alius quidā affirmabat,dicens, Vere ⁊ hic cum illo erat,nam et Galileus est. Et ait Petr⁹,Homo,nescio quid dicis. Et cōtinuo adhuc illo loquēte cantauit gallus. Et cōuersus dominus,respexit Petrū. [l] Et recordatus est Petr⁹ vbi dñi sicut dixerat. Quia prius q̄ gallus cantet, ter me negabis. Et egressus foras Petrus,fleuit amare. [m] Et viri qui tenebant illum,illudebant ei cedentes. Et velauerunt eū,⁊ percutiebant faciem eius,⁊ interrogabant eum,dicētes. Prophetiza, quis est qui te percussit? Et alia multa blasphemātes dicebāt in eum. [n] ¶ Et vt factus est dies,cōuenerūt seniores plebis ⁊ principes sacerdotū et scribe,⁊ duxerūt illū in concilū suū,dicentes. Si tu es xp̄s,dic nobis. [o] Et ait illis. Si vobis dixero,non credetis mihi:si aūt ⁊ interrogauero,nō respondebitis mihi,neq̄ dimittetis. [p] Ex hoc aūt erit filius hoīs sedēs a dextris virtutis dei. [q] Dixerunt autē oēs. Tu ergo es filius dei? Qui ait. Vos dicitis, quia ego sum. At illi dixerunt. [r] Quid adhuc desideramus testimoniū:? ipsi enī audiuim⁹ de ore eius.

cclxx m X — ro.xiij.d. — ℬ
cclx *I cclxj bI cclxij cIX cclxiij vII — A — Matth. xxvj.a. Marci. xiiij.a. Matth. xxvj.b. Marci. xiiij.b.
Matth. xxvj.b. Marci. xiiij.b. — ℬ
cclxiiij cX cclxv fII — ſ.con.xj. e
cclxvj gI cclxvij bII — Matth. xxvj.b. Marci. xiiij.b. Jo.xiij.c. ps.xl.c. ℭ Matth. xx.d. marc.x.f.
cclxviij iII — Matth. xxvj.b. Marci. xiiij.b.
cclxix kI cclxx lII — Matth. xx.d. marc.x.f.
cclxxj mX
cclxxij nV cclxxiij oX cclxxiiij pIX cclxxv qI

Matth. xxvj.c. Marci. xiiij.c. — ℬ — cclxxvj rX
isa.liij.b. Matth. xxvj.c Marci. xiiij.c. io.xviij.a Matth. xxvj.d. Marci. xiiij.c. — ℬ — cclxxvij sVIII cclxxviij tX cclxxix vI cclxxx xII cclxxxj yI cclxxxij zI cclxxxiij aX cclxxxiiij bII
Matth. xxvj.e. Marci. xiiij.e. io.xviij.a — ℱ — cclxxxv cI cclxxxvj dII cclxxxvij eI cclxxxviij fX cclxxxix gI
Matth. xxvj.f. Marci. xiiij.f. io.xviij.e Matth. xxvj.g. Marci. xiiij.g. Joan. xviij.c. Matth. xxvj.g. Marci. xiiij.g. Joan. xviij.e. — ℬ — ccxc hI ccxcj iI ccxcij kI ccxciij lII ccxciiij mI
Matth. xxvij.a. Marci. xv.a. Joan. xviij.e. — ℭ — ccxcv nII ccxcvj oX ccxcvij pI ccxcviij qX ccxcix rII

¶ Capituli Summarium. Jesus morti adiudicatus crucifigitur. Caput. xxiij.

ccc [1] A

ET surgẽs oĩs multitudo eorũ, duxerũt illum ad Pilatũ. [b] Ceperũt autẽ illum accusare, dicẽtes. Hũc inuenimus subuertentẽ gentẽ nostrã, & prohibentẽ tributa dare Cesari, & dicentẽ se xpm regẽ esse. [c] Pilatus autẽ interrogauit eum, dicẽs. Tu es rex Judeorũ? At ille respondẽs ait. Tu dicis. [d] Dixit autẽ Pilatus ad principes sacerdotũ et turbas. Nihil inuenio cause in hoc homine. [e] At illi inualescebant, dicentes, Cõmouit populũ docẽs per vniuersam Judeam, incipiens a Galilea vsq; huc.

cccj [b] X

cccij [c] I

cccliij [d] VII

cccliiij [e] X

Matth. xxij.c. Marci. xij.b. Matth. xxvij.b. Marci. xv.a. Joan. xviij.f.

¶ Pilatus autẽ audiens Galileã: interrogauit si homo, Galileus esset. Et vt cognouit qõ de Herodis potestate esset, remisit eum ad Herodẽ, qui & ipse Jerosolymis erat illis dieb⁹. Herodes aũt viso Jesu, gauisus est valde. erat enim cupiens ex multo tempore videre eum, eo qõ audierat multa de eo: et sperabat signũ aliquod videre ab eo fieri. Interrogabat autẽ eum multis sermonibus. At ipse nihil illi respondebat. [f] Stabant autem principes sacerdotũ & scribe constanter accusantes eũ. [g] Spreuit autẽ illum Herodes cũ exercitu suo, et illusit indutum veste alba, & remisit ad Pilatum. Et facti sunt amici Pilat⁹ & Herodes in ipsa die. nam antea inimici erant adinuicẽ. [h] ¶ Pilat⁹ autem cõuocatis principib⁹ sacerdotũ & magistratibus et plebe, dixit ad illos. Obtulistis mihi hunc hoiem, quasi auertentẽ pplm: et ecce, ego cora vobis interrogãs, nullam cãm inuenio in hoie isto ex his in quibus eum accusatis. [i] Sed neq; Herodes. nam remisi vos ad illũ: & ecce, nihil dignum morte actũ est ei. [k] Emendatũ ergo illũ dimittam. Necesse aũt habebat dimittere eis per diẽ festũ, vnũ. [l] Exclamauit autem simul vniuersa turba, dicẽs. Tolle hunc, et dimitte nobis Barabbam, qui erat propter seditionem quãdam factam in ciuitate et homicidiũ, missus in carcerem. [m] Iterũ autem Pilatus locutus est ad eos, volẽs dimittere Jesum. At illi succlamabant, dicẽtes, Crucifige, crucifige eũ. [n] Ille autem tertio dixit ad illos. Quid enim mali fecit iste: nullam causam mortis inuenio in eo. corripiam ergo illum, et dimittam. [o] At illi instabant vocibus magnis postulantes vt crucifigeret et inualescebant voces eorũ. [p] Et Pilatus adiudicauit fieri petitionẽ eorũ. [q] Dimisit autẽ illis eum qui ppter homicidiũ & seditionẽ missus fuerat in carcerẽ, quẽ petebãt. Jesum vero tradidit voluntati eorũ. [q] ¶ Et cũ ducerẽt eũ, apprehenderũt Simonem quẽdam Cyrenẽsem venientẽ de villa: et imposuerunt illi crucẽ portare post Jesum. [r] Sequebatur autẽ illum multa turba populi & mulierum: que plangebãt & lamentabant eũ. Conuersus aũt ad illas Jesus, dixit, Filie Jerusalẽ, nolite flere super me: sed super vosipsas flete, & sup filios vestros. qm̃ ecce veniẽt dies in quibus dicẽt. Beate steriles, & vẽtres q nõ genuerũt, et vbera q̃ nõ lactauerunt. Tunc incipiẽt dicere montibus, Cadite sup nos: & collib⁹. Operite nos. Quia si in viridi ligno hec faciũt: in arido quid fiet? [s] Ducebantur aũt & alij duo nequaq̃ cũ eo, vt interficerent. [t] ¶ Et postq̃ venerũt i locũ q vocat Caluarie, ibi crucifixerũt eum: [v] & latrones, vnũ a dextris, & alterũ a sinistris. Jesus aũt dicebat. [x] Pater, dimitte illis, nõ enim sciunt quid faciunt. [y] Diuidẽtes vero vestimenta eius, miserũt sortes. Et stabat populus expectãs, & deridebãt eũ pncipes cum eis, dicẽtes. Alios saluos fecit, se saluũ faciat, si hic est xp̃s dei electꝰ. [z] Illudebãt autem ei & milites accedentes et acetũ offerẽtes ei, & dicẽtes. Si tu es rex Judeorũ, saluũ te fac. [b] Erat autẽ & superscriptio scripta sup eum literis Grecis & Latinis & Hebraicis. Hic est rex Judeor. [c] Unus aũt de his qui pẽdebãt latronib⁹ blasphemabat eũ, dicẽs. Si tu es xp̃s, saluũ fac te ipsum & nos. [d] Respõdẽs aũt alter, increpabat eũ, dicẽs. Neq; tu times deũ, qui in eadem dãnatione es? Et nos qdẽ iuste: nã digna factis recipim⁹: hic vero, nihil mali gessit. Et dicebat ad Jesum, Domine, memento mei cũ veneris in regnũ tuũ. Et dixit illi Jesus. Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso. [e] Erat aũt fere hora sexta: et tenebre facte sunt in vniuersam terrã vsq; in horã nonã. Et obscuratus est sol: & [f] velũ tẽpli scissum est mediũ. [g] Et clamãs voce magna Jesus, ait, Pater, in manus tuas cõmẽdo spiritũ meum. Et hec dicẽs, expirauit. [h] Uidẽs aũt centurio qđ factũ fuerat, glorificauit deũ, dicẽs, Uere, hic homo iustus erat. [i] Et ois turba eorũ q simul aderãt ad spectaculũ istud, & videbãt que fiebãt, percutientes pectora sua reuertebantur. Stabant aũt oĩs noti eius a longe: et mulieres que secute eum erãt a Galilea hec videntes.

Matth. xxvij.g. Marci. xv.d. Jo.xix.g

[k] ¶ Et ecce, vir noie Joseph qui erat decurio, vir bonus & iustus, hic nõ cõsenserat cõsilio et actibus eorũ. ab Arimathea ciuitate Judee, qui expectabat & ipse regnũ dei. hic accessit ad Pilatum & petijt corp⁹ Jesu: [l] & depositũ mulauit sindone, et posuit illũ in monumẽto excisso, in quo nondũ quisq̃ positus fuerat. [m] ¶ Et dies erat parasceues, & sabbathũ illucescebat. Subsecute autẽ mulieres q cũ eo venerãt de Galilea, viderunt monumentum, & quẽadmodũ positum erat corpus eius. [n] Et reuertentes parauerũt aromata & vnguẽta: & sabbatho quidem siluerunt ꝑm mandatum.

¶ Capituli Summa. Resurrectio Christi multis probatur argumentis. Caput. xxiiij.

[a] Una autẽ sabbathi valde diluculo venerunt ad monumẽtum, portantes que parauerant aromata, & inuenerunt lapidem reuolutum a monumẽto. Et ingresse, non inuenerunt corpus domini Jesu. Et factum est: dum mente consternate essent de isto, ecce duo viri steterunt secus illas in veste fulgenti. [b] Cũ timerent autem, et declinarent vultum in terram, dixerunt ad illas. Quid queritis viuentem cum mortuis? non est hic, sed surrexit. recordamini qualiter locutus est vobis, cũ adhuc in Galilea esset, dicens. Quia oportet filium hominis tradi in manus hominum peccatorum, et crucifigi: et die tertia resurgere. Et recordate sunt verborum eius. [c] Et regresse a monumento, nuntiauerunt hec omnia illis vndecim et ceteris omnibus. [d] Erat autẽ Maria Magdalene, et Joanna, et Maria Jacobi, et cetere que cum eis erant, que dicebant ad apostolos hec. Et visa sunt ante illos sicut deliramentum verba ista, et non crediderunt illis. Petrus autem surgens cucurrit ad monumentum: et procumbens vidit linteamina sola posita, et abijt secum mirãs quod factum fuerat. [e] ¶ Et ecce duo ex illis ibãt ipsa die in castellum quod erat in spatio stadiorum sexaginta ab Jerusalem, nomine Emmaus: et ipsi loquebantur adinuicem de his omnibus que acciderãt. Et factum est: dum fabularentur & secum quererẽt, et ipse Jesus appropinquans, ibat cum illis. oculi autem illorũ tenebantur, ne eum agnoscerent. Et ait ad illos. Qui sunt hi sermones, quos confertis adinuicem, ambulantes, et estis tristes? Et respondens vnus cui nomen Cleophas, dixit ei. Tu solus, peregrinus es in Jerusalem, et non cognouisti que facta sunt

A Marci. xvj.a. Jo.xx.a.

matth. xvij.d. mar.ix.c. ō.ix.e.

B

C

in illa,

Universidad de Deusto Biblioteca

in illa his diebus: Quibus ille dixit, Que: Et dixerũt, De Jesu Nazareno, qui fuit vir propheta, potens in opere ⁊ sermone corã deo ⁊ omni populo. Et quomodo eũ tradiderũt summi sacerdotes, ⁊ principes nostri in damnationẽ mortis, ⁊ crucifixerunt eũ. nos autẽ sperabamus quia ipse esset redempturus Jsrael: ⁊ nunc super hec omnia, tertia dies est hodie qũ hec facta sunt. Sed ⁊ mulieres
D quedam ex nostris terruerũt nos, que ante lucẽ fuerunt ad monumentũ, ⁊ nõ inuento corpore eius, venerunt dicentes se etiam visionẽ angelorũ vidisse qui dicunt eũ viuere. Et abierunt quidã ex nostris ad monumentũ: ⁊ ita inuenerũt sicut mulieres dixerunt, ipsum vero non inuenerũt. Et ipse dixit ad ad eos, O stulti ⁊ tardi corde ad credendũ in omnibus que locuti sunt prophete: nonne hec oportuit pati Christũ, ⁊ ita intrare in gloriã suam: Et incipiens a Moyse, ⁊ omnibus prophetis interpretabatur illis in omnib⁹ scripturis que de ipso erant.
E Et appropinquauerũt castello quo ibant: ⁊ ipse se finxit longius ire. Et coegerũt illũ, dicentes, Mane nobiscum, qñ aduesperascit, ⁊ inclinata est iam dies. Et intrauit cũ illis. Et factum est: dũ recumberet cum eis, accepit panẽ, ⁊ benedixit ac fregit, et porrigebat illis. Et aperti sunt oculi eorũ, ⁊ cognouerũt eum: ⁊ ipse euanuit ex oculis eorum. Et dixerunt adinuicem, Nonne cor nostrũ ardẽs erat in nobis, dum loqueretur in via, ⁊ aperiret nobis scripturas: Et surgẽtes eadem hora regressi sunt in Jerusalem: ⁊ inuenerũt congregatos vndecim, et eos qui cũ illis erant, dicentes, Quod surrexit dñs vere, ⁊ apparuit Simoni. Et ipsi narrabãt que gesta erant in via: ⁊ quomodo cognouerũt eum in fractione panis.
F Marci. xvj.c. Dum autẽ hec loquũtur, stetit Jesus in medio eorũ, ⁊ dixit, Pax vobis. ego sum, nolite timere. Conturbati vero ⁊ cõterriti, existimabant se spiritũ videre. Et dixit eis, Quid turbati estis, ⁊ cogitationes ascendũt in corda vestra. Videte manus meas ⁊ pedes, quia ego ipse sum. palpate ⁊ videte: quia spiritus, carnem ⁊ ossa non habet, sicut me videtis habere. Et cũ hoc dixisset, ostendit eis manus ⁊ pedes. Adhuc aũt illis non credentibus ⁊ mirantibus pre gaudio, dixit, Habetis hic aliquid quod manducetur? Et illi obtulerunt ei partẽ piscis assi, ⁊ fauum mellis. Et cum manducasset corã eis, sumens reliquias dedit eis.
G Psal. xviij.b. Et dixit ad eos, Hec sunt verba que locutus sũ ad vos cum adhuc essem vobiscum quoniã necesse est impleri omnia que scripta sunt in lege Moysi ⁊ prophetis ⁊ psalmis de me. Tunc aperuit illis. Act.j.a. Jo.xv.d. sensum, vt intelligerẽt scripturas, ⁊ dixit eis, Quoniam scriptum est, ⁊ sic oportebat Christũ pati, et Act.j.a. Marci. xvj.d. resurgere a mortuis tertia die: ⁊ predicari in nomine eius penitentiam ⁊ remissionem peccatorum in omnes gentes, incipientibus ab Jerosolyma. Vos autem testes estis horum. Et ego mittam promissum patris mei in vos: vos autem sedete in ciuitate, quoad vsq; induamini vtute ex alto. Eduxit autem eos foras in Bethaniã: ⁊ eleuatis manibus suis benedixit eis. Et factum est: dum benediceret illis, recessit ab eis, ⁊ ferebatur in celum. Et ipsi adorantes regressi sunt in Jerusalem cum gaudio magno: ⁊ erant semper in templo laudantes et benedicentes deum. Amen.

¶ Euangelij secundum Lucam finis.

¶ Jheronymus in Catalogo Scriptorũ ecclesiasticorũ.

Johannes apostolus: quẽ Jesus amauit plurimum: filius zebedei: frater Jacobi Apostoli: quem Herodes post passionem dñi decollauerat: nouissimus omnium scripsit euangelium: rogatus ab Asie episcopis aduersus Cerinthum alioscp hereticos: ⁊ maxime tunc Ebionitarum dogma consurgẽs: qui asserunt xpm ante Mariam non fuisse. Unde ⁊ compulsus est diuinam eius natiuitatem edicere. Sed et aliam causam huius scripture ferũt: quod cum legisset Matthei: Marci et Luce volumina: probauerit quidem veritatem historie: ⁊ vera eos dixisse firmauerit: sed vnius tantum anni: in quo et passus est post carcerem Joannis historiam texuisse. Pretermisso tracq; anno: cuius acta a tribus exposita fuerant: superioris ⁊ temporis antequam Joannes clauderetur in carcerem: gesta narrauit: sicut manifestum esse poterit his qui diligenter quatuor euangeliorum volumina legerint. Que res: etiam [illegible]: que videtur Joãnis esse cum ceteris: tolli. Scripsit autem ⁊ vnã epistolam: cuius exordium est, Quod fuit ab initio: quod audiuimus: ⁊ vidimus oculis nostris: quod perspeximus et manus nostre cõtrectauerunt de verbo vite. que ab vniuersis ecclesiasticis ⁊ eruditis viris probatur. Reliquæ autem duæ: quarum principium est: Senior electe domine ⁊ natis eius ⁊ sequentis: Senior Caio charissimo: quem ego diligo in veritate: Joannis presbyteri asseruntur: cuius ⁊ hodie alterum sepulchrum apud Ephesum ostenditur: ⁊ nonnulli putãt duas memorias eiusdem Joannis euangeliste esse. super qua re cum per ordinem ad Papiam auditorem eius vẽtum fuerit: disseremus. Quartodecimo igitur anno secundã post Neronem persecutionem mouente Domitiano in Patmos insulam relegatus: scripsit apocalypsim: quam interpretantur Justinus martyr ⁊ Hireneus. Interfecto autem Domitiano: ⁊ actis eius ob nimiam crudelitatem a senatu rescissis: sub Pertinace principe redit Ephesum: ibiq; vsq; ad Traianum principem perseuerans: totas Asie fundauit: rexitq; ecclesias ⁊ confectus senio: sexagesimo octauo post passionem domini anno: mortuus iuxta eandem vrbem sepultus est.

¶ Explicit prologus Beati Hieronymi. presbyteri in euangelium secundũ Joannem.

¶ Incipit prologus sancti augustini in euangelium secundum Joannem.

Omnibus diuine scripture paginis euãgeliũ excellit: q; quod lex ⁊ prophete futurum predixerunt hoc cõpletũ dicit euangeliũ. Inter ipsos autẽ euangeliorũ scriptores Joannes eminet in diuinorũ mysteriorum profunditate qui a tpe dñice ascensionis per annos sexaginta quinq; verbum dei absq; aduersario scribendi: rsq; ad vltima domitiani predicauit tempora sed occiso domitiano cum permittente nerua de exilio redũsset Ephesum: compulsus ab episcopis Asie de coeterna patri diuinitate xpi scripsit aduersus hereticos: qui eo absente irruperãt in eius ecclesias: que xpm ante Mariã fuisse negabãt. Unde merito in figura quatuor animalium aquile volanti comparatur: que volat altius ceteris auibus: ⁊ solis radios irreuerberatis aspicit luminibus. Ceteri quippe euangeliste qui tẽporalẽ xpi natiuitatẽ: ⁊ tẽporalia eius facta q̃ gesserit in hoc sufficienter exponunt: ⁊ de diuinitate pauca quasi animalia gressibilia cũ dño ambulant in terra. hic autem pauca de temporalibus eius gestis edisserens: sed diuinitatis potentiam sublimius cõtemplans cũ dño ad celum volat. Qui enim supra pectus dñi in cena recubuit: celestis haustum sapientie ceteris excellẽtius de ipso domini pectoris fonte potauit. Legerat siquidẽ euangelia triũ euãgelistarũ ⁊ approbauerat fidem eorũ: ⁊ veritatẽ in quibus deesse vidit aliqua gestarũ rerũ historie: ⁊ ea maxime que dño gessit primo predicationis sue tempore scilicet anteq; Joannes baptista clauderetur in carcere. Hec ergo quasi dimissa ab illis scribit Joannes que fecit Jesus anteq; Joãnes clauderetur: sed maxime diuinitatẽ Christi ⁊ trinitatis mysterium cõmendare curauit. Tres siquidem alij euãgeliste dicta et facta domini temporalia que ad informandos mores vite presentis maxime valent copiosius prosecuti circa actiuam vitam sunt versati in qua laboratur: vt cor mundetur ad videndum deum. Joannes vero pauca domini facta dicit: verba vero domini q̃ trinitatis vnitatem ⁊ vite eterne felicitatem insinuat diligentius conscribit. Et sic in contemplatiua vita: virtute commẽdanda intentionem suam ⁊ predicationem tenuit: in qua contemplatiua vocatur: vt deus videatur. Iste siquidem est Joannes: quem dominus de fluctuaga nuptiarum tempestate vocauit: et cui matrem virginem virgini commendauit.

¶ Explicit prologus beati Augustini episcopi in euangelium ſm Joannem.

¶ Incipit euãgel. ſm Joãnẽ.

¶ L.S. Christus deus ⁊ homo. Caput.j.

Universidad de Deusto
Biblioteca



In principio erat verbū, & verbū erat apud deū, & deus erat verbū. Hoc erat in principio apud deū. Oia per ipsum facta sunt: & sine ipso factū est nihil. Qđ factū est, in ipso vita erat, & vita erat lux hoīm: & lux in tenebris lucet & tenebre eam non cōphēderūt. [b] ¶ Fuit homo missus a deo, cui nomen erat Joannes. hic venit in testimoniū: vt testimoniū perhiberet de lumine, vt oēs crederēt per illū. non erat ille lux: sed vt testimoniū perhiberet de lumine. [c] Erat lux vera q̄ illuminat oēm hoīez venientem in hūc mūdū. in mūdo erat, & mūdus per ipm factus est, & mundus eū nō cognouit. [d] In propria venit & sui eū nō receperūt. quotquot aūt receperunt eū, dedit eis potestatē filios dei fieri, his q̄ credunt in noīe ei⁹. qui nō ex sanguinib⁹, neq; ex voluntate carnis, neq; ex voluntate viri, sed ex deo nati sunt. [e] Et verbū caro factū est: & habitauit in nobis. (Et vidimus gloriā eius gloriā quasi vnigeniti a pr̄e) plenū gratie & veritatis. [f] Joannes testimoniū perhibet de ipso, & clamat, dicens, Hic erat quē dixi, Qui post me vēturus est, ante me factus est: quia prior me erat. [g] Et de plenitudine ei⁹ nos oēs accepimus, & gratiā p̄ gratia, q̄ lex p̄ ꝛ̄i data est, gratia & veritas p̄ Jesum x̄m facta est. [h] Deū nemo vidit vnq̄. Unigenit⁹ fili⁹ q̄ est in sinu p̄tis ipse enarrauit. [i] ¶ Et hoc est testimoniū Joannis, q̄ miserūt Judei ab Jerosolymis sacerdotes & levitas ad eū, vt interrogarent eū, Tu quis es? Et confessus est, & nō negauit. Et confessus est, Quia non sum ego x̄ps. Et interrogauerunt eū, Quid ergo? Elias es tu? Et dixit, Non sum. Prophet⁹ es tu? Et rūdit, Nō. Dixerūt ergo ei, Quis es, vt rōsum demus his qui miserūt nos? qd dicis de teipso? Ait. [k] Ego vox clamātis in deserto, dirigite viam dñi, sicut dixit Jsaias propheta. [l] Et qui missi fuerāt, erāt ex phariseis. Et interrogauerūt eū, & dixerunt ei, Quid ergo baptizas, si tu non es x̄ps, neq; Elias, neq; propheta. [m] Rūdit eis Joānes, dicēs, Ego baptizo in aqua: medi⁹ aūt vestrū stetit quem vos nescitis. Ipse est qui post me venturus est, qui ante me fact⁹ est: cui⁹ ego nō sum dign⁹ vt solueā eius corrigiā calceamēti. [n] Hec in Bethabara facta sunt trās Jordanē, vbi erat Joānes baptizās.

¶ Altera die vidit Joannes Jesum venientē ad se, & ait. Ecce agn⁹ dei, ecce qui tollit peccata mundi. [o] Hic est de quo dixi, Post me venit vir, q̄ ante me fact⁹ est, q̄: prior me erat. & ego nesciebā eū. sed vt manifestet in Jsrael, pp̄terea veni ego in aqua baptizās. [p] Et testimoniū perhibuit Joannes, dicens, Quia vidi spiritū descendentē quasi colūbā de celo, & mānsit sup eū. Et ego nesciebā eū: sed qui misit me baptizare in aqua, ille mihi dixit, Super quē videris spīm descēdentē & manentē sup eū, hic est q̄ baptizat in spūsctō. Et ego vidi, & testimoniū perhibui q̄: hic est fili⁹ dei. [q] ¶ Altera die iterū stabat Joannes, & ex discipulis ei⁹ duo. Et respiciēs Jesum ambulantē, dicit, Ecce agn⁹ dei. Et audierunt eū duo discipuli loquētē & secuti sunt Jesum. Conuersus aūt Jesus, & vidēs eos sequētes se dicit eis, Quid q̄ritis? Qui dixerunt ei, Rabbi (q̄ dicit interp̄tatū magister) vbi habitas? Dicit eis, Uenite & videte. Uenerūt & viderūt vbi maneret: & apud eū mansērūt die illo. hora aūt erat quasi decima. Erat aūt Andreas frater Simonis Petri vnus ex duob⁹ qui audierāt a Joāne, & secuti fuerant eū. [r] ¶ Inuenit hic primū, fratrē suū Simonē, et dicit ei, Inuenimus Messiam, q̄d est interpretatum, x̄ps. Et adduxit eū ad Jesum. Intuitus aūtē eum Jesus, dixit, Tu es Simon filius Jona: tu vocaberis Cephas, q̄d interpretat Petrus. [s] ¶ In crastinū voluit exire in Galileā: et invenit Philippum. Et dixit ei Jesus, Seq̄re me. Erat aūt Philippus a Bethsaida, ciuitate Andree & Petri. Invenit Philippus Nathanael: et dicit ei, Quē scripsit Moyses in lege, & prophete: invenimus Jesum filium Joseph a Nazareth. Et dixit ei Nathanael. A nazareth potest aliquid boni esse? Dicit ei Philipp⁹, Veni & vide. Vidit Jesus Nathanael venientē ad se, & dicit de eo, Ecce vere Jsraelita in quo dolus nō est. Dicit ei Nathanael, Unde me nosti? Rūdit Jesus, & dixit ei, Priusquā te Philippus vocaret, cū esses sub ficu vidi te. Respondit ei Nathanael, & ait, Rabbi, tu es filius dei, tu es rex Jsrael. Respōdit Jesus, & dixit ei, Quia dixi tibi, Uidi te sub ficu, credis: maius his videbis. Et dicit ei, Amen amen dico vobis, videbitis celum apertum, & angelos dei ascendentes & descendentes supra filium hominis.

¶ C. S. Jesus honorat nuptias. Caput. ij.

Et die tertia nuptie facte sunt in Cana Galilee: & erat mater Jesu ibi. Uocatus est autem & Jesus, & discipuli ei⁹ ad nuptias. Et deficiēte vino, dicit mater Jesu ad eum. Uinū non habēt. Et dicit ei Jesus, Quid mihi & tibi est mulier? nondum venit hora mea. Dicit mater ei⁹ ministris. Quodcūq; dixerit vobis, facite. Erāt aūt ibi lapidee hydrie sex posite secōm purificationem Judeorū capiētes singule metretas binas vel ternas. Dicit eis Jes⁹. Implete hydrias aqua. Et impleuerūt eas vsq; ad summum. Et dicit eis Jesus, Haurite nunc, & ferte architriclino. Et tulerunt. Ut aūt gustauit Architriclinus aquam vinū factā & nō sciebat vnde esset, ministri aūt sciebant qui hauserant aquā: vocat sponsum Architriclinus, & dicit ei, Omnis homo primū, bonū vinū ponit: & cū inebriati fuerint, tunc id q̄ deterius est. Tu aūt seruasti bonū vinū vsq; adhuc. Hoc fecit initiū signorum Jesus in Cana Galilee: & manifestauit gloriā suā, & crediderūt in eum discipuli ei⁹. [a] ¶ Post hec descēdit Capharnaum ipse & mater eius, & fratres eius, & discipuli eius: & ibi mansērūt nō multis diebus. [b] Et prope erat pascha Judeorū, & ascendit Jesus Jerosolymam: & inuenit in tēplo vēdētes oues & boues & colūbas, & numularios sedentes. [c] Et cū fecisset quasi flagellum de funiculis omnes eiecit de tēplo, oues quoq; & boues, & numulariorū effudit es, & mēsas subuertit. Et his qui colūbas vendebāt, dixit, Aufferte ista hinc: & nolite facere domū patris mei, domum negotiationis. [d] Recordati sunt vero discipuli eius, quia scriptū est est, zelus domus tue comedit me. [e] Respōderūt ergo Judei & dixerunt ei. [f] Quod signū ostendis nobis q̄ hec facis? Rūdit Jesus & dixit eis, Soluite tēplū hoc, & in trib⁹ diebus excitabo illō. Dixerūt ergo Judei, Quadraginta & sex annis edificatū est tēplū hoc, & tu in tribus dieb⁹ excitabis illud? Ille aūt dicebat de templo corpis sui. Cū ergo resurrexisset a mortuis, recordati sunt discipuli ei⁹ q̄ hoc dicebat & crediderūt scripture, & sermōi quē dixit Jesus. Cū aūt esset Jerosolymis in pascha in die festo: multi crediderūt in noīe eius, videntes signa eius q̄ faciebat. Ipe aūtē Jesus nō credebat semetipsum eis: eo qđ ipse

nosset oēs,ꝛ q̄ opus ei non erat vt qs testimoniū phiberet de hoie. Ipse eñ sciebat qd esset in hoie.

¶ L.S. Regeneratio ad salutē necessaria. La.iij.

A Rat aūt homo ex phariseis, Nicodemus noie, princips Judeox. Hic venit ad Jesum nocte,ꝛ dixit ei, Rabbi, scimus q̄ a deo venisti magister. nemo enim potest hec signa facere q̄ tu facis, nisi fuerit deus cū eo. Respōdit Jesus,ꝛ dixit ei, Amē amē dico tibi, nisi quis renatus fuerit denuo, nō potest videre regnū dei. Dicit ad eū Nicodemus. Quomodo potest homo nasci cū sit senex: nunquid pōt in ventrem matris sue iterato introire ꝛ renasci: Respondit Jesus, Amen amē dico tibi, nisi quis renatus fuerit ex aqua ꝛ spiritu sancto, non potest introire in regnū dei. Quod natū est ex carne, caro est: ꝛ qō natū est ex spiritu, spiritus est. Non mireris q̄ dixi tibi, Oportet vos nasci denuo. Spūs vbi vult spirat: ꝛ vocē eius audis, sed nescis vnde veniat aut quo vadat: sic est omnis qui nat⁹ est ex spiritu. Respōdit Nicodemus, ꝛ dixit ei, Quomodo possunt hec fieri: Respondit Jesus, ꝛ dixit ei, Tu es magister in Jsrael, ꝛ hec ignoras: Amē amen dico tibi quia quod scimus loquimur, ꝛ quod vidimus testamur, ꝛ testimoniū nostrū non accipitis. Si terrena dixi vobis ꝛ nō creditis: quomodo si dixero vobis celestia, credetis: Et nemo ascēdit in celum nisi qui descendit de celo, filius hominis qui est in celo. Et sicut Moyses exaltauit serpētem in deserto: ita exaltari oportet filiū hominis, vt omnis qui credit in ipso, non pereat, sed habeat vitā eternam. Sic enim deus dilexit mundū, vt filiū suum vnigenitum daret: vt omnis qui credit in eū, nō pereat, sed habeat vitā eternā. Non enī misit de⁹ filiū suum in mundū vt iudicet mundū, sed vt saluetur mūdus, per ipsum. Qui credit in eū, nō iudicatur. qui aut̄ nō credit, iam iudicatus est: q̄ non credidit in nomine vnigeniti filij dei. Hoc est aut̄ iudicium: quia lux venit in mundū, ꝛ dilexerunt homines magis tenebras q̄ lucē. erant enī eorum mala opera. Omnis enī qui mala agit, odit lucē: ꝛ nō venit ad lucē vt nō arguantur opera eius. qui aūt facit veritatē, venit ad lucem, vt manifestētur opera eius, q̄ in deo sunt facta. ¶ Post hec venit Jesus ꝛ discipuli eius in Judeā terrā: ꝛ illic morabatur cum eis et baptizabat. [a] Erat aut̄ ꝛ Joannes baptizans in Enon iuxta Salim: quia aque multe erant illic, ꝛ veniebāt ꝛ baptizabātur. [b] Nondū enī missus fuerat Joannes in carcerē. [c] Facta est aut̄ questio ex discipulis Joannis cū Judeis de purificatiōe. Et venerūt ad Joannē, ꝛ dixerūt ei, Rabbi, qui erat tecū trās Jordanē, cui tu testimonium perhibuisti, ecce hic baptizat, ꝛ omnes veniunt ad eum. Rūdit Joannes, ꝛ dixit, Non potest homo accipere quicq̄, nisi fuerit ei datum de celo. [d] Ipsi vos mihi testimoniū perhibetis q̄ dixerim, Non sum ego Christus: sed q̄ missus sum ante illum. [e] Qui habet sponsam, sponsus est: amicus autem sponsi qui stat ꝛ audit eū, gaudio gaudet propter vocem sponsi. Hoc ergo gaudiū meū impletū est. Illum oportet crescere: me autem minui. Qui de sursum venit: super omnes est. Qui est de terra, de terra est, ꝛ de terra loquitur: q̄ de celo venit super oēs est. Et q̄ vidit ꝛ audiuit, hoc testatur: ꝛ testimoniū ei⁹ nemo accipit. Qui aūt accepit eius testimoniū, signauit q̄ de⁹ verax est. Quē enī misit de⁹, verba dei loquitur. nō enī ad mēsurā dat de⁹ spūs. [f] Pater diligit filiū: ꝛ oia dedit in manu ei⁹. [g] Qui credit in filiū habet vitā eternā: q̄ aūt incredulus est filio, nō videbit vitā, sed ira dei manet super eū.

¶ L.S. Colloquiū xp̄i cū Samaritana. La.iiij.

V T ergo cognouit Jesus q̄ audierunt pharisei q̄ Jesus plures discipulos facit ꝛ baptizat q̄ Joānes (quāq̄ Jesus nō baptizaret sed discipuli ei⁹) reliquit Judeam, ꝛ abijt iterū in Galileā. [b] oportebat aūt eum trāsire p Samariā. ¶ Venit ergo in ciuitatē Samarie q̄ dicit Sichar: iuxta p̄diū q̄ dedit Jacob, Joseph filio suo. Erat aūt ibi, fons Jacob. Jesus aūt fatigat⁹ ex itinere, sedebat sic supra fontē. Hora aūt erat q̄si sexta. Venit aūt mulier de Samaria haurire aquā. Dicit ei Jesus. Da mihi bibere. Discipuli enī ei⁹ abierāt in ciuitatē vt cibos emerent. Dicit ergo ei mulier illa Samaritana, Quomodo tu Judeus cū sis, bibere a me poscis, que sum mulier Samaritana: non enī coutuntur Judei Samaritanis. Rūdit Jesus, ꝛ dixit ei, Si scires donū dei, et quis est qui dicit tibi, Da mihi bibere: tu forsitā petisses ab eo, ꝛ dedisset tibi aquā viuā. Dicit ei mulier, Dñe neq̄ in quo haurias habes, ꝛ puteus altus est: vnde ergo habeas aquā viuam: Nunquid tu maior es patre nr̄o Jacob qui dedit nobis puteum, ꝛ ipse ex eo bibit, ꝛ filij eius, ꝛ pecora eius: Rūdit Jesus, ꝛ dixit ei, Omnis q̄ bibit ex aqua hac, sitiet iterū: q̄ aūt biberit ex aqua quā ego dabo ei, nō sitiet in eternū, ſz aqua quā ego dabo ei, fiet in eo fons aque salientis in vitā eternam. Dixit ad eū mulier, Dñe, da mihi hanc aquā vt non sitiā, neq̄ veniā huc haurire. Dicit ei Jesus, Vade voca virū tuū, ꝛ veni huc. Rūdit mulier, et dixit, Non habeo virū. Dixit ei Jesus, Bene dixisti, Quia nō habeo virū. Quinq̄ enī viros habuisti: ꝛ nūc quē habes, nō est tu⁹ vir. hoc vere dixisti. Dicit mulier, Dñe video q̄ pphēta es tu. Pres nostri in monte hoc adorauerunt: ꝛ vos dicitis q̄ Jerosolymis est locus vbi adorare oportet. Dicit ei Jesus, Mulier crede mihi q̄ veniet hora q̄n neq̄ in monte hoc, neq̄ in Jerosolymis adorabitis patrē. Vos adoratis q̄ nescitis: nos adoramus q̄ scimus, q̄ salus ex Judeis est. Sed venit hora et nunc est, q̄n veri adoratores adorabūt patrē in spiritu ꝛ veritate. nam ꝛ pater tales q̄rit, qui adorent eū. Spūs est de⁹: ꝛ eos q̄ adorāt eū, in spiritu ꝛ veritate oportet adorare. Dicit ei mulier, Scio q̄ Messias venit, q̄ dicit xp̄s cū ergo venerit, ille annuntiabit nobis oia. Dicit ei Jesus ego sum q̄ loquor tecū. Et continuo venerunt discipuli eius: et mirabātur q̄ cū muliere loquebat. nemo tū dixit, Quid q̄ris aut qd loqueris cū ea: Reliqt ergo hydriā suā mulier: ꝛ abijt in ciuitatē, ꝛ dicit illis hominib⁹, Venite, ꝛ videte hoiē q̄ dixit mihi oia q̄cūq̄ feci. nūqd ipse est xp̄s: Exierūt ergo de ciuitate, ꝛ veniebāt ad eū. Interea rogabāt eū discipuli, dicētes, Rabbi, māduca. Jlle aūt dicit eis, Ego cibū habeo māducare quē vos nescitis. Dicebāt ergo discipuli ad inuicem, Nunqd aliq̄s attulit ei manducare: Dicit eis Jesus. Meus cibus est, vt faciam voluntatē eius q̄ misit me: vt pficiā op⁹ eius. Nonne vos dicitis q̄ adhuc q̄tuor mēses sunt, et messis venit: Ecce dico vobis, leuate oculos vros ꝛ videte regiōes q̄ albe sunt iā ad messē. Et q̄ metit, mercedē accipit, ꝛ q̄gregat fructū i vitā eternā: vt ꝛ q̄ semiat simul gaudeat ꝛ q̄ metit. in hoc enī verbū verū: q̄ alius est q̄ seminat, ꝛ alius est q̄ metit. Ego misi vos metere q̄ vos nō laborastis. alij laborauerūt: ꝛ vos in labores eorū introistis. Ex ciuitate aūt illa multi crediderūt in eū Samaritanorū, propter verbū mulieris testimoniū perhibētis, Quia dixit mihi oia q̄cūq̄ feci. Cū venissent ḡ ad illū Samaritani, rogauerūt eū vt apud eos māeret. Et mānsit ibi duos

Numeri xxj.c.

Jo. iij.b

Supra j.c.

Ro. iij.a.

j. Jo.v.b.

xxv a III xxvj b VIII xxvij c X

xxviij d I

xxix e X

xxx f II xxxj g X

xxxij a VII

xxxiij b X

Genesis xlviij.d.

ꝟ.contin. iij.d.

dies. Et multo plures crediderunt ppter sermonē eius. Et mulieri dicebāt, Quia tā nō ppter tuam loquelā credimus. ipsi enī audiuimus, ⁊ scimus q̄ hic est vere saluator mūdi. [c] ¶ Post duos autem dies exijt inde ⁊ abijt in Galileā. [d] Ipse enī Jesus testimoniū perhibuit, q̄ ppheta in sua patria honorē nō habet. [e] Cū ergo venisset in Galileā, excepērūt eū Galilei, cū oīa vidissent que fecerat Jerosolymis in die festo. ⁊ ipsi enī venerant ad diem festum. Venit ergo iterū in Cana Galilee, vbi fecit aquam vinum. [f] Et erat quidam regulus cuius filius infirmabatur Capharnaū. Hic cū audisset q̄ Jesus aduenisset a Judea in Galileā abijt ad eum. ⁊ rogabat eū vt descenderet ⁊ sanaret filium eius. incipiebat enī mori. Dixit ergo Jesus ad eū, Nisi signa ⁊ prodigia videritis nō creditis. Dicit ad eū regulus, Dñe, descēde priusq̄ moriat filius meus. Dixit ei Jesus, Vade, filius tuus viuit. Credidit homo sermōi quē dixit ei Jesus, ⁊ ibat. Jam autem eo descendente, serui occurrerūt ei. ⁊ nuntiauerunt dicentes q̄ filius eius viueret. Interrogabat ergo horā ab eis in qua melius habuerit. Et dixerunt ei, Quia heri hora septima reliquit eū febris. Cognouit ergo pater q̄ illa hora erat in qua dixit ei Jesus, Filius tuus viuit. ⁊ credidit ipse ⁊ domus eius tota. Hoc iterum secundum signum fecit Jesus, cum venisset a Judea in Galileam.

¶ Capituli Summarium. Sanat Jesus apud probaticam piscinam. Caput. v.

Post hec erat dies festus Judeorū ⁊ ascēdit Jesus Jerosolymā. Est aūt Jerosolymis in Probatica, piscina que cognominatur hebraice Bethesda, habēs porticus. In his iacebat multitudo magna lāguentū, cecorū, claudorū, aridorū, expectatium aque motū. Angelus aūt domini descēdebat secundū tēpus in piscinā. ⁊ mouebatur aqua. Et q primus descendisset in piscinā post motionē aque, sanus fiebat a quacunq̄ detinebatur infirmitate. Erat autē quidā homo ibi, triginta ⁊ octo annos habēs in infirmitate sua. Hūc cū vidisset Jesus iacentē, ⁊ cognouisset q̄ iam multū tēpus haberet: dicit ei, Vis sanus fieri? Rūdit ei languidus, Dñe, hominē non habeo, vt cum turbata fuerit aqua mittat me in piscinā. dum venio enī ego, alius ante me descendit. Dicit ei Jesus, surge tolle grabatuz tuum ⁊ ambula. Et statim sanus factus est homo ille. ⁊ sustulit grabatū suum, ⁊ ambulabat. Erat autē sabbathū in die illo. Dicebant ergo Judei illi qui sanatus fuerat, Sabbathū est, nō licet tibi tollere grabatū tuū. [b] Respondit eis, Qui me sanum fecit, ille mihi dixit, Tolle grabatum tuū, ⁊ ambula. Interrogauerunt ergo eū, Quis est ille homo, qui dixit tibi, Tolle grabatum tuū ⁊ ambula? Is aūt qui sanus fuerat effectus, nesciebat quis esset. Jesus enim declinauit a turba constituta in loco. Postea inuenit eū Jesus in templo, ⁊ dixit illi, Ecce sanus factus es, iam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat. Abijt ille homo. ⁊ nuntiauit Judeis q̄ Jesus esset qui fecit eū sanū. Propterea persequebantur Judei Jesum, q̄ hec faciebat in sabbatho. Jesus autem rūdit eis, Pater meus vsq̄ mō operatur, ⁊ ego operor. Propterea ergo magis querebāt eum Judei interficere: q̄ non solum soluebat sabbathū, sed ⁊ patrē suum dicebat deum, equalem se faciēs deo. Respondit itaq̄ Jesus, ⁊ dixit eis, Amē amen dico vobis, non potest filius a se facere quicq̄, nisi quod viderit patrē facientē, quecūq̄ enī ille facit, hec ⁊ filius similiter facit. Pater enī diligit filium, et omnia demonstrat ei que ipse facit, ⁊ maiora his demonstrabit ei opera, vt vos miremini. Sicut enī pater suscitat mortuos ⁊ viuificat: sic et filius quos vult viuificat. Neq̄ enim pater iudicat quemq̄: sed omne iudicium dedit filio, vt omnes honorificēt filium, sicut honorificant patrē. [c] qui nō honorificat filiū nō honorificat patrē qui misit illum. [d] Amē amē dico vobis q̄ qui verbū meū audit ⁊ credit ei qui misit me habet vitā eternā. ⁊ in iudicium nō venit: sed trāsijt a morte in vitā. Amē amen dico vobis q̄ venit hora ⁊ nunc est, quando mortui audiēt vocē filij dei: et qui audierint, viuent. Sicut enī pater habet vitam in semetipso: sic dedit ⁊ filio habere vitam in semetipo, ⁊ potestatē dedit ei iudiciū facere. Quia filius hois est, nolite mirari hoc: q̄ venit hora in qua oēs qui in monumētis sunt audiēt vocem filij dei. ⁊ procedēt qui bona fecerūt, in resurrectionem vite: qui vero mala egerunt in resurrectionem iudicij. Non possum ego a meipso facere quicq̄. Sicut audio, iudico: ⁊ iudiciū meū iustū est, [e] q̄ nō quero voluntatē meā, sed voluntatē eius qui misit me. Si [f] ego testimoniū perhibeo de me, testimonium meum nō est verū. Alius est qui testimoniū perhibet de me: ⁊ scio q̄ verū est testimoniū eius q̄ perhibet de me. Vos misistis ad Joannem: ⁊ testimonium perhibuit veritati. Ego autē nō ab homine testimoniū accipio: sed hec dico, vt vos salui sitis. Ille erat lucerna ardēs ⁊ lucens. Vos aūt voluistis ad horā exultare in luce eius. Ego autem habeo testimoniū maius Joannis opera enim que dedit mihi pater vt perficiam ea: ipsa opera que ego facio, testimoniū perhibēt de me q̄ pater misit me. ⁊ qui misit me pater, ipse testimoniū perhibuit de me: [g] neq̄ vocē eius vnq̄ audistis, neq̄ speciem eius vidistis. [h] ⁊ verbum eius non habetis in vobis manens: quia quem misit ille, huic vos non creditis. Scrutamini scripturas: q̄ vos putatis in ipsis vitam eternā habere. Et ille sunt que testimoniū perhibent de me: ⁊ non vultis venire ad me vt vitam habeatis. Claritatē ab hominibus non accipio. Sed cognoui vos q̄ nia dilectionē dei non habetis in vobis. Ego veni in nomine patris mei, ⁊ non accepistis me. si alius venerit in nomine suo, illum accipietis. Quomodo vos potestis credere, qui gloriam ab inuicem accipitis: ⁊ gloriam que a solo deo est, non queritis? Nolite putare quia ego accusaturus sum vos apud patrē. est qui accusat vos, Moyses in quo vos speratis. Si enim crederetis Moysi crederetis forsitan ⁊ mihi de me enī ille scripsit. Si autem illius literis nō creditis: quomodo verbis meis credetis?

¶ C. S. Christus corp⁹ ⁊ animā cibat. Cap. vj.

Post hec abijt Jesus trans mare Galilee, quod est Tiberiadis: ⁊ sequebatur eum multitudo magna quia videbant signa que faciebat super his qui infirmabantur. [b] Subijt ergo in montem Jesus: et ibi sedebat cum discipulis suis. [c] Erat autem proximum pascha, dies festus Judeorum. [d] Cum subleuasset ergo oculos Jesus, ⁊ vidisset quia multitudo maxima venit ad eum dicit ad Philippum, Unde ememus panes vt manducent hi? Hoc autem dicebat tentās eum. ipse enim sciebat quid esset facturus. Respondit ei Philippus, Ducentorum denariorum panes non sufficiunt eis, vt vnus quisq̄ modicum quid accipiat. Dicit ei vn⁹ ex discipulis eius, Andreas, frater Simonis Petri, est puer vnus hic, qui habet quinq̄ panes ordeaceos ⁊ duos pisces: sed hec quid sunt inter tantos? Dicit ergo Jesus, Facite homines discūbere. Erat

autem

ergo ℣Petro ancilla ostiaria. ℟Nũqd ℣tu ex discipulis es hois isti⁹? ℣Dicit ille, ℟Nõ sũz.⁹ Stabãt aũt serui ℣ministri ad prunas: qz frigus erat: ℣ calefaciebant se. erat aũt cũ eis ℣ ℣Petrus, stans ℣ calefaciẽs se. ℣Pontifex ergo interrogauit Jesum de discipulis suis ℣ de doctrina eius.⁹ ℟Ndit ei Jesus. Ego palã locut⁹ sum mũdo, ego semp docui in synagoga ℣ in tẽplo quo oẽs Judei ꝓueniũt, ℣ in occulto locut⁹ sum nihil.⁹ Quid me interrogas? interrogas eos qui audierunt qd locutus sum ipsis. ecce, hi sciunt q̃ dixerim ergo.ʳ Hec aũt cũ dixisset: vnus assistẽs ministroꝝ, dedit alapã Jesu, dicẽs, ℣ Sic rñdes põtifici? ℟Ndit ei Jesus, Si male locutus sum, testimoniũ phibe de malo: si aũt bene, quid me cedis? ℣ ¶ Et misit eũ Annas ligatũ ad Caiphã põtificẽ,ʸ Erat aũt Simõ. ℣Petrus stãs ℣ calefaciẽs se. Dixerũt ego ei, ℟Nũqd ℣tu ex discipulis eius es? ℟Negauit ille ℣ dixit, ℟Nõ sum. ℣Dixit ei vnus ex seruis pontificis, cognatus eius cuius abscidit ℣Petrus auriculã. ℟Nõne ego te vidi in horto cum illo? ℣Iterũ ergo negauit ℣Petrus ℣ statim gallus cantauit.ᶻ ¶ Adducũt ergo Jesum a Caipha in ptoriũ. Erat aũt mane: ℣ ipsi nõ introierũt in ptorium, vt nõ cõtaminarẽt, sed vt mãducarent pascha. Exiit ergo ℣Pilatus ad eos foras, ℣ dixit, Quam accusationẽ affertis aduersus hominem hunc? ℟Nderunt ℣ dixerunt ei, Si nõ esset hic malefactor, non tibi tradidissemus eũ. Dixit ergo eis ℣Pilat⁹ accipite eũ vos, ℣ fm legem vestrã iudicate eũ. Dixerũt ergo ei Judei, Nobis nõ licet interficere quẽquam. Ut sermo Jesu implerẽt quẽ dixit significãs qua morte esset moriturᵇ.ᶻ Introiuit ergo iterum in pretoriũ ℣Pilat⁹: ℣ vocauit Jesum, et dixit ei, Tues rex Judeoꝝ?ᵃ ℟Ndit Jesus, A teipso hoc dicis, an alij tibi dixerũt de me? ℟Ndit ℣Pilatus, Numquid ego Judeus sum? ℣ Gens tua et pontifices tradiderũt te mihi Quid fecisti? ℟Respondit Jesus, Regnũ meũ nõ est de hoc mundo. si ex hoc mundo esset regnũ meũ, ministri mei vtiqz decertarent vt nõ traderer Judeis. nũc aũt regnũ meum nõ est hinc. ¶Dixit itaqz ei ℣Pilat⁹ ergo rex es tu.ᵇ ℟Respõdit Jesus, Tu dicis: qz rex sum ego. ᶜEgo in hoc nat⁹ sum, ℣ ad hoc veni in mundũ vt testimoniũ perhibeã veritati. oĩs qui est ex veritate, audit vocẽ meã. ¶Dicit ei ℣Pilatus.ᵈ Quid est veritas? ¶Et cũ hoc dixisset, iterum exiit ad Judeos, et dicit eis, Ego nullã inuenio in eo causam.ᵉ Est aũt cõsuetudo vobis vt vnũ dimittã vobis in pascha. vultis ergo dimittam vobis regem Judeorum? ¶Clamauerunt rursum omnes dicẽtes, Non hunc, sed Barabbã. Erat aũt Barabbas, latro.

¶Capitulũ Summariũ. Condẽnatus Jesus crucifigitur et sepelitur. Caput.xix.

Tunc ergo apprehẽdit ℣Pilat⁹ Jesum, ℣ flagellauit. Et milites plectẽtes coronã de spinis, iposuerũt capiti eiꝰ: ℣ veste purpurea circũdederũt eũ. Et veniebãt ad eũ, ℣ dicebãt, Aue rex Judeorũ. ℣ dabãt ei alapas.ᵇ Exiit iterũ ℣Pilatus ℣ dixit eis, Ecce adduco vobis eũ foras, vt cognoscatis qz in eo nullam inuenio causam.ᶜ Exiit ergo Jesus foras portãs coronã spineã, ℣ purpureũ vestimẽtũ. Et dicit eis, Ecce hõ.ᵈ Cum ergo vidissent eũ põtifices ℣ ministri, clamabant dicentes, Crucifige, crucifige eũ. ᶜ Dicit eis ℣Pilat⁹, Accipite eũ vos, ℣ crucifigite. ᶠ ego enim non inuenio in eo causam.ᵍ ℟Nderunt ei Judei, Nos legẽ habemꝰ: ℣ fm legẽ debet mori qz filiũ dei se fecit.ᵇ Cũ ergo audisset ℣Pilat⁹ hũc sermonẽ, magis timuit. Et ingressus est pretoriũ iterum: ℣ dicit ad Jesum, Unde es tu? Jesus aũt responsum nõ dedit ei.ʰ Dicit ergo ei ℣Pilatus mihi nõ loqueris? nescis qz potestatẽ habeo crucifigere te, ℣ potestatẽ habeo dimittere te? ℟Ndit Jesus, Non haberes potestatẽ aduersum me vllã nisi tibi datũ esset desup. ℣Propterea q me tradidit tibi maius peccatum habet ℣ exinde querebat ℣Pilatus dimittere eũ. Judei aũt clamabãt, dicentes, Si hũc dimittis, non es amicus Cesaris. oĩs enim q se regẽ facit: contradicit Cesari. ℣Pilatus aũt cũ audisset hos sermones, adduxit foras Jesum: ℣ sedit p tribunali in loco q dicitur Licthostratos, ℣Hebraice autẽ Gabbatha. Erat aũt parasceue paschę hora quasi sexta: ℣ dicit Judeis, Ecce rex vester.ᵏ Illi aũt clamabãt, Tolle tolle: crucifige eũ.ˡ Dicit eis ℣Pilatus. Regẽ vestrũ crucifigã? ℟Nderũt pontifices, Non habemus regẽ, nisi Cesarẽ.ᵐ Tũc ergo tradidit eis illũ, vt crucifigeretur.ⁿ ¶ Susceperũt autẽ Jesum: ℣ eduxerunt eũ. Et baiulãs sibi crucẽ, exiuit in eũ qui dicitur Caluarie locũ, ℣Hebraice autẽ Golgotha: vbi crucifixerũt eũ, ℣ cũ eo alios duos hinc ℣ hinc, mediũ autem Jesum.ᵖ Scripsit autẽ ℣ titulũ ℣Pilatus: ℣ posuit super crucẽ. Erat autẽ scriptũ, Jesus Nazarenꝰ rex Judeorũ.ᵍ Hũc ergo titulũ multi Judeorũ legerũt: qz prope ciuitatẽ erat locus vbi crucifixus est Jesus. Et erat scriptũ ℣Hebraice, ℣Grece, ℣ Latine. ¶Dicebãt ergo ℣Pilato pontifices Judeorũ. Noli scribere, rex Judeorũ: sed qz ipse dixit, ℟Rex sum Judeorum. ℟Respondit ℣Pilatus, Quod scripsi, scripsi.ʳ ¶ Milites ergo cum crucifixissent eũ acceperunt vestimẽta eius, (℣ fecerũt quatuor partes: vnicuiqz militi partẽ) ℣ tunicam. Erat aũt tunica, incõsutilis, desup cõtexta per totũ. Dixerũt ergo ad inuicẽ, Non scindamus eam, sed sortiamur de illa cuius sit. Ut scriptura impleret, dicẽs, Partiti sunt vestimẽta mea sibi: ℣ in vestem meã miserũt sortẽ. Et milites quidẽ hec fecerũt.ˢ Stabant aũt iuxta crucem Jesu mater, ℣ soror matris, ℟Maria cleophe, ℣ ℟Maria ℟Magdalene. Cũ vidisset ergo Jesus matrẽ ℣ discipulũ stãtem quẽ diligebat, dicit matri sue, ℟Mulier ecce filius tuꝰ. Deinde dicit discipulo, Ecce mater tua. Et ex illa hora accepit eam discipulus in suam.ᵗ ℣Postea sciens Jesus qz omnia cõsummata sunt, vt consummarẽt scriptura, dicit, Sitio. Uas aũt erat positũ aceto plenum. Illi aũt spongiã plenã aceto, hyssopo circũponentes obtulerũt oi eius.ᵛ Cum ergo accepisset Jesus acetũ, dixit, Cõsummatum est. Et inclinato capite, tradidit spiritum.ˣ ¶ Judei ergo (qm̃ parasceue erat) vt nõ remanerent in cruce corpora sabbatho (erat enim magnus, dies ille sabbathi) rogauerunt ℣Pilatũ, vt frangerentur eorũ crura ℣ tollerentur. Uenerũt ergo milites: ℣ primi quidẽ fregerũt crura, ℣ alteri⁹ qui crucifixus est cũ eo. Ad Jesum autẽ cũ venissent, vt viderunt eum iam mortuũ, nõ fregerunt eius crura: sed vnus militũ lancea latus eius aperuit. Et cõtinuo exiuit sanguis ℣ aqua. Et qui vidit, testimoniũ perhibuit: ℣ verũ est testimoniũ eius. Et ille scit qz vera dicit: ℣ vos credatʒ. Facta sunt enim hec, vt scriptura impleret, Os nõ cõminuetis ex eo. Et iterũ alia scriptura dicit, Uidebũt in quẽ transfixerunt.ʸ ¶ Post hec aũt rogauit ℣Pilatum Joseph ab Arimathea, (eo q esset discipulus Jesu occultus autẽ ꝓpter metũ Judeorũ vt tolleret corpus Jesu. Et permisit ℣Pilat⁹.ᶻ Uenit ergo, ℣ tulit corpꝰ Jesu. Uenit aũt ℣ Nicodemus qui venerat ad Jesum nocte primũ, ferens mixturã myrrhe ℣ aloes quasi libras centũ.ᵃ Acceperũt aũt corpus Jesus, ℣ ligauerunt illud linteis cũ aromatibus. sicut mos est Judeis sepelire. Erat autẽ in loco vbi crucifixus est,

cciz a] A Marci. xvj.a. luc. xxiiij a.

hortus:& in horto monumẽtũ nouũ, in quo nõdum quisq̃ positus erat. Ibi ergo ppter paraſceuẽ Judeorũ:q; iuxta erat monumẽtũ, posuerunt Jesum.

¶ Capituli Summarium. Christus multis indicijs probauit suam resurrectionem. Caput.xx.

cczr b I

Maª aũt sabbathi ℳaria ℳagdalene venit mane cũ adhuc tenebre essent ad monumẽtum:& vidit lapidẽ sublatum a monumẽto.[b] Cucurrit ergo & venit ad Simonẽ Petrũ & ad alũ discipulũ quem amabat Jesus:& dixit illis, Tulerũt dominum de monumento,& nescimus vbi posuerunt eum. Exũt ergo Petrus & ille alius discipulus, & venerũt ad monumentũ. Currebãt aũt duo simul: & ille aliꝰ discipulus precucurrit citius Petro & venit primus ad monumẽtũ. Et cũ se inclinasset, vidit posita lineamina non tũ introiuit. Venit ergo Simon Petrus sequens eum, & introiuit in monumentũ, & vidit linteamina posita, & sudariũ qõ fuerat sup caput eius, non cũ linteaminibus positũ, sed separatim inuolutũ in vnũ locũ. Tunc ergo introiuit & ille discipulus qui venerat primus ad monumentũ: et vidit & credidit. nõdum enĩ sciebãt scripturã, q; oporteret eum a mortuis resurgere. Abierũt ergo iterũ discipuli ad semetipsos.[c] ¶ ℳaria autem stabat ad monumentũ, foris plorans. ℑum ergo fleret, inclinauit se & prospexit in monumentum: et vidit duos angelos in albis sedentes, vnũ ad caput & vnum ad pedes, vbi positũ fuerat corpus Jesu.[d] ℑicũt ei illi, ℳulier quid ploras? ℑicit eis, Quia tulerunt dominum meũ: & nescio vbi posuerunt eum. Hec cũ dixisset, cõuersa est retrorsum, & vidit Jesum stantem: & non sciebat quia Jesus est. ℑicit ei Jesus, ℳulier quid ploras? Quem quaeris? illa existimãs q; hortulanus esset, dicit ei, ℑomine, si tu sustulisti eum, dicito mihi vbi posuisti eum: & ego eum tollam. ℑicit ei Jesus, ℳaria. Conuersa illa dicit ei, Rabboni, quod dicitur magister. ℑicit ei Jesus, Noli me tangere. nondum enim ascendi ad patrem meum. Vade autem ad fratres meos, et dic eis, Ascendo ad patrẽ meum et patrem vestrũ, deum meum & deum vestrũ. Venit ℳaria ℳagdalene annuntians discipulis, Quia vidi dominũ, & hec dixit mihi.[e] ¶ Cum ergo sero esset die illo, vna sabbathorũ, & fores essent clause, vbi erant discipuli congregati propter metum Judeorũ: venit Jesus, & stetit in medio, & dicit eis, Pax vobis. Et cũ hec dixisset, ostendit eis manus & latus.[f] Gauisi sunt ergo discipuli, viso dño.

cczr c I

Marci. xvj.a. Matth. xxviij.a.

cczij d X

Marci. xvj.b.

cczij e I

Marci. xvj.c. luc. xxiiij. f. j.co. xv. a

cczv g XII cczvj h X

℞ Dixit ergo eis iterum, Pax vobis sicut misit me pater, & ego mitto vos. Hec cum dixisset, insufflauit: & dicit eis,[g] Accipite spiritum sanctũ. quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorũ retinueritis, retenta sunt.[h] Thomas autem vnus ex duodecim qui dicitur ℑidymus, nõ erat cum eis quando venit Jesus. ℑixerunt ergo ei alij discipuli, Vidimus dominũ. Ille autem dixit eis, Nisi videro in manibus eius fixuram clauorum, & mittam digitum meum in locum clauorũ, et mittam manum meam in latus eius: non credam.[i] Et post dies octo, iterum erãt discipuli eius intus: & Thomas cum eis. Venit Jesus ianuis clausis, et stetit in medio, et dixit eis, Pax vobis. ℑeinde dicit Thome, Infer digitum tuum huc, & vide manus meas, et affer manum tuam, & mitte in latus meũ: & noli esse incredulus, sed fidelis.[k] Respõdit Thomas, et dixit ei, ℑominus meus, et deus meus, ℑicit ei Jesus, Quia vidisti me Thoma credidisti: beati qui non viderunt & crediderũt. ¶ ℳulta quidem & alia signa fecit Jesus in conspectu discipulorum suorum, que nõ sunt scripta in libro hoc. Hec autem scripta sunt, vt credatis quia Jesus est Christus filius dei: & vt credentes, vitam habeatis in nomine eius.

cczr k X

¶ Capituli Summariũ. Capiunt discipuli multitudinem piscium. Caput.xxj.

cczr l IX

℞ Postea[a] manifestauit se iterũ Jesus ad mare Tiberiadis. ℳanifestauit autẽ sic. Erãt simul Simõ Petrus & Thomas q dicitur didimus, & Nathanael q erat a Cana Galilee, & filij zebedei, & alij ex discipulis eius, duo. ℑicit eis Simõ Petrus, Vado piscari. ℑicunt ei, Venimus & nos tecum. Et exierũt & ascẽderũt in nauim: & illa nocte nihil prẽdiderunt. ℳane autem facto, stetit Jesus in litore: non tamẽ cognouerũt discipuli quia Jesus est. ℑicit ergo eis Jesus, Pueri, nunquid pulmentarium habetis? Respõderunt ei, Non. ℑixit eis, ℳittite in dexterã nauigij, rete: & inuenietis. ℳiserunt ergo: & iam non valebant illud trahere pre multitudine piscium.[b] ℑicit ergo discipulus ille quẽ diligebat Jesus, Petro dominus est. Simon Petrus cum audisset quia dominus est: tunicã succinxit se (erat enim nudus) & misit se in mare. Alij autem discipuli nauigio venerunt (non enĩ longe erãt a terra, sed quasi cubitis ducentis) trahentes rete piscium.[c] Ut ergo descenderunt in terram, viderunt prunas positas, & piscem superpositum et panem. ℑicit eis Jesus,[d] Afferte de piscibus quos prendidistis nunc. Ascendit Simon Petrus, et traxit rete in terram, plenum magnis piscibus, centum quinquaginta tribus. Et cum tot essent, non est scissum rete. ℑicit eis Jesus,[e] Venite, prãdete.[f] Et nemo audebat discũbẽtium interrogare eum, Tu quis es? scientes quia dominus est.[g] Et venit Jesus, & accepit panem & dabat eis, et piscem similiter. Hoc iam tertio manifestatus est Jesus discipulis suis, cum surrexisset a mortuis.[h] ¶ Cũ ergo prandidisset, dicit Simoni Petro Jesus, Simon Jona, diligis me plus his? ℑicit ei, Etiam domine, tu scis quia amo te. ℑicit ei,[i] Pasce agnos meos.[k] ℑicit ei iterum, Simo Jona, diligis me? Ait illi, Etiam domine: tu scis quia amo te. ℑicit ei,[l] Pasce agnos meos.[m] ℑicit ei tertio, Simon Jona, amas me? Contristatus est Petrus q; dixit ei tertio, amas me? & dixit ei, ℑomine tu omnia scis: tu scis quia amo te. ℑicit ei,[n] Pasce oues meas.[o] Amen amen dico tibi, cum esses iunior, cingebas te, & ambulabas vbi volebas. cum autem senueris, extendes manus tuas, et alius te cinget, & ducet quo tu non vis. Hoc autem dixit, significans qua morte clarificaturus esset deum. Et cum hoc dixisset, dicit ei, Sequere me. Conuersus Petrus vidit illum discipulum quem diligebat Jesus sequentem, qui et recubuit in cena super pectus eius, et dixit, ℑomine quis est qui tradet te? Hunc ergo cum vidisset Petrus, dicit Jesu, ℑomine hic autem quid? ℑicit ei Jesus, Si eum volo manere donec veniam: quid ad te? tu me sequere. Exiit ergo sermo iste inter fratres quia discipulus ille non moritur. Et non dixit ei Jesus, Non moritur. sed, Si eum volo manere donec veniam, quid ad te? Hic est discipulus ille qui testimonium perhibet de his, et scripsit hec: & scimus quia verum est testimonium eius. Sunt autem & alia multa que fecit Jesus: que si scribantur per singula, nec ipsum arbitror mundum capere posse eos qui scribendi sunt, libros.

cczr m X cczrj n I cczrij o X

¶ Euangelij secundum Joannem finis.

ij. pet. j.c.

¶ Incipit prefatio sci ihi ero. presbyteri in oēs epistolas sci Pauli.

QRimū queritur quare post euāgelia que supplemētū legis sunt: et in quibus nobis exēpla et precepta viuendi plenissime digesta sunt voluerit apls has epl̄as ad singulas ecclias destinare. Hac aūt causa factū videt vt sez initia nascētis ecclesie nouis cauſis existentib⁹ preueniret: et vt presentia atq; ostentia resecaret vitia: et post futuras excluderet q̄stiōes: exēplo pphetarū qui post editā legez Moysi in qua ola dei mādata legebant: nihilominus tñ doctrina sua redituia semp populi cōpressere peccata: et ppter exemplū viuendi libros ad nr̄am etiā memoriā trāsmiserunt. Deinde queritur cur non amplius q̄ decē epistolas ad ecclesias scripserit? Decem sunt em̄ cum ea que dicitur ad Hebreos. Nam reliquę quatuor ad discipulos specialiter sunt posrecte. Ut ostēderet nouū nō discrepare a veteri testamēto: et se cōtra legē nō facere Moysi ad numerum primoꝝ decalogi mādatorū suas epistolas destinauit: et quot ille preceptis a Pharaone instituit liberatos totidē hic epistolis a diaboli et idololatrie seruitute edocet acquisitos. Nā et duas tabulas lapideas duorū testamētorū figuram habuisse viri eruditissimi tradiderūt. Epistolā sane que ad hebreos scribit quidā Pauli non esse contendūt: eo q̄ nō sit eius nole titulata: et propter sermonis stylīq; distantiā: sed aut barnabe iuxta tertulianū: aut luce iuxta quosdā: vel certe clementis discipuli apostoloꝝ et epi Romane ecclesie post apl̄os ordinati. Quibus respondē dū est si ppterea pauli non erit: q̄ eius non habet nomē: ergo nec alicuius erit: q̄ nullius nole titulatur. Ø si inconuenies absurdūq; est ipsius magis esse credenda est: que tanto doctrine sue fulget eloquio. Sed q̄m apud hebreorum ecclesias quasi destructor legis falsa suspitione habebatur voluit tacito nole de figuris legis et veritate xpi reddere rōnem: ne odiū nois in frontē p̄tulati vtilitatē excluderet lectionis. Non est sane mirū si eloquētior videatur in ppria: idest hebreo q̄ in peregrino: idest in greco quo cetere epistole sunt scripte sermone. Mouet etiā quosdā quare romanoꝝ epl̄a in primo sit posita: cū eam nō primo scriptā ratio manifestet. Nā hanc se proficiscentē Jerosolymā scripsisse testat cū Corinthios et alios tā ante vt ministeriū q̄ scēū portaturus erat colligerēt: literis adhortatus sit. Unde et intelligi quidam volūt ita oēs epl̄as ordinatas: vt prima poneret q̄ius posterior fuerit destinata: vt per singulas epl̄as gradibus ad pfectiora veniret. Romanoꝝ nāq; plerioq; tā rudes erāt vt non intelligerent dei se gr̄a et nō suis meritis esse saluatos: et ob hoc duo inter se populi cōfligerent. Idcirco illos indigere asserit corrigi vitia gētilitatis priora cōmemorās. Corinthijs aūt iam virit scientie gratiā esse cōcessam: et nō tam oēs increpat q̄ cur peccātes nō increpauerint reprehēdit sicut ait: Audit inter vos fornicatio. Et iterū: congregatis vobis cū meo spū tradere huiusce modi satane. In secūda vero laudant: et vt magis ac magis pficiāt cōmonent. Galate vero iam nullius criminis arguunt nisi hoc tñ q̄ callidissimis pseudo apl̄is crediderunt. Ephesij sane nulla reprehensione: sed multa laude digni sunt: q; fidē apostolicā seruauerūt. Philippēses etiā multomagis collaudant: q̄ nec audire quidē falsos apl̄os voluerūt. Thessalonicenses nihilominus in duabus epl̄is omni laude psequitur: eo q̄ nō solū fidē incōcussam seruauerint veritatis: sed etiā in persecutiōe ciuiū fuerint cōstātes inuenti. Colossenses aūt tales erant vt cū apl̄o visi corporaliter nō fuissent hac laude digni haberētur. Et si corpore inquit absens sum sed spū vobiscū sum gaudens: et videns ordinē vestrū. De hebreis vero q̄d dicendū est: quoꝝ thessalonicenses q̄ plurimū laudati sunt imitatores facti esse dicunt? Sicut ipse ait. Et vos fratres imitatores facti estis ecclesiarū dei que sunt in Judea. Eadē em̄ passi estis et vos a contribulib⁹ vestris que et illi a iudeis. Apud ipsos quoq; hebreos eadē cōmemorat dicēs. Nā et vinctis cōpassi estis: et rapinā bonoꝝ vestroꝝ cū gaudio suscepistis: cognoscētes vos habere meliorē et manentem substantiam.

¶ Incipit plogus bti ihi ero. specialis in epistolam ad Romanos.

ROmani sunt q̄ ex iudeis et gētibus crediderunt. Hi supba cōtētione volebant se alterutrū supponere. Nam Judei dicebāt: Nos sumus ppli dei quos ab initio dilexit et fouit nos circuncisi ex genere Abrahā: setā descendimus ex stirpe et notus retro apud iudeā tñ de⁹: Nos de egypto signis dei et virtutib⁹ liberati mare sicco p̄trāsiuimus pede. cū inimicos nros grauissimi fluct⁹ inuoluerent. Nobis pluit māna dñs in deserto et quasi filijs suis celeste pabulum ministrauit. Nos die noctuq; in colūna nubis ignisq; precessit vt nobis in nullo iter ostenderet. Atq; vt cetera eius circa nos immensa beneficia taceamus nos soli digni fuimus dei legē accipere: et vocem dei loquētis audire: eiusq; cognoscere volūtatē in qua lege nobis promissus est xp̄s: ad quos etiā ipse se venisse testatus est dicens: nō veni nisi ad oues que perierāt domus Jsrael cū vos canes potius q̄ homines appellauerit. Quū ne ergo est vt idola hodie deserentes quibus ab initio deseruistis nobis cōparemini et non potius in proselitoꝝ locū ex legis authoritate et cōsuetudine deputemini. Et hoc ipsum non merebamini nisi q; larga semper dei clementia voluit vos ad nostrā imitationē admittere. Gentes etiā ecōtrario respondebāt. Quanto em̄ maiora erga vos dei bñficia narrauerit is: tanto maioris vos criminis reos esse monstrabitis. Semp em̄ his omnib⁹ extitistis ingrati. Nā ipsis pedib⁹ quibus aridū mare trāsistis ludebatis ante idola que fecistis: et ipso ore quo paulo ante obnecem aduersariorum dño cātaueratis: simulachra vobis fieri poscistis: illis oculis quibus venerādo deū in nube vel igne cōspicere solebatis simulachra intuebamini. Manna quoq; vobis fastidio fuit: et semp in deserto cōtra dñm murmurastis: ad egyptū vsque vos manu valida eiecerat redire cupientes. Quid plura? Ita patres vestri crebra puocatiōe dñm irritauerūt vt oēs in eremo morerent: nec plus ex sentoibus eoꝝ q̄ duo soles terrā repromissionis intrarent. Sed quid antiqua replicamus: cū etiā si illa minime fecissetis de hoc solo nemo vos dignos venia iudicaret: q̄ dominū xp̄m prophetarū semp vobis vocibus repromissum non solū suscipere noluistis: sed etiā monte pessima peremistis. Quem nos vt cognouimus statim credidimus cū nobis de eo antea non fuerit predicatū. Unde probatur q̄ idolis seruiuimus nō obstinationi mētis sed dignoratie deputādi. Aut em̄ cognitū illeo sequmur olim vtiq; sequeremur si antea cognouissemus. Sic aūt vos de generis nobilitate iactatis quasi non morum imitatio magis q̄ carnalis natiuitas filios vos faciat esse sanctoꝝ: denicq; Esau et Jsmael cū de stirpe sint Abrahe minime tñ in filijs reputantur. Hijs taliter altercātibus apl̄s se medium interponens: ma partium diremit questiones vt neutrū eoꝝ sua iustitia salutem meruisse cōfirmet: ambos vero populos et scienter et grauiter deliquisse. Judeos quidem q̄ per preuaricationem legis deū inhonorauerint: gentes vero q̄ cum cognitum de creatura creatorem vt deū debuerint venerari: gloriā eius in manufacta mutauerint simulachra. Utrosq; etiā similiter venia consecutos: equales esse veritissima ratione demonstrat: presertim cum in eadem lege predictum sit et iudeos et gentes ad Christi fidem vocandos esse ostendat. Quam ob rem vicissim eos humilians ad pacem et concordiam cohortatur.

¶ Explicit prologus specialis ad Romanos.

¶ Incipit argumentum in epistolam Pauli ad Romanos.

ROmani sunt partis italie. Hi prevenit sunt a falsis apostolis et sub nomine domini nostri Jesu Christi in legem et prophetas erant inducti. Hos reuocat apostolus ad veram et euāgelicam fidem scribens eis a Corintho. ¶ Explicit argumentum.

¶ Incipit prologus ex dictis sacrorum doctorum in epistolas beati Pauli apostoli ad Romanos.

DIcipia rerū requirenda sunt primus vt eorum notitia plenior possit haberi. Tūc em̄ demum facilius poterit cause ratio declarari si eius origo discat. Si ergo epistolarū scripture post euangelium edite modum et rationem ostenderimus poterit videri verum quod dicimus. Sciendum igitur q̄ sicut in veteri testamento post legis Moysayce eruditionem vbi culture diuine mandata continebantur prophetica doctrina fuit necessaria q̄ re diuina populi peccata suppliciorū denūtiatione cōpescerent atq; eundem populum bonorum repromissionibus ad obediendū ac seruiendū deo viuenti commoneret: ita in nouo testamento post euangelium in quo xp̄iane religionis ordo et pfecte sanctitatis doctrina traditur epl̄arū Pauli et aliorum permixtis secuta est doctrina: vt ecclesiam dei cōtra hereticas prauitates premuniret: et subuētia vitia resecaret: et post futuras questiones excluderet. Hi sunt panni qui ad extrahēdum Hieremiam de lacu funibus circumligati sunt. Epl̄arum siquidem doctrina legis et prophetie atq; euangelij consonis testimonijs velut triplici fune circūligate de lacu ignorantie et infidelitatis peccato ad lucem gratie et veritatis educit. Inter oēs vero epl̄arū scriptores Paulus in tribus et pluribus forte excellit. s. in operis pfunditate: in fidei assertione et gr̄a commendatione: seu spei subleuatione. In operis profunditate: q̄ hoc opus est ceteris prolixius: et ad intelligendum difficilius est. In fidei assertione: q̄ Paulus in lege et prophetis pertinus ad fidei catholice assertionem congrua authoritatum legis et prophetice inducit testimonia vt esset basis sub colūna. In gr̄e commendatione seu spei subleuatione: quia contra superbos et arrogāter et de suis operibus presumentes: pro cōmendanda dei gr̄a fortiter: prudenter atq; acriter dimicauit que nimirū in illo euidētior et clarior apparuit: quia inter alia opera vehementer ecclesiā dei persecutus: pro quo summo fuit dign⁹ supplicio: pro maledictione consecutus: est gratiam: et pro damnatione suscepit misericordiam: in quo ipso spes nostra plurimum subleuat. Sicut enim cum audimus Dauid homicidam et adulterum per penitentiā pphetie recuperasse spīm omnis venie diffidētia peccatoris tollitur: ita cū saulum prius ecclesie persecutorē: postea factū apl̄m et predicatorē audiuimus: nō modicū spes nostra attollit. Inde est q̄ in ecclesia he epistole plus ceteris frequētant⁹ psalmi Dauid magis alijs prophetis. Sciendū vero est q̄ quatuordecim scripsit epistolas decē ad ecclesias quatuor ad personas: sub hinōi misteriū insinuatione: vt sez in hoc ope vtriusq; testamēti summa cōtineri monstraretur: per denariū nāq; vetus testamētum signatur: quatenus vero noui testamēti nota est. Ideo tria decē et quatuor scripsit vt vtriq; legi se consentire insinuaret atq; emuloꝝ calumniā diluere: ipsum legis dei per Moysen date destructorē esse calumniātium eumq; in odium indeorum detrahentium: quos placatos habere volens decem ad ecclesias scripsit. Et sicut Moyses israelitico pplo a pharaonis et egyptiorum seruitute educto: decē mandatorū doctrinam tradidit: ita et apostolus dei ecclesias a diaboli potestate et idolatrie seruitute redemptas decem epistolarū doctrina informaret. Ideo etiam decē et quatuor scripsit vt duorum testamentorum concordiam atq; conuenientiam signaret quā Moyses in duabus ta-

bulis

j. Corint. ij. c. Ibidem

j. Thess. ij. c.

j. Thess. ij. c.

mat. v. e.

Exodi xxxij. e.

Nume. xiiij.

bulis lapideis simul tūctis quib⁹ legis decalogus inscriptus erat ostendit Monas quoq⁹ nosterideſt xp̄s idem in cena cum discipulis paſcha colebrans figurauit. Vbi etenī lapis reprobus quem geſtangulus mira preſtans in oculis nostris panem supercelestem cum typico agno coniunxit:fluens vetus inchoans nouum. Per agnum etenī qui in veteri lege solēnis hostia erat ⁊ panē qui noue legis sacramenti forma est:duo testamenta figurauit:atq⁹ illa duo coniungēs predictorū testamentorū cōsonantiā declarauit. Est enī rota in medio rote:sicut vidit exechiel. Ex predictis itaq⁹ patet misterij euidentissima ratio q⁹ epistolas quatuordecim conscripsit ⁊ distincte ad ecclesias:quarum ad personas direxit. Vnde quorundā insania percutitur:dicentiū:epistolā que ad hebreos scribitur non fuisse Pauli:sed barnabe vel clemētis vel Tertuliani vel luce:quos in hunc errorem occasio dedurit huiusce modi:q⁹ nec salutatio eius nomine intitulata prescribitur:⁊ longe facūdiore ⁊ splendidiore stylo cēteris edita est. Quibus sufficiēter respondetur hoc modo:q⁹ si ideo nō est dicēda Pauli q⁹ nomē eius in titulo non habet:ergo nec barnabe nec alicuius predictorum:cū nullius eorū nomine pretitulata sit:nec ob id quoq⁹ Pauli nō esse putāda est q⁹ diligentius est scripta:cū naturale sit vnicuiq⁹ plus valere in sua lingua q̄ in peregrina. Illam enim hebraice:ceteras vero scripsit grece nomē vero suum ideo premittere noluit q⁹ Hebreis odiosus erat:eū legis destructorē arbitrantibus. Quo circa de legis atq⁹ ceremoniarum abolitione tractaturus:recte nomē suum subticuit ne prescripti nominis inuidia vtilitatem sequentis excluderet lectionis. Est itaq⁹ ⁊ illa epistola Pauli sicut ⁊ alie. De ordine quoq⁹ epistolarū queri solet:quare nō eo ordine sint disposite quo ab apostolo edite:q⁹ constat non esse:cū epistola q̄ romanis scribitur prima ponatur:que tñ ante alias oēs nō est scripta. Epistolā enī q̄ ad Corinthios scribit. ante illā scripsisse videtur:q⁹ hanc de Corintho scripsisse euidenter mōstratur ex eo q⁹ dicit. Cōmendo vobis phebem sororē nostram ministrā ecclesie q̄ est chenchris. Chenchris enī dicitur locus Corintho vicinus imo potius ipsius Corinthi. Ex hoc ergo apparet de Corintho scripta. ⁊ ex eo quod dicit: Salutat vos Caius hospes meus:de quo scribens Corinthijs commemorat dicens: Gratias ago deo me q⁹ neminē vestrum baptizaui nisi Crispum ⁊ Caium. Hec ergo epistola adintelligendū ceteris difficilior:in qua ⁊ apls videtur perfectior:primatū obtinuit in corpore epistolarū non q⁹ prius ab apostolo sit scripta:sed causa dignitatis Romanorum: qui tunc temporis vniuersis gētib⁹ imperabāt. Interpretātur romani sublimes siue tonātes:q⁹ illo tpe quo apls hāc eplam eis misit cunctis gentib⁹ dñabātur. Jdeoq⁹ sublimiores erant oībus pplis. Et intonabant precepta publica ⁊ priuata:eorūq⁹ fama olim hoīm resonabat in ore. Haimo autē ab Athenis aplm scripsisse Romanis dicit his verbis:ab Athenis ciuitate Grecorum scripsit apostolus Romanis hāc epistolā:quos nō ipse nō Petrus nō aliquis duodecim discipulorū primū instruxit:se quidā Judeorū credentium qui fide xp̄i ab apostolis percepta venientes Romā vbi princeps orbis residebat:cui erant sibi subiecti q̄ apud Jerosolymā didicerāt Romanis euāgelizauerūt. Antē de diligēter q⁹ haimo dicit aplm ab Athenis scripsisse:origenes vero de Corintho. Jtē inspice q⁹ idē haimo ait Petrū Romanis primū non predicasse cū ecclesiastica historia sic contineat. Claudij tpibus clementia diuine puidētie Petrū ad vrbem Romā deduxit Jste aduentēs primus in vrbe Roma euangelij xp̄i clauib⁹ ianuā regni celestis aperuit. Hieronymus quoq⁹ super epistolā ad Romanos vbi scriptum est:Vt aliquid impartiar vobis gratie spūalis:ait sic. Romanos petri predicatione fidē tenentes confirmare se velle paulus dicit:non q⁹ minus accepissent a Petro sed vt duob⁹ apostolis attestantib⁹ negq⁹ doctoribus eorum corroboraretur fides. Harum itaq⁹ autoritatū cōfictū qui videtur dirimētes dicimus petrū primū predicasse romanis ḡtū ad alios apostolos sed nō primū ḡtū ad oēs credētes. Jtē dicimus Athenis epistole vel partem scripsisse:Corinthi vero perfecisse. atq⁹ inde Romanis eā destinasse. Vel potius ideo primo ponitur: q⁹ primus gradū erroris destruit. l. superbiā olim malorū radicē:sicut scriptum est:initiū oīs peccati superbia est:q⁹ ratione celestis sublimiū mentes inhabitat:sub cinere ⁊ cilicio latitās:que romanos adeo occupauerat vt inter se altercantes ⁊ se sibi inuicē preferentes dissensiones ⁊ schismata facerēt. Erant enī Romani de Judeis ⁊ gentibus ad xp̄m conuersi. Judei aūt propter sanctos patres a quibus originem ducebant ⁊ propter legē quā soli inter ceteras gentes acceperunt gētiles credētes despiciebant:dicētes se ꝑpter obseruantiā legis ⁊ cui seruierant meruisse accipere gratiā xp̄i ⁊ fidem euangelij ⁊ ꝑpter merita operū legis sibi venisse euangelium dñi nostri Jesu xp̄i:atq⁹ his inflati gētibus se preferebant dicentes: nos de genere abrahe sumus cui primū facta fuit ꝓmissio: nos populus peculiaris dei sumus:nos de egypto forti manu ⁊ mirabilib⁹ signis deus eduxit:nos sicco vestigio mare rubrū transire fecit in deserto mānapauit:aquā de petra produxit atq⁹ alijs sub silentio relictis nos soli digni fuimus legem dei accipere:⁊ eius volūtatē cognoscere. Ad nos quoq⁹ pecialiter dei filius venit vt ipse in euangelio ait: Non sum missus nisi ad oues que perierant domus Jsrael. Gētiles aūt ecōtra dicebant:quāto plura beneficia vobis exhibita memoratis: tanto vos deteriores esse ostēditis. Eisdem siquidem pedibus quibus mare trāsistis:ante idola postea saltastis que ⁊ propriis manibus fecistis:⁊ illo ore quo paulo ante de submersione pharaonis:⁊ egyptiorū laudes deo persoluerat is:idolat a dorastis. Preterea mā na celitus datū in deserto fastidistis cupiētes redire in egyptū ad ollas carnū. Sepe etiā deū in tram irritastis. Ad vltimū xp̄m in lege ⁊ prophetis promissum occidistis. Nos itaq⁹ vobis digniores sumus q⁹ vt de xp̄o audiuimus in eum credidimus. Vnde per prophetam dominus ait. Populus quem non cognoui credidit mihi in auditu auris obediuit mihi. Vnde cōstat nos nō ex industria:sz ex ignorantia deliquisse. Si enī prophetas aut apostolos ante habuissemus idola nō coluissem⁹. Q⁹ aūt de generis nobilitate vos iactatis:si qua talium gloria est tunc ismael ⁊ esau possunt pariter gloriari cū de eisdē parentibus sint nati. Hijs itaq⁹ altercantibus apls se mediū interposuit:oēs illorū contentiones hinc inde dirimens et quasi bonus concionator voce sonora illos alloquens ad vnā oēs concordiā adduxit:ostendens nullos illorū suis meritis esse salvatos:q⁹ oēs tudei ⁊ gentiles sub pcō tenebantur:sed p gratiā dei liberati sunt. Pro altercatione itaq⁹ predicta scribit Romanis confutans modo gētiles modo indeos docēs eos humiliari:vt ossa attribuant gratie dei:⁊ ostendēs omnib⁹ gratis venisse gratiam fidei et euangelij xp̄i:quā propterea ⁊ gr̄am vocari ostēdit:q⁹ nō quasi debitū iustitie reddita est:sed gratuito data. Quid enī est gr̄a gratis data donata non reddita? Si enī tibi debebat anteq⁹ gratiā haberes merces tibi reddita est:non gr̄a donata. Merito itaq⁹ hec epla prima ponitur:q⁹ olim malor⁹ vt p̄dictū est radicē primit. Assignatis rationibus operis numeri ⁊ ordinis epl̄arū:explicato quoq⁹ vnde ⁊ quare apls romanis scripserit:superest de materia ⁊ intentione ⁊ modo tractādi exequi. Generalis oīs epistolarū materia est doctrina euāgelij. Intentio est monere ad obedientiā euāgelice doctrine. Preter hec aūt in singulis ꝓpias intentiones ⁊ materias requirimus. Prima itaq⁹ epl̄a materiā hz romanorū vitia atq⁹ gratie dei dona ad q̄ eos hortat. Intentio est vitia eorūdē increpare ⁊ ad verā pacē ⁊ fraternā cōcordiā sub manu gratie humiliare. Modus tractādi talis est:more scribentiū epistolas salutatione premittit:in qua tria facit. Cōmendat enī personā suā ⁊ negotiū ⁊ autoritatē negotij in quib⁹ cōgrue captet benevolentiā. Post salutationē vero vtriusq⁹ partis vitia arguit ostēdens gētiles a naturali ratione ⁊ indeos a lege exorbitasse. Deinde pluribus modis ostendit iustitiā ⁊ salutez eque vtriq⁹ esse nō per legem:sed per fidem Jesu xp̄i et a lege eos tollat:⁊ in sola fide xp̄i eos constituat. Circa fidem vero moralis subditur instructio: itaq⁹ in actione gratiarum finem tenet epistola. Premittit autem salutationem dicens.

¶ Explicit prologus doctorum.

¶ Hieronymus in Catalogo scriptorum Ecclesiasticorum.

Paulus apostolus q⁹ ali Saulus: extra numerū duodecim apostolorum: de tribu Beniamin ⁊ opido Judee Bischolis fuit:quo a Romanis capto:cum parentib⁹ suis Tharsum Cilicie cōmigrauit: a quib⁹ ob studia legis missus Jerosolymā: a Gamalielele viro doctissimo cui⁹ Lucas meminit eruditus est. Cū aūt interfuisset neci martyris Stephani:⁊ acceptis a pontifice tēpli epistolis: ad persequendos eos qui xp̄o crediderāt: Damascū pgeret: reuelatione cōpulsus ad fidē:que in actib⁹ apostolorū scribitur in vas electionis de persecutore trāslatus est. Cūq⁹ primū ad p̄dicationē el⁹ Sergius Paulus proconsul Cypri credidisset:ab eo q⁹ eū xp̄i fidei subegerat: sortitus est nomē Paulus: ⁊ iuncto sibi Barnaba multis vbibus peragratis reuertensq⁹ Jerosolymā: a Petro Jacobo⁹ ⁊ Joanne gentiū apostol⁹ ordinatur. Et q⁹ in actib⁹ apostolorū plenissime de eius conuersatione scriptū est:hoc tantū dicā:q⁹ post passionē dñi vicesimoquinto anno idest sexto Neronis eo ipse quo Festus procurator Judee successit Felici:Romā vinctus mittit:⁊ biennū in libera manēs custodia aduersus Judeos de aduētu Christi quotidie disputauit. Sciendū aūt in prima satisfactione mecdū Neronis imperio roboratos nec initiata erū pente scelera quāta de eo narrat historie:Paulū a Nerone dimissum: vt euāgelium Christi in occidēte quoq⁹ partibus predicaret:sicut ipse scribit in secūda epistola ad Thimotheū eo tēpore quo ⁊ passus est:de vinculis dictat epistolā. In prima mea satisfactione:nemo mihi affuit:sed oēs me dereliquerūt: nō eis imputet. Dñs aūt mihi astitit:⁊ cōfortauit me vt p me p̄dicatio cōpleretur:⁊ audirent oēs gētes:⁊ liberatus sum de ore leonis. Manifestissime leonē propter crudelitatē Neronē significās. Et in sequētibus: Liberat⁹ sum de ore leonis ⁊ statim: Liberauit me dñs ab oi opere malo:⁊ saluauit me in regnū suū celeste q⁹. l. p̄sens sibi sentiret imminere martyriū. Nam ⁊ in eadem epistola premiserat: Ego enī iam immolor:⁊ tps resolutiōis mee instat. Hic ergo decimo quarto Neronis anno:eodē die quo Petrus:Rome pro xp̄o capite trūcatus:sepultusq⁹ est in via Ostiensi:anno post passionē dñi tricesimoseptimo. Scripsit aūt decē ad septē ecclesias epistolas:ad Romanos vnā:ad Corinthios duas:ad Galatas vnam:ad Ephesios vnam:ad Philippenses vnā:ad Colossenses vnā:ad Thessalonicenses duas. Preterea ad discipulos suos:Timotheo duas: Tito vnam:Philemoni vnam. Epistola antē que fertur ad Hebreos: non eius creditur: ꝓpter stili sermonisq⁹ distantiā: sed vel Barnabe iuxta tertullianum:vel luce euangeliste iuxta quosdam:vel Clemētis Romane postea ecclesie episcopi quem aiunt sententias Pauli proprio ordinasse et omasse sermone: vel certe quia Paulus scribebat ad Hebreos:⁊ propter inuidiam sui apud eos nominis titulu⁹ in principio salutationis ampurauerat. Scripserat vt Hebreus Hebreis hebraice idest suo eloquio disertissime. vt ea que eloquenter scripta fuerant in Hebreo: eloquentius verterentur in Grecum. et

Infra xvj.a.
Infra xvj.d.
j.Corint. j.a.
Infra ij.b.

hāc causam esse: qō a ceteris Pauli epistolis discrepare videat: ..
Legunt quidam ꝛ ad Laodicenses: sed ab omnibus explodit̄.

¶ Argumentum in epistolam Pauli ad Romanos.

Romani: sunt partis Italie. Ad quos venit fides a falsis apostolis ꝛ sub nomine domini nostri Jesu xp̄i in legem et prophetas erant inducti. Hos revocat apls ad veram et euangelicam fidem scribens eis a Cornitho: p Phebem ministram ecclesie Cenchreensis.

¶ Explicit argumentum.

¶ Incipit epistola pauli ad Romanos.

¶ C.S. Euangelium virtus dei in salutem. Cap.j.

A Paulus seruus Jesu Christi, vocat⁹ apls, segregatus in euangeliū dei qō ante p̄misserat per pphetas suos in scripturis sctis de filio suo, qui factus est ei ex semine Dauid secundū carnē, q predestinatus est fili⁹ dei in virtute secundū spūm sctificationis, ex resurrectione mortuorū Jesu xp̄i dn̄i nostri, p quē accepimus gratiam ꝛ apostolatū ad obediendū fidei in omnib⁹ gentibus p: o nomine eius, in quib⁹ estis ꝛ vos vocati Jesu xp̄i: omnibus qui sunt Rome dilectis dei, vocatis sanctis, gr̄a vobis ꝛ pax a deo p̄re ꝛ dn̄o nostro Jesu xp̄o. Primū qdē gratias ago deo meo per Jesum xp̄m p omnib⁹ vobis q: fides vestra annūtiat in vniuerso mūdo. Testis enī mihi est deus cui seruio in spū meo in euāgelio filij ei⁹, qō sine intermissione memoriā vestri facio semp in orationib⁹ meis: obsecrās, si quo mō tādē aliqū p̄sperū iter habeā in voluntate dei, veniēdi ad vos. Desydero enī videre vos, vt aliqd impartiar vobis gr̄e spūalis, ad ḡfirmandos vos: idest simul cōsolari in vobis p eā q̄ inuicē est, fidē vestrā atq; meā. Nolo aūt vos ignorare fratres q: sepe p̄posui venire ad vos, ꝛ p̄hibit⁹ sum vsq; adhuc, vt aliquē fructū habeā in vobis, sicut ꝛ i ceteris gētib⁹. Grecis ac barbaris: sapiētib⁹ ꝛ insipientib⁹ debitor sum: ita q̄ in me promptū est, ꝛ vobis qui Rome estis, euāgelizare. Nō enī erubesco euāgeliū. Virt⁹ enī dei est, in salutē oi credenti, Judeo primū ꝛ Greco. Justitia enī dei in eo revelat ex fide in fidē: sicut scriptū est, Justus aūt ex fide vivit. Revelat enī ira dei de celo sup omnē impietatē ꝛ iniustitiā hoim eor̄ q veritatē dei in iustitia detinēt. q: qō notū est dei: manifestū est in illis. de⁹ enī illis manifestauit. Invisibilia enī ipsi⁹: a creatura mūdi p ea que facta sunt intellecta, cōspiciunt̄: sempiterna quoq; eius virtus ꝛ diuinitas: ita vt sint inexcusabiles. Q: cum cognouissent deū, nō sicut deum glorificauerūt, aut gr̄as egerūt, sed euanuerunt in cogitationib⁹ suis, ꝛ obscurat̄ū est insipiens cor eorū, dicētes enī se esse sapiētes, stulti facti sunt. Et mutauerūt gloriā incorruptibilis dei, in similitudinē imaginis corruptibilis hois, ꝛ volucrū, ꝛ quadrupedū, ꝛ serpentium.

D Propter qō tradidit illos de⁹ in desyderia cordis eorū in immūditiā: vt cōtumelijs afficiāt corpa sua in semetipsis, q cōmutauerūt veritatē dei in mēdaciū: ꝛ coluerūt ꝛ seruierūt creature poti⁹ q̄ creatori, q est benedict⁹ in scla. Amē. Propterea tradidit illos de⁹ in passiones ignominie. Nā femine eorū immutauerūt naturalē vsum, in eū vsum q est cōtra naturā. Similiter aūt ꝛ masculi relicto naturali vsu femine, exarserūt in desyderijs suis in invicē, masculi i masculos turpitudinē operātes, ꝛ mercedē (quā oportuit) erroris sui in semetipsis recipiētes. Et sicut nō probauerunt deū habere in notitia: tradidit illos deus in reprobum sensum, vt faciāt ea que nō cōueniūt, repletos oi iniquitate, malitia, fornicatione, auaritia, nequitia, plenos invidia, homicidio cōtentione, dolo, malignitate, susurrones detractores, deo odibiles, cōtumeliosos, superbos, elatos, inuētores malorū, parētibus nō obediētes insipiētes, incōpositos, sine affectione, absq; fedare, sine mīa. Qui cū iustitiā dei cognouissent: nō intellexerūt q̄m q talia agunt, digni sunt morte: non solū qui ea facūt, sed etiā qui consentiūt facientibus.

A ¶ Capitulū Summarium. Discrimen personarum apud deum nullum. Caput.ij.

Propter qō inexcusabilis es o homo ois q iudicas. In quo enī iudicas alterū: teip̄m condemnas eadē enī agis q̄ iudicas. Scim⁹ enī q̄m iudiciū dei est ꝑm veritatē in eos q talia agūt. Existimas aūt hoc o hō q iudicas eos q talia agūt ꝛ facis ea: q: tu effugies iudicium dei: An diuitias bonitatis eius ꝛ patiētie ꝛ lōganimitatis cōtēnis: ignoras q̄m benignitas dei ad penitētiā te adducit: Scōm aūt duritiā tuā ꝛ ipenitens cor, thesaurizas tibi irā in die ire ꝛ revelationis iusti iudicij dei, qui reddet vnicuiq; ꝑm opa ei⁹. ijs qdē q ꝑm patientiā boni operis, gloriā ꝛ honorē ꝛ incorruptionē q̄rūt: vitā eternā. ijs aūt qui sunt ex cōtentione ꝛ q nō acquiescūt veritati, credūt aūt iniquitati: ira ꝛ indignatio. Tribulatio ꝛ angustia in omnē animā hois operātis malū, Judei primū ꝛ greci: gloria aūt ꝛ honor et ꝛ pax, omni operanti bonū, Judeo primū ꝛ Greco. nō enī est acceptio p̄sonarū apud deū. Quicūq; enī sine lege peccauerunt sine lege ꝛ peribūt. ꝛ qcūq; in lege peccauerūt p legē iudicabūt. Nō enī auditores legis iusti sunt apd deū: sz factores legis iustificabūt. Cū enī gētes q̄ legē nō habēt naturaliter ea q̄ legis sunt faciūt: eiusmodi legē nō hātes, ipsi sibi sunt lex: q ostendūt op⁹ legis scriptū in cordib⁹ suis testimoniū reddēte illis cōsciētia ipsorū, ꝛ inter se invicē cogitationib⁹ accusantib⁹ aut etiā defendentib⁹, in die cū iudicabit de⁹ occulta hoim ꝑm euāgeliū meū p ihesum xp̄m. Si aūt tu Judeus cognominaris, ꝛ requiescis in lege, ꝛ gloriaris in deo, ꝛ nosti volūtatē ei⁹, ꝛ pbas vtiliora instructus p legē, cōfidis teip̄m esse ducē cecorū, lumē eor̄ q in tenebris sunt, eruditorē insipiētiū, magistrū infantiū, habentē formā sciētie ꝛ veritatis in lege. Qui ergo alium doces: teipsum nō doces: q predicas nō furādū: furaris: q dicis non mechandū: mecharis: q abominaris idola: sacrilegiū facis: q in lege gloriaris: p preuaricationē legis, deū inhonoras: Nomen enī dei, p vos blasphemat̄ inter gētes: sicut scriptū est. Circūcisio qdē pdest, si legē observes. si aūt preuaricator legis sis: circūcisio tua preputiū facta est. Si igitur p̄putiū, iustitias legis custodiat: nōne p̄putiū illius in circūcisionē reputabit: ꝛ iudicabit id qō ex natura est preputiū, legē cōsummans, te q̄ p literā ꝛ circūcisionē preuaricator legis es: Nō enī q̄ in manifesto, Judeus est. neq; q̄ in manifesto in carne, est circūcisio. sz q in abscōdito: Judeus est. ꝛ circūcisio cordis in spū, nō litera. cuius laus nō ex hoibus, sed ex deo est.

¶ C.S. Omnes homines egent gratia dei. Caput.iij.

Quid ergo amplⁱ⁹ Judeo est: aut q̄ vtilitas circuncisionis: Multū p̄ oēm modū. Primū qdē: ꝛ credita sunt illis eloqa dei. Quid enī si qdā illorū nō crediderūt: Nūqd incredulitas illorū fidē dei evacuabit: Absit. Est aūt de⁹ verax: omis aūt hō mendax, sicut scriptū est, Ut iustificeris in sermonibus tuis: et vincas cū iudicaris. Si aūt iniquitas nostra, iustitiā dei cōmendat: quid dicemus: Nūqd iniquus est de⁹, q̄ infert irā: ꝑm hoiem dico. absit. aliogn quō iudicabit de⁹ hūc mūdū. Si enī veritas dei in meo mēdacio abūdauit in gl̄iam ipsi⁹ quid adhuc ꝛ ego tanq̄ p̄ctor iudicor, ꝛ nō (sicut blasphemamur, ꝛ sicut aiunt quidā nos dicere) faciamus mala, vt veniāt bona, quorū dānatio iusta est. Quid ergo: p̄cellimus eos: Nequaq̄. Causati enī sum⁹ Judeos ꝛ grecos, oēs sub p̄cto esse: sicut scriptū est, Q: nō est iust⁹ q̄sq̄, nō est intelligens, nō est requirēs deū. Oēs declinauerūt, simul inutiles facti sunt: nō est q faciat bonū, nō ē vsq; ad vnū. Sepulchrū patens est guttur eorū linguis suis dolose agebāt: Venenū aspidū sub labijs eorū. Quorū os maledictiōe ꝛ amaritudine plenū est: Veloces pedes eorū ad effundēdū sanguinē Cōtritio ꝛ infelicitas in vijs eor̄, ꝛ viā pacis nō cognouerūt: nō est timor dei añ oculos eorū. Scim⁹ aūt q̄m quecūq; lex loquit̄ his q in lege sunt loquit̄: vt oē os obstruat̄, ꝛ subditus fiat oīs mūd⁹ deo: q: ex op̄ib⁹ legis nō iustificabit̄ oīs caro cora illo. Per legē enī cognitio p̄cti. Nūc aūt sine lege iustitia dei manifestata est: testificata a lege ꝛ pphetis. Justitia aūt dei: p fidē Jesu xp̄i in oēs ꝛ sup oēs q credūt in eū. nō enī est distinctio. Oēs enī peccauer̄t: ꝛ egēt gl̄ia dei. Justificati grat⁹ p gr̄am ipsi⁹, p redēptionē q̄ est i xp̄o iesu, quē ppposuit de⁹ ppitiatorē p fidē in sanguine ipsi⁹ ad ostēsionē iustitie sue, ꝑpter remissionē precedētiū delictorū in sustentatione

B Matth. xvj.d.

Deuter. x.d. j. Paral. xxv.c. Job. xxvij.b.

C Act.x.e. Matth. vij.d. Jac.j.d.

D Isa.liij.b. Ezech. xxxvj.e.

A ū.tim.ij.c Jo.iij.d. ps. cxv.a ps.l.

B Gal.iij.c ps. xxj.a ps.v.c. xiij.b. ps. cxxxix.a.

C ps.xv.c. Gal.iv.b prouer. j.d. ps.xxxv. Gal.v.d.

D

tatione dei.ad ostensionē iustitie eius in hoc tpe.vt sit ipse iustus,ꝛ iustificās eū q̄ est ex fide iesu xpi.Ubi est ergo gloriatio tua: Exclusa ē. Per quā legē: Factoꝝ: Nō:sed per legē fidei.Arbitramur enī iustificari hoiez p fidē sine opib⁹ legis. An iudeoꝝ deus tm̄: Nōne ꝛ gētiū: Imo ꝛ gentiū.q̄m quidē vn⁹ est de⁹ qui iustificat circuncisionē ex fide:ꝛ ꝓputiū p fidē. Legē ergo destruimus per fidē: Absit:sed legē statuimus.

¶ S. Fides iustificat non opera. Caput.iij.

Quid ergo dicem⁹ inuenisse abrahā patrē nostrū sm̄ carnē: Si enī Abrahā ex opib⁹ iustificat⁹ ē: habz gloriā,sz nō apd deū. Quid enī dicit scriptura: Credidit Abrahā deo:ꝛ reputatū est illi ad iustitiā. Ei aūt qui operat:merces nō imputat sm̄ gratiā:sz sm̄ debitū. Ei vo qui nō operat,credēti aūt in eū qui iustificat impiū:reputat fides ei⁹ ad iustitiā sm̄ ꝓpositū gre dei. Sicut ꝛ dauid dicit btitudinē hois,cui de⁹ accepto fert iustitiā sine operibus. Beati,quoꝝ remisse sunt iniqtates:ꝛ quorū tecta sunt pcā. Btus vir,cui nō iputauit dñs pctm̄. Beatitudo ergo hec,i circūcisiōe tm̄ manet,an ēt in ꝓputio: Dicimus enī q̄ reputata est Abrahe fides ad iustitiā. Quo ergo reputata est:in circuncisiōe,an in ꝓputio: Nō in circūcisiōe:sz in ꝓputio. Et signū accepit circūcisiōis,signaculū iustitie fidei q̄ est in ꝓputio:vt sit pr̄ oim credētiū p ꝓputiū,vt reputet ꝛ illis ad iustitiā:ꝛ sit pr̄ circūcisiōis:nō iis tm̄ q̄ sunt ex circuncisiōe:sed ijs q̄ sectant vestigia fidei q̄ est in ꝓputio pr̄is nr̄i abrahe. Nō enī p legē,promissio Abrahe aut semini eius vt heres esset mūdi:sed per iustitiā fidei. Si enī qui ex lege,heredes sunt:exinanita est fides,abolita est promissio. Lex enī irā opat. Ubi enī nō est lex:nec ꝓuaricatio. Ideo ex fide: vt sm̄ gr̄am firma sit promissio omni semini,nō ei qui ex lege est solū,sed ꝛ ei qui ex fide est abrahe qui pater est oīm nr̄m, sicut scriptū est,Qr patrē multarū gētū posui te ante deū, cui credidisti.q̄ viuificat mortuos:ꝛ vocat ea q̄ nō sunt,tāq̄ ea que sunt.qui ꝫ spē in spē credidit:vt fieret pater multarū gentiū sm̄ q̄d dictū est ei. Sic erit semē tuū sicut stelle celi et arena maris. Et nō infirmat⁹ est in fide:nec cōsideraut corpus suū emortuū,cū iā fere cētū esset annorū,ꝛ emortuā vulvam Sare. In repromissiōe etiā dei nō hesitauit diffidētia: sz cōfortat⁹ est fide,dās gloriā deo:plenissime sciēs q̄ q̄cūq̄ promisit deus,potēs est ꝛ facere. Ideo ꝛ reputatū est illi ad iustitiā. Nō est autē scriptū tm̄ ꝓpter ipm̄,q̄ reputatū est illi ad iustitiā:sz et ꝓpter nos,quib⁹ reputabit credētibus in eū qui suscitauit Jesum xpm dñm nr̄m a mortuis,q̄ tradit⁹ est ꝓpter delicta nostra,ꝛ resurrexit ꝓpter iustificationē nostrā.

¶ S. Fide,spe,ꝛ charitate filij dei cōstituimur. Cap.v.

Iustificati ergo ex fide,pacē habeamus ad deū p dñm nr̄m Jesum xpm:p quē habemus accessum per fidē i gratiā istā,in qua stam⁹ ꝛ gloriamur in spe glie filioꝝ dei. Nō solū aūt:sed ꝛ gl'iamur in tribulationibus,sciētes q̄ tribulatio patientiā operat,patientia aūt ꝓbationē,ꝓbatio vo spem:spes aūt nō cōfundit:q̄ charitas dei diffusa est in cordibus nr̄is per spiritū sanctū q̄ datus est nobis. Ut quid enī xps,cū adhuc infirmi essem⁹, sm̄ tps ꝓ impijs mortu⁹ est. Vix enī pro iusto q̄s mori-nam pro bono forsitā q̄s audeat mori. Cōmendat aūt charitatē suā deus in nobis:q̄m cū adhuc pctores essem⁹, sm̄ tps xps pro nobis mortu⁹ est. Multo igit magis,nūc iustificati in sanguine ipsi⁹,salui erim⁹ ab ira per ipm̄. Si enī cū inimici essemus,reconciliati sumus deo per mortē filij ei⁹:multo magis reconciliati,salui erimus in vita ipsius. Nō solū aūt:sz ꝛ gl'iamur in deo p dñm nr̄m Jesuz xpm,p quē nūc reconciliationē accepimus. Propterea sicut p vnū hoiem pctm̄ in hūc mundum intrauit,ꝛ p pctm̄ mors:ꝛ ita in oēs hoies mors ptrāsijt in quo oēs peccauerūt. Usq̄ ad legem enī,pctm̄ erat in mūdo.pctm̄ aūt nō imputabat,cū lex nō esset. Sz regnauit mors ab Adā,usq̄ ad Moysen,etiā in eos qui nō peccauerunt in similitudinē ꝓuaricatiōis Ade,qui est forma futuri. Sed nō sicut delictū,ita ꝛ donum. Si enī vnius delicto,multi mortui sunt:multo magis gr̄a dei et donū,in gr̄a vni⁹ hois Jesu xpi in plures abūdauit. Et non sicut per vnū peccatū, ita ꝛ donū. nā iudiciū ex vno,in cōdēnationē:gratia aūt ex multis delictis,in iustificationē. Si enī vnius delicto,mors regnauit p vnū:multo magis abundantiā gratie ꝛ donationis ꝛ iustitie accipiētes,in vita regnabūt p vnū Jesum xpm. Igit sicut p vnius delictū,in oēs hoies in cōdēnationē:sic ꝛ p vnius iustitiā,in oēs hoies in iustificationē vite. Sicut enī per inobediētiā vni⁹ hois,pctores cōstituti sunt multi:ita ꝛ per vni⁹ obeditionē:iusti cōstituent multi. Lex aūt subintrauit,vt abundaret delictū. Ubi aūt abundauit delictū,superabūdauit ꝛ gr̄a.vt sicut regnauit pctm̄ in mortē:ita ꝛ gratia regnet p iustitiā in vitā eternā per Jesum xpm dñm nostrū.

¶ S. Mors ꝛ resurrectio christi figura nostri. Caput.vj.

Omnis namq̄ pōtifex ex hominib⁹ assumptus pro hoib⁹ cōstituit̄ in ijs q̄ sunt ad deū: vt offerat dona ꝛ sacrificia ꝓ pctis. qui cōdolere possit ijs q ignorāt ꝛ errāt qm̄ ꝛ ipse circūdatus est infirmitate, ꝛ ꝓpterea debet quēadmodū ꝓ ppło, ita etiā ꝛ pro semetipso offerre ꝓ pctis. Nec quisq̄ sumit sibi honorē: sz qui vocatur a deo, quēadmodū ꝛ Aaron. Sic ꝛ xp̄s non semetipsum clarificauit vt pontifex fieret: sed qui locutus est ad eū, Filius me⁹ es tu: ego hodie genui te. Quēadmodum ꝛ in alio loco dicit. Tu es sacerdos in eternū, sm ordinem zdelchisedec. Qui in dieb⁹ carnis sue, preces, supplicationesq̄ ad eū qui possit illū saluū facere a morte, cum clamore valido ꝛ lachrymis offerēs exaudit⁹ est ꝓ sua reuerētia. Et quidē cū esset filius dei, didicit ex ijs q̄ passus est, obedientiā: ꝛ consummat⁹, fact⁹ est oibus obtēperātib⁹ sibi, cā salutis eterne, appellat⁹ a deo pōtifex iuxta ordinē zdelchisedec. De quo nobis grādis sermo ꝛ interpretabilis ad dicendum: quū imbecilles facti estis ad audiendū. Etenī cū debere tis magistri esse ꝓpter tps: rursum indigetis vt vos doceamini q̄ sint elementa exordij sermonū dei: ꝛ facti estis quibus lacte opus sit, nō solido cibo. Oīs enī q lactis est particeps expers est sermonis iustitie. parunlus enī est. Perfectorum aūt est solidus cibus: eorū q pro ipsa consuetudine exercitatos habent sensus ad discretionem boni ac malī.

¶ Capituli Summarium. Justus semel cōfirmatus non facile cadit. Caput. vj.

Quia propter intermittētes inchoationis xp̄i sermonem, ad pfectionē feramur, nō rursum iacientes fundamētū penitentie ab operibus mortuus ꝛ fidei ad deū, baptismatū doctrine, impositionis quoq̄ manuū, ac resurrectionis mortuorum, et iudicij eterni. Et hoc faciemus: si quidē pmiserit de⁹. Impossibile enī est eos qui semel sunt illuminati, gustauerūt etiā donuz celeste ꝛ participes facti sunt spūs sancti, gustauerūt nihilominus bonū dei verbū: virtutes q̄ seculi vēturi, et prolapsi sunt rursus renouari ad penitentiā, rursum crucifigentes sibimetipsis filiū dei, ꝛ ostētui habētes. Terra enī sepe veniē tem sup se bibēs imbrē, ꝛ germinās herbā oportunā illis a quibus colit: accipit benedictionē a deo. pferēs aūt spinas ac tribulos: reproba est, ꝛ maledicto prima, cuius consummatio in cōbustionē. Cōfidimus aūt de vobis dilectissimi meliora ꝛ viciniora salutis: tametsi ita loquimur. Nō enī iniustus deus, vt obliuiscatur opis vestri ꝛ dilectionis quam ostendistis in nomine ipsius, qui ministrastis sanctis ꝛ ministratis. Cupimus aūt vnumquēq̄ vestrum eandem ostentare solicitudinem, ad expletionē spei vsq̄ in finē vt nō segnes efficiamini, verum imitatores eorū qui fide ꝛ patientia hereditabūt promissiones. Abrahe nāq̄ promittens de⁹: qm̄ neminē habuit per quē iuraret maiorem iurauit per semetipsum, dicens, Nisi benedicēs benedicā te: ꝛ multiplicās multiplicabo te. Et sic longanimiter ferens, adeptus est repromissionē. Homines enī p maiorē se iurāt: ꝛ omis cōtroversie eorū finis ad cōfirmationē, est iuramentū. In quo abundātius volēs de⁹ ostēdere pollicitationes hereditibus immobilitatē cōsilij sui: interposuit iusiurandū, vt per duas res immobiles qb⁹ impossibile est mētiri deū: fortissimū solatiū habeamus qui cōfugim⁹ ad tenendā ꝓpositā spem, quam sicut ancorā habemus aie tutā ac firmā, ꝛ incedentē vsq̄ ad interiora velaminis. vbi precursor pro nobis introijt Jesus, secundum ordinē zdelchisedec pontifex factus in eternum.

¶ C. S. zdelchisedec figura xp̄i sacerdotis. Caput. vij.

Hic enī zdelchisedec: rex Salem, sacerdos dei summi qui obuiauit Abrahe regresso a cede regum, ꝛ benedixit ei, cui ꝛ decimas omnium diuisit Abraham, primū quidē qui interpretat rex iustitie: deinde autē ꝛ rex Salē, qđ est rex pacis, sine patre, sine matre, sine genealogia, neq̄ initiū dierum neq̄ finē vite habens, assimilat⁹ aūt filio dei, manet sacerdos in perpetuum. Intuemini aūt quātus sit hic: cui ꝛ decimas dedit de precipuis Abraham patriarcha. Et quidē de filijs Leui sacerdotiū accipientes mandatū habēt decimas sumere a populo scōm legē, idest a fratrib⁹ suis: quamq̄ ꝛ ipsi exierint de lumbis Abrahe. Cuius aūt generatio nō annumeratur in eis: decimas sumpsit ab Abrahā, ꝛ hūc q habebat repromissiones benedixit. Sine vlla aūt contradictione: qđ minus est a meliore benedicitur. Et hic quidē: decimas morientes homines accipiūt: ibi aūt cōtestatur q̄ viuit. Et (vt ita dictū sit) per Abrahā, ꝛ Leui qui decimas accipit decimatus est. adhuc enim in lumbis patris erat, qm̄ obuiauit ei zdelchisedec. Si ergo consummatio per sacerdotiū Leuiticū erat (populus enī, sub ipso legē accepit) quid adhuc necessarium fuit scōz ordinē zdelchisedec aliū surgere sacerdotē, ꝛ nō sm ordinē Aaron dici? Translato enī sacerdotio: necesse est vt ꝛ legis translatio fiat. In quo enī hec dicuntur: de alia tribu est, de qua nullus altario presto fuit. zdanifestū est enī qđ ex Juda ortus sit dn̄s noster: in qua tribu nihil de sacerdotib⁹ zdoyses locutus est. Et amplius adhuc manifestū est: si scōm similitudinē zdelchisedec, exurgat alius sacerdos, qui nō sz legē mandati carnalis factus est, sed scōz virtutē vite insolubilis. Cōtestat enī, Qm̄ tu es sacerdos in eternū, sm ordinē zdelchisedec. Reprobatio quidē fit precedētis mādati, ꝓpter infirmitatē eius ꝛ inutilitatē. nihil enī ad perfectū adduxit lex: introductio vero melioris spei, per quā proximamus ad deū. Et quantū est nō sine iureiurādo (alij quidē, sine iureiurando sacerdotes facti sunt: hic aūt cū iureiurādo per eū qui dixit ad illū. Jurauit dn̄s, ꝛ nō penitebit eū: tu es sacerdos in eternū) in tantū melioris testamēti sponsor factus est Jesus. Et alij quidem plures facti sunt sacerdotes, ideirco qđ morte prohiberenf permanere: hic aūt eo qđ maneat in eternum, sempiternum habet sacerdotiū. Unde ꝛ saluare in perpetuū potest accedentes per ipsum ad deū semp viuēs ad interpellandū pro nobis. Talis enī decebat vt nobis esset pontifex, sanct⁹, innocēs, impollut⁹, segregatus a pctōrib⁹ ꝛ excelsior celis factus. q nō habet necessitatē quotidie (quēadmodū sacerdotes) prius ꝓ suis delictis hostias offerre, deinde ꝓ populo. hoc enī fecit semel, se offerendo. Lex enī homines consti-

tuit sacerdotes infirmitatē habentes: sermo autem iurisiurandi qui post legem est, filium in eternum perfectum.

¶ Capituli Summarium. Uetus testamentū per nouum antiquandum erat. Caput. viij.

A

Capitulū aūt sup ea q̄ dicunt. Talē habemus pontificē, q̄ cōsedit in dextera sedis magnitudinis in celis: sanctor minister, & tabernaculi veri q̄ fixit dē, & nō homo, Ois em̄ pōtifex, ad offerendū munera & hostias cōstituitur. vñ necesse est & hūc habere aliq̄d q̄ offerat. si ergo esset sup terrā, nec esset sacerdos: cū essent q̄ offerrent sm̄ legē munera, q̄ exēplari & umbre deseruiūt celestiū. sicut respōsum est ⁊ Moysi, cū cōsummaret tabernaculū, Uide (inqt) oia facito scōm exēplar, q̄ tibi ostēsum est in mōte. Nūc aūt melior sortit⁹ est ministeriū: quāto & melioris testamēti mediator est, q̄ in melioribus repromissionib⁹ sancitū est. Nā si illud pri⁹ culpa vacasset: nō vtiq; scōi locus ingrederet. Uituperās em̄ eos dicit, Ecce dies venēt, dicit dñs: & cōsummabo sup domū Israel & sup domū Juda testamētū nouū, nō sm̄ testamentū q̄ feci patrib⁹ eor in die qua apprehēdi manū eorū vt educerē illos de terra Egypti. q̄m ipsi nō pmanserūt in testamento meo: & ego neglexi eos dicit dñs. Quia hoc est testamētum q̄ disponā domui Israel post dies illos, dicit dñs. Dabo leges meas in mentē eor, & in corde eor superscribā eas: et ero eis in deū, & ipsi erūt mihi in pplm. & nō docebit vnusquisq; proximū suū, & vnusquisq; fratrē suū dicēs, Cognosce dñm: q̄m omnes scient me a minore vsq; ad maiorē eorum, quia propitius ero iniquitatib⁹ eor, & peccatorū eorum iam non memorabor. Dicendo aūt nouum: veterauit prius. Quod autem antiquatur & senescit: prope interitum est.

B Exodi xxv.d. Actuum vij.f.

C Jer. xxxj c.

D

¶ C.S. Tabernaculum legis figura Christi. Caput. ix.

A Exodi xxvj. a. et xxxvj. a.

Habuit quidē prius iustificationes culture, & sanctū seculare. Tabernaculū em̄ factū est primū, in quo erāt cādelabra, & mensa, & propositio panum: que dicit sancta. Post velamentū aūt secundū: tabernaculū: q̄ dicit sancta sanctor, aureū habēs thuribulū: & arcā testamenti circūtectā ex omni parte auro in qua vrna aurea habēs mānā, & virga Aaron q̄ frondue rat, tabule testamēti. supq; eā erāt Cherubin gloriē obumbrantia propitiatoriū. de quib⁹ nō est mō dicendū p singula.

B

Dis vero ita cōpositis, in priori quidē tabernaculo semper introibāt sacerdotes, sacrificiorū officia cōsummātes. in secundo aūt, semel in anno sol⁹ pōtifex: nō sine sanguine quē offerret pro sua et populi ignorātia: hoc significāte spiritu sancto, nondū ppalatam esse sanctorū viā, adhuc priore tabernaculo habēte statū. que parabola est tpis instātis: in xta quā munera & hostie offeruntur q̄ nō possunt iuxta cōsciētiam pfectū facere seruientē, solūmodo in cibis, & in potibus, & in varijs baptismatib⁹, & iustitijs carnis vsq; ad tps correctionis impositis. Christus aūt assistēs pōtifex futurorum bonor pamplio & pfecti⁹ tabernaculū nō manu factū, idest, nō huius creationis, neq; p sanguinē hircor aut vitulorū, sed p proprium sanguinem introiuit semel in sancta eterna redēptione inuēta. si em̄ sanguis hircorū & taurorū & cinis vitule aspersus inquinatos sanctificat ad emundationē carnis: quanto magis sanguis Christi q̄ p spm̄ sctm̄ semetipsum obtulit immaculatū deo, emūdabit cōscientiā nr̄am ab opib⁹ mortuis ad seruiendū deo viuēti? Et ideo noui testamēti mediator est: vt morte intercedēte, in redēptionem earū p̄uaricationū q̄ erāt sub pōo testamento, repromissionem accipiant q̄ vocati sunt eterne hereditatis. Ubi em̄ testamētū: mors necesse est intercedat testatoris: testamētū em̄ in mortuis cōfirmatū est. alioqn nōdū valet: dū viuit qui testat⁹ est. Unde nec primū quidē sine sanguine dedicatū est. Lecto em̄ oi mādato legis a Moyse vniuerso pplo: accipiēs sanguinē vitulor & hircor cū aq̄ & lana coccinea et hyssopo, ipm̄ q̄z librū & oēm pplm aspersit dicēs, Hic sanguis testamēti q̄ mādauit ad vos dē. Etiā tabernaculū & cia vasa ministerij, sanguine sīr aspersit. Et oia pene i sanguine, scōm legē mundātur: & sine sanguinis effusione nō fit remissio. Necesse est ergo exēplaria quidē celestium, his mūdari: ipsa aūt celestia melioribus hostijs q̄ istis. Nō em̄ in manufacta sancta Jesus introiuit exēplaria veror: sz in ipm̄ celum, vt appareat nūc vultui dei p nobis. Neq; vt sepe offerat semetipm̄, quēadmodū pōtifex itrat i sancta p singulos annos in sanguine alieno (Alioquin oportebat eū frequēter pati ab origine mūdi) Nūc aūt semel in cōsummatione seculorū ad destitutionē pcti p hostiā suā apparuit. Et quēadmodū statutū est hoīb⁹ semel mori, post hoc aūt iudicium sic & xp̄s semel oblat⁹ est ad multor exhauriēda pcta. scōo sine peccato apparebit oibus expectantibus se, in salutem.

C Romā. v.b. J. Pet. ij. c.

¶ Capituli Summarium. Non hostia legalis sed mors Christi aufert peccatum. Caput. x.

A Leuitici xvj.c.

Umbrā em̄ habēs lex futurorū bonor, nō ipsam imaginē rerū p singulos annos eisdem ipsis hostijs q̄s offerūt indesinēter, nūq̄ pfectos facere: alioqn cessassent offerri: ideo q̄ nullā haberēt vltra cōsciētiā pcti, cultores semel mundati. sz in ipsis cōmemoratio peccator p singulos annos fit impossibile em̄, sanguine taurorz & hircor auferri pcta. Jō ingrediēs mundū dicit. Hostiā & oblationē noluisti: corp⁹ aūt aptasti mihi. Holocaustomata & p pcto nō tibi placuerūt. Tunc dixi, Ecce venio in capite libri scriptū est de me: vt faciam deus volūtatē tuā. Superi⁹ dicēs, Quia hostias & oblationes & holocaustomata, & p pcto noluisti, nec placita sunt tibi q̄ sm̄ legē offerunt, tūc dixi Ecce venio vt faciā deus voluntatē tuā: aufert primū, vt sequēs statuat in qua volūtate sctificati sumus, p oblationē corpis Jesu xp̄i semel. Et ois quidē sacerdos p̄sto est q̄tidie ministrās, & easdē sepe offerēs hostias q̄ nō possunt auferre pcta: hic aūt vnas p pctis offerēs hostiā, i sempiternū sedet i dextera dei, decetero expectās donec ponant inimici eius scabellū pedū eius. Una em̄ oblatione cōsummauit i sempiternū sctificatos. Contestat aūt nos & spūs sctūs. postq̄ em̄ dixit, Hoc aūt testamētum q̄ testabor ad illos post dies illos, dicit dñs, Dabo leges meas i cordib⁹ eor, & i mētib⁹ eor inscribā eas: & pcto, et migratū eor iā nō recordabor ampli⁹. Ubi aūt hor remissio: iā nō est oblatio p pcto. Habētes itaq; fratres fiduciā in itroitu sanctor in sanguine xp̄i: quā initiauit nobis viā nouā & viuētē per velamē, id est, carnē suā, & sacerdotē magnū sup domū dei, accedam⁹ cū vero corde in plenitudine fidei, aspsi corda a cōsciētia mala, & abluti corpus aq̄ mūda, teneamus spei nr̄e cōfessionē indeclinabilē. fidelis em̄ est q̄ repromisit, & cōsyderem⁹ inuicē i prouocationē charitatis et bonorū operū nō deserētes collectionē nostrā sicut cōsuetudinis est q̄busdā, sz cōsolātes, & tāto magis quāto videritis appropinquāte die. Uolūtarie em̄ peccāti⁹ nobis post acceptā notitiā veritatis, iam nō relinquit pro pctis hostia terribilis aūt q̄dā expectatio iudicij & ignis emulatio q̄ consumptura est aduersarios. Irritā q̄s factēs legē Moysi sine vlla miseratione, duob⁹ vel trib⁹ testib⁹ morit. quātomagis putatis deteriora mereri supplicia q̄ filiū dei conculcauerit, & sanguinē testamēti pollutū duxerit, in q̄ sctificatus est: et spiritui gratie cōtumeliā fecerit? Scim⁹ em̄ q̄ dixit, Mihi vindictā: & ego retribuā. Et iterū iudicabit dñs pplm suum. Horrēdū est incidere in man⁹ dei viuētis. Rememoramini aūt pristinos dies: in quibus illuminati, magnū certamē sustinuistis passionū. & in altero quidē opprobrijs & tribulationibus spectaculū facti: in altero aūt socij taliter versantiū effecti. Nā & vinctis cōpassi estis: & rapinā bonorū vestrorū cū gaudio suscepistis, cognoscētes vos habere meliorē et manentē substantiā. Nolite itaq; amittere cōfidentiā vestrā: q̄ magnā habet remunerationē. Patientia em̄ vobis necessaria est: vt volūtatē dei facientes, reportetis pmissionem. Adhuc em̄ modicū aliquantulūq;, q̄ vēturus est veniet, & nō tardabit. iustus aūt me⁹ ex fide viuit, q̄d si subtraxerit se nō placebit anime mee. Nos autem nō sumus subtractionis filij in perditionē: sed fidei in acquisitionem anime.

B psalmus xxxix.b. p̄s. j. C p̄s. cix. a. j coron. xv.d. Jer. xxxj f. ū. viij. e. D E

¶ Capituli Summarium. Fidei magnifica proponuntur exempla. Caput. xj.

E 5. vj. a. Deutero. xvij. b. Matth. xviij. b. to. vū. c. ij coro. xiij. a. Deuter. xxxij. c. Romā. xij. d. F

Est autem

A
Gen. xxi. a. Genesis xii. a. Matth. xxiii. d. Gen. v. c. Eccli. xliii. c.
B
genesis vi. c. Eccli. xliii. c. Genesis xii. a.
C
Genesis xvii. a. Genesis xxi. c.
D
Genesis xxiii. a. Eccli. xliii. d. Genesis xxi. b. Romani ix. b. Genesis xxvii. d. f. Genesis xlvii. c. Gen. l. d.
E
Exo. ii. a Exo. i. c. Exo. ii. b Ex. xii. d Exodi iiii. e. Jos. vi. c. Jos. vi. d Jos. ij. a.
F
G
H
Ia. vi. a. Eccli. ij. b

Est aũt fides, sperandarum substãtia rerũ, argumentũ nõ apparentiũ. In hac enĩ testimonium cõsecuti sunt seniores. Fide, intelligimus aptata esse secula verbo dei: vt ex invisibilibus visibilia fierẽt. Fide, plurimã hostiã Abel q̃ Cain, obtulit deo: per quã testimoniũ cõsecutus est esse iust⁹, testimoniũ phibẽte munerib⁹ eius deo, & per illã defunct⁹ adhuc loquit. Fide, Enoch trãslatus est ne videret mortẽ, & nõ inueniebat: quia trãstulit illũ deus. Ante trãslationẽ enĩ testimoniũ habuit placuisse deo. Sine fide aũt, impossibile est placere deo. Credere enĩ oportet accedẽtẽ ad deũ quia est, & inquirentib⁹ se remunerator sit. Fide Noe cũ responso accepto de his que adhuc nõ videbant: metuens, aptauit arcã in salutẽ domus suæ, per quã dãnauit mundũ. et iustitiæ q̃ per fidẽ est: heres est institut⁹. Fide qui vocat Abraham obediuit in locum exire quẽ acceptur⁹ erat in hereditatẽ: & exiit, nesciẽs quo iret. Fide demorat⁹ est in terra repromissiõis tanq̃ in aliena, in casulis habitãdo cũ Isaac & Jacob coheredib⁹ repromissiõis eiusdẽ. Expectabat enĩ fundamẽta habentẽ ciuitatẽ: cui⁹ artifex & cõditor deus. Fide & ipsa Sara sterilis virtutẽ in cõceptione seminis accepit, etiã preter tps etatis: quia fidelẽ credidit esse eũ q̃ repromiserat. Propter quod & ab vno orti sunt (& hoc emortuo) tãq̃ sydera celi in multitudinẽ, & sicut arena q̃ est ad oram maris innumerabilis. Juxta fidẽ defuncti sunt oẽs isti, nõ acceptis repromissionib⁹: sed a lõge eas aspiciẽtes & salutãtes, & cõfitentes quia peregrini & hospite sunt sup terrã. Qui enĩ hec dicũt: significãt se patriã ingrere. Et si quidẽ ipsius meminissent de qua exierũt: habebãt vtiq̃ tps reuertẽdi. nũc aũt meliorem appetũt id est celestẽ. Ideo nõ cõfunditur deus vocari deus eorũ. paravit enĩ illis ciuitatẽ. Fide, obtulit Abrahã Isaac: cũ tẽtaret, & vnigenitũ offerebat in quo suscepat repromissiones. ad quẽ dictũ est, In Isaac vocabit tibi semẽ. arbitrãs quia & a mortuis suscitare potẽs est deus. vñ eũ & in parabolã accepit. Fide, & de futuris bñdixit Isaac, Jacob & Esau. Fide, Jacob moriẽs, singulos filiorũ Joseph benedixit: et adorauit fastigiũ virge eius. Fide, Joseph moriens, de pfectione filiorũ Israel memorat⁹ est: & de ossib⁹ suis mandauit. Fide, Moyses nat⁹, occultat⁹ est mẽsib⁹ trib⁹ a parentibus suis: eo q̃ vidissent elegãtẽ infantẽ, & nõ timuerũt regis edictũ. Fide Moyses grãdis fact⁹, negauit se esse filiũ filie Pharaonis, magis eligẽs affligi cũ pplo dei q̃ tpalis peccati hẽre iocũditatẽ, maiores diuitias estimãs, thesauro Egyptiorũ, improperiũ xpi. aspiciebat enĩ remũerationẽ. Fide reliquit Egyptũ nõ veritus ammositatẽ regis: inuisibilẽ enĩ tanq̃ videns sustinuit. Fide celebrauit pascha & sanguinis effusionẽ: ne q̃ vastabat primitiua, tangeret eos. Fide, trãsierũt mare rubrũ tanq̃ p aridã terrã: quod expti Egyptij deuorati sunt. Fide, muri Jericho corruerunt circuitu diebus septẽ. Fide. Raab meretrix nõ perijt cũ incredulis: excipiens exploratores cũ pace. Et quid adhuc dicã? Deficiet enĩ me tps enarrantẽ de Gedeõ, Barac, Sãson, Jephte, Dauid, Samuel, & pphetis: q̃ per fidẽ vicerũt regna, opati sunt iustitiã adepti sunt repromissiões, obturauerũt ora leonũ, extinxerũt impetũ ignis, effugerũt aciẽ gladij, cõualuerũt de infirmitate, fortes facti sunt in bello, castra verterunt exterorũ. acceperũt mulieres de resurrectiõe mortuos suos alij aũt distẽti sunt, nõ suscipiẽtes redẽptionẽ: vt meliorem inuenirent resurrectionẽ. Alij vo ludibria & verbera expti, insup & vincula & carceres: lapidati sunt, secti sunt, tentati sunt in occisione gladij mortui sunt, circũierũt in melotis, in pellib⁹ caprinis, egẽtes, angustiati, afflicti: quib⁹ dign⁹ nõ erat mũdus. in solitudinib⁹ errãtes, in montib⁹ & spelũcis, & in cauernis terre. Et hi oẽs testimonio fidei probati non acceperunt repromissionẽ, deo pro nobis melius aliquid prouidente, vt non sine nobis consummarentur.

¶ C.S. Patientem Christum imitari debemus. Ca. xij.

Deoq̃ & nostã hñtes impositã nubẽ testuz: deponẽtes oẽ põdus & circũstãs nos peccatũ, per patiẽtiã curramus ad ppositũ nob certamẽ, aspiciẽtes in autorẽ fidei, & cõsummatorẽ Jesum, q̃ p posito sibi gaudio sustinuit crucẽ, cõfusiõe cõtẽpta, atq̃ in dexteram sedis dei sedet. Recogitate enĩ eũ q̃ talẽ sustinuit a peccatorib⁹ aduersum semetipm̃ 3dictionẽ, vt ne fatigemini, animis vestris deficiẽtes. Nondũ enĩ vsq̃ ad sanguinẽ restitistis aduersus peccatũ repugnãtes: & obliti estis cõsolationis, q̃ vobis tãq̃ filijs loquit⁹, dicẽs, Fili mi, noli negligere disciplinã dñi: neq̃ fatigeris dũ ab eo argueris. Quẽ enĩ diligit dñs, castigat flagellat aũt oẽm filiũ quẽ recipit. In disciplina perseuerate. Tãq̃ filijs vobis offert se deus. quis enĩ filius, quẽ nõ corripit pater? Qõ si extra disciplinã estis, cui⁹ participes facti sunt oẽs: q̃ adulteri & nõ filij estis. Deinde patres quidẽ carnis nostre, eruditores habuimus, & reuerebamur eos. nõ multo magis obtẽperabimus pri spirituũ, & viuemus? Et illi quidẽ itpe pauco rũ dierũ, scz volũtatẽ suã erudiebãt nos: hic aũt ad id qõ vtile est in recipiẽdo sctificationẽ eius. Omnis aũt disciplina in psenti quidẽ videt non esse gaudij, sed meroris: postea aũt fructũ pacatissimũ exercentib⁹ per eam, reddet iustitie. Propter qõ remissas manus & solita gẽua erigite & gressus rectos facite pedib⁹ vestris: vt nõ claudicãs quis erret, magis aũt sanet. Pacẽ sequimini cũ omnib⁹, & sctimoniã: sine qua nemo videbit deũ, cõtẽplates ne quis desit gratie dei: ne qua radix amaritudinis sursum germinãs impediat, & per illã inquinẽtur multi. Ne quis fornicator aut prophanus vt Esau: q̃ propter vnã escã vẽdidit primitiua sua. scitote enim quoniam & postea cupiẽs hereditare bñdictionẽ reprobat⁹ est. nõ enĩ inuenit penitẽcie locũ: quamq̃ cũ lachrymis inquisisset eã. Nõ ei accessistis ad tractabilẽ mõtẽ & accessibilẽ ignẽ, & turbinẽ, & caliginẽ, & procellã, & tube sonũ, & voce verborũ (quã q̃ audierũt excusauerũt se, ne eis fieret vbũ: Nõ enim portabãt quod dicebat, Et si bestia tetigerit mõtẽ, lapidabit. Et ita terribile erat quod videbat, Moyses dixit, Exterritus sum & tremebũdus) Sed accessistis ad Sion montẽ, & ciuitatẽ dei viuẽtis, Jerusalẽ celestẽ, & multorũ milliũ angelorũ frequẽtiã, & ecclesiã primitiuorũ q̃ cõscripti sunt in celis, & iudicẽ oium deũ, & spũs iustorũ perfectorũ, & testamẽti noui mediatorẽ Jesum, & sanguinis aspersionẽ melius loquẽtẽ q̃ Abel. videte ne recusetis loquẽtẽ. Si enĩ illi nõ effugerũt, recusantes eum q̃ sup terrã loquebat: multo magis nos q̃ de celis loquẽtẽ nobis auertimur cui⁹ vox mouit terrã tũc: nũc aũt repromittit dicẽs, Adhuc semel: & ego mouebo nõ solũ terrã, sed & celũ. Qõ aũt adhuc semel dicit: declarat mobiliũ trãslationem tãq̃ factorũ, vt maneãt ea q̃ sunt immobilia. Itaq̃ regnum immobile suscipiẽtes habemus gratiã per quã seruiamus placentes deo cũ metu & reuerẽtia. Etenĩ deus nr̃, ignis cõsumẽs est.

¶ C.S. Hortatur ad pietatem. Caput xiij.

Caritas fraternitatis maneat in vobis. Et hospitalitatẽ nolite obliuisci. per hãc enĩ placuerũt quidã angelis hospitio receptis. Memẽtote vinctorũ tãq̃ simul vincti: & laborãtiũ tãq̃ & ipsi in corpore morãtes. Honorabile cõnubiũ in oib⁹: & thorus immaculatus. Fornicatores enĩ & adulteros iudicabit deus. Sint mores sine auaritia: cõtẽti psentib⁹. ipse enĩ dixit Nõ te deseram neq̃ derelinquam. ita vt cõfidẽter dicamus, Dñs mihi adiutor: nõ timebo quid faciat mihi hõ. Memẽtote ppositorũ vestrorũ, q̃ vobis locuti sunt verbũ dei: quorũ intuẽtes exitũ conuersationis imitamini fidẽ. Jesus xps heri & hodie, ipse et in scla. Doctrinis variis & peregrinis nolite abduci. Optimũ est enĩ gratia stabilire cor, nõ escis q̃ nõ profuerunt ambulantibus in eis. Habemus altare: de quo edere nõ habẽt potestatẽ q̃ tabernaculo deseruiũt. Quorũ enĩ animalium infert sanguis p̃ peccato in sancta per pontificẽ: horũ corpora cremant extra castra. Propter quod & Jesus, vt sanctificaret per suum sanguinẽ populũ, extra portã passus est. Exeamus igitur ad eũ extra castra: improperiũ eius portantes. Non enim habemus hic manentẽ ciuitatẽ: sed futurã inquirimus. Per ipsum ergo offeramus hostiã laudis semper deo, id est fructũ labiorũ cõfitentiũ noi eius. Beneficentie aũt & cõmunicatiõis nolite obliuisci. talib⁹ enim hostijs promeretur deus. Obedite prepositis vestris & subiacete eis. ipsi enĩ pernigilant quasi rõnem pro animab⁹ vestris reddituri, vt cũ gaudio hoc faciãt, et

Ephe. iiij. e. j. pet. ij. et iij. a.
B
Pro. iii. b Apoca. iij. d.
C
Ro. xij. d
E
Genesis xxv. d. Genesis xxvij. f. Exo. xix. b. xx a. Ex. xix c.
F
Ag. iiij. b
Deute. iiij. d.
A
Ro. xij. c. j. pe. iiij. c
Jos. j. a.
Psal. cxvij. a.
B
Hume. xix. a.
Wic. ij. c.
C

nō gementes. hoc enim nō expedit vobis. Orate pro nobis, confidimus enim qō bonā cōscientiam habemus, in omnibus bene volētes cōuersari. Amplius aūt deprecor vos hoc facere, quo celerius restituar vobis. Deus aūt pacis qui eduxit de mortuis pastorē magnū ouiū in sanguine testamēti eterni, dōm nostrū Jesum xp̄m: aptet vos in omni bono, vt faciatis eius voluntatē, faciēs in vobis qō placeat corā se per Jesum xp̄m. cui est gloria in secula seculorū. Amē. Rogo aūt vos fratres vt sufferatis verbū solatij. Etenim p paucis scripsi vobis. Cognoscite fratrē nostrū Timotheū dimissum: cū quo (si celerius venerit) videbo vos. Salutate oēs prepositos vestros, & omnes sanctos. Salutant vos de Jtalia fratres. Gratia cū omnibus vobis. Amen.

¶ Explicit epistola beati Pauli apostoli ad Hebreos.

¶ Incipit p̄fatio beati Hieronymi p̄bri in librū actuū apostolorū.

Anit psalmista. Ambulabunt de virtute in virtutes: Post apostoli Pauli epistas dudū vno vobis volumine trāslatas domnione rogatiane charissimi: act⁹ aplorū cōpellimus vt trāsferā in latinū opus. libruū nulli dubium est a luca antiocheno arte medico q̄ postea inseruiens Paulo apostolo xp̄i fact⁹ est discipul⁹ fuisse editū. Cernices p̄mut impositā scp̄i oneris magnitudo: qui studia inuidoruꝫ reprehēsione digna putāt ea q̄ scribim⁹. Illoruꝫ nūq̄ odio & detractione tunāte xp̄o meū silebit eloquiū. Act⁹ aplorū nudā quidē vident sonare historiā & nascētis ecclesie infantiā texere sed si nouerint nos scriptoris eoruꝫ Lucā esse medicum: cuius laus est in euāgelio: animaduertimus pariter omnia verba illius aie languētis esse medicinam.

¶ Explicit prefatio. ¶ Incipit prologus.

Ucas antiochēsis natiōe Syrus cuius laus in euāgelio cantur apud antiochiā medicine artis egregius: & aplorum xp̄i discipulus fuit postea vsq; ad cōfessionē paulū secutus aplm̄ sine crimine in virginitate permanens deo maluit seruire. Qui septuaginta & quamor annos eratus agens in bythinia obiit plenus spūsctō quo instigāte in achaie partib⁹ euāgeliū scribens grecis fidelib⁹ incarnationez dōi fideli narratione ostēdit: eū dēq; ex stirpe David descēdisse mō strauit. Cui nō immerito scribēdoruꝫ Actuū apostolorū ptās in ministerio datur: vt deo in deū pleno & filio p̄dicationis extincto oratione ab apostolis facta fonte dīuice electionis numerus cōpleretur. Sicq; paulus cōsummationē aplicis actibus daret q̄dtu cōtra stimulū calcitrantē dōs elegisset. Q̄ legētibus & requirentib⁹ deū breui potius⁹ voluit ostendere sermone: q̄ plur⁹ aliq̄d fastidientib⁹ p̄dixisse: cūq; operante agricolā oporteat primū de suis fructibus edere. Quem ita diuina subsecuta est gratia. vt non solum corporibus: sed etiam animabus eius proficeret medicina.

Incipit Liber actuum Apostolorum. beati Luce euangeliste.

¶ C. S. Ascensio Christi & Matthie electio. Capnt. j.

Rimum quidē sermonē feci de omnib⁹, o Theophile, que cepit Jesus facere & docere, vsq; in diē qua precipiens apostolis per spiritū sanctū quos elegit, assumptus est q bus & prebuit seipsum viuū post passionem suā in multis argumētis p dies q̄draginta apparēs eis, & loquēs de regno dei. Et cōuescēs, p̄cepit eis, ab Jerosolymis ne discederēt, sed expectarēt p̄missionem patris, Quam audistis (inquit) p os meū: q; Johānes quidem baptizauit aqua, vos aut̄ baptizabimini spiritu sancto non post multos hos dies. Igitur qui cōuenerāt, interrogabāt eū, dicentes, Dñe, si in tēpore hoc restitues regnū Jsrael? Dixit aut̄ eis: Non est vestrū nosse tēpora vel momenta, que pater posuit in sua ipsius potestate, sz accipietis virtutē supuenientis spūs sancti in vos, & eritis mihi testes in Jerusalē, & in omni Judea, & Samaria, & vsq; ad vltimū terre. Et cū hec diuisset videntibus illis, eleuatus est. & nubes suscepit eum ab oculis eoruꝫ. Cūq; intuerētur in celum euntem illum: ecce duo viri astiterūt iuxta illos in vestibus albis, qui & dixerūt: Viri Galilei quid statis aspiciētes in celum? hic Jesus qui assumptus est a vobis in celū, sic veniet quē admodū vidistis eū eūtē in celū. Tunc reuersi sunt Jerosolymā a mōte qui vocatur Oliueti, qui est iuxta Jerusalem sabbati habēs iter. Et cū introissent in cenaculū, ascenderūt vbi manebat Petrus & Johānes, & Jacobus, et Andreas, Philippus & Thomas, Bartholomeus et Matthēus, Jacobus Alphei & Simon zelotes, & Judas Jacobi. hi oēs erāt perseuerātes vnanimiter in oratione et obsecratione cū mulieribus & Maria matre Jesu, & fratribus ei⁹. ¶ In dieb⁹ illis exurgēs Petrus in medio fratruū, dixit (Erat aūt turba hominū simul fere centū viginti) Viri fratres opz impleri scripturā quā predixit spūssanctus p os David de Juda qui fuit dux eoz qui cōprehenderunt Jesum qui cōnumerat⁹ erat in nobis, & sortit⁹ erat sortē ministerij huius. Et hic quidē possedit agrū de mercede iniquitatis, et suspēsus crepuit medi⁹: & diffusa sunt omnia viscera eius. Et notū factū est omnib⁹ habitātibus Jerusalē ita vt appellaretur ager ille lingua eoz, Haceldema, hoc est, ager sanguinis. Scriptū est enim in libello psalmoruꝫ, Fiat cōmoratio eoruꝫ deserta: & non sit qui habitet in ea: & episcopatū eius accipiat alter. Oportet ergo ex his viris q nobiscum sunt cōgregati in omni tempore, quo intrauit & exiuit inter nos dōs Jesus, incipiēs a baptismate Johānis vsq; in diē qua assumptus est a nobis, testē resurrectionis eius nobiscū fieri vnū ex istis. Et statuerūt duos, Joseph q̄ vocatur Barsabas, qui cognominatus est Just⁹: & Mathiā. Et orantes dixerunt. Tu dñe, qui corda nosti omniū, ostende quē elegeris ex his duobus vnū, accipere locū ministerij huius & apostolatus, de quo preuaricat⁹ est Judas vt abiret in locū suū. Et dederunt sortes eis: et cecidit sors super Mathiam, & annumeratus est cum vndecim apostolis.

¶ Capituli Summarium. Apostoli accepto spiritu sancto loquuntur varijs linguis. Caput. ij.

Et cū cōplerent dies pētecostes erāt oēs pariter in eodē loco: & fact⁹ est repēte de celo son⁹, tāq; aduenientis spūs vehemētis, & replenit totā domū vbi erāt sedētes. Et apparuerūt illis dispertite lingue tāq; ignis, sedit q; sup singlos eoz: & repleti sunt oēs spūsctō, & ceperūt loqui varijs linguis prout spūssctūs dabat eloqui illis. Erāt aūt in Jerlm habitātes Judei viri religiosi ex oī natione q̄ sub celo est. Facta aūt hac voce, cōuenit multitudo, & mente cōfusa est, quia audiebat vnusquisq; lingua sua illos loquētes. Stupebāt aūt oēs, & mirabant, admirantes dicētes: Nonne ecce oēs isti qui loquuntur, Galilei sunt: & quō nos audiuim⁹ vnusquisq; linguā nr̄am, in qua nati sumus? Parthi, & Medi, & Elamite, qui habitāt Mesopotamiā, Judeā, & Capadociam, Pontum, et Asiā, Phrygiā, & Pāphiliā, Egyptū & partes Libye q̄ est circa Cyrenē, & aduene Romani. Judei q̄z & Prosely ti, Cretes, & Arabes: audiuim⁹ eos loquētes nr̄is linguis magnalia dei. Stupebāt aūt oēs, & mirabant, admirantes, dicētes, Quidnā vult hoc esse? Alij aūt irridētes dicebāt, Musto pleni sunt isti. Stās aūt Petrus cū vndecim, leuauit vocē suā, & locut⁹ est eis, Viri Judei & q̄ habitatis Jerusalē vniuersi, hoc vobis notū sit, & auribus⁹ p̄cipite verba mea. Nō enī, sicut vos estimatis, hi ebrij sunt, cum sit hora diei tertia: sed hoc est q̄ dictū est p̄ pphetā Joel. Et erit in nouissimis dieb⁹: dicit dōs, effundā de spū meo super oēm carnē: & pphetabūt filij vr̄i & filie vr̄e, & iuuenes vr̄i visiōes videbunt & seniores vr̄i somnia somniabūt. Et quidē super seruos meos, & super ancillas meas in diebus illis effundam de spū meo, & pphetabūt: & dabo p̄digia in celo sursum, & signa in terra deorsum, sanguinē & ignem & vaporem fumi. Sol cōuertet in tenebras, & luna in sanguinē, anteq; veniat dies dōi magn⁹ & manifestus. Et erit oīs quicūq; inuocauerit nomē dōi, saluus erit. Viri, Jsraelite audite verba hec. Jesum Nazarenū, virū approbatū deo in vobis virtutib⁹ & p̄digijs & signis q̄ fecit de⁹ p illū in medio vestri, sicut vos scitis hunc definito cōsilio & presentia dei traditū, per manus iniquoruꝫ affligentes, interemistis. quē deus suscitauit solutis doloribus inferni, iuxta q̄ impossibile erat teneri illū ab eo. David enī dicit in eū, Prouidebā dōm in cōspectu meo semp: q̄m a dextris est mihi ne cōmouear. ppē hoc letatū est cor meū, & exultauit lingua mea: insup & caro mea requiescet in spe. Q̄m nō derelinques aīam meā in inferno nec dabis sanctū tuū videre corruptionē. Notas mihi feci sti vias vite: replebis me iucunditate cū facie tua. Viri fra-

tres,liceat audenter dicere ad vos de patriarcha Dauid qñ ⁊ defunctus est ⁊ sepultus est:⁊ sepulchrū eius est apud nos,vsqz in hodiernū diē. Propheta igit cū esset,⁊ sciret qr iureiurando iurasset illi de⁹ de fructu lūbi ei⁹ sedere sup sedē ei⁹:prudēs locut⁹ est de resurrectione xp̄i qr neqz dereliq⁹ est in inferno,neqz caro eius vidit corruptionē. Hunc Jesum resuscitauit de⁹,cui⁹ nos oēs,testes sumus. Dextera igit dei exaltat⁹,⁊ pmissiōe spūssancti accepta a patre, effudit hoc donū qđ vos videtis ⁊ auditis. Nō enī Dauid ascēdit in celum:dicit aūt ipse,Dixit dñs dño meo,sede a dextris meis. Donec ponā inimicos tuos scabellū pedum tuorū. Certissime sciat ergo ois domus Jsrl qr ⁊ dñm eū et xp̄m fecit de⁹ hūc Jesum,quē vos crucifixistis. His aūt auditis cōpūncti sunt corde,⁊ dixerūt ad Petrū ⁊ ad reliqs apl̄os,Quid faciemus viri fratres? Petrus aūt ad illos, Penitentiā(inquit)agite,⁊ baptizet vnusquisqz vestrū in noie Jesu xp̄i i remissionē pcatoꝝ vroꝝ:⁊ accipietis donum spūssancti. Vobis enī est repromissio,⁊ filijs vris,⁊ omnib⁹, qui longe sunt:quoscūqz vocauerit dñs de⁹ nr̄. Alijs etiam verbis plurimis testificat⁹ est,⁊ exhortabat eos,dicēs,Saluamini a generatione ista prava. Qui ergo ceperūt sermonē eius baptizati sunt:⁊ appositę sunt in die illa,animę circiter tria millia. Erāt aūt perseuerātes in doctrina apl̄oꝝ,⁊ cōicatione,⁊ fractione panis⁊ oronib⁹. Fiebat aūt omni aiē timor:multa q̄z pdigia ⁊ signa p apl̄os fiebant in Jerl̄m,et metus erat magn⁹ i vniuersis. Oēs etiā q credebāt,erāt pariter,⁊ habebāt oia cōmunia possessiones ⁊ substantias vendebāt,⁊ diuidebāt illa omnib⁹,put cuiqz opus erat. Quotidie q̄z pdurātes vnanimiter in tēplo,⁊ frangētes circa domos panē sumebāt cibū cū exultatione ⁊ simplicitate cordis,collaudātes deū,⁊ habētes gratiā ad omnē plebē. Dominus autē augebat qui salui fierent quotidie in idipsum.

¶ Capitulū Summariū. Claudus sanatur et populus ad penitentiam excitatur. Caput.iij.

Petr⁹ aūt ⁊ Johānes ascēdebāt in tēplū,ad horā orationis nonā. Et qdā vir q erat claud⁹ ex vtero mris sue,baiulabat:quē ponebāt qtidie ad portā tēpli q̄ dicit Speciosa,vt peteret eleemosynā ab introeūtib⁹ i tēplū. Is cū vidisset Petrū et Johānē incipiētes itroire i tēplū,rogabat vt elemosynā acciperet. Intuēs aūt i eū Petr⁹ cū Joāne,dixit,Respice in nos. At ille stēdebat i eos,sperās se aliqd accepturū ab eis. Petr⁹ aūt dixit,Argētū ⁊ aurū nō est mihi:qđ aūt habeo,h̄ tibi do. In noie Jesu xp̄i Nazareni surge,⁊ ambula. Et apprehēsa manu ei⁹ dextera,alleuauit eū,⁊ ptin⁹ cōsolidate sunt bases ei⁹ ⁊ plātę. Et exiliēs,stetit,⁊ ābulabat:⁊ intrauit cū illis in tēplū ābulās,⁊ exiliēs,⁊ laudās deū. Et vidit ois populus eū ambulātē,⁊ laudātē deū. Cognoscebāt aūt illū qđ ipse erat q ad eleemosynā sedebat ad Speciosam portam tēpli:⁊ ipleti sunt stupore ⁊ extasi i eo qđ cōtigerat illi. Cum viderēt autē Petrū ⁊ Johānē,cucurrit ois ppl's ad eos ad porticū q̄ appellat Salomonis,stupētes. Videns autē Petrus,rūdit ad ppl̄z,Viri Jsraelite,qd miramini i hoc,aut nos qd intuemini,q̄si nr̄a virtute aut potestate fecerim⁹ hūc ambulare? De⁹ Abrahā,⁊ de⁹ Jsaac,⁊ de⁹ Jacob,deus patrū nr̄oꝝ glorificauit filiū suū Jesum quē vos qdē tradidistis ⁊ negastis ante faciē Pilati,iudicāte illo dimitti. Vos aūt sctū ⁊ iustū negastis,⁊ petistis virū homicidā donari vob:auctorē vō vite interfecistis,quē deus suscitauit a mortuis,cui⁹ nos testes sum⁹. Et i fide nois eius,hūc quem vos videtis ⁊ nostis,confirmauit nomē ei⁹:⁊ fides q̄ p eum est dedit integrā sanitatē istā in cōspectu oīm vr̄m. Et nūc frēs scio qr pignorātia fecistis,sicut ⁊ pncipes vr̄i. De⁹ aūt q pnūtiauit p os oīm pphetarū pati xp̄m suum,implenit sic. Penitemini igit ⁊ cōuertimini,vt deleant pcata vra: vt cū venerint tpa refrigerij a cōspectu dñi,⁊ miserit eū q pdicat⁹ est vob Jesum xp̄m,quē opz qdē celū suscipere vsqz in tpa restitutiōis oīm q̄ locut⁹ est de⁹ p os sctōrū suoꝝ a seculo pphetarū. Moyses qdē dixit,Qm̄ pphetā suscitabit vob⁹ dñs de⁹ vr̄ de frib⁹ vris tāq̄m me:ipm audietis iuxta oia q̄cūqz locut⁹ fuerit vob. Erit aūt,omis aia q̄ nō audierit prophetā illum,exterminabit de plebe. Et oēs pphete a Samuel,⁊ deinceps q locuti sunt etiā annūtiauerūt dies istos. Vos estis filij pphetarū ⁊ testamēti,qđ disposuit deus ad pres nros,dicēs ad Abrahā,Et in semine tuo bndicentur oēs familie terre. Vobis primū de⁹ suscitās filiū suum,misit eum bndicētē vobis:vt cōuertat se vnusqsqz a nequitia sua. Genesis xxij.c.

¶ Capituli Summarium. Expostulant sacerdotes cum apostolis ⁊ manus inijciunt. Caput.iij. A

Loquētib⁹ aūt illis ad ppl'm supuenerūt sacerdotes ⁊ magistrat⁹ tēpli ⁊ sadducei dolētes qđ docerēt ppl'm,⁊ annūtiarēt in Jesu resurrectionē ex mortuis:⁊ iniecerūt i eos man⁹,⁊ posuerūt eos in custodiā i crastinū. erat autē iā vespera. Multi autē eoꝝ q audierāt vbū,crediderūt:⁊ fact⁹ est numer⁹ virorum, qnqz millia. Factū est aūt i crastinū,vt congregarent pncipes eoꝝ ⁊ seniores,⁊ scribe in Jerl̄m,⁊ Annas princeps sacerdotum,⁊ Caiphas,⁊ Johānes,⁊ Alexander,⁊ quotquot erāt de gñe sacerdotali. Et statuētes eos i medio,iterrogabāt,In qua virtute aut in quo noie fecistis hoc vos? Tunc Petr⁹ repletus spūsctō,dixit ad eos,Pncipes ppl'i ⁊ seniores,si nos hodie dijudicamur in bñfacto hoīs infirmi,i q̄ iste salvus fact⁹ est,notum sit oīb⁹ vob ⁊ oi plebi Jsrl' qđ i noie dñi nr̄i Jesu xp̄i Nazareni quē vos crucifixistis,quē deus suscitauit a mortuis,i hoc iste astat coram vob san⁹. Hic est lapis q reprobat⁹ est a vob edificātib⁹,q fact⁹ est in caput anguli:⁊ nō est in alio aliquo salus. Nec enī aliud nomen est sub celo datū hoīb⁹,i quo oporteat nos salvos fieri. Videntes aūt Petri cōstātia ⁊ Johānis,cōperto qđ hoīes essent sine literis ⁊ idiote,admirabant ⁊ cognoscebāt eos qm̄ cū Jesu fuerāt:hoiem q̄z videtes stātē cū eis q curat⁹ fuerat nihil poterāt contradicere. Jussērūt aūt eos foras extra cōciliū secedere:⁊ conferebāt adinuicē dicentes, Quid faciemus hoīb⁹ istis:qm̄ qdē notū signū factū est p eos,oīb⁹ habitātib⁹ Jerl̄m. manifestū est:⁊ nō possumus negare. Sz ne amplius diuulgef i ppl'm,cōminemur eis,ne vltra loquāt i noie hoc vlli hoīm. Et vocātes eos,denūtiauerūt ne oīno loquerent neqz docerēt i noie Jesu. Petr⁹ vo ⁊ Johānes rūdentes dixerunt ad eos,Si iustū est in cōspectu dei vos potius audire q̄ deū,iudicate. nō enī possum⁹ q̄ vidimus ⁊ audiimus nō loq. At illi comminātes,dimiserunt eos,non inuenientes qđ punirēt eos,pter ppl'm,qr oēs glorificabāt deū in eo qđ acciderat. Annoꝝ enī erat amplius q̄draginta homo in q̄ factū fuerat signū istud sanitatis. B

¶ Dimissi autē venerūt ad suos,⁊ annūtiauerūt eis quāta ad eos pncipes sacerdotū ⁊ seniores dixissent. Qui cū audissent vnanimiter leuauerūt vocē ad deum,⁊ dixerunt,Dñe tu es q fecisti celū ⁊ terrā,mare,⁊ oia q̄ in eis sunt,q spūsctō per os pr̄is nr̄i Dauid pueri tui dixisti,Quare fremuerunt gētes ⁊ populi meditati sunt inania? Astiterūt reges terre,⁊ pncipes cōuenerunt in vnū aduersus dñm,⁊ aduersus xp̄m ei⁹. Cōuenerūt enī vere i ciuitate ista aduersus sctū puerū tuū Jesum quē vnxisti,Herodes,⁊ Pōtius Pilatus,cū gentibus et ppl'is Jsrl' facere q̄ manus tua ⁊ cōsiliū tuū decreuerūt fieri. Et nunc dñe respice in minas eoꝝ,⁊ da servis tuis cū oi fiducia loqui verbū tuū,i eo qđ manū tuā extēdas ad sanitates ⁊ signa ⁊ pdigia fieri p nomē sancti filij tui Jesu. Et cum orassent,motus est locus i quo erāt cōgregati:⁊ repleti sunt oēs spūsctō,⁊ loqbant verbū dei cū fiducia. Multitudinis autē credētiū erat cor vnū ⁊ aia vna:nec quisq̄ eoꝝ q̄ possidebat,aliqd suū esse dicebat,sz erāt illis oia cōia. Et virtute magna reddebāt apl̄i testimoniū resurrectionis Jesu xp̄i dñi nr̄i:⁊ gra magna erat i oibus illis. Neqz enī qsq̄ egens erat inter illos. Quotquot enī possessores agroꝝ aut domorum erāt,vendētes afferebāt ptia eorū q̄ vendebāt,et ponebāt ad pedes apl̄oꝝ. Dividebat aūt singulis prout cuiqz opus erat. Joseph aūt q cognominatus est Barnabas ab apl̄is(qđ est interpretatū,filius cōsolationis)Leuites,Cyprius genere,cum haberet agrum,vendidit eum,⁊ attulit pretium,⁊ posuit ante pedes apostolorum.

Psa.cix.a. F

Luce. xxiij.c. Matth. xxvij.c. War.xv. b. G

Matth. xxvij.c. War.xv. b. Luce. xxiij.c. Johan. xviij.g. E

Deute. xviij.c. D

Psa.cxvij. d. Matth. xxj.d. War.xij. a. C

Luc.xx. c. Isa. xxviij.d. j.per.ij.a Ro.ix.g. B

Psa.ij.a. F

¶ Capitulū Summarium. ad dos Ananie ⁊ vxoris eius, apostolorumq; captiuitas. Caput.v.

A

VIr aūt qdā noīe ananias cū saphyra vxore sua vēdidit agr̄: ⁊ fraudauit de ptio agri ꝯscia vxo re sua: ⁊ afferēs ptē quādā ad pedes apl̄oꝝ posuit. Dixit aūt petr⁹ ad ananiā. Anania, cur tē tauit satanas cor tuū mēturi te spūisctō ⁊ fraudare de pre tio agri? Nōne manēs tibi manebat: ⁊ venūdatū i tua erat plāte? Quare posuisti in corde tuo hāc rē? Nō es mentitus hoīb⁹ sz deo. Audiēs aūt ananias hec verba: cecidit ⁊ expi rauit. Et fact⁹ ēst timor magn⁹ sup oēs q audierūt. Surgē

B

tes aūtē iuuenes amouerūt eū ⁊ efferētes sepelierūt. Factū est autē ꝯsi horar̄ triū spatiū: ⁊ vxor ipsi⁹ nesciēs qō factum fuerat introiuit. Dixit aūt ei petr⁹. Dic mihi mulier si tāti agrū vēdidistis? At illa dixit. Etiā tanti. Petrus autē ad eā. Quid vtiq; cōuenit vobis tēptare spūm dñi? Ecce pedes eoꝝ qui sepelierunt virū tuū ad ostiū: ⁊ efferēt te. Cōfestim

C

cecidit aī pedes eius: ⁊ expirauit. Intrantes autē iuuenes inuenerūt illā mortuā, ⁊ extulerūt, ⁊ sepelierūt ad virū suū. Et fact⁹ ē timor magn⁹ in vniuersa eccl̄ia ⁊ in oēs q audie rūt hec. Per manꝰ aūt apl̄oꝝ fiebāt signa ⁊ pdigia multa in plebe. Et erāt vnanimiter oēs in porticu salomonis. Cete

5.liij.a. Infra xj.a.

rorū autē nemo audebat se cōiungere illis: sed magnifica bat eos ppl's. Magis autē augebaꝯ credētū in dño multi tudo viroꝝ ac mulierū: ita vt i plateas eīcerēt infirmos ⁊ po nerēt in lectulis ac grabatis: vt veniēte petro saltē vmbra illi⁹ obūbraret quēq; illoꝝ ⁊ liberarent oēs ab infirmitatib⁹ suis. Cōcurrebat aūt ⁊ multitudo vicinaꝝ ciuitatū hierl'm:

D

afferētes egros ⁊ veratos a spiritib⁹ immūdis: q curabant oēs. Erurgēs aūt ꝑceps sacerdotū: ⁊ oēs q cū illo erāt (q̄ est heresis saduceoꝝ) repleti sunt zelo ⁊ iniecerūt manꝰ in apl̄os ⁊ posuerūt eos in custodia publica. Angelus autem dñi p noctē apiens ianuas carcerꝫ ⁊ educēs eos dixit. Ite ⁊ stātes loquimini in tēplo plebi oīa vba vite hui⁹. Qui cū au

5.xvj.a.

dissent itrauerūt diluculo i tēplū ⁊ docebāt. Aduenies aūt ꝑceps sacerdotū ⁊ q cū eo erāt cōuocauerūt cōciliū et oēs seniores filioꝝ isrl̄: ⁊ miserūt ad carcerē: vt adducerēt. Cū aūt venissent ministri: ⁊ apto carcere nō inuenissent illos: re uersi nūtiauerūt dicētes. Carcerē qdē inuenim⁹ clausum cū

E

oī diligētia ⁊ custodes stātes aī ianuas. Aperientes autē ne minē intus inuenim⁹. Vt aūt audierūt hos sermones magi strat⁹ tēpli ⁊ ꝑncipes sacerdotū: ambigebāt de illis qd nam fieret. Aduenies aūt qdā nuntiauit eis: q; ecce viri qs̄ po suistis in carcere sunt in tēplo stātes ⁊ docētes pp̄lm. Tūc abiit magr̄atus cū ministris ⁊ adduxit illos sine vi. Time bāt enī pp̄lm ne lapidarent. Et cū adduxissent illos statue

5.liij.d.

rūt in cōcilio. Et iterrogauit eos ꝑnceps sacerdotū dicēs, Precipiēdo ꝑcepim⁹ vobis ne doceretꝭ in noīe isto: et ecce replest̄ hierl'm doctrīa vr̄a ⁊ vultꝭ introducere sup nos san

F

guinē hois isti⁹. Rūdēs aūt petr⁹ ⁊ apl̄i dixerunt. Obedire oꝑtz deo magis q̄ hoīb⁹. Deꝰ p̄r̄m nr̄oꝝ suscitauit Jesuꝫ quem vos interemistis suspēdētes in ligno. Hunc ꝑncipem ⁊ saluatorē deꝰ exaltauit dextera sua: ad dandā penitentiā israel ⁊ remissionē pctōꝝ. Et nos sum⁹ testes hoꝝ vboꝝ ⁊ spūs sanct⁹ quē dedit deꝰ oīb⁹ obedientib⁹ sibi. Hec autē cū audissent dissecabant: ⁊ cogitabāt interficere illos. Surgēs

Infra. xxij.a. 5.liij.c. 5.ij.c.

aūt qdā i cōcilio pharis̄eꝰ noīe gamaliel legis doctor honorabilis vniuerse plebi: iussit foras ad breue hoies fieri. Di

G

xitq; ad illos. Viri isrl̄ite attēdite vobis sup hoīb⁹ istis: qd acturi sitis. Ante hos enī dies extitit theodas dicēs se esse ali quē cui ꝯsensit numer⁹ virorū circiter q̄dringētoꝝ. Qui oc cisus est ⁊ oēs quotquot credebant ei dissipati sunt: ⁊ redacti ad nihilū. Post hūc extitit iudas galileꝰ in diebus ꝑfessio nis: ⁊ auertit pp̄lm post se. Et ipse perijt: ⁊ oēs quotquot cō senserunt ei dispersi sunt. Et nunc itaq; dico vobis discedi te ab hoībus istis: ⁊ sinite illos. Qm̄ si est ex hoīb⁹ cōsilium hoc aut opus dissolueꝫ: si vō ex deo est: nō poteritꝭ dissolue re illō ne forte ⁊ deo repugnare videamini. Cōsenserūt aūt illi ⁊ cōuocātes apl̄os cesis denuntiauerūt ne omino loquerēt in noīe iesu: ⁊ dimiserūt eos. Et illi qdē ibāt gaudētes a cō

spectu cōcilij: qm̄ digni habiti sunt p noīe Jesu cōtumeliā pati. Omni autem die non cessabāt in templo ⁊ circa do mos docentes ⁊ euangelizantes Jesum Christum.

¶ L. S. Stephanus vn⁹ e septē diaconis accusat. Ca. vj.

IN diebus autē illis crescēte numero discipulorū factū est murmur grecorū aduersus hebreos eo qō despicerētur in ministerio quotidiano vidue eorum. Conuocātes duodecim multitudinē di scipulorum dixerunt. Non est equum nos derelinquere ver bum dei: ⁊ ministrare mēsis. Consyderate ergo frēs viros ex vobis boni testimonij septē: plenos spūsancto ⁊ sapiētia quos cōstituam⁹ super hoc opus. Nos vero oratōi ⁊ mini sterio verbi instantes erimus. Et placuit sermo coram oī mul titudine. Et elegerūt stephanū virū plenū fide ⁊ spūsancto: et philippū, ⁊ procorū, ⁊ nicanorē, ⁊ timonē, et parmenā, et nicolaū aduenā antiochenū. Hos statuerūt ante cōspectū

5.j.d.

apostolorū: ⁊ orātes imposuerūt eis manꝰ. Et vbū dñi cre scebat: ⁊ multiplicabaꝯ numer⁹ discipulorū in hierl'm valde. Multa etiā turba sacerdotū obediebat fidei. Stepha nus aūt plen⁹ gr̄a ⁊ fortitudine faciebat pdigia ⁊ signa ma gna in pp̄lo. Surrexerūt aūt qdā de synagoga q̄ appella baꝯ libertinoꝝ ⁊ cirenēsiū ⁊ alexādrinorū ⁊ eoꝝ q erāt a cili cia ⁊ asia disputātes cū stephano: ⁊ nō poterāt resistere sapi

Infra. vij.d.

entie ⁊ spūi q loquebaꝯ. Tūc submiserūt viros q dicerēt se audiuisse eū dicentē verba blasphemie in Moysen ⁊ deū. Cōmouerunt itaq; plebē ⁊ seniores ⁊ scribas: ⁊ cōcurrētes rapuerūt eū: ⁊ adduxerūt in cōciliū ⁊ statuerūt falsos testes qui dicerent. Homo iste nō cessat loq vba aduersus locum sanctum ⁊ legē. Audiuimus enī eū dicentē: qm̄ iesus naza renus hic destruet locū istū: ⁊ mutabit traditiones quas tra didit nobis Moyses. Et intuentes eū omnes qui sedebant in concilio viderunt faciem eius tanq̄ faciem angeli.

¶ L. S. Stephani in dicēdo libertas, eiusq; interi⁹. L. vij.

DIxit aūt ꝑnceps sacerdotum si hec ita se habe rēt. Qui ait, Viri fratres ⁊ patres audite. Deus glorie apparuit patri nr̄o abrahe cū esset in me sopotamia priusq̄ moraret in charrā: et dixit ad illū, Exi de terra tua: ⁊ de cognatione tua ⁊ veni in ter rā quā mōstrauero tibi. Tūc exijt de terra chaldeoꝝ ⁊ ha bitauit in charran. Et inde postq̄ mortu⁹ est pater eius tran stulit illū in terrā istā in qua nūc vos habitatis. Et nō dedit illi hereditatē in ea: nec passum pedis: sz repromisit dare il li eā in possessionē ⁊ semini eius post ipsum cū nō hēret filiū.

Genesis xij.a.

Locut⁹ est aūt ei deꝰ: q; erit semē tuū accola i terra aliena: et seruituti eos subjcīēt ⁊ male tractabūt eos annis q̄dringentis triginta: ⁊ gentem cui seruierint iudicabo ego: dicit dñs. Et post hec exibūt ⁊ seruiēt mihi in loco isto. Et dedit illi testm̄ circūcisionis: ⁊ sic genuit isaac ⁊ circūcidit eū die octaua: ⁊ isaac iacob, ⁊ iacob duodecī pr̄iarchas. Et pr̄iar

Ge.xxv.c.

che emulātes ioseph vēdiderūt in egyptū ⁊ erat deꝰ cū eo. Et eripuit eū ex omnib⁹ tribulationib⁹ eius ⁊ dedit ei gra tiam ⁊ sapientiā in ꝯspectu pharaonis regꝭ egyptiorū: ⁊ cō stituit eū ꝓpositum sup egyptū: ⁊ sup oēm domū suā. Venit aūt fames in vniuersam egyptū ⁊ chanaā: ⁊ tribulatio ma gna ⁊ nō inueniebāt cibos pr̄es nr̄i. Cū audisset aūt iacob esse frumentū in egypto, misit pr̄es nr̄os primū: ⁊ in scōo co gnitus est ioseph a fr̄ibus suis: ⁊ manifestatū est pharaoni genus eius. Mittēs aūt ioseph accersiuit iacob pr̄em suū: ⁊ oēm cognationē suā in animab⁹ septuagintagnq;. Et de scēdit iacob in egyptū: ⁊ defunct⁹ est ipse ⁊ pr̄es nr̄i. Et trā slati sunt in sichē ⁊ positi sunt in sepulchro qō emit abrahā

Genesis xlviij.a.

ꝑtio argenti a filijs emor filij sichē. Cum aūt appropinq̄ret tps promissiōis quā cōfessus erat deꝰ abrahe: crenit ppl's et multiplicat⁹ est i egypto q̄ adusq; surrexit alius rex i egypto q nō sciebat ioseph. Hic circūuenies genꝰ nr̄m: afflixit pa tres nr̄os vt exponerēt infantes suos ne viuificarent. Eodez

Exo.j.a. Exo.ij.a.

tpe natus est moyses ⁊ fuit gratus deo: q nutrit⁹ est tribus mensibus in domo patris sui. Exposito aūt illo sustulit eū filia pharaonis et nutriuit eum sibi in filium. Et eruditus est Moyses omni sapientia egyptiorum: et erat po

tens

Exodi ij.c.

D

Exodi iij.a.

E

Exodi vij.viij. ix.x xj. xiij.. Exodi xvj.a. Deuter. xviij.c. Exodi ix.a. Exodi xxxij.a.

Amos v.g.

F

Exodi xxv.d. Hebr. viij.b. Josue iij.c.d. 1.Reg. xvj.c. ps.cxxxij a. 1.Parali. xvij.c.

G

iij.regū vj.a. Infra xvij.f. Jl.xvj.a

Viri scitis q; de hoc artificio est nobis acquisitio: & videtis & auditis q; non solū Epheſi, sed pene totius Asie Paulus hic suadēs auertit multā turbā, dicēs Qm̄ non sunt dij qui manib⁹ fiūt. Nō solū aūt hec piclitabit nobis pars in redargutionē venire, sz & magne Diane tēplū in nihilū reputabit, & destrui incipiet maiestas ei⁹, quā tota Asia & orbis colit. His auditis, repleti sunt ira, & exclamauerūt, dicētes, F Magna Diana Ephesiorū. Et ipleta est ciuitas tota confusione, & impetū fecerūt vno aio in theatrū, rapto Caio & Aristarcho Macedonib⁹, comitib⁹ Pauli. Paulo aūt volēte itrare in pplm, nō pmiserūt discipuli. Quidā eñ & de asie pncipibus q erāt amicitiē⁹, miserūt ad eū rogantes ne se daret in theatrū. Alij aūt aliud clamabāt. Erat eñ ecclesia cōfusa: & plures nesciebāt qua ex causa conuenissent. De turba aūt detraxerunt Alexādrum, propellētib⁹ eum Judeis. Alexāder aūt manu silentio postulato, volebat reddere rōnē pplo. Quē vt cognouerūt Judeū esse, vox facta vna est oiz ḡsip horas duas clamātiū, Magna Diana Ephesiorū. Et cū sedasset scriba turbas, dixit, Viri Ephesij, qs eñ est hoīm qui nesciat Ephesiorū ciuitatē cultricē esse magne Diane Jouisq; protis? Cū ergo his dici nō possit, oportet vos sedatos esse, & nihil temere agere. Adduxistis enim hoīes istos, neq; sacrilegos neq; blasphemātes deā vrām. Q; si Demetrius & qui cū eo sunt artifices, habent aduersus aliquē cām, quētē⁹ forenses agunt, & procōsules sunt, accusent inuicē. Si q; aūt alteri⁹ rei q̄ritis: in legitima ecclia poterit absolui. Nā & periclitamur argui seditiōis hodierne: cum nullus obnoxius sit de quo possimus reddere rationē concursus istius. Et cum hec dixisset, dimisit ecclesiam.

¶ Capituli Summarium. Paulus peragratis multis. grecie locis, Jerosolymam contendit. Caput. xx.

A Postq; aūt cessauit tumult⁹, vocatis Paul⁹ discipulis, & exhortat⁹ eos, valedixit, & profectus est vt iret in Macedoniā. Cū aūt pambulasset ptes illas & exhortat⁹ eos fuisset multo sermōe, venit ad Greciā: vbi cū fuisset mēses tres, facte sunt illi insidie a Judeis, nauigaturo in Syriā: habuitq; cōsiliū vt reuerteret p Macedoniā. Comitat⁹ est aūt eū Sosipater Pyrrhi Berrhēēsis, Thessalonicēsiū vo Aristarch⁹, & Secūs, et Caius Derbe⁹, & Timothe⁹, Asiani vo Tychic⁹ & Trophim⁹. Hi cū pcessissent, sustinuerunt nos Troade: nos vo nauigauim⁹ post dies Azymoz a Philippis, & venim⁹ ad eos Troadē in dieb⁹ qnq;, vbi demorati sum⁹ dieb⁹ septē. Una aūt sabbati cū cōuenissem⁹ ad frāgēdū panē, Paulus disputabat cū eis pfectur⁹ in crastinū, ptraxitq; sermonē vsq; in mediā noctē. Erāt aūt lāpades copiose in cenaculo vbi eram⁹ cōgregati. Sedēs aūt qdā adolescēs noie Eutychus sup fenestrā, cū mergeret somno graui, disputante diu Paulo, ductus somno cecidit de tertio cenaculo deorsum, & sublat⁹ est mortu⁹. Ad quē cū descēdisset Paul⁹ incubuit sup eū: & cōplexus dixit. Nolite turbari, aia eñ ipsius in ipso est. Ascēdens aūt, frāgēsq; panē & gustās, satisq; allocutus vsq; in lucē, sic pfect⁹ est. Adduxerūt aūt puerū viuētē, & cōsolati sunt nō mīme. Nos aūt ascēdētes nauem nauigauimus in Asson, inde suscepturi Paulū. sic ei disposuerat, ipse p terrā iter factur⁹. Cū aūt cōueniss em⁹ in Asson, assumpto eo, venim⁹ Mytilenē. Et inde nauigātes, sequēti die venimus & Chiū, & alia die applicuim⁹ Samū: & sequēti die venim⁹ Miletū. pposuerat eñ Paul⁹ trāsnauigare Ephesum, ne qua mora illi fieret in Asia. Festinabat eñ, si possibile sibi esset, vt die pentecostē faceret Jerosolymis. B Miletо aūt mittēs Ephesum, vocauit maiores natu ecclie. Qui cū venissent ad eum, & simul essent, dixit eis. Vos scitis a prima die q̄ ingressus sum in Asiā q̄l̄r vobiscū p oē tps fuerim, seruiēs dño cū oi humilitate & lachrymis, & tētationib⁹ q̄ mihi acciderūt ex insidijs Judeorū: quō nihil subtraxerim vobis vtiliū, quominus annūtiarē vobis & docerē vos publice & per domos, testificās iudeis atq; gētilib⁹ in deū pniam, & fidē in dñm nostrū Jesum xp̄m. Et nūc ecce ego alligat⁹ spū, vado in Jerl̄m: q̄ in ea vētura sunt mihi, ignorās, nisi qđ spūssanctus p oēs ciuitates mihi ptestat, dicēs qm̄ vincula & tribulatiōes Jerosolymis me manent. Sed nihil horum vereor: nec facio aimā meā pretiosiorē q̄m me dūmodo consummē cursum meū & ministeriū verbi qđ accepi a dño Jesu, testificari euangeliū gr̄e dei. Et nūc ecce ego scio q; amplius non videbitis faciē meā vos oēs per quos trāsiui p̄dicās regnū dei. Quapropter cōtestor vos hodierna die, qđ mūdus sum a sanguine omniū. Nō eñ subterfugi quominus annūtiarē omne consiliū dei vobis. Attēdite vobis & vniuerso gregi, F in quo vos spūssctūs posuit epōs regere ecclesiā dei, quā acquisiuit sanguine suo. Ego scio qm̄ intrabūt post discessionem meā lupi rapaces in vos, nō parcentes gregi. Et ex vobisipsis exurgēt viri loquētes pernersa, vt abducāt discipulos post se. Propter qđ vigilate, memoria retinētes, qm̄ per triennīū nocte & die nō cessaui cū lachrymis monere vnumquēq; vestrū. Et nūc cōmendo vos deo & verbo gr̄e ipsius, q potēs est edificare, & dare hereditatē in sanctificatis oībus. Argentū, & aurū, aut vestē nullius cōcupiui. Sicut ipsi scitis qm̄ ad ea q̄ mihi opus erāt, & his q mecum sunt ministrauerunt manus iste. Oīa ostēdi vobis, qm̄ sic laborātes, opz suscipere infirmos, ac meminisse verbi dñi Jesu, qm̄ ipse dixit. Beatius est magis dare q̄m accipere. Et cum hec dixisset, positis genibus suis orauit cū oībus illis. Magnus aūt fletus factus est oīm: & procūbentes sup collū Pauli osculabātur eū, dolētes maxime in verbo qđ dixerat, qm̄ amplius faciem eius nō essent visuri. Et deducebant eum ad nauem.

¶ Capituli Summarium. Predicit Agabus Paulum Jerosolymis captum iri. Caput. xxi.

Cum autē factū esset vt nauigaremus abstracti ab eis, recto cursu venimus Coū, & sequenti die Rhodū, & inde Patarā. Et cū inuenissem⁹ nauē trāstretātē in Phenicē: ascēdētes nauigauim⁹. Cū apparuissemus aūt Cypro, relinquētes eā ad sinistrā, nauigauim⁹ in Syriā, & venim⁹ Tyrū. ibi eñ naus exposita erat on⁹. Inuētus aūt discipulis, māsim⁹ ibi diebus septem: qui Paulo dicebāt p spūm, ne ascēderet Jerosolymā. Et expletis dieb⁹ pfecti ibam⁹, deducētib⁹ nos oībus cum vxoribus & filijs vsq; foras ciuitatē: & positis genibus in littore, orauim⁹. Et cū valefecissem⁹, inuicē ascendim⁹ nauē, illi aūt redierūt in sua. Nos vero nauigatione expleta, a Tyro descēdim⁹ Ptolemaidā: & salutatis fratrib⁹, māsimus die vna apud illos. Alia aūt die profecti, venim⁹ Cesareā. Et intrātes domū Philippi euangeliste, q erat vnus de septē, māsim⁹ apud eū. Huic aūt erāt ḡtuor filie vīgines, pphetātes. Et cū moraremur per dies aliquot, supuenit quidā vir a Judea ppheta, noie Agabus. Is cū venisset ad nos, tulit zonā Pauli: & alligans sibi pedes & manus, dixit. Hec dicit spūssanctus: virū cui⁹ est zona hec, sic alligabūt in Jerusalē Judei, & tradēt in man⁹ gētiū. Qđ cū audissemus, rogabamus nos & qui loci illi⁹ erāt, ne ascēderet Jerosolymā. Tūc rndit Paulus, & dixit. Quid facitis flētes et affligentes cor meū? Ego aūt nō solū alligari, sed & mori in Jerl̄m parat⁹ sum pp̄ter nomen dñi Jesu. Et cū ei suadere non possemus quieni⁹, dicētes, Dñi voluntas fiat. Post dies aūt istos preparati, ascēdebamus in Jerl̄m. Venerūt autē qdā ex discipulis a Cesarea nobiscū, adducētes secū (apud quē hospitaremur) Jasonē quēdā Cypriū antiquū discipulū. Et cum venissem⁹ Jerosolymā, libēter exceperūt nos fres. Sequēti aūt die introibat Paul⁹ nobiscū ad Jacobū, oēsq; collecti sunt seniores. Quos cū salutasset, narrabat p singula, q̄ deus fecisset in gētib⁹ p ministeriū ipsi⁹. At illi cū audissent, magnificabāt deum, dixerūtq; ei. Vides frater quot milia sunt in Judeis qui crediderūt: & oēs emulatores sunt legis. Audierūt aūt de te q; discessionē doceas a Moyse, eor q p gētes sunt Judeor, dicēs nō debere eos circūcidere filios suos, neq; sm cōsuetudinem ingredi. Quid ergo est? Utiq; oportet cōuenire multitudinē: audiēt eñ te supuenisse. Hoc ergo fac, qđ tibi dicim⁹. Sūt nobis viri quatuor, votū hūtes sup se. His assumptis sanctifica te cū illis: & impēde in illis, vt radāt capita: & sciēt oēs quia q̄ de te audierūt falsa sunt, sz

ambulas ⁊ ipse custodiēs legē. De his aūt qui crediderunt
E ex gētib⁹ nos scripsimus, iudicātes vt abstineāt se ab idolis
immolato ⁊ sanguine, ⁊ suffocato, ⁊ fornicatiōe. Tūc Paulus assumptis viris postera die purificatus cū illis intrauit
in tēplū, annūtiās expletionē dierum purificationis, donec
offerret p vnoquoq; eox oblatio. Dū aūt septē dies cōsummarent, hi qui de Asia erāt Iudei, cū vidissent eū in tēplo,
cōcitauerūt omnē pplm, ⁊ iniecerūt ei man⁹, clamātes. Viri
F Israelite, adiuuate: hic est hō q aduersus populū ⁊ legem
⁊ locū hūc, oēs vbiq; docēs, insup ⁊ gētiles induxit in templū ⁊ violauit sanctū locū istū. Viderant enī Trophimum
Ephesiū in ciuitate cū ipso, quē existimauerūt quū in templū
introduxisset Paulus. Commotaq; est ciuitas tota: ⁊ facta
est cōcursio populi. Et apprehēdētes Paulū, trahebant eū
extra tēplū: ⁊ statim clause sunt ianue. Querentibus autem
eū occidere, nūtiatū est tribuno cohortis. Quia tota cōfunditur Ierlm. Qui statim assumptis militib⁹ ⁊ cēturionib⁹,
decucurrit ad illos. Qui cū vidissent tribunū ⁊ milites: cessauerūt pcutere paulū. Tūc accedēs tribun⁹ apphēdit eū, ⁊
G iussit eū alligari catenis duabus: ⁊ interrogabat qs esset, ⁊
quid fecisset. Alij aūt aliud clamabāt in turba. Et cum non
posset certū cognoscere pre tumultu, iussit duci eū in castra.
Et cū vemsset ad gradus, cōtigit vt portaret⁊ a militib⁹ propter vim populi. Sequebat enī multitudo populi clamās.
Tolle eū. Et cum cepisset induci in castra Paulus dicit tribuno. Si licet mihi loqui aliquid ad te: Qui dixit ei. Grece
nosti: Nōne tu es Egyptius qui ante hos dies tumultū cōcitasti, ⁊ eduxisti in desertū quatuor milia virorū sicariorū:
Et dixit ad eū Poulus. Ego homo sum quidē Iudeus a
Tharso Licie, nō ignote ciuitatis municeps. Rogo aūt
te, permitte mihi loqui ad populū. Et cum ille permisisset:
Paulus stans in gradibus annuit manu ad plebem: ⁊ magno silentio facto, allocutus est lingua Hebrea, dicens.

¶ Capituli Summarium. Paulus captus reddit rationē doctrine. Caput. xxij.

A Viri fratres ⁊ patres, audite quā ad vos nūc reddo rationē. Cū audissent aūt q: Hebrea lingua
loqueret⁊ ad illos, magis prestiterunt silentiū. Et
ō.viij.a. dicit. Ego sum vir Iude⁹, natus Tharso Licie, nutrit⁹ aūt in ista ciuitate secus pedes Gamalielis, eruditus iuxta veritatem paterne legis, emulator legis sicut et
vos oēs estis hodie: q hāc viā psecut⁹ sum vsq; ad mortem,
alligās ⁊ tradēs in custodias viros ac mulieres, sicut prin-
ō.ix.a. ceps sacerdotū mihi testimoniū reddit, ⁊ oēs maiores na-
B tu a qbus ⁊ epl'as accipiēs ad fratres, Damascū pgebā, vt
adducerem inde vinctos in Ierlm, vt punirent⁊. Factum est
aūt eūte me ⁊ approp inquāte Damasco, media die, subito
de celo circūfulsit me lux copiosa, ⁊ decidēs in terram, audi
ni vocē dicentē mihi, Saule Saule, qd me psequeris: Ego
aūt rūdi, Quis es dñe: Dixitq; ad me, Ego sum Jesus na-
zarenus⁹ quē tu psequeris. Et qui mecū erāt, lumē quidē vide
C rūt, vocē aūt nō audierūt eius, qui loquebat⁊ mecū. Et dixi.
Quid faciā dñe. Dñs aūt dixit ad me, Surgēs vade Damascū: ⁊ ibi tibi dicet⁊ de oībus q̄ te oporteat facere. Et cum
nō videret⁊ pre claritate luminis illi⁹, ad manū deduct⁹ a comitib⁹ veni Damascū. Ananias aūt quidā, vir⁹ legem,
testimoniū habēs ab oīb⁹ cohabitātib⁹ Judeis, veniēs ad
D me ⁊ stans, dixit mihi, Saule frater, respice. Et ego eadem
hora respexi in eū. Et ille dixit, De⁹ patrū nostrox p̄ordinauit te, vt cognosceres volūtatē ei⁹, ⁊ videres iustum, ⁊ audires vocē ex ore ei⁹: q⁹ eris testis illius ad oēs homines, eox q̄
vidisti ⁊ audisti. Et nunc qd moraris: Exurge ⁊ baptizare,
⁊ ablue pcā tua inuocato noie ipsi⁹. Factū est aūt reuertēti
mihi⁊ Ierlm ⁊ orāti i tēplo, fieri me in stupore mētis, ⁊ vide
re illum dicētem mihi, Festina, ⁊ exi velociter ex Ierlm, q̄m
nō recipiēt testimonium tuum de me. Et ego dixi, Dñe, ipsi
E scūt q⁹ ego erā q̄cludēs i carcerē, ⁊ cedēs p synagogas eos
q credebāt in te: ⁊ cū funderet⁊ sanguis Stephani testis tui.
ō.vij.g. ego astabā ⁊ q̄sentiebā, ⁊ custodiebā vestimēta interficiētiū
illū. Et dixit ad me, Uade, q̄m ego in natiōes lōge mittāte.

Audiebāt aūt eū vsq; ad hoc vbū, ⁊ leuauerunt vocē suā,
dicētes, Tolle de terra hmōi: nō enī fas est eū viuere. Uociferātib⁹ aūt eis, ⁊ pciētib⁹ vestimēta sua, ⁊ pulueē iactantib⁹ in aerē, iussit tribun⁹ induci eū i castra, ⁊ flagellis cedi,
F ⁊ torq̄ri eū: vt sciret ppt quā causaz sic acclamarēt ei. Et cū
astrinxisset eum lorus, astāti sibi cēturioni Paul⁹ dixit, Si
hoiez Romanū ⁊ indēnatū lz vobis flagellare. Quo audito, centurio accessit ad tribunū, ⁊ nūtiauit ei, dicens, Quid
actur⁹ es: Hic enī hō, ciuis Roman⁹ est. Accedēs aūt tribun⁹ dixit illi, Dic mihi, si tu: Romanus es, At ille dixit,
Etiā. Et rndit tribun⁹, Ego multa sūma ciuilitatē hāc cō-
G secut⁹ sum. Et Paul⁹ ait, Ego aūt⁊ nat⁹ sum. Protinus
ergo discesserūt ab illo, qui eū torturi erāt. Tribunus q̄z timuit post q̄ rescinit q⁹ ciuis Roman⁹ esset, ⁊ q⁹ alligasset
eū. Postera aūt die volēs scire diligēti⁹, qua ex causa accusaret⁊ a Judeis, soluit eū, ⁊ iussit sacerdotes conuenire ⁊ oē
concilium. ⁊ producens Paulum, statuit inter illos.

¶ Capituli Summarium. Insidie ⁊ iniurie aduersariorum Pauli. Caput. xxiij.

A Intēdēs aūt in cōciliū Paul⁹ ait. Uiri fratres,
ego oi q̄scia bona q̄uersat⁹ sum añ deuz vsq; in
hodiernū diē. Princeps aūt sacerdotū ananias,
p̄cepit astātib⁹ sibi pcutere os eius. Tūc Paulus dixit ad eū, Percutiet te de⁹, paries dealbate. Et tu sedens iudicas me sm legē, ⁊ꝫ legem iubes me pcuti. Et qui
astabāt, dixerūt, Sūmū sacerdotem dei maledicis: Dixit Exodi
aūt Paul⁹. Nesciebā ffres q⁹ princeps ē sacerdotū. Scriptū xxij.d.
est enī, Principē ppli tui nō maledices. Sciēs aūt Paulus B
q⁹ vna pars esset sadduceox, ⁊ altera phariseorū, exclamauit i cōcilio, Uiri ffres ego phariseus sum filius phariseox: de spe Philip.
⁊ resurrectiōe mortuox ego iudicor. Et cū hec dixisset, factā iij.b.
est dissensio inter phariseos ⁊ sadduceos, ⁊ soluta est multitudo. Sadducei aūt dicūt non esse resurrectionē mortuorū, Matth.
neq; angelū, neq; spūs: Pharisei aūt vtraq; p̄fitent. Factus xxij.c.
est aūt clamor magnus, ⁊ exurgētes qdā phariseox, pugnabāt, dicētes, Nihil mali inuenim⁹ i hoie isto. quid si spūs locut⁹ est ei, aut angel⁹: Et cū magna dissensio fctā eēt, timēs
tribun⁹ ne discerperet⁊ Paul⁹ ab ipsis, iussit milites descēdere ⁊ rape eū ō medio eox, ac deducere eū i castra. Sequē-
ti aūt nocte assistēs ei dñs, ait, Cōstās esto. sicut enim testificat⁹ es de me in Ierlm, sic te opz ⁊ Rome testificari. Facta
aūt die, collegerūt se quidā ex Judeis, ⁊ deuouerūt se dicētes, neq; manducaturos, neq; bibituros, donec occiderent D
Paulū. Erāt aūt pl⁹ q̄ q̄dragita viri, qui hāc cōiurationē
fecerāt qui accesserūt ad p̄ncipē sacerdotū ⁊ seniores, ⁊ dixerūt, Deuotiōe deuouimus nos, nihil gustaturos donec occidam⁹ Paulū. Nunc ergo vos notū facite tribuno cū cōcilio, vt p̄ducat illū ad vos, tāq; aliqd certi⁹ cogniturі de eo.
Nos vo prius q̄ appropiquet, pati sum⁹ iterficere illū. Qō
cū audisset filius sororis Pauli insidias, venit⁊ intrauit in castra, nūtiauitq; Paulo. Uocās aūt Paul⁹ ad se vnū ex cēturionib⁹, ait, Adolescētē hūc adduc ad tribunū: hz enī ali
qd indicare illi. Et ille qdē assumēs eū, duxit ad tribunū, ⁊ E
ait, Vinct⁹ Paul⁹ rogauit me, hūc adolescētē p̄ducere ad
te, hūtē aliqd log tibi. Apphēdēs aūt tribun⁹ manū illius,
secessit cū eo seorsum, ⁊ iterrogauit illū. Quid est q⁹ habes
indicare mihi: Ille aūt dixit Judeis conuenit rogarete, vt
crastina die p̄ducas Paulū i cōcilū, q̄si aliqd certi⁹ inquisiturі sint de illo. tu vo ne crediderіs illis: insidiant enī ei ex eis
viri āpli⁹ q̄ q̄dragita: q⁹ se deuouerūt nō mānducare neq; bibere, donec iterficiāt eū: ⁊ nūc pati sūt expectātes pmissum
tuū. Tribun⁹ igit dimisit adolescētē, p̄cipiens ei ne cui loq̄
ret⁊ q̄ hec nota sibi fecisset. Et vocatis duob⁹ cēturionib⁹, F
dixit illis, Parate milites ducētos, vt eāt vsq; Lesareā, ⁊
eqtes septuagita, ⁊ lācearios ducētos, a tertia hora noctis
iumēta p̄parate. vt ponētes Paulū, saluū p̄ducerēt ad Felicē p̄sidem, (Timuit enī, ne forte raperēt eū Judei ⁊ occiderēt, ⁊ ipse postea calūnīā sustineret, tāq; acceptur⁹ pecunīā)
scribēs ei epl'am cōtinētē hec: Claud⁹ Lysias optimo p̄sidi Felici salutem. Uirū hūc cōprehēsum a Judeis, ⁊ inci-

pientem

pientē interfeci abeis,supueniēs cū exercitu eripui,cognito ꝙ Romanus est:volensq; scire causam quā obijciebāt illi,deduxi eū in concilium eorū.Quem inueni accusari de questionibus legis ipsorū:nihil vero dignum morte aut vinculis habentē crimen.Et cū mihi perlatum esset de insidijs quas parauerant illi,misi eum ad te,denūtians & accusatoribus vt dicāt apud te.Vale.Milites vero,scōm preceptū sibi,assumentes Paulū,duxerūt per noctē in Antipatridē. Et postera die dimissis equitib⁹,vt cū eo irēt,reuersi sunt ad castra.Qui cum venissent Cesareā,et tradidissent epistolā presidi,statuerunt ante illum & Paulū. Cum legisset autē, & interrogasset de qua prouincia esset:et cognoscēs quia de Cilicia,Audiam te,inquit,cum accusatores tui venerint. Jussitq; in pretorio Herodis custodiri eum.

¶ L.S.Paulus apud felicē pſidē accusat. Caput.xxiiij.

Octoquinq; aūt dies descēdit princeps sacerdotum Ananias,cū senioribꝰ qbusdā & Tertullo quodā oratore q adierūt pſidē aduersus Paulū.Et citato Paulo,cepit accusare Tertullus, dicēs.Cū in multa pace agamus p te,& multa corrigant̄ p tuā puidētiā:semp & vbiq; suscipimus,optime Felix,cum omni gratiarū actione.Ne diutiꝰ autē te protrahā,oro,breuiter audias nos p tua clemētia. Inuenimus hūc hominē pestiferū & cōcitantē seditionē omnibus Judeis in vniuerso orbe,& autorem seditionis secte Nazarenorum,q etiā templū violare conatꝰ est,quē & apprehēsum voluimꝰ secundū legē nostrā iudicare.Supueniēs aūt tribunus Lysias,cum vi magna eripuit eum de manibus nr̄is,iubēs accusatores eius ad te venire,a q̄ poteris ipse iudicās de oībus istis cognoscere,de quibus nos accusamꝰ eū.Adiecerūt aūt & Judei,dicētes hec ita se habere.Rūdit aūt Paulus,annuēte sibi preside dicere.Ex multis annis te esse iudicē genti huic sciēs,bono aīo p me satisfaciā. Potes em̄ cognoscere quia nō plus sunt mihi dies q̄ duodecim,ex q̄ ascēdi adorare in Jerusalē.& neq; in tēplo inuenerūt me cū aliq̄ disputantem, aut cōcursum facientem turbe,neq; in synagogis,neq; in ciuitate.neq; pbare possunt tibi de quibus nūc me accusant. Cōfiteor autē hoc tibi q̄ secundū secta,quā dicūt heresim, sic deseruio patrio deo meo,credēs oībus q̄ in lege & pphetis scripta sunt:spē habēs in deū,quā & hi ipsi expectant,resurrectionē futurā iustorū & iniquorū. In hoc et ipse studeo sine offendiculo conscientiā habere ad deū et ad hoies semper. Post annos autē plures,eleemosynas facturus in gentem meā veni & oblationes,& vota in qbꝰ inuenerūt me purificatū in tēplo,nō cū turba neq; cū tumultu.Et apprehenderunt me clamātes,& dicētes.Tolle inimicū nostrū. Quidam aūt ex Asia Judei,quos oportebat apud te pſto esse & accusare,si qd haberēt aduersum me:aut hi ipsi dicāt si qd inuenerūt in me iniquitatis,cū stē in cōcilio,nisi de vna hac solūmodo voce,qua clamaui inter eos,stās.Quoniam de resurrectiōe mortuorū ego iudicor hodie a vobis. Distulit autē illos Felix,certissime sciens de via hac,dicens. Cum tribunus Lysias descēderit,audiā vos.Jussitq; centurioni custodire eū,& habere requiē,nec quēquā de suis prohibere ministrare ei.Post aliq̄t aūt dies veniēs Felix cū Drusilla vxore sua,que erat Judea,vocauit Paulum,& audiuit ab eo fidē q̄ est in Christū iesum.Disputāte aūt illo de iustitia et castitate & de iudicio futuro,tremefactus Felix respōdit. Q̄ nūc attinet,vade:tēpore autē opportuno accersam te. simul et sperans q̄ pecunia ei daretur a Paulo,propter q̄ et frequēter accersens eum,loquebatur cum eo.Biennio aūt expleto,accepit successorē Felix.Portium Festum.Volens autē gratiā prestare Judeis Felix,reliquit Paulū vinctū.

¶ L.S.Paulus a pſide appellat Cesarem. Caput.xxv.

Festus ergo cū venisset in puinciā,post triduum ascēdit Jerosolymā a Cesarea.Adierunt̄q; eū principes sacerdotū,& primi Judeorū aduersus Paulū:& rogabāt eū postulātes gratiā aduersus eū,vt iuberet pduci eū in Jerusalē,insidias intendentes vt interficerēt eū in via.Festus aūt rūdit,seruari qdē Paulum in Cesarea:se aūt maturiꝰ pfecturū. Qui ergo ī vobis (ait)potētes sunt,descendētes simul:si q̄ est in viro crimē, accusent eū.Demoratus aūt inter eos dies nō amplius q̄ octo aut decē,descēdit Cesareā:& altera die sedit pro tribunali:& iussit Paulū adduci.Qui cū pductꝰ esset:circūstetерunt eū q ab Jerosolyma descēderāt Judei,multas & graues causas obijcientes,quas nō poterāt pbare.Paulo rationem reddēte.Quoniā neq; in legē Judeorū neq; in templū, neq; in Cesarem quicquā peccaui.Festus autē volens gratiam prestare Judeis,rūdens Paulo,dixit.Vis Jerosolymam ascēdere,et ibi de his iudicari apud me?Dixit autē Paulus.Ad tribunal Cesaris sto,ibi me oportet iudicari. Judeis nō nocui,sicut tu melius nosti.Si em̄ nocui,aut dignū morte aliqd feci,nō recuso mori.si vō nihil est eorū que hi accusant me:nemo potest me illis donare.Cesarē appello.Tūc Festus cum cōsilio locutꝰ,rūdit,Cesarē appellasti: ad Cesarē ibis.Et cū dies aliq̄t trāsacti essent,Agrippa rex & Bernice descenderūt Cesareā ad salutandū Festū.Et cū dies plures ibi morarent̄,Festꝰ regi iudicauit de Paulo, dicēs.Vir qdā est derelictꝰ a Felice vinctus,de quo cū essem Jerosolymis,adierūt me principes sacerdotum & seniores Judeorū,postulantes aduersus illū dānationē. Ad quos respondi.Quia nō est Romanis cōsuetudo dānare aliquē hominē priusq̄ is q accusat̄ pſentes habeat accusatores, locūq; defendēdi accipiat ad abluēda crimina q̄ ei obijciūtur.Cū ergo huc cōuenissent,sine vlla dilatione,in sequenti die sedēs pro tribunali iussi adduci virū.De q̄,cū stetissent accusatores,nullā causam deferebāt de qbꝰ ego suspicabar malū:q̄stiones vō quasdā de sua superstitiōe habebāt aduersus eū,& de quodā Jesu defuncto,quē affirmabat Paulus viuere.Dubitās aūt ego de huiusmodi questiōe,dicebam,si vellet ire Jerosolymā,ibi iudicari de istis.Paulo autem appellāte vt seruarēt Augusti cognitioni,iussi seruari eū. donec mittērez eū ad Cesarē.Agrippa autē dixit ad Festū. Volebā & ipse hominē audire.Cras,inqt,audies eū.Altera autē die cū venisset Agrippa & Bernice cum multa ambitione,& introissent in auditoriū cū tribunis et viris principalibus ciuitatis,iubēte Festo adductꝰ est Paul⁹.Et ait Festus,Agrippa rex,& oēs qui simul adestis nobiscum viri, videtis hūc hiem,de quo oīs multitudo Judeorū interpellauit me Jerosolymis,petentes & acclamātes,nō oportere eū viuere amplius. Ego vero cōperi,nihil dignū morte eum admisisse.Ipso aūt hoc appellāte ad Augustum,iudicaui mittere.De quo qd certū scribā dño,non habeo.Propter q̄ produri eum ad vos,& maxime ad te rex Agrippa,vt interrogatione facta,habeā q̄ scribā.Sine ratione em̄ mihi videtur,mittere vinctum,& causas eius non significare.

¶ Capituli Summarium.Apud agrippam regē paulus suam innocentiam tuetur. Caput.xxvj.

Agrippa vō ad Paulū ait.Permittit tibi loq pro temetipso.Tūc Paulꝰ extenta manu cepit rationē reddere.De omnibꝰ qbꝰ accusor a Judeis rex Agrippa,existimo me beatum,apud te cum sim defensurꝰ me hodie,maxime te sciēte oīa que apud Judeos sunt,consuetudines et q̄stiones.Propter q̄ obsecro, patiēter me audias.Et qdē vitā meā a iuuētute,que ab initio fuit in gente mea in Jerosolymis,nouerunt oēs Judei, prescientes me ab initio(si velint testimoniū perhibere)qm̄ secūdū certissimā sectā nr̄e religiōis,vixi phariseus.Et nūc in spe q̄ ad pres nr̄os repromissiōis facta est a deo,sto iudicio subiectꝰ,in q̄ duodecim tribꝰ nr̄e nocte & die deseruiētes, sperāt deuenire.De q̄ spe accusor a Judeis rex.Quid incredibile iudicat̄ apud vos,si deꝰ mortuos suscitat?Et ego quidem estimauerā me aduersus nomē Jesu Nazarei debere multa cōtraria agere:& feci Jerosolymis.& multos sanctorū ego in carceribꝰ inclusi a principibꝰ sacerdotū potestate accepta:& cū occiderent̄,detuli sententiā.Et p oēs synagogas frequēter puniēs eos,compellebā blasphemare:& amplius insaniens in eos,persequebar vsq; in exteras ciuitates. In qbus dū irem Damascū cū potestate et permissu principū

D sacerdotū die media in via vidi, rex, de celo supra splēdorē solis circūfulsisse me lumē, & eos qui mecū simul erāt. Omnesq; nos cū decidissem⁹ in terrā, audiui vocē loquentē mihi hebraica lingua, Saule Saule, qd me persequris? Durū est tibi contra stimulum calcitrare. Ego autē dixi. Quis es dñe? Dñs autē dixit. Ego sum Jesus quem tu persequeris. Sed exurge & sta sup pedes tuos. Ad hoc enī apparui tibi vt cōstituā te ministrū & testē eorū q̄ vidisti & eorū in quibus apparebo tibi, eripiens te de pplis & gentibus, in quas nunc E ego mitto te aperire oculos eorū, vt cōuertantur a tenebris ad lucē, & de potestate satane ad deū, vt accipiāt remissionē peccatorū, & sortē inter sanctos per fidē, q̄ est in me. Vñ, rex Agrippa nō fui incredulus celesti visiōi: sz his q̄ sunt Damasci primū, & Jerosolymis, & in omnē regionem Judee, & gentibus annuntiabā vt penitentiā agerēt, & cōuerterentur ad deum, digna penitētie opera facientes. Hac ex causa me ō.xxij. et xxxij. Judei cū essem in tēplo, cōprehensum tentabāt interficere. ō.xxj.e. Auxilio aūt adiutus dei, vsq; in hodiernū diē sto, testificās minori atq; maiori, nihil extra dicēs q̄ ea q̄ pphete locuti sunt futura esse, & Moyses, si passibilis Christus, si primus F ex resurrectione mortuorū, lumē annūtiaturus est populo & gētibus. Hec loquēte eo & rationē reddente, Festus magna voce dixit, Insanis Paule: multe te litere ad insaniam cōuertunt. Et Paulus. Non insanio (inquit) optime Feste: sz veritatis & sobrietatis verba loquor. Scit enim de his rex, ad quem constanter loquor, latere enim nihil horum arbitror. Nec enim in angulo quicq̄ horum gestum est. Credis G rex Agrippa prophetis? Scio quia credis. Agrippa autē ad Paulum. In modico suades me Christianum fieri. Et Paulus, Opto apud deum et in modico, et in magno: non tantum te, sed etiā omnes qui audiūt hodie, fieri tales, qualis ego sum, exceptis vinculis his. Et exurrexit rex & presses & Bernice & qui assidebant eis. Et cū secessissent, loquebantur adinuicem, dicentes. Quia nihil morte aut vinculis dignum quid, fecit homo iste. Agrippa autē Festo dixit. Dimitti poterat homo hic, si non appellasset Cesarem.

¶ Capituli Summarium. Paulus cum multis Romā nauigans naufraginm patitur. Caput. xxvij.

A Vt aūt iudicatū est nauigare eū in Italiā, et tradi Paulū cū reliqs custodijs centurioni nomine Julio, cohortis Auguste: ascēdentes nauem ñ. Comm. xj.f. Adrumetinā incipiētē nauigare circa Asie loca, sustulim⁹ pseuerante nobiscum Aristarcho Macedone Thessalonicensi. Sequēti aūt die venim⁹ Sidonē. Humane autē tractās Julius Paulū, pmisit ad amicos ire, & curā sui agere. Et inde cū sustulissemus, subnauigauim⁹ Cyprū: propterea q̄ essent vēti cōtrarij. Et pelagus Cilicie & Pamphilie nauigātes, venim⁹ Lystriā, que est Lycie: & ibi mueniēs centurio nauē Alexādrinā nauigantē in Italiā, trāspoB suit nos in eā. Et cū multis diebus tarde nauigaremus, & vix deuenissem⁹ cōtra Cnidū, phibēte nos vento, adnauigauimus Crete iuxta Salmonē: & vix iuxta nauigātes, venim⁹ in locū quendā qui vocatur Boni portus, cui iuxta erat ciuitas Thalassa. Multo aūt tēpore peracto, & cū iam nō esset tuta nauigatio, eo q̄ ieiunniū iā preteriisset, consolabat eos Paulus, dicens eis. Viri, video q̄m cū iniuria & multo dāC no, non solū oneris & nauis, sed etiā animarū nostrarum incipit esse nauigatio. Centurio autē gubernatori & nauclero magis credebat, q̄ his que a Paulo dicebant. Et cū aptus portus non esset ad hyemandū, plurimi statuerūt cōsilium nauigare inde, si quo modo possent deuenientes Phenicē hyemare, portū Crete respicientē ad Africum & ad Chorū. Aspirante autē Austro estimātes propositum se tenere cum sustulissent de Asson, legebant Cretam. Nō post multum aūt misit se cōtra ipsam vētus Typhonic⁹, q̄ vocatur Euro aglo. Cumq; arrepta esset nauis, & non posset conari in ventū, data naue flatibus ferebamur. In insulā aūt quandam decurrētes, que vocatur Clauda, potuim⁹ vix obtinere scaphā. Qua sublata adiutorijs vtebantur, accingentes nauem, timentes ne in Syrtim inciderēt, submisso vase, sic ferebant. Valida aūt nobis tēpestate iactatis, sequenti die iactū fecerūt: & tertia die suis manib⁹ armamēta nauis pie- D cerunt. Nec aūt sole, nec; sideribus apparentib⁹ p plures dies, & tēpestate non exigua imminēte, iam ablata erat spes oīs salutis nostre. Et cum multa ieiunatio fuisset, tunc stās Paulus in medio eorū, dixit. Oportebat quidē: o viri, audito me nō tollere a Creta: lucriq; facere iniuriā hanc, & iacturā. Et nunc suadeo vobis bono aīo esse. amissio enī nullius aīe erit ex nobis, preter q̄ nauis. Astitit enim mihi hac nocte angel⁹ dei cui⁹ sum ego: et cui deseruio, dicens. Ne time Paule, Cesari te oportet assistere: ecce donauit tibi E deus oēs qui nauigāt tecum. Propter qō, bono aīo estote viri. credo enim deo q̄ sic erit quēadmodū dictum est mihi. In insulā autē quandam oportet nos deuenire. Sed postea quā quarta decima nox superuenit, nauigātibus nobis in Adria circa mediā noctē, suspicabant naute apparere sibi aliquam regionem. Qui & submittētes bolidē, inuenerunt passus viginti: & pusillum inde separati, inuenerunt passus quindecim. Timētes aūt ne in aspera loca inciderem⁹. de puppi mittentes ancoras quatuor, optabāt diē fieri. Nautis vero querētibus fugere de naui, cū mississent Scaphā in mare, sub obtētu quasi inciperent a prora ancoras extende- F re, dixit Paulus cēturioni & militibus. Nisi hi in naui manserint, vos salui fieri non potestis. Tunc abscidērūt milites funes scaphe: & passi sunt eam excidere. Et cū lux inciperet fieri, rogabat Paulus oēs sumere cibū, dicēs. Quartadecima die hodie expectātes ieiuni pmanetis, nihil accipientes. Propter qō rogo vos accipere cibū p salute vestra: q̄ nullius vestrū capillus de capite peribit. Et cum hec dixisset, sumens panē gratias egit deo in cōspectu omnium: & cū fregisset, cepit manducare. Animequiores autem facti omnes, & ipsi sumpserūt cibum. Eramus vero vniuerse anime in naui ducēte septuaginta ser. Et satiati cibo allenabant nauem, iactātes triticū in mare. Cum aūt dies factus esset, G terrā non agnoscebant: sinū vero quēdam cōsiderabant habentem litus, in quē cogitabāt, si possent, eijcere nauem. Et cum ancoras sustulissent, cōmittebant se mari, simul laxantes iuncturas gubernaculorum: & leuato artemone secundū aure flatum, tendebant ad litus. Et cum incidissemus in locum dithalassum, impegerūt nauē. & prora quidē fixa, manebat immobilis, puppis vero soluebatur a vi maris. Militum autem cōsiliū fuit vt custodias occiderēt: ne quis cum enatasset, effugeret. Centurio autem volens seruare Paulum, prohibuit fieri. iussitq; eos qui possent natare, emittere se primos, et euadere, & ad terrā exire: et ceteros alios in tabulis ferebant: quosdam, super ea que de naui erāt. Et sic factum est vt omnes anime euaderent ad terram.

¶ Capituli Summarium. Paulus editis in litore miraculis Romam venit. Caput. xxviij.

H Et cum euasissem⁹, tunc cognouim⁹ quia Melite, insula vocabat. Barbari vero prestabant nō modicam humanitatem nobis. Accensa enī pyra, reficiebant nos omnes, propter imbrem qui imminebat, et frigus. Cū cōgregasset autem Paulus sarmentorū aliquantam multitudinē, et imposuisset sup ignē, vipera a calore cū pcessisset, invasit manū eius. Ut vero viderūt Barbari pendētem bestiam de manu ei⁹, adinuicem dicebāt. Vtiq; homicida est homo hic, qui cū euasit de mari, vltio nō sinit eū viuere. Et ille quidē excutiēs bestiam in I ignem, nihil mali passus est. At illi existimabāt eum in tumorem cōuertendū, & subito casurū et mori. Diu autē illis expectantib⁹ & videntibus nihil mali in eo fieri, conuertētes se, dicebāt eum esse deū. In locis autē illis erāt pdia principis insule, nomine Publij, qui nos suscipiens triduo benigne exhibuit. Cōtigit aūt patrē Publij febrib⁹ & dysenteria veratū iacere. Ad quē Paul⁹ intrauit. & cum orasset et K imposuisset ei manus, salnauit eū. Quo facto, oēs q̄ in insula habebāt infirmitates: accedebāt, et curabant: q̄ etiā multis honorib⁹ nos honorauerūt. & nauigātib⁹ ipsuerūt que necessaria erant. Post mēses aūt tres, nauigauim⁹ in naui

Alexãdria, que in insula hyemauerat, cui erat insigne Castorũ. Et cum venissemus Syracusas, mãsimus ibi triduo
Inde circũlegẽtes deuenimus Rhegum: ⁊ post vnũ diem
flante Austro, secũda die venimus Puteolos, vbi inuentis fratribus rogati sumus manere apud eos dies septẽ: et
D sic venimus Romã. Et inde cum audissent fratres, occurrerũt nobis vsq; ad Appij forũ, ac tres Tabernas. Quos
cũ vidisset Paulus, gratias agens deo, accepit fiduciam.
Cum autem venissemus Romam, permissum est Paulo
permanere sibimet cum custodiente se milite. Post tertiũ
autem diem cõuocauit primos Judeorũ. Cũq; venissent,
dicebat eis, Ego viri fratres, nihil aduersus plebẽ faciẽs,
E aut morem paternum, vinctus ab Jerosolymis traditus
sum in manus Romanorum. qui cũ interrogationẽ de me
habuissent, voluerũt me dimittere, eo qõ nulla esset causa
mortis in me. Contradicentibus autem Judeis, coactus
sum appellare Cesarẽ: non quasi gentem meã habens aliquid accusare. Propter hanc igitur causam rogaui vos vi
dere ⁊ alloqui. Propter spem eñ Jsrael, catena hac circũ
datus sum. At illi dixerunt ad eũ, Nos neq; literas accepi
mus de te a Judea, neq; adueniens aliqs fratrũ nũtiauit,
aut locutus est qd de te malũ. Rogamus autem a te audi
F re que sentis. nam de secta hac notum est nobis quia vbiq;
ei cõtradicitur. Cum cõstituissent aũt illi diẽ, venerunt ad
eũ in hospitiũ plurimi: quibus exponebat testificãs regnũ
dei, suadẽsq; eis de Jesu ex lege Moysi ⁊ pphetis, a mane vsq; ad vesperã. Et quidã credebãt his q̃ dicebant: quidam veronõ credebãt. Cũq; inuicẽ non essent cõsentiẽtes,
discedebãt, dicẽte Paulo vnũ verbũ: Quia bene spũsanctus locut⁹ est per Jsaiã pphetã ad patres nostros, dicẽs,
Isa. vi.c. Matth. xiij.b. Mar. iiij. b. Luc. viij.f Jo. xij.f. Ro. xj.b. Vade ad pplm istum, ⁊ dic, Aure audietis ⁊ nõ intelligetis, ⁊ videntes videbitis, ⁊ non perspicietis. Incrassatum est
eñ cor populi huius, ⁊ auribus grauiter audierunt et oculos suos compresserũt: ne forte videãt oculis, ⁊ auribus audiant, ⁊ corde intelligãt, ⁊ cõuertantur, ⁊ sanem eos. Notũ
ergo sit vobis, qm̃ gentibus missum est hoc salutare dei, et
ipsi audiẽt. Et cũ hec dixisset. Exierant ab eo Judei multam habentes inter se questionem. Mansit autem biennio
toto in suo conductu. ⁊ suscipiebat omnes qui ingrediebantur ad eum, predicans regnum dei, et docẽs que sunt de domino Jesu Christo, cum omni fiducia, sine prohibitione.

¶ Explicit liber actuum apostolorum.

¶ Incipit prologus beati Hieronymi presbyteri in septem epistolam canonicas.

On ita est ordo apud Grecos qui integre sapiunt fidemq; rectã sectãtur epistolarũ septẽ q̃ canonice nũcupantur: sicut in latinis codicibus inuenitur: vt quia petrus est primus in ordine apostolorũ prime sint etiam eius epistole in ordine ceterarum. Sed sicut euangelistas dudũ ad veritatis lineã correximus: ita has proprio ordini deo iuuãte reddidimus. Est eñ prima earũ vna Jacobi: due Petri: tres Joannis: ⁊ Jude vna. Que si sic vt ab eis digeste sunt: quoq; ab interpretibus fideliter in latinum verterentur eloquiũ: nec ambiguitatẽ legẽtibus faceret: nec sermonum sese varietas impugnaret illo precipue loco vbi de vnitate trinitatis in prima Joannis epistola positũ legimus: in qua etiã ab infidelibus trãslatoribus multũ erratum esse a fidei veritate cõperimus: triũ tãtũmodo vocabula hoc est: aque: sanguinis: ⁊ spũs in ipsa sua editione ponẽtibus: et patris verbiq; ac spũs testimoniũ omittentibus in quo maxime ⁊ fides catholica roboratur: ⁊ patris ⁊ filij ⁊ spũssancti vna diuinitatis substãtia comprobatur: In ceteris vero epistolis q̃tũ a nostra aliorum distet editio: lectoris prudẽtie derelinquo. Sed tu virgo Christi custos
chium dum a me impensius scripture veritatem inquiris: meam
quodãmodo senectutem inuidorũ dentibus corrodendã exponis:
qui me fallarium corruptoremq; sanctarũ pronũtiant scripturarum.
Sed ego in tali opere nec emulorũ meorũ inuidentiam pertimesco:
nec sancte scripture veritatem poscentibus denegabo.

¶ Explicit prologus beati Hieronymi presbyteri in septem epistolas canonicas.

¶ Incipit argumentum in easdem.

Acobus: Petrus: Joannes: ⁊ Judas septem epistolas ediderũt tã mysticas q̃ succinctas. ⁊ breues partiter ac longas: breues in verbis: longas in sententijs: vt rarus sit qui non in earum lectione cecutiat.

¶ Explicit argumẽtum in septẽ epistolas canonicas.

¶ Prologus Hieronymi in epistolam sancti Jacobi ex libro de illustribus viris.

Acobus qui appellatur frater dñi cognomento iustus vt nonnulli existimant Joseph ex alia vxore Jesca eius genuisse autem mihi videtur filius Marie sororis matris domini: cuius Joannes in libro suo meminit. Hic post passionẽ dñi ⁊ resurrectionem statim ab apõlis Jerosolymorũ episcopus ordinatus: vnã tantum scripsit epistolã q̃ de septem canonicis est: q̃ ab alio sub nomine eius edita asseritur: licet paulatim ꝓcedẽte tpe obtinuerit autoritatẽ. Egisipp⁹ vicinus apostolorũ temporũ in quinto cõmentariorũ libro de Jacobo narrans ait. Suscepit ecclesiam Jerosolyme post apostolos frater domini Jacobus cognomento iustus: hic de vtero matris sanctus fuit vinum ⁊ sicerã nõ bibit: carnẽ nullam comedit nunq; attõsus est: nec vnctus vnguẽto: nec vsus balneo. Huic solitũ erat ingredi sancta sanctorũ: vestib⁹ laneis nõ vtebatur: sed lineis: solusq; ingrediebatur tẽplũ ⁊ firis genub⁹ pro pplo ꝓcabatur inrãtũ vt cameloũ duritiem traxisse eius genua crederẽtur. Dicit ⁊ alia multa q̃ enumerare longũ est. Sed ⁊ Josephus in vigesimo libro antiquitatum ⁊ clemens in septimo hypotyposeon: ideſt informationum dicunt mortuo festo qui Judeam procurabat albinum successorem ei⁹ missum a Nerone: qui cũ necdũ ad prouinciam venisset Ananus pontifex adolescens Anani filius de gñe sacerdotali accepta actione concilium congregauit ⁊ compellans publice Jacobũ vt Christũ negaret cõtradicentẽ lapidari iussit. Qui cũ precipitatus de pinna tẽpli confractis cruribus semianimis diceret. Obsecro ignosce illis quid enim faciãt nesciunt: fullonis fuste cerebro percussus interijt. Tradidit. item. Josephus tante eũ sanctitatis fuisse ⁊ celebritatis in populo: vt ꝓpter eius necẽ subuersam Jerusalem creditum sit. Testantur acta postolorũ multa de eo. Triginta annis Jerosolymam rexit vsq; ad septimũ Neronis annum. Juxta templum vbi precipitatus fuerat sepultus est: titulum vsq; ad obsidionẽ Titi ⁊ vltimã Adriani notissimum habuit. Quidam e nostris putauerũt eum in monte olyueti conditum: sed falsa eorum opinio est.

¶ Incipit argumentũ in epistolã canonicã beati Jacobi apli.

Acobus apostolus sanctum instruit clerũ de cultura celestium preceptorum ⁊ regula catholice obseruantie: et de inuicte patientie maiestate. ⁊ de reluctatione plurimorum: ⁊ de mendacio magistrorum.

¶ Explicit argumentum.

¶ Incipit epistola canonica beati Jacobi apostoli.

¶ Capituli Summarium. Contendendum ad sapiẽtiam humilitatem, tentationis sufferentiam ⁊c. Caput.j.

Acobus dei ⁊ dñi nostri Jesu xpi seruus duodecim tribub⁹, q̃ sunt in dispersione, slutẽ. Omne gaudiũ existimate fratres mei, cum in tẽtationes varias incideritis: scientes q̃ probatio fidei vestre, patientiã operatur. Patiẽtia aũt opus perfectũ habeat: vt sitis perfecti ⁊ integri, in nullo deficiẽtes. Si quis aũt vestrum indiget sapiẽtia, postulet a deo q̃ dat omnib⁹ affluenter, ⁊ nõ improperat: ⁊ dabit ei. Postulet aũt in fide, nihil hesitãs. qui eñ hesitat, similis est fluctui maris, qui a vento mouet ⁊ circũfert. nõ ergo existimet homo ille qõ accipiat aliqd a dño. Vir duplex aĩo, inconstans est in omnib⁹ vijs suis. Glorietur aũt frater humilis, in exaltatione sua: diues aũt in humilitate sua, qm̃ sicut flos feni trãsibit. exortus est eñ sol cũ ardore, ⁊ arefecit fenũ, ⁊ flos eius decidit, ⁊ decor vult⁹ eius deperijt. Ita ⁊ diues in itineribus suis marcescet. Beatus vir qui suffert tentationẽ: qm̃ cũ probat⁹ fuerit, accipiet coronã vite, quã repromisit deus diligẽtib⁹ se. Nemo cum tentatur, dicat qm̃ a deo tẽtatur. Deus eñ intentator malorũ est: ipse aũt neminẽ tentat. Unusquisq; vero tentatur, a cõcupiscẽtia sua abstractus ⁊ illectus. Deinde cõcupiscentia cũ cõceperit, parit peccatũ. peccatũ vero cũ consummatũ fuerit, generat mortẽ. Nolite itaq; errare fratres mei dilectissimi. Omne datũ optimũ, et omne donũ perfectum, de sursum est, descẽdẽs a patre luminũ, apud quẽ nõ est trãsmutatio, nec vicissitudinis obũbratio. volũtarie eñ genuit nos verbo veritatis, vt simus initiũ aliqd creature eius. Scitis fratres mei dilectissimi, Sit aũt omis homo velos ad audiẽdũ: tardus aũt ad loquẽdũ, ⁊ tard⁹ ad irã. Ira eñ viri, iustitiã dei nõ operat. Propterq; abijciẽtes oẽm
ũnũditiã ⁊ abũdantiã malitie in mãsuetudine suscipite insitum verbũ, qõ potest saluare aĩas vestras. Estote aũt factores verbi, ⁊ nõ auditores tm̃: fallẽtes vosmetipos. Quia si
quis auditor est verbi, ⁊ nõ factor: hic ꝓparabit viro cõsiderãti, vultum natiuitatis sue in speculo. consideranit enim se, ⁊ abijt, ⁊ statim oblitus est qualis fuerit. Qui autem per-

A

Ro. v.b

Matth. viij.a. xxj. c. Luc. xj.b. Jo. xvj.b ⁊ xvj. e.f.

B

Eccli. xliij.c. Jsa. xl.b. j.pet. j.d. Job. v.c.

C

Prouer. xvij.d.

Matth. vij.d. Roma. ij.b.

D

sperexit in lege perfecte libertatis ⁊ permāserit in ea,nō auditor obliuiosus factus sed factor operis:hic beatus in facto suo erit,si quis autem putat se religiosum esse,nō refrenans linguam suam,sed seducēs cor suum:huius vana est religio. Religio munda et immaculata apud deum et patrem,hec est, Visitare pupillos et viduas in tribulatione eorum:⁊ immaculatum se custodire ab hoc seculo.

¶ Capituli Summarium. Respectus personarum perniciosus, [illegible]. Caput.ij.

A Leui.ix.c. Deuter. j.c.xvj.d. Prouer. xxiiij.c. Eccli. xlij.a.

FRatres mei,nolite in personarū acceptione habere fidē dñi nostri Jesu xpi glorie. Etenī si introierit in cōuentum vestrū vir aureū annulum habens in veste cādida introierit aūt ⁊ pauper in sordido habitu, ⁊ intendatis in eū qui indutus est veste preclara, ⁊ direritis ei. Tu sede hic bene:pauperi aūt dicatis, Tu sta illic, aut sede sub scabello pedū meorū:nonne iudicatis apud vosmetipsos, ⁊ facti estis iudices cogitationum iniquarum? Audite fratres mei dilectissimi: Nonne deus elegit pauperes in hoc mundo, diuites in fide, ⁊ heredes regni quod repromisit deus diligētibus se? Vos autez exhonorastis pauperē. Nonne diuites per potentiam opprimunt vos:⁊ ipsi trahunt vos ad iudicia? Nonne ipsi blasphemāt bonum nomē quod inuocatum est super vos? Si tamen legem perficitis regalem secundū scripturas, Diliges proximū tuū sicut teipsum:bene facitis. si aūt personaz accipitis, peccatū operamini, redarguti a lege quasi transgressores. Quicūqz aūt totam legē seruauerit, offendat aūt in vno:factus est omniū reus. Qui enī dixit, Non mechaberis, dixit ⁊ non occides. Quod si non mechaberis, occides aūt:factus es transgressor legis. Sic loquimini, ⁊ sic facite sicut per legem libertatis incipientes iudicari. Judiciū enī sine misericordia illi qui nō facit misericordia. Superexaltat autem misericordia iudiciū. Quid pderit fratres mei, si fidem quis dicat se habere:opera aūt non habeat? Nunquid poterit fides saluare eum? Si autem frater aut soror nudi sint:⁊ indigeāt victu quotidiano, dicat autem aliquis ex vobis illis. Ite in pace, calefacimini ⁊ saturamini: nō dederitis autē eis que necessaria sunt corpori: quid proderit. Sic ⁊ fides, si nō habeat opera mortua est in semetipsa. Sz dicet quis, tu fidem habes, ⁊ ego opera habeo. ostende mihi fidē tuam sine operibus:et ego ostēdam tibi ex operibus fidem meam. Tu credis quod vnus est deus. Benefacis. et demones credunt ⁊ contremiscunt. Vis autē scire o homo inanis qm̄ fides sine operib⁹ otiosa est? Abrahā pr̄ noster nonne ex operib⁹ iustificatus est, offerens Jsaac filiū suum super altare? Vides qm̄ fides cooperabatur operibus illius:et ex operibus fides cōsummata est? Et suppleta est scriptura, dicens, Credidit Abraham deo, ⁊ reputatū est illi ad iustitiam, ⁊ amicus dei appellatus est. Videtis qm̄ ex operibus iustificatur homo: ⁊ nō ex fide tantum? Similiter ⁊ Raab meretrix, nōne ex operib⁹ iustificata est, suscipiēs nuntios, ⁊ alia via eijciens? Sicut enim corpus sine spiritu mortuum est:ita et fides sine operibus mortua est.

¶ S. Lingua optimū ⁊ pessimū membrū. Caput.iij.

A Watth. xxiij.a.

NOlite plures magistri fieri fratres mei, scientes quoniā maius iudicium sumitis. In multis enī offendimus omnes. Si quis in verbo non offendit:hic perfectus est vir, potens etiā freno circūducere totū corpus. Si aūt equis fena in ora mittimus: ad consentiēdum nobis, omne corpus illorū circūferimus. Et ecce, naues cum magne sint, ⁊ a vētis validis minentur: circumferuntur a modico gubernaculo vbi impetus dirigentis voluerit. Ita ⁊ lingua modicū quidem membrū est, ⁊ magna exultat. Ecce quantus ignis q̄ magnam syluam incendit, Et lingua ignis est, vniuersitas iniquitatis. Lingua cōstituitur in mēbris nostris, que maculat totum corpus, ⁊ inflammat rotam nativitatis nostre inflammata a gehenna. Omnis enī natura bestiarū ⁊ volucrū ⁊ serpentium ⁊ ceterorum domanť, ⁊ domita sunt a natura humana linguam autem nullus hominū domare potest, inquietum malum, plena veneno mortifero. In ipsa benedicimus deum et patrem:et in ipsa maledicimus homines qui ad imaginem et similitudinem dei facti sunt. Ex ipso ore pcedit benedictio ⁊ maledictio. Non oportet fratres mei hec ita fieri. Nūquid fons de eodem foramine emanat dulcē, ⁊ amaram aquā? Nunquid potest fratres mei, ficus vuas facere: aut vitis, ficus? Sic neqz salsam, dulcē potest facere aquam. Quis sapiens et disciplinatus inter vos? Ostēdat ex bona cōuersatione operationem suam in mansuetudine sapiētie. Quod si zelum amarū habetis, ⁊ contētiones sint in cordib⁹ vr̄is: nolite gloriari ⁊ mēdaces esse aduersus veritatē. nō est enī ista sapiētia de sursum descendens a patre luminū: sed terrena, animalis diabolica. Ubi enī zelus ⁊ contentio:ibi inconstantia, ⁊ omne opus prauū. Que aūt de sursum est sapientia, primum quidem pudica est:deinde pacifica, modesta, suadibilis, bonis consentiens, plena misericordia ⁊ fructibus bonis, iudicans sine simulatione. Fructus autem iustitie, in pace seminatur, facientibus pacem.

¶ S. Affectibus non indulgendum. Caput.iiij.

A

VNde bella ⁊ lites in vobis? Nōne ex cōcupiscentijs vestris que militāt in mēbris vestris? Cōcupiscitis, ⁊ nō habetis. occiditis, ⁊ zelatis, ⁊ nō potestis adipisci. litigatz ⁊ belligeratis, ⁊ nō habetis, propterea q̄ nō postulatis. Petitis ⁊ nō accipitis, eo qō male petatis:vt in cōcupiscētijs vr̄is insumatis. Adulteri nescitis qō amicitia huius mūdi, inimica est dei: Quicunqz ergo voluerit amicus esse seculi huius:inimicus dei cōstituitur. An putatis quod inaniter scriptura dicat, Ad inuidiā cōcupiscit spūs qui habitat in vobis? Maiorem autem dat gratiā. Propter qō dicit, Deus superbis resistit:humilibus autem dat gratiā. Subditi ergo estote deo: resistite autē diabolo:et fugiet a vobis. Appropiate deo: et appropinquabit vobis. Emūdate manus, peccatores: ⁊ purificate corda, duplices animo. Miseri estote, ⁊ lugete, et plorate. risus vester in luctū conuertatur, ⁊ gaudiū in merorem. Humiliamini in cōspectu domini, ⁊ exaltabit vos. Nolite detrahere alterutrū fratres mei. Qui detrahit fratri, aut qui iudicat fratrem suum:detrahit legi ⁊ iudicat legem. Si autē iudicas legem:non es factor legis, sed iudex. Unus est enī legislator ⁊ iudex q̄ potest perdere ⁊ liberare. Tu autem quis es qui iudicas proximum tuū? Ecce nunc qui dicitis. Hodie aut crastino ibimus in illam ciuitatem, et faciemus ibi quidem annum, ⁊ mercabimur ⁊ lucrum faciem⁹ (qui ignoratis quid erit in crastino. Que est enī vita vestra? Vapor est, ad modicum parens, ⁊ deinceps extermi nabitur) pro eo vt dicatis, Si dñs voluerit, ⁊ Si vixerimus faciemus hoc aut illud. Nunc autem exultatis in superbijs vestris. Omnis exultatio talis maligna est. Scienti igitur bonum facere, et non facienti:peccatum est illi.

¶ Capitnli Summarium. Diuites oppressores eritium, pauperes felicitas manet. Caput.v.

A

VIte nūc diuites, plorate vlulantes in miserijs vestris que aduenient vobis. Diuitie vestre putrefacte sunt: ⁊ vestimenta vestra a tinets comesta sunt. Aurum et argentum vestrum erugi nauit, ⁊ erugo eorum in testimonium vobis erit, ⁊ manducabit carnes vestras sicut ignis. Thesaurizastis vobis ira in nouissimis diebus. Ecce merces operariorū qui messuerunt regiones vestras, que fraudata est a vobis clamat:et clamor eorum, in aures domini sabaoth introiit. Epulati estis sup terrā:et in luxurijs enutristis corda vestra. In die occisionis adduxistis ⁊ occidistis iustū: ⁊ non restitit vobis. Patientes igitur estote fratres, vsqz ad aduentū domini. Ecce agricola expectat pretiosum fructum terre, patienter ferens donec accipiat tēporaneum ⁊ serotinum. Patiētes igitur estote ⁊ vos, ⁊ cōfirmate corda vr̄a: qm̄ aduentus dñi appropinquauit. Nolite ingemiscere fratres in alterutrum: vt nō iudicemini. Ecce, iudex ante ianuā assistit. Exēplum accipite fratres exitus mali laboris ⁊ patiētie, ypheasq̄ locuti sunt in noīe dñi. Ecce, beatificamus eos q̄ sustinue-

B

C

D

Jeu.xix.d Watth. xxij.d. Marci. xij.c.

C

ro. xiij.c. Gal. v.c. leui.xix.c Deute. j.c.xvj.d. Watth. v.c. j.io.iij.c.

D

Gen. xxiij.b. Gen.xv. Ro.iij.a. Gal.iij.a Jos.ij.a.

B

j.pe.v.b. Ephe. iiij.f.

C

j.pe.v.b.

D

Regum xiij.a.

runt

rum. Sufferentiam Job audistis, & finē dñi vidistis, qō mi
Matth. v.f. sericors dñs est & miserator. Ante omnia autē fratres mei,
nolite iurare, neq; p celū, neq; p terrā, neq; aliud qōcunq;
iuramentū. Sit aūt sermo vester est est, nō nō: vt nō sub iudi
D cio decidatis. Tristatur aut aliquis vestrū: oret. Equo aio
et psallat. Infirmatur quis in vobis: inducat presbyteros
iij. regū. xvij. a.b. Luce iij. d. ecclesie, & orēt sup eū, vngentes eum oleo in noie domini. et
oratio fidei saluabit infirmū, & alleuiabit eū dominus: et si
Matth. xvij. b. in peccatis sit, remittētur ei. Confitemini ergo alterutrum
peccata vra: & orate pro inuicē vt saluemini. multū enī va
let deprecatio iusti assidua. Elias homo erat similis nobis
passibilis: & oratione orauit vt non plueret sup terrā, & non
pluit annos tres & mēses sex. Et rursum orauit: & celum de
dit pluuiā, & terra dedit fructū suū. Fratres mei si quis ex
vobis errauerit a veritate, & cōuerterit quis eū: scire debet
qm̄ qui conuerti fecerit peccatorem ab errore vie sue, salua
bit animā eius a morte, et operit multitudinē peccatorum.

¶ Explicit epistola beati Jacobi apostoli.

¶ Incipit prologus Hieronymi in epistolas sancti Petri ex libro de illustribus viris.

SImon Petrus filius Jone prouincie Galilee vico beth
saida frater Andree apostoli & princeps apostolorū:
post episcopatū Antiochēsis ecclesie & p̄dicationē dis
persionis eorū q̄ de circucisione crediderant in ponto
galathia: cappadocia: asia: & bithinia: secūdo claudij
anno ad expugnādū Simonem magū Romā pergit. Ibiq; vigin
tiquinq; annis cathedrā sacerdotalem tenuit vsq; ad vltimum an
num Neronis: idest quartumdecimū a quo & affixus cruci marty
rio coronat⁹ est capite ad terrā verso: & in sublime pedib⁹ elcuatis:
asserens se indignum vt sic crucifigeretur vt dominus suus. Scripsit
duas epistolas que catholice nominantur: quarū secūda a plerisq;
eius esse negatur propter stylū cum priore dissonātiam. Sed & euā
gelium iuxta marcū qui auditor ei⁹ & interpres fuit huius dicitur.
Libri autem eius e quibus vnus actorū eius inscribitur: alius euan
gelij: tertius: predicationis: quartus apocalypsis: quintus iudicij
inter apocryphas scripturas reputantur. Sepultus rome in vati
cano iuxta viam triumphalē totius vrbis veneratione celebratur.

¶ Explicit prologus.

¶ Incipit argumentum in epistolam beati Petri primam.

DIscipulos saluatoris inuicti toto orbe diffusos et per
egrinos in hoc seculo monstrat: & preterire vite penite
re suadet: & in nouam vitam proficere tota cum sollici
tudine exhortatur Simō Petrus filius Jone prouin
cie Galilee: vico Bethsaida: frater Andree apostoli.

¶ Explicit argumentum.

¶ Incipit epistola beati Petri apostoli prima.

¶ L.S. Salus animarū a nemine negligenda. Cap. j.

A PEtrus apostol⁹ Jesu Christi, electis adue
nis dispersionis Ponti Galathie, Cappa
docie, Asie, & Bithynie, sm̄ prescientiam
dei patris, in sanctificationē spūs, in obe
dientiam & aspersionē sanguinis Jesu xp̄i:
gratia vobis & par multiplicetur. Benedi
ij. Corin. j.a. Ephe. j.a. ctus de⁹, & pater dñi nostri Jesu xp̄i, qui sm̄ misericordiam
suam magnā regenerauit nos in spem viuā, per resurrectio
nem Jesu xp̄i ex mortuis, in hereditatē incorruptibilem, et
incōtaminatā, & immarcessibilem cōseruatā in celis in vo
bis, q in virtute dei custodimini per fidē, in salutē paratam
reuelare in tpe nouissimo. in quo exultabitis, modicū nūc si
oportet contristari in varijs tentationib⁹: vt pbatio vestre
B fidei multo pretiosior auro (qō per ignē probatur) inuenia
tur in laudē & gloriā & honorē in reuelatione Jesu xp̄i, quē
cum nō videritis, diligitis. in quē nunc quoq; non videntes
creditis: credētes autē exultatis letitia inenarrabili & glori
ficata, reportātes finē fidei vestre salutē animarū vestrarū.
de qua salute exquisierūt atq; scrutati sunt pphete, qui de
futura in vobis gratia pphetauerunt, scrutātes in qō vel
quale tps significaret in eis spūs xp̄i, prenūtians eas que in
Christo sunt passiones, & posteriores glorias: quib⁹ reuela
tum est quod non sibimetipsis, nobis autē ministrabant ea
que nunc nuntiata sunt vobis p eos qui euāgelizauerūt vo
bis, spiritu sctō misso de celo, in quē desiderāt angeli pspi
C cere. Propter quod succincti lumbos mentis vestre, sobrij
perfecte sperate in eā que offertur vobis gratiam in reuela
tione Jesu xp̄i quasi filij obedientie, nō cōfigurati prioribus
ignorātie vestre desyderijs: sed sm̄ eū qui vocauit vos, san
ctum, vt & ipsi in omni cōuersatione sancti sitis. qm̄ scriptū
est, Sancti eritis, qm̄ ego sanctus sum. Etsi patrem inuoca
tis eū qui sine accessione psonarū iudicat sm̄ vnius cuiusq;
opus: in timore, incolatus vestri tpe conuersamini. scientes
qō nō corruptibilibus auro vel argēto redēpti estis de va
na vestra conuersatione paterne traditionis: sed pretioso
sanguine quasi agni immaculati xp̄i & incōtaminati, preco
gniti quidem ante mūdi constitutionē, manifestati autē no
uissimis temporibus ppter vos qui per ipsum fideles estis
in deo qui suscitauit eū a mortuis & dedit ei gloriā, vt fides
vestra & spes esset in deo. Animas vestras castificantes in
obedientia charitatis, in fraternitatis amore, simplici ex cor
de inuicem diligite attentius: renati nō ex semine corrupti
bili, sed incorruptibili per verbū dei viui & permanentis in
eternum. quia ois caro vt fenū: & omnis gloria ei⁹ tāq̄ flos
fem. exaruit fenū: & flos eius decidit. Verbū aūt dñi manet
in eternum. hoc est aūt verbū qō euāgelizatū est in vobis.

Leuitici. xj. g. xix. a. xx. b. Deuter. x. d. Roma. ij. b. Gal. ij. d. D j. Corint. vj. d. & vij. d. Hebr. ix. d. j. Jo. j. d. Apocal. j. d. Isa. xl. b. Eccli xviij. c. Jac. j. b.

¶ L.S. Innocentiā puerorum docet. Caput. ij.

A OPonētes igitur omnē malitiā, & omnē dolū, et
simulatiōes, & inuidias, & omnes detractiones,
sicut modo geniti infantes, rationabile & sine do
lo lac concupiscite: vt in eo crescatis in salutē.
si tamen gustatis qm̄ dulcis est dñs. Ad quē accedētes, la
pidem viuū, ab hoīb⁹ quidē reprobatū, a deo aūt electū &
honorificatū: & ipsi tāq̄ lapides vini superedificamini, do
mus spiritualis, sacerdotiū sanctum offerentes spirituales
hostias, acceptabiles deo per Jesum xp̄m. ¶ Propter quod
cōtinet scriptura, Ecce pono in Sion lapidem summū an
gularem, probatum, electum, pretiosum. et qui crediderit
in eum, non confundetur. Vobis igitur honor credentibus.
non credētibus autem lapis, quem reprobauerūt edifican
tes, hic factus est in caput anguli: & lapis offensionis et pe
tra scādali, his q offendūt verbo, nec credūt in quo & positi
sunt. Vos autem genus electū, regale sacerdotiū, gens san
cta, populus acquisitionis: vt virtutes annūtietis eius, qui
de tenebris vos vocauit in admirabile lumē suū. Qui aliquando non populus dei: nūc aūt populus dei. qui nō con
secuti misericordiam: nunc autem misericordiam cōsecuti.
Charissimi, obsecro vos tāq̄ aduenas & peregrinos, absti
nere vos a carnalibus desiderijs que militāt aduersus ani
mam, cōuersationem vestrā inter gentes habentes bonam:
vt in eo qō detrectāt de vobis tāq̄ de malefactorib⁹, ex bo
nis operibus vos cōsiderātes, glorificent deū in die visita
tionis. Subiecti igitur estote omni humane creature pro
pter dñm: siue regi, quasi precellēti: siue ducibus tāq̄ ab eo
missis ad vindictā malefactorū, laudē vero bonorū. quia
sic est voluntas dei, vt bene facientes obmutescere faciatis
imprudentium hominum ignorantiam: quasi liberi, et non
quasi velamen habentes malitie libertatem, sed sicut serui
dei. Omnes honorate. Fraternitatem diligite. Deum time
te. Regē honorificate. Serui, subditi estote in omni timore
dominis nō tantū bonis & modestis, sed etiā discolis. Hec
est enī gratia: si ppter dei cōscientiā, sustinet quis tristitias
patiēs iniuste. Que enim est gratia: si peccātes: & colaphiza
ti suffertis? Sed si bene facientes patiēter sustinetis: hec est
gratia apud deū. In hoc enī vocati estis qr & Christus pas
sus est pro nobis, vobis relinquēs exēplū vt sequamini ve
stigia eius. qui peccatum non fecit, nec mūtus est dolus in
ore eius. qui cum malediceretur, non maledicebat: cū pate
retur, non cōminabatur, tradebat autem iudicāti se iniuste
qui peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignū:
vt peccatis mortui, iustitie viuamus. cui⁹ liuore sanati estis.
Eratis enim sicut oues errantes. sed conuersi estis nunc ad
pastorem & episcopum animarum vestrarum.

Roma. xij. e. Ephe. vj. a. D Coloss. iij. d. Tit. ij. c. j. Corint. vij. c. Isa. liij. c. j. Jo. iij. a. Isa. liij. b.

¶ Capituli Summarū. Mariti & vxoris officia. Cap. ij.

A SImiliter & mulieres, subdite sint viris suis: vt et
si qui nō credūt verbo, per mulierū cōuersatio
nē sine verbo lucrifiant, cōsiderātes in timore ca
stam cōuersationē vestrā, quarū nō sit extrinse
cus capillatura, aut circundatio auri, aut indumenti vesti

Coloss. iij. e. Ephe. v. c. j. tim. ij. c.

mentorū cultus: sed q̄ abscōditus est cordis homo, in incorruptibilitate quieti ⁊ modesti spiritus, qui est in conspectu dei locuples. Sic enī aliq̄n ⁊ sancte mulieres sperantes in deo, ornabant se, subiecte propriis viris, sicut Sara obediebat Abrahe, dominū eum vocans: cuius estis filie, bene facientes, ⁊ nō pertimētes vllā perturbationē. Viri similiter, cohabitantes secundū sciētiā, quasi infirmiori vasculo mulieri impartientes honorem, tanq̄ ⁊ coheredib⁹ gratie vite: vt nō impediant orationes vestre. Jn fine aūt, oēs vnanimes cōpatientes, fraternitatis amatores, misericordes modesti, humiles. non reddentes malū pro malo, nec maledictum pro maledicto: sed ecōtrario, benedicētes, q̄r in hoc vocati estis, vt benedictionē hereditatis possideatis. Qui enim vult vitā diligere, ⁊ dies videre bonos: coerceat linguam suam a malo, ⁊ labia eius ne loquantur dolū. Declinet a malo, ⁊ faciat bonum inquirat pacem, et sequatur eam: quia oculi domini sup iustos, et aures eius in preces eorum: vultus autem domini super facientes mala. Et quis est, qui vobis noceat, si boni emulatores fueritis? Sed et si quid patimini propter iustitiā: beati. Timorē autem eorum ne timueritis, ⁊ nō conturbemini: dñm aūt xp̄m sanctificate in cordibus vestris, parati semper ad satisfactionē omni poscenti vos rationem de ea, que in vobis est, spe. sed cum modestia et timore, cōsciētiam habentes bonā: vt in eo q̄ detrahūt ⁊ vobis, cōfundant q̄ calūniant vestrā bonā i xp̄o cōuersationem. ¶Melius est em̄, vt benefacientes (si volūtas dei velit) pati, q̄ male facientes. quia ⁊ Christus semel pro peccatis nostris mortuus est, iustus pro iniustis: vt nos offerret deo, mortificatos quidem carne, viuificatos autē spiritu. Jn quo ⁊ his qui in carcere erāt spiritibus, veniens predicauit qui increduli fuerant aliquando, quando expectabant dei patientiam in diebus Noe: cum fabricaretur arca in qua pauci, id est, octo anime salue facte sunt per aquam. Quod ⁊ vos nūc similis forme saluos facit baptisma: non carnis depositio sordium, sed conscientie bone interrogatio in deum per resurrectionem Jesu Christi, qui est in dextera dei, deglutiēs mortem, vt vite eterne heredes efficeremur: profectus in celum, subiectis sibi angelis et potestatibus et virtutibus.

¶ Capituli Summarium. Docet Petrus carnis mortificationem et mutuam dilectionem. Caput. iij.

A Christo igitur passo in carne: ⁊ vos eadem cogitatione armamini. quia qui passus est in carne, desijt a peccatis: vt iam nō desiderijs hominū, sed volūtate dei quod reliquum est in carne viuat tempore. Sufficit enī preteritū tempus ad volūtatem gētium cōsummandam, his qui ambulauerūt in luxurijs, desiderijs, vinolētijs, comessatiōibus, potationibus, ebrietatibus, et illicitis idolorum cultibus. in quo admirātur nō cōcurrentibus vobis in eandē luxurie cōfusionem. blasphemantes qui reddent rationem ei, qui paratus est iudicare viuos ⁊ mortuos. Propter hoc enī, ⁊ mortuis euangelizatum est: vt iudicentur quidem ſm homines in carne, viuāt autem ſm deū in spiritu. Omniū aūt finis appropinquauit. Estote itaq̄ prudētes ⁊ vigilate in orationibus. Ante oia autem, mutuā in vobismetipsis charitatē cōtinuā habētes: quia charitas operit multitudinem peccatorū. Hospitales invicē, sine murmuratiōe. Unusquisq̄ sicut accepit gratiam in alterutrum illā administrātes: sicut boni dispēsatores multiformis gratie dei. Si quis loquitur: tanq̄ sermones dei. si quis ministrat: tanq̄ ex virtute, quā administrat deus: vt in omnibus honorificetur deus p Jesum xp̄m: cui est gloria ⁊ imperiū in secula seculorū. Amen. Charissimi, nolite peregrinari in feruore qui ad tēptationē vobis fit, quasi nouum aliquid vobis cōtingat: sed cōmunicātes xp̄i passionibus, gaudete, vt ⁊ in reuelatione glorie eius gaudeatis exultātes. Si exprobramini in noīe xp̄i, beati eritis: q̄m quod est honoris, glorie, ⁊ virtutis dei, ⁊ qui est eius spiritus: super vos requiescit. Nemo aūt vestrum patiatur vt homicida, aut fur, aut maledicus, aut alienorū appetitor. Si autem vt Christianus, nō erubescat, glorificet autē deū in isto noīe. q̄m tempus est vt incipiat iudicium a domo dei. Si autē primum a nobis: quis finis eorum qui nō credūt dei euāgelio? Et si iustus quidem vix saluabitur: impius ⁊ peccator vbi parebit? Jtaq̄ ⁊ hi qui patiūtur secundū volūtatem dei: fideli creatori commendent animas suas in benefactis.

¶ Capituli Summarium. Seniores iuniorib⁹ debēt doctrinam, iuniores senioribus reuerētiam. Caput. v.

A Seniores ergo qui in vobis sunt obsecro, consenio ⁊ testis xp̄i passionum, qui et eius que in futuro reuelāda est glorie communicator: pascite quiin vobis est gregem dei, prouidentes nō coacte, sed spontanee secundum deum: neq̄ turpis lucri gratia sed voluntarie: neq̄ vt dominantes in cleris, sed forma facti gregis ex animo. Et cum apparuerit princeps pastorum, percipietis immarcessibilem glorie coronam. Similiter adolescētes subditi estote senioribus. omnes enim inuicem humilitatem insinuate. quia deus superbis resistit: humilibus autem dat gratiam. Humiliamini igitur sub potenti manu dei, vt vos exaltet in tempore visitationis: omnem solicitudinem vestram proijcientes in eum, q̄m ipsi cura est de vobis. Sobrij estote ⁊ vigilate: quia aduersarius vester diabolus tanq̄ leo rugiēs circuit, querēs quem deuoret. Cui resistite, fortes in fide: scientes eandem passionē ei que in mundo est, vestre fraternitati fieri. ¶Deus autē omis gratie, qui vocauit nos in eternam suam gloriā in Christo Jesu modicū passos ipse perficiet, cōfirmabit, solidabit q̄z. Ipsi gloria, et imperium in secula seculorum. Amen. ¶Per Syluanum fidelem fratrē vobis vt arbitror, breuiter scripsi: obsecrans ⁊ contestans hanc esse veram gratiam dei, in qua ⁊ statis. Salutat vos ecclesia, que est in Babylone, coelecta: ⁊ ¶Marcus filius meus. Salutate inuicem in osculo sancto. Gratia vobis oīb⁹ q̄ estis in Christo Jesu. Amē.

¶ Explicit epistola beati Petri apostoli prima.

¶ Incipit argumentum in epistolam secundam.

Simon Petrus per fidem huic mundo sapientes mortuos esse declarat: eisdemq̄ pietatis q̄sta sit magnitudo luce ipsa clarius manifestat.

¶ Explicit argumentum.

¶ Incipit epistola secunda beati Petri apostoli.

¶ L.S. Semper ad meliora enitendum. Caput. j.

A Simō Petrus seruꝰ ⁊ apostolus Jesu xp̄i: vs qui coequalem nobiscū sortiti sunt fidē in iustitia dei nostri ⁊ saluatoris Jesu christi. Gratia vobis ⁊ pax adimpleatur in cognitione dei, ⁊ Christi Jesu dñi nr̄i: quō omnia nobis diuine virtutis sue que ad vitam ⁊ pietatem, donata sunt, per cognitionē eius qui vocauit nos propria gloria ⁊ virtute, per que maxima ⁊ pretiosa nobis pmissa donauit: vt per hoc efficiamini diuine cōsortes nature, fugientes eius que in mundo est, cōcupiscentie corruptionem. Vos aūt curam omnē subinferētes, ministrate in fide vestra virtutem: in virtute aūt, sciētiam: in sciB entia autem, abstinētiam: in abstinentia autē, patientiā: in patientia autē, pietatē: in pietate autē, amorē fraternitatis: in amore autem fraternitatis, charitatem. Hec enī si vobiscum assint, ⁊ superent nō vacuos, nec sine fructu vos cōstituent in dñi nostri Jesu xp̄i cognitione. Cui enī non presto sunt hec, cecus est, ⁊ manu tentās, oblitionem accipiēs purgationis veterū suorū delictorū. Quapropter fratres magis satagite vt per bona opera certā vestram vocationem et electionem faciatis: hec enī facientes, non peccabitis aliquādo. Sic enī abūdāter ministrabit vobis introit⁹ in eternum regnū dñi ⁊ saluatoris nr̄i Jesu xp̄i. ¶Propter q̄ incipiā vos semp cōmonere de his: ⁊ quidē sciētes ⁊ cōfirmatos vos in presenti veritate. Justū aūt arbitror quādiu sum in hoc tabernaculo, suscitare vos in cōmonitione: certꝰ q̄ velox est depositio tabernaculi mei ſm q̄ ⁊ dñs noster Jesus xp̄s significauit mihi. Dabo aūt operā ⁊ frequēter habere vos post obitū meū: vt horū oīz memoriā faciatis. Nō enī indoctas fabulas secuti notā facimus vob⁹ dñi nr̄i Jesu

Genesis xvij.b. j. Corint vij.b. B pro. xvij. c. ⁊ xxj. d. Ro. xij. d j. Thess. v.d. ¶Psalmo xxxiij.c.

¶ mat. v.a.

ō. ij.c.

Hebr. ix.d. Ro. v.b. D

Genesis vj.b. Matth. xxiiij.b. luc. xvij.f

Ephe. iiij.e.

Prouer. x.b.

¶

Ro. xij.c. Hebr. xiij.a Philip. ij.b.

D

Prouer xj.d.

A

B

Jac. iiij.c Matth. vj.c.

¶ Lu. xij.c. Ro. xij.c. ps. liij.d.

D

¶

Jo. xxj.f. j. cor. ij.c.

christi virtutē ⁊ presentiā:sed speculatores facti illius magnitudinis.Accipiēs eñ a deo patre honorē ⁊ glorią,voce delapsa ad eū huiscemodi a magnifica gloria,Hic est filius meus dilectus in quo mihi ꝓplacui,ipm audite:⁊ hāc vocē nos audiuimus de celo allatā:cū essem⁹ cū ipo in mōte sancto.Et habem⁹ firmiorē pphetic̄ sermonē,cui bene facitis attendētes quasi lucerne lucenti in loco caliginoso, donec dies illucescat,⁊ lucifer oriat in cordibus vr̄is:hoc primū intelligētes qđ oīs pphetia scripture,ppria interpretatione non fit.Non enim voluntate humana allata est aliq̄ pphetia:sed spūsctō inspirati locuti sunt scti dei hoies.

¶ Capituli Summarium.Deus scelera vt olim,sic in posterum puniet. Caput.ij.

Fuerunt vero ⁊ pseudo prophete in pp̄lo,sicut et in nobis erunt magistri mēdaces,qui introducent sectas pditionis,⁊ eū qui emit eos dñm negant superducentes sibi celerem pditionem.Et multi sequētur eor̄ luxurias,p quos via veritatis blasphemabitur:⁊ in auaritia fictis verbis de vobis negotiabūtur quib⁹ iudiciū iā olim nō cessat:⁊ pditio eorum non dormitat.Si enī de⁹ angelis peccātib⁹ nō pepercit,sz rudētibus in ferni detractos in tartarū tradidit cruciādos in iudicium reseruari:⁊ originali mūdo nō pepercit,sed octauū Noe iustitie preconē custodiuit,diluuiū mundo impiorū inducēs: ⁊ ciuitates Sodomorū ⁊ Gomorrheorū in cinerē redigēs, eversione dānauit,exēplū eorū q̄ impie acturi sunt ponēs: ⁊ iustū Lot oppressum a nefandorū iniuria ac luxuriosa cōuersatione eripuit.aspectu eñ ⁊ auditu iust⁹ erat habitans apud eos q̄ de die in diē aiam iustā iniq̄s opib⁹ cruciabāt. Nouit dñs pios de tentatione eripere,iniquos vero in diē iudicij reseruare cruciādos:magis autē eos q̄ post carnē in concupiscentia immūditie ambulant,dñationēq̄z ꝑtēnūt, audaces,sibi placētes:sectas nō metuūt introducere,blasphemātes:vbi angeli fortitudine ⁊ virtute cum sint maiores,nō portāt aduersum se execrabile iudiciū. Hi vero velut irrationabilia pecora,naturaliter in captionē ⁊ in pniciē,in his q̄ ignorāt blasphemātes in corruptione sua perci pientes mercedē iniustitie.voluptatē existimātes,diei delicias coinqnationes ⁊ maculę:delicijs affluentes,in conuiuijs suis luxuriātes vobiscū,oculos hītes plenos adulterij ⁊ incessabilis delicti,pellicientes aias instabiles,cor exercitatum auaritia habentes,maledictionis filij,derelinquētes rectā viā errauerunt,secuti viam Balaam ex Bosor,q̄ mercedē iniquitatis amauit,correptionē vero habuit sue vesanie.subiugale mutū animal,in hois voce loquens,prohibuit pphete insipientiā. Hi sunt fontes sine aqua,⁊ nebule turbinibus exagitate:quib⁹ caligo tenebrarū reseruatur. Superba enim vanitatis loquentes,pelliciūt in desiderijs carnis luxurie,eos q̄ paululū effugiūt,qui in errore conuersantur libertatē illis promittentes,cū ipi serui sint corruptionis a quo eñ quis superatus est:huius ⁊ seruus est.Si enim refugiētes coinquinationes mūdi in cognitione domini nostri ⁊ saluatoris Jesu xp̄i,his rursus implicati superantur:facta sunt eis posteriora deteriora prioribus.Melius eñ erat illis non cognoscere viā iustitie,quā post agnitionem,retrorsum conuerti ab eo qđ illis traditum est sancto mādato.Contingit enim eis illud veri prouerbij,Canis reuersus ad suū vomitū:⁊,Sus lota in volutabro luti.

¶ L.S.Deus patiens retributor. Caput.iij.

Hanc ecce vobis charissimi scribam scribo epl̄am in quib⁹ vestrā excito commonitione,sinceram mentē:vt memores sitis eorū q̄ predixerunt verbor̄ a sctis pphetis,⁊ apl̄orū vestrorū preceptor̄ dñi ⁊ saluatoris:hoc primū sciētes,qđ venīēt in nouissimis diebus in deceptione illusores:iuxta proprias cōcupiscētias ambulātes,dicentes.Vbi est promissio aut aduētus eius? ex quo enī patres dormierūt,oia sic perseverāt ab initio creature.Latet enī eos hoc volentes,q̄ celi erāt prius,⁊ terra,de aqua ⁊ p aquā cōsistēs dei verbo p q̄ ille tūc mūdus aqua inundatus perijt.Celi autē qui nunc sunt,⁊ terra eodem verbo repositi sunt,igni reseruati in diem iudicij ⁊ perditionis impiorū hominū.Unū vero hoc nō lateat vos charissimi q̄ vnus dies apud dñm sicut mille anni,⁊ mille anni sicut dies vnus.Nō tardat dñs promissi,sicut quidā existimāt sed patiēter agit ꝓpter vos,nolens aliquos perire,sed omnes ad penitentiam reuerti.Aduenient autem dies dñi vt fur:in quo celi,magno impetu transiēt,elemēta vero calore solūētur,terra aūt ⁊ que in ipsa sunt opera,exurentur.Cum igitur hec omnia dissoluenda sint:quales oportet vos esse in sanctis cōuersationib⁹ ⁊ pietatibus:expectantes et properantes in aduentū diei dñi per quē celi ardentes solūētur, et elementa ignis ardore tabescēt:Nouos vero celos et nouam terrā ⁊ promissa ipsius expectamus,in quibus iustitia habitat.Propter quod charissimi,hec expectantes,satagite,immaculati ⁊ inuiolati inuenīri in pace,⁊ dñi nostri longanimitatē,salutē arbitramini,sicut ⁊ charissimus frater noster Paulus secundū datā sibi sapientiā scripsit vobis:sicut ⁊ in omnib⁹ epistolis loquēs in eis de his.in q̄bus sunt quedā difficilia intellectu,q̄ indocti ⁊ instabiles depravant,sicut ⁊ ceteras scripturas,ad suam ipsorum perditionem. Vos igitur fratres,custodite ne insipientium errore traducti excidatis a ppria firmitate:crescite vero in gratia ⁊ in cognitione domini nostri ⁊ saluatoris Jesu Christi ipsi gloria ⁊ nunc ⁊ in diem eternitatis.Amen.

¶ Explicit epistola beati Petri apostoli secunda.

¶ Prefacio Hieronymi in epistolas canonicas Joannis ex libro de illustribus viris.

Johannes apl̄s quē Jesus dilexit plurimū filius zebedei:frater Jacobi apl̄i:quē herodes post apassionē domini decollauerat nouissimus oīm scripsit euangeliū rogatus ab asie epis aduersus cerinthum aliosq̄z hereticos.Et maxime tunc ebionitarū dogma cōsurgēs qui asserunt xp̄m ante mariā non fuisse.Unde etiam compulsus est diuinā eius nativitatē edicere.Sed et aliam cām huius scripture ferunt.Quod cū legisset Mathei Marci ⁊ Luce volumina:probauerit quidem textum historie:⁊ vera eos dixisse firmauerit:sed vnius tantum anni in quo passus est post carcerē Joannis historiam texuisse.Prętermisso itaq̄z anno cuius acta a tribus exposita fuerant superioris temporis anteq̄z Joannes clauderetur in carcere gesta narrauit:sicut manifestū esse pōt his qui quatuor euangeliorū volumina legerint:que res diaphoniā que videbatur Joannis esse cū ceteris tulit.Scripsit aūt vnā epl̄am cuius exordium hoc est.Quod fuit ab initio quod audiuimus ⁊ vidimus oculis nostris:qđ perspexim⁹ ⁊ manus nr̄e tractauerūt de verbo vite que ab vniuersis ecclesiasticis ⁊ eruditissimis viris comprobatur.Reliqua autem due:quar̄ principis est.Senior electe dñe ⁊ natis eius: ⁊ reliquens.Senior caio charissimo quem ego in veritate diligo ⁊c. Joannis presbyteri asseruntur:cuius ⁊ hodie alterum sepulchrū apud ephesum ostenditur:⁊ nōnulli putāt duas memorias eiusdē Joannis euāgeliste esse.Super qua re cū per ordinem ad Papiam audiorem eius ventū fuerit disseremus.Quartodecimo igitur anno secūdo post neronis persecutionē mouēte domitiano: in pathmos insulam relegatus scripsit apocalypsim.Quā interpretantur Justinus martyr ⁊ hyreneus. Interfecto aūt Domitiano ⁊ actis eius ob nimiā crudelitatē a senatu rescissis:sub nerua principe rediit Ephesum:ibiq̄z vsq̄z ad traianum principē perseverās totus Asie fundauit ⁊ rexit ecclesias.Cōfectusq̄z senio sexagesimo octauo anno post passionem domini mortuus ⁊ iuxta eandem vibem sepultus est.

¶ Incipit argumentum in epl̄am beati Joannis apostoli primā.

Ratione verbi ⁊ q̄ de⁹ ipse sit charitas manifestat:⁊ surrōes frm̄: nec deū scire nec pios fieri posse eosq̄z dissertat vt esse cōprobet homicidas:eo q̄ odiū fratricidij occasio. ¶ Explicit argumentum.

¶ Incipit epl̄a beati Joannis apostoli prima.

¶ L.S.Deus lux est et nos tenebre. Caput.j.



Quod fuit ab initio quod audiuimus quod vidimus oculis nostris,qđ perspeximus ⁊ manus,nostre ꝓtractauerūt de verbo vite,⁊ vita manifestata ē:⁊ vidim⁹ ⁊ testamur, et annūtiam⁹ vobis vitā eternā que erat apud patrē ⁊ apparuit nobis.Quod vidim⁹ ⁊ audiim⁹,annūtiam⁹ vobis,vt ⁊ vos societatē habeatis nobiscum,⁊ societas nostra sit cū patre

et cū filio eius Jesu Christo. Et hec scribim⁹ vobis vt gaudeatis, et gaudiū vestrū sit plenum. Et hec est annuntiatio quam audiuimus ab eo, ⁊ annuntiamus vobis: Qm̄ deus lux est: ⁊ tenebre in eo nō sunt vlle. Si dixerimus qm̄ societatem habemus cū eo, ⁊ in tenebris ambulamus: mētimur, et veritatē nō facimus. Si aūt in luce ambulamus sicut et ipse est in luce societatē habemus adinuicē, ⁊ sanguis Jesu xp̄i filii eius emūdat nos ab omni peccato. Si dixerimus qm̄ peccatū nō habemus: ipsi nos seducimus, ⁊ veritas in nobis non est. Si confiteamur peccata nostra: fidelis est et iustus, vt remittat nobis peccata nostra, ⁊ emundet nos ab omni iniquitate. Si dixerimus quoniam non peccauimus: mendacem facimus eum, et verbum eius non est in nobis.

¶ Capituli Summarium. Verbum dei obseruandum et mundus negligendus. Caput. ij.

Filioli mei, hec scribo vobis, vt nō peccetis. Sz et si qs peccauerit, aduocatum habemus apud patrē iesum xp̄m iustū, ⁊ ipse est ppitiatio p peccatis nostris: nō p nr̄is autē tm̄, sed etiā pro totius mundi. Et in hoc scim⁹ qm̄ cognouimus eū, si mādata eius obseruamus. Qui dicit se nosse deū, ⁊ mādata eius nō custodit: mendax est, ⁊ in eo veritas non est. Qui aūt seruat verbū eius: vere in hoc charitas dei pfecta est, ⁊ in hoc scimus qm̄ in ipso sum⁹. Qui dicit se in ipso manere: dz sicut ille ambulauit, ⁊ ipse ambulare. Charissimi, nō mādatum nouum scribo vobis, sed mādatum vetus qō habuistis ab initio, mandatū vetus est verbum qō audistis. Iterū mādatum nouū scribo vobis, qō verum est ⁊ in ipso: ⁊ in vobis: qz tenebre transierūt, ⁊ verum lumen iam lucet. Qui dicit se in luce esse, ⁊ fratrem suū odit: in tenebris est vsqz adhuc. Qui diligit fratrē suū, in lumine manet, ⁊ scandalū in eo non est. Qui aūt odit fratrē suū: in tenebris est, et in tenebris ambulat, ⁊ nescit quo eat, quia tenebre obcecauerunt oculos eius. Scribo vobis filioli qm̄ remittūtur vobis peccata p̄pter nomē ei⁹. Scribo vobis patres qm̄ cognouistis eum qui ab initio est. Scribo vobis adolescētes qm̄ vicistis malignum. Scribo vobis infantes quoniā cognouistis patrem. Scripsi vobis patres quoniam cognouistis eū qui est ab initio. Scripsi vobis adolescentes qm̄ fortes estis, ⁊ verbū dei manet in vobis, ⁊ vicistis malignū. Nolite diligere mundū, neqz ea que in mūdo sunt. Si quis diligit mundū: non est charitas patris in eo. qm̄ omne quod est in mundo concupiscētia carnis est, ⁊ cōcupiscētia oculorū, ⁊ superbia vite, q̄ nō est ex patre, sed ex mūdo est. Et mundus transit, et concupiscentia eius. Qui aūt facit volūtatē dei, manet in eternum. Filioli, nouissima hora est. ⁊ sicut audistis quia antichristus venit: et nunc antichristi multi facti sunt. vnde scimus quia nouissima hora est. Ex nobis prodierunt: sed non erant ex nobis: nam si fuissent ex nobis: permansissent vtiqz nobiscum sed vt manifesti sint quoniam nō sunt omnes ex nobis. Sed vos vnctionem habetis a sancto ⁊ nostis omnia. Non scripsi vobis quasi ignorantibus veritatem, sed quasi scientibus eam: ⁊ quoniā omne mendaciū ex veritate non est. Quis est mendax, nisi is q negat quoniam Jesus est xp̄s: Hic est antixp̄s, qui negat patrem et filium. Omnis q negat filiū: nec patrē habet, qui confitetur filium: nec patrem habet. Vos quod audistis ab initio, in vobis permaneat: quia si in vobis permanserit quod audistis ab initio, ⁊ vos in filio ⁊ patre manebitis. Et hec est repromissio quam ipse pollicitus est nobis, vitam eternā. Hec scripsi vobis de his qui seducunt vos. Et vos vnctionē quam accepistis ab eo maneat in vobis. Et nō necesse habetis vt aliquis doceat vos: sed sicut vnctio eius docet vos de omnibus, et verum est, et nō est mendaciū. Et sicut docuit vos, manete in eo. Et nunc filioli manete in eo: vt cum apparuerit habeamus fiduciam, ⁊ non confundamur ab eo in aduentu eius. Si scitis quoniam iustus est: scitote quoniam et omnis qui facit iustitiam, ex ipso natus est.

¶ Capituli Summarium. Qui ex deo est, filius dei nominatur, et est. Caput. iij.

Videte qualem charitatē dedit nobis pater, vt filij dei nominemur ⁊ simus. Propter hoc, mundus non nouit nos: q̄ nō nouit eū. Charissimi, nunc filij dei sumus: et nondū apparuit quid erimus. Scimus quoniam cum apparuerit, similes ei erimus quoniā videbimus eū sicuti est. Et omnis qui habet hanc spem in eo, sanctificat se, sicut ⁊ ille sanctus est. Omnis qui facit peccatum, ⁊ iniquitatē facit: ⁊ peccatum est iniquitas. Et scitis q̄ ille apparuit vt peccata tolleret: ⁊ peccatum in eo nō est. Omnis qui in eo manet non peccat ⁊ omnis qui peccat, nō vidit eū, nec cognouit eum. Filioli, nemo vos seducat. Qui facit iustitiam, iustus est, sicut ⁊ ille iustus est. Qui facit peccatū, ex diabolo est: quoniā ab initio diabolus peccat. In hoc apparuit filius dei, vt dissolnat opera diabolī. Omnis qui notus est ex deo, peccatū non facit: qm̄ semen ipsius in eo manet, et non potest peccare, quoniā ex deo natus est. In hoc manifesti sunt filij dei, ⁊ filij diaboli. Omis qui nō est iustus, nō est ex deo, ⁊ qui non diligit fratrez suum. qm̄ hec est annuntiatio quam audistis ab initio, vt diligatis alterutrū. Non sicut Cain qui ex maligno erat: et occidit fratrē suū. Et ppter quid occidit eū? Quoniā opera eius, maligna erant: fratris aūt eius, iusta. Nolite mirari fratres, si odit vos mūdus. Nos scimus qm̄ translati sumus de morte ad vitam, quoniam diligimus fratres. Qui non diligit: manet in morte. omnis qui odit fratrem suum: homicida est. Et scitis quoniā omnis homicida nō habet vitam eternam in se manentem. In hoc cognouimus charitatem dei, quoniam ille animā suam pro nobis posuit, ⁊ nos debemus pro fratribus animas ponere. Qui habuerit substantiam huius mūdi, ⁊ viderit fratrē suum necessitatē habere, ⁊ clauserit viscera sua ab eo: quomodo charitas dei manet in eo? Filioli mei, non diligam⁹ verbo, neqz lingua, sed opere ⁊ veritate. in hoc cognoscimus q̄ ex veritate sumus: ⁊ in conspectu eius suadebimus corda nostra. Quoniam si reprehenderit nos cor nostrū: maior est deus corde nostro, et nouit omnia. Charissimi, si cor nostrū nō reprehēderit nos: fiduciam habemus ad deum. et quicquid petierimus accipiemus ab eo: qm̄ mādata eius custodimus, ⁊ ea que sunt placita coram eo, facimus. Et hoc est mādatum eius, Vt credamus in nōe filij eius Jesu xp̄i: ⁊ diligamus alterutrū, sicut dedit mandatum nobis. Et qui seruat mandata eius: in illo manet, et ipse in eo et in hoc scimus quoniam manet in nobis, ex spiritu quem dedit nobis.

¶ Capituli Summarium. Cauēdus Antichristus, ⁊ proximus diligendus. Caput. iiij.

Charissimi, nolite omni spiritui credere, sed probate spūs si ex deo sint: quoniam multi pseudoprophete exierunt in mundū. In hoc cognoscit spiritus dei, ois spiritus qui confitetur Jesum xp̄m in carne venisse, ex deo est: ⁊ ois spūs qui soluit Jesum, ex deo nō est, ⁊ hic est antichristus de quo audistis quoniā venit, ⁊ nūc iam in mūdo est. Vos ex deo estis filioli, et vicistis eos. quoniam maior est q in vobis est, q̄ qui in mundo. Ipsi de mundo sunt: ideo de mundo loquuntur, ⁊ mundus eos audit. Nos ex deo sumus. Qui nouit deū: audit nos q nō est ex deo: nō audit nos. in hoc cognoscimus spiritum veritatis ⁊ spiritū errouis. Charissimi, diligamus nos inuicē: quia charitas ex deo est. Et ois qui diligit, ex deo natus est, et cognoscit deum. Qui nō diligit, non nouit deū, quoniā deus charitas est. In hoc apparuit charitas dei in nobis quoniā filiū suū vnigenitū misit deus in mundum, vt viuamus per eū. In hoc est charitas, nō quasi nos dilexerimus deū, sed quoniā ipse prior dilexit nos, ⁊ misit filiū suum propitiationē p peccatis nostris. Charissimi, si sic deus dilexit nos: et nos debemus alterutrū diligere. Deū nemo vidit vnq̄. Si diligamus inuicē: deus in nobis manet, ⁊ charitas eius in nobis perfecta est. In hoc cognoscimus q̄ in eo manemus, ⁊ ipse in nobis: quoniam de spiritu suo dedit nobis. Et nos vidimus ⁊ testificamur quoniam pater misit filium suum saluatorē mundi. Quisquis cōfessus fuerit

quoniam

Joannis viij.b. Infra iij.c. Ysa. liij.c. j. Pe. ij.d. Joannis viij.f. Genesis iij.b. Leuitici. xix.d. Jo. xv.b. Jac. ij.d. Joannis xv.a. Joannis v. d. xvij. a. Joā. xvij. d. ⁊ xv.b. Joannis viij.f. Joannis iij.b. Joā j.b. j. Timo. vj.b.

quoniam Jesus est filius dei: deꝰ in eo manet, ⁊ ipse in deo.
D Et nos cognouimus, ⁊ credidimus charitati, quam habet deus in nobis. ℣ Deus charitas est. ⁊ qui manet in charitate, in deo manet, ⁊ deus in eo. In hoc perfecta est charitas dei nobiscū, vt fiduciā habeamus in die iudicij: q; sicut ille est, ⁊ nos sumus in hoc mundo. Timor nō est in charitate: sed perfecta charitas, foras mittit timorem, quoniā timor penā habet. qui aūt timet: nō est perfectꝰ in charitate. Nos ergo diligamus deū: quoniā deus prior dilexit nos. Si qs dixerit, Quoniā diligo deū: ⁊ fratrē suū oderit, mendax est. Qui enim nō diligit fratrem suū quē videt: deū quē nō videt, quomodo pōt diligere? Et hoc mandatū habemus a deo: vt qui diligit deum, diligat ⁊ fratrem suum.

Joannis xiij. d. et xv. b. Ephe. v. a.

¶ L. S. Fides triumphat de mundo. Caput. v.

A ℣ Omnis qui credit qm̄ Jesus, est Christus ex deo natꝰ est. Et omnis qui diligit eū qui genuit: diligit ⁊ eum qui natus est ex eo. In hoc cognoscimus quoniā diligimus natos dei: cum deū diligamus, ⁊ mādata eiꝰ faciamus. Hec est enī charitas dei: vt mandata eius custodiamus: ⁊ mādata eius grauia non sunt. Quoniam oē qō natū est ex deo: vincit mundū. et hec est victoria que vincit mundū: fides nr̄a. Quis est qui vincit mundū, nisi qui credit qm̄ Jesus est filius dei? hic est qui venit per aquā ⁊ sanguinē Jesus xp̄s. nō in aqua solū: sed in aqua ⁊ sanguine. Et spūs est qui testificatur quoniā xp̄s est veritas. Qm̄ tres sunt qui testimoniū dant in celo: pater, verbū, ⁊ spūs sanctus. ⁊ hi tres, vnū sunt. Et tres sunt q testimonium dant in terra: spiritus aqua sanguis. ⁊ hi tres, vnum sunt. Si testumoniū hominū accipimus: testimonium dei maius est. quoniā hoc est testimoniū dei quod maius est: quoniam testificatus est de filio suo. Qui credit in filiū dei: habet testimonium dei in se. Qui nō credit filio mendacem facit eum. quia nō credit in testimoniū, quod testificatus est deus de filio suo. Et hoc est testimoniū, Quoniā vitā eternam dedit nobis deus. ⁊ hec vita, in filio eius est. Qui habet filiū dei: habet vitā. qui nō hz filiū dei: vitā nō hz. Hec scribo vobis: vt sciatis quoniā vitā habetis eternā qui creditis in noīe filij dei. Et hec est fiducia quam habemus ad deum. Quia quodcunq; petierimus secundum voluntatem eius, audit nos et scimus quia audit nos quicquid petierimus. scimus quod habemus petitiones quas postulauimus ab eo. Qui scit fratrem suum peccare peccatū non ad mortem, petat: ⁊ dabitur ei vita, peccanti non ad mortem. Est peccatum ad mortem: non pro illo dico vt roget quis. Oīs iniquitas peccatum est: ⁊ est peccatū ad mortem. Scimus q; oīs qui natus est ex deo, non peccat: sed generatio dei cōseruat eū, ⁊ malignus non tangit eū. Scimus qm̄ ex deo sumus: et mundus totus in maligno positus est. Et scimus quoniā filius dei venit: ⁊ dedit nobis sensum vt cognoscamus verū deū, ⁊ simus in vero filio eiꝰ. Hic est verꝰ deꝰ ⁊ vita eterna. Filioli custodite vos a simulachris. Amē.

B

Matth. xj. d.

¶ Explicit epistola beati Joannis apostoli prima.

¶ Incipit argumentum in epistolam eiusdem secundam.

V Sq; adeo ad sanctam feminam scribit: vt eandem dominam non dubiter literis appellare eiusdēq; filijs testimonium q̄ ambulant in veritate perhibet.

¶ Explicit argumentum.

¶ Incipit epistola beati Joannis apostoli scōa.

¶ Capituli Summarium. Permanendum in charitate et doctrina. Caput. j.

A S Enior, Electe dñe ⁊ natis eius, quos ego diligo in veritate, ⁊ nō ego solus, sed ⁊ oēs qui cognouerunt veritatē, ꝓpter veritatē q̄ pmanet in vobis, ⁊ vobiscū erit in eternū. Sit vobiscū gratia, misericordia par a deo patre, ⁊ a christo Jesu filio patris in veritate, ⁊ charitate. Gauisus sum valde q; inueni de filijs tuis ambulantes in veritate, sicut mandatum accepimus a patre. Et nūc rogo te dña, nō tanq; mandatum nouum scribens tibi, sed quod habuimus ab initio: vt diligamus alterutrū. Et hec est charitas, vt ambulem⁹ secūdum mandata eius. Hoc est enim mandatum, vt quemadmodum audistis ab initio, in eo ambuletis: quoniam multi seductores exierunt in mundum, qui non confitentur Jesum Christum venisse in carnē. hic est seductor ⁊ antichristus. Videte vosmetipsos, ne perdatis que operati estis: sed vt mercedem plenam accipiatis. Omnis qui recedit, ⁊ nō permanet in doctrina Christi: deum non habet. Qui permanet in doctrina: hic patrem et filium habet. Si quis venit ad vos, ⁊ hanc doctrinā non affert, nolite recipere eum in domum, nec aue ei dixeritis. Qui enī dicit illi aue: communicat operibus eius malignis. Ecce, predixi vobis: vt in die domini non cōfundamini. ℣ Plura habens vobis scribere nolui per chartam et attramētum. spero enim me futurum apud vos, ⁊ os ad os loqui: vt gaudium vestrum plenum sit. Salutant te filij sororis tue electe.

B

C

D

¶ Explicit epistola beati Joannis apostoli secunda.

¶ Incipit argumentum in epistolam eiusdem tertiam

D Ilū pietatis causa extollit: atq; vt in ipsa pietate maneat exhortatur: dyotrepem impietatis ⁊ superbie causa obiurgat: demetrio autem bonum testimonium perhibet cum fratribus vniuersis.

¶ Explicit argumentum.

¶ Incipit epistola beati Joannis apostoli tertia.

¶ L. S. Laudatur Caius ob sua beneficia. Caput. j.

A S Enior Caio charissimo, quē ego diligo in veritate. Charissime de omnibus orationem facio prospere te ingredi ⁊ valere, sicut prospere agit anima tua. Gauisus sum valde venientibus fratribus, et testimonium perhibentibus veritati tue: sicut tu in veritate ambulas. ℣ Maiorem horum non habeo gratiam, quam vt audiam filios meos in veritate ambulare. Charissime, fideliter facis quicquid operaris in fratres, et hoc in peregrinos qui testimonium reddiderūt charitati tue in conspectu ecclesie. quos, bene facies, deducens digne deo. ℣ Pro nomine enim eius profecti sunt, nihil accipientes a gentilibus. Nos ergo debemus suscipere huiusc̄modi: vt cooperatores simus veritatis. Scripsissem forsitan ecclesie: sed qui amat primatū gerere in eis? ℣ Diotrephes, non recipit nos. Propter hoc si venero commonebo eius opera que facit: verbis malignis garriens in nos. et quasi non ei ista sufficiant: neq; ipse suscipit fratres, ⁊ eos qui suscipiunt, prohibet, et de ecclesia eijcit. Charissime, noli imitari malum sed quod bonum est. Qui bene facit, ex deo est: qui male facit, non videt deum. ℣ Demetrio testimonium redditur ab omnibus, et ab ipsa veritate. sed ⁊ nos testimoniū perhibemus, et nosti quoniam testimoniū nostrum verum est. ℣ Multa habui tibi scribere: sed nolui per attramentum ⁊ calamum scribere tibi. Spero autem protinus te videre: et os ad os loquemur. Pax tibi. Salutant te amici. Saluta tu amicos nominatim.

B

C

D

¶ Explicit epistola beati Joannis apostoli tertia.

¶ Prologus in epistolam canonicam Jude.

I Udas frater Jacobi de septem canonicis vnam paruam epistolam reliquit. Et quia de libro Enoch qui apocryphus est in ea sumpsit testimoniū repudiatur a quibusdam: reuincitur tamen autoritate ⁊ vetustate ⁊ vsu meruit inter sanctas scripturas computari.

¶ Incipit argumentum in epistolam beati Jude apostoli.

I Udas apostolus fratres de corruptoribus vie veritatis ita informat vtillicitum esse dissertet de subiugo semel erutos seruitutis denuo operam suam officijs noxiare seruilibus.

¶ Explicit argumentum.

¶ Incipit epistola beati Jude apostoli.

¶ Capituli Summarium. Stomachatur in eos qui cupiditate ducti aduersantur euangelio. Caput. j.

A I Udas Jesu christi seruus, frater autem Jacobi his q; sunt in deo patre dilectis, ⁊ christo Jesu cōseruatis, ⁊ vocatis, ℣ misericordia vobis, et pax et charitas adimpleatur. Charissimi, omnem sollicitudinem faciens scribendi vobis de communi vestra salute, necesse habui scribere vobis: deprecās supercertari semel tradite sanctis fidei. Subintroierunt enim quidam homines (qui olim prescripti sunt in hoc iudicium) impij, dominū nostri gratiam transferentes in lu-

B

rum, & solum dominatorem & dominum nostrum Jesum Christum negantes. Commonere autem vos volo, scientes semel omnia, quod iesus, populum de terra Egypti salvans secundo eos qui non crediderunt, perdidit. angelos vero qui non servaverunt suum principatum, sed dereliquerunt suum domicilium, in judicium magni diei, vinculis eternis sub caligine reservavit. Sicut Sodoma & Gomorrha et finitime civitates simili modo exfornicate, et abeuntes post carnem alteram, facti sunt exemplum ignis eterni penam sustinentes similiter et hi quoque carnem quidem maculant, dominationem autem spernunt, majestatem autem blasphemant. Cum Michael archangelus, cum diabolo disputans altercaretur de Moysi corpore: non est ausus judicium inferre blasphemie, sed dixit, Imperet tibi deus. hi autem quecunque quidem ignorant, blasphemant quecunque autem naturaliter, tanquam muta animalia, norunt, in his corrumpunt. Ve illis, qui in via Cain abierunt: & in errore Balaam, mercede effusi sunt, & in contradictione Core perierunt. Hi sunt in epulis suis, macule conviuantes, sine timore, semetipsos pascentes, nubes sine aqua que a ventis circumferuntur, arbores autumnales, infructuose, bis mortue, eradicate, fluctus fieri maris, despumantes suas confusiones, sidera errantia. quibus procella tenebrarum servata est in eternum. Prophetavit autem & de bis septimus ab Adam, Enoch, dicens, Ecce venit dominus in sanctis millibus suis, facere judicium cōtra omnes & arguere omnes impios de omnibus operibus impietatis eorum quibus impie egerunt, et de omnibus duris que locuti sunt contra eum peccatores impii. Hi sunt murmuratores, querulosi, secundum desideria sua ambulātes, & os eorum loquitur superbiam, mirantes personas questus causa. Vos autem charissimi, memores estote verborū que predicta sunt ab apostolis domini nostri Jesu Christi, qui dicebant vobis. Quoniam in novissimis temporibus venient illusores, secundum desideria sua ambulantes in impietatibus. Hi sunt qui segregant semetipsos, animales, spiritum non habentes. Vos autem charissimi, supercedificantes vosmetipsos sanctissime nostre fidei, in spiritu sancto orantes, vosmetipsos in dilectione dei servate, expectantes misericordiam domini nostri Jesu Christi in vitam eternam. Et hos quidem arguite judicatos: illos vero salvate, de igne rapientes. Alios autem miseremini in timore: odientes et eam que carnalis est, maculatam tunicam. Et autem qui potens est vos conservare sine peccato, et constituere ante conspectum glorie sue immaculatos in exultatione in adventu domini nostri Jesu Christi. soli deo salvatori nostro per Jesum Christum dominum nostrum, gloria et magnificentia, imperium et potestas ante omnia secula, et nunc et in omnia secula seculorum. Amen.

Explicit epistola beati Jude apostoli.

Incipit prologus Gilberti in Apocalypsim beati Joannis apostoli.

OMnes qui pie volunt vivere in christo (sicut ait apostolus) persecutionem patientur juxta illud: Fili accedens ad servitutem dei sta in justitia et timore et prepara animam tuam ad tentationē. Tentatio namq; est vita hominis super terram. Ne autem fideles deficiant in his cōsolatur eos dominus atq; confirmat dicens. Vobiscum sum usq; ad consummationem seculi: & nolite timere pusillus grex. Propterea videns deus pater tribulationes quas passura erat ecclesia ab apostolis fundata supra petram christum: ut minus timeantur disposuit una cum filio & spiritu sancto eas revelare. Revelavit autem tota trinitas christo fm humanitatem. Christus vero Joanni per angelum. Joannes ecclesie: de qua revelatione hunc librum composuit. Unde et liber iste Apocalypsis dicitur idest revelatio: quia hic continentur que deus revelavit Joanni: et Joannes ecclesie: quanta scilicet ecclesia passa sit in tpe primitivo: et nunc patiatur: et in novissimis temporibus antichristi passura sit: quando tanta erit tribulatio: ut si fieri potest etiam moveantur electi. Et que pro his et nunc et in futuro ptia sit susceptura: ut quos denuntiata supplicia terrent: promissa premia letificent. Ideo iste liber inter reliquas scripturas novi testamēti prophetia nomine censetur quia alijs est excellentior prophetijs. Sicut enim novum testamentum precellit veteri evāgelium legitima hec prophetia prophetijs veteris testamenti: quia de christo et ecclesia magna, et parte iam adimpleta sacramenta denuntiat. Vel etiam ideo: quia cum alijs vnifaria: isti trifaria data est prophetia simul: scilicet de preterito et presenti et futuro. Ad cuius confirmandam authoritatem occurrit etiā authoritas mittentis deferentis & accipientis. Mittentis scilicet trinitatis: deferentis: scilicet angelici: accipientis: scilicet Joannis. Cum autem Joanni hec in visione fuerunt revelata: et sint tria genera visionum: sub quo genere contineatur: videndum est. Visio enim alia corporalis quando videlicet corporalibus oculis aliquid videmus. Alia spiritualis seu imaginaria quādo videlicet dormientes vel etiā vigilantes imagines rerum cernimus quibus aliquid aliud significatur: sicut vidit Pharao spicas: & Moyses rubum ardere: ille dormiens: iste vigilans. Alia intellectualis: quando videlicet spiritu sancto revelante intellectui mentis veritatem mysteriorum: sicut est capimus quomodo vidit Joannes que in hoc libro referuntur. Non enim figuras tantum spiritu vidit: sed & earum significata mente intellexit. Vidit autem Joannes et scripsit in pathmos insula relegatus a Domitiano in exilio principe impiissimo: hac eum ad scribendum compellente causa: quia dum exul teneretur a Domitiano in pathmos insula in ecclesijs quibus preerat multa pullularunt atq; invaluerunt vitia atq; diverse hereses. Erant enim quidam heretici ibi dicentes christum non fuisse ante Mariam: quia temporaliter de ea natus erat. Unos Joannes in principio evangelij sui redarguit dicens. In principio erat verbum. Et in hoc libro cum dicit. Alpha et o: idest principium et finis. Dicebant etiam quidam ecclesiam pondere tribulationū ante finem seculi desituram: et pro labore non premium eternum suscepturam. Horum ergo errores volens destruere Joannes: ostendit Christum principium esse et finem. Unde Esaias. Ante me nō est formatus deus: et post me non est. Ecclesiam per exercitium tribulationum non desinere sed proficere: et pro vitis beatum eternum recipere. Scribit autem Joannes septem ecclesijs Asie: et earum septem episcopis de predictis instruens: et per eam totam generalem ecclesiam docens. Est itaq; materia Joannis in hoc opere status specialiter nostre ecclesie: necnō et totius videlicet que in presenti patiatur et in futuro receptura sit. Intentio vero eius est monere ad patientiam: que servanda est: tum quia brevis labor: tum quia premium magnum. Modus tractandi talis. Primo premittit prologum et salutationem vbi reddit auditores benignos et attentos quo premisso accedit ad narrationem. Ante narrationem vero ostendit Christum esse ab eterno sine principio & fine: inducēs ipsum loquentem. Ego sum alpha & o: idest principium et finis. Postea accedens ad narrationem distinguit septem visiones quibus terminatis iste liber consummatur. Premittit autem prologum dicens. Apocalypsis Jesu Christi: subaudis hec est: sicut in alijs: visio. Esaie hec est: et parabole Salomonis hec sunt.

Explicit prologus Gilberti in apocalypsim beati Joannis apostoli.

Item alius prologus in Apocalypsim.

JOannes apostolus et evangelista a Christo electus atq; dilectus in tanto amoris dilectionis uberior habitus est: ut in cena supra pectus eius recumberet: et ad crucem astanti soli matrē propriam commendasset: ut quem nubere volentem ad amplexum virginitatis asciverat: ipsi etiā custodiendam virginem tradidisset. Hic itaq; cum propter verbum dei et testimonium Jesu Christi in pathmos insulam sortiretur exilium: illic ab eodem Apocalypsis prostensa describitur: ut sicut in principio canonis: idest libri Geneseos incorruptibile principium prenotatur: ita etiam incorruptibilis finis per virginem in apocalypsim redderetur dicentis. Ego sum alpha et o: initium & finis. Hic est Joannes qui sciēs superveniisse sibi diem egressionis de corpore convocatis in Epheso discipulis: descendit in defossum sepulture sue locum oratio neq; completa reddidit spiritū: tam a dolore mortis factus extraneus q̄m a corruptione carnis noscitur alienus. Cuius tamē scripture dispositio vel libri ordinatio: ideo a nobis per singula non exponitur: ut nescientibus inquirendi desiderium collocetur: & querentibus laboris fructus et deo magisterij doctrina servetur.

Explicit prologus.

Incipit argumentum beati Hieronymi presbyteri in Apocalypsim beati Joannis.

APocalypsis Joannis tot habet sacramenta quot verba. Parum dixi et pro merito voluminis tuo omnia inferior est. In verbis singulis multiplices latent intelligentie.

Incipit

Jude. 1.

Nume. xiiij.d.

Genesis xix.e.

Zach. iij.e Eccli xvij.d.

Genesis iiij.b. Numeri xxij.d. Numeri xvj.a. j. pet. ij d.

Apoca. j.b.

j. Timot. iiij.a. ij. Timo. iij a. ij. pet. iij. a.

ij. Timo. iij.a. Eccle. ij.a.

Watth. xviij.c.

Joā. j.a.

Esaie xliij.b.

Apoca. xxij.c.

Apo. j.a.

Jo. xiij. f. Ibidem xix. Joā. ij.a.

Apocal. xxij.c.

Incipit liber apocalypsis
Beati Joannis Apostoli.

Capituli Summarium. Joannes in insula Pathmos videt visionem. Caput. j.



Apocalypsis Jesu Christi quam dedit illi deus palam facere seruis suis que oportet fieri cito: & significauit, mittens per angelum suū seruo suo Joanni, qui testimonium perhibuit verbo dei et testimonium Jesu Christi, quecunq; vidit. Beatus qui legit et audit verba prophetie huius: et seruat ea que in ea scripta sunt. tēpus enim prope est. Joannes septem ecclesijs que sunt in Asia, gratia vobis & pax ab eo qui est, & qui erat, & qui venturus est, & a septem spiritibus qui in conspectu throni eius sunt, & a Jesu christo qui est testis fidelis, primogenitus mortuorum, et princeps regum terre, qui dilexit nos et lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo, & fecit nos regnum & sacerdotes deo et patri suo, ipsi gloria et imperium in secula seculorum, Amen. Ecce venit cum nubibus, et videbit eum omnis oculus, et qui eum pupugerunt. Et plangent se super eum omnes tribus terre. etiam, Amen. Ego sum alpha et o, principium et finis, dicit dominus deus qui est, et qui erat, et qui venturus est omnipotens. Ego Joannes frater vester et particeps in tribulatione, et regno, et patientia in Christo Jesu, fui in insula, que appellatur Pathmos, propter verbum dei & testimoniū Jesu. Fui in spiritu in dominica die: et audiui post me vocem magnam tanquam tube dicentis. Quod vides, scribe in libro: & mitte septem ecclesijs, que sunt in Asia, Epheso, & Smyrne, et Pergamo et Thyatire, & Sardis, & Philadelphie, & Laodicee. Et cōuersus sum, vt viderem vocem que loquebatur mecum. Et conuersus, vidi septem candelabra aurea, et in medio septē candelabrorum aureorum similem filio hominis, vestitum podere: et precinctum ad mamillas zona aurea. caput autem eius et capilli erant candidi, tanquā lana alba, et tanquam nix. & oculi eius tanquam flamma ignis: & pedes eius similes aurichalco velut in camino ardēti. & vox illius tanquam vox aquarum multarum: et habebat in dextera sua stellas septem. et de ore eius gladius vtraq; parte acutus exibat, et facies eius sicut sol lucet in virtute sua. Et cum vidissem eum, cecidi ad pedes eius tāquam mortuus. Et posuit dexteram suam super me dicens. Noli timere: ego sum primus et nouissimus, et viuus: et fui mortuus. et ecce sum viuens in secula seculorum, & habeo claues mortis et inferni. Scribe ergo que vidisti, et que sunt, et que oportet fieri post hec. Sacramentum septem stellarum, quas vidisti in dextera mea, et septem candelabra aurea: septem stelle: angeli sunt, septem ecclesiarum. et candelabra septem: septem ecclesie sunt.

Capituli Summarium. Quid scribendum deus voluerit ecclesijs septem. Caput. ij.

Et angelo Ephesi ecclesie scribe. Hec dicit qui tenet septem stellas in dextera sua qui ambulat in medio septem candelabrorum aureorū. Scio opera tua, et laborem, et patientiam tuam: et q̄ non potes sustinere malos, & tentasti eos qui se dicunt apostolos esse, et non sunt, et inueniſti eos mendaces, et patientiam habes, et sustinuisti propter nomen meum, et non defecisti. Sed habeo aduersum te pauca, quod charitatem tuam primam reliquisti. Memor esto itaq; vnde exciderīs: et age penitentiam, et prima opera fac. sinautem, veniam tibi cito, et mouebo candelabrum tuum de loco suo nisi penitentiam egeris. Sed hoc habes, quia odisti facta Nicolaitarum, que et ego odi. Qui habet aurem, audiat quid spiritus dicat ecclesijs. Vincenti dabo edere de ligno vite, quod est in paradiso dei mei. Et angelo Smyrne ecclesie scribe. Hec dicit primus & nouissimus, qui fuit mortuus, et viuit. Scio tribulationem tuam et paupertatem tuam, sed diues es: et blasphemaris ab his qui se dicunt Judeos esse, & nō sunt, sed sunt Synagoga satane. Nihil horum timeas que passurus es. Ecce missurus est diabolus aliquos ex vobis in carcerem vt tentemini: et habebitis tribulationē diebus decem. Esto fidelis vsq; ad mortem: et dabo tibi coronam vite. Qui habet aurē, audiat quid spiritus dicat ecclesijs. Qui vicerit, non ledetur a morte secunda. Et angelo Pergami ecclesie scribe. Hec dicit qui habet rompheam vtraq; parte acutam. Scio vbi habitas, vbi sedes est satane: et tenes nomen meum, et non negasti fidem meam. Et in diebus illis Antipas testis meus fidelis, qui occisus est apud vos, vbi satanas habitat. Sed habeo aduersus te pauca: quia habes illic tenentes doctrinam Balaam. qui docebat Balac mittere scandalum coram filijs Israel, edere et fornicari: ita habes et tu tenentes doctrinam Nicolaitarum. Similiter penitentiam age. si quo minus: veniam tibi cito, & pugnabo cum illis in gladio oris mei. Qui habet aurem, audiat quid spiritus dicat ecclesijs, vincenti dabo mānā absconditum, et dabo illi calculum candidum, et in calculo, nomen nouum scriptum, quod nemo scit, nisi qui accipit. Et angelo Thyatire ecclesie scribe. Hec dicit filius dei, qui habet oculos tanquam flammam ignis, et pedes eius similes Aurichalco. Noui opera tua, et fidem, et charitatem tuam, et ministerium, et patientiam tuam, et opera tua nouissima plura prioribus. Sed habeo aduersus te pauca: quia permittis mulierem Jezabel, que se dicit prophetam, docere, et seducere seruos meos, fornicari, et manducare de Idolothytis. Et dedi illi tempus vt penitentiam ageret: et non vult penitere a fornicatione sua. Ecce ego mitto eam in lectum: et qui mecham̄tur cum ea, in tribulatione maxima erunt nisi penitentiam ab operibus suis egerint: & filios eius interficiam in morte, et scient omnes ecclesie quia ego sum scrutans renes et corda: et dabo vnicuiq; vestrum secundum opera sua. Vobis autem dico, & ceteris qui Thyatire estis. Quicunq; non habent doctrinam hanc, et qui nō cognouerunt altitudines Satane, quemadmodum dicunt: non mittam super vos aliud pondus. tamen id quod habetis, tenete donec veniam. Et qui vicerit et custodierit vsq; in finem opera mea: dabo illi potestatem super gentes, et reget eas in virga ferrea, et tanquam vas figuli confringentur, sicut et ego accepi a patre meo: et dabo illi stellam matutinam. Qui habet aurem, audiat quid spiritus dicat ecclesijs.

Capituli Summarium. Monentur ecclesie, Sardis, Philadelphie & Laodicee. Caput. iij.



Et angelo ecclesie Sardis, scribe. Hec dicit qui habet septē spiritus dei, et septem stellas. Scio opera tua quia nomen habes q̄ viuas, et mortuus es. Esto vigilans, et confirma cetera que moritura erant. Non enim inueni opera tua plena coram deo meo. In mente ergo habe qualiter acceperis et audieris: et serua, et penitentiam age. Si ergo non vigilaueris, veniam ad te tanquam fur, et nescies qua hora veniam ad te. Sed habes pauca nomina in Sardis, qui non inquinauerunt vestimenta sua. et ambulabūt mecum in albis, qui digni sunt. Qui vicerit, sic vestietur vestimentis albis, et non delebo nomen eius de libro vite, & cōfitebor nomē eius coram patre meo, & coram angelis eius. Qui habet aurem, audiat quid spiritꝰ dicat ecclesijs. Et angelo philadelphie ecclesie

Colos. j. e j. Corint. xv. c. Hebreo. ix. d. j. Pet. j. d j. Jo. j. d. Jsaiē. c. Matth. xxiij. c. Jude. j. e Infra xxj. b. & xxij. c.

Jsa. xlij. b. & xliij. a.

Psalmo. vij. c. Jdem. xvij. b. Psalmo. ij. c.

Jnfra xvj. c. j. Thes. v. a. ij. Pe. iij. c

Nume. xxiij. e.

scribe. Hec dicit sanctꝰ & verus, q̃ hꝫ clauē Dauid: qui aperit & nemo claudit: claudit, & nemo aperit. Scio opera tua. Ecce dedi cor̃ te ostium apertū qō nemo pōt claudere: q̃ modicā habes virtutē, & seruasti verbū meum, & non negasti nomē meū. Ecce dabo de synagoga satane, qui dicūt se iudeos esse, & nō sunt, sꝫ mētiunt. Ecce faciā illos vt veniant, et adorēt ante pedes tuos: & sciēt q̃ ego dilexi te. q̃m seruasti verbum patiētie mee, & ego seruabo te ab hora tentationis, que vētura est in orbē vniuersum tētare habitātes in terra. Ecce venio cito: tene qō habes, vt nemo accipiat coronam tuā. Qui vicerit, faciā illū colūnā in templo dei mei, & foras nō egredietꝰ amplius, & scribā sup eū nomē dei mei, & nomen ciuitatis dei mei noue Jerusalē, que descendit de celo a deo meo, & nomē meū nouū. Qui hꝫ aurē, audiat quid spiritus dicat ecclesijs. Et angelo Laodicee ecclie scribe. Hec dicit, Amē testis fidelis & verus, q̃ est principiū creature dei. Scio opera tua, q̃ neq̃ frigidus es, neq̃ calidus. vtinā frigidus esses aut calidus. sed q̃ tepidus es, et nec frigidus nec calidus, incipiā te euomere ex ore meo: q̃ dicis. Diues sum, et locupletatus, & nullī egeo: & nescis q̃ tu es miser, & miserabilis, & pauper, et cecus, et nudus. Suadeo tibi emere a me aurū ignitū probatū, vt locuples fias: & vestimētis albis induaris: & nō appareat cōfusio nuditatis tue, & collyrio inūge oculos tuos vt videas. Ego quos amo, arguo & castigo. Emulare ergo, & penitētiam age. Ecce sto ad ostiū & pulso. si quis audierit vocem meam, & aperuerit mihi ianuam, intrabo ad illum, & cenabo cum illo, & ipse mecum. Qui vicerit, dabo ei sedere mecum in throno meo: sicut et ego vici, et consedi cum patre meo in throno eius. Qui habet aurem, audiat quid spiritus dicat ecclesijs.

¶ Capituli Summarium. Uidentur circa thronum dei sedilia & animalia. Caput.iiij.

Post hec vidi: & ecce ostium apertū in celo, et vox prima quā audiui tanq̃ tube loquentis mecum, dicens. Ascende huc, & ostendā tibi que oportet fieri cito. Post hec, statim fui in spiritu. Et ecce sedes posita erat in celo, & supra sedem sedens. Et qui sedebat, similis erat aspectui lapidis iaspidis, & sardinus: et iris erat in circuitu sedis, similis visioni Smaragdine. Et in circumitu sedis, sedilia viginti quatuor: & supra thronos, viginti quatuor seniores sedentes, circumamicti vestimentis albis, et in capitibus suis corone auree. Et de throno procedebant fulgura, & voces, & tonitrua: & septem lampades ardentes ante thronum, que sunt septem spiritus dei. Et in cōspectu sedis tanquam mare vitreum simile Crystallo: et in medio sedis et in circumitu sedis, quatuor animalia plena oculis ante & retro. Et animal primum: simile leoni: & secundum animal, simile vitulo: & tertium animal, habēs faciem velut hominis: & quartum animal, simile aquile volanti. Et quatuor animalia singula eorum habebant alas senas in circumitu: & intus plena sunt oculis. & requiē non habebant die ac nocte, dicentia. Sanctus, sanctus, sanctus dñs deus omnipotēs, qui erat, & qui est, & qui vēturus est. Et cum darent illa animalia gloriā & honorē & benedictionē sedēti sup thronum, viuenti in secula seculorum, procidebant viginti quatuor seniores ante sedentē in throno, & adorabāt viuentem in secula seculorū, & mittebant coronas suas ante thronum, dicētes. Dignus es domine deus noster accipere gloriam & honorem & virtutem: quia tu creasti omnia, & propter voluntatem tuam erant et creata sunt.

¶ Capituli Summarium. Uidetur liber cum septē sigillis et agnus occisus. Caput.v.

Et vidi in dextera sedentis supra thronū, librum scriptum intus & foris, signatum sigillis septem. Et vidi angelū fortem. et predicantem voce magna. Quis est dignus aperire librum. Et soluere signacula eius? Et nemo poterat neq̃ in celo, neq̃ in terra, neq̃ subtus terram aperire librum, neq̃ respicere illum. Et ego flebam multum quoniā nemo dignus inuentus est aperire librum, nec videre eū. Et vnus de senioribus dixit mihi. Ne fleueris: ecce vicit leo de tribu iuda, radix dauid, aperire librum & soluere septem signacula eius. Et vidi, & ecce in medio throni & quatuor animalium, et in medio seniorū agnū stantem tanq̃ occisum habentē cornua septem, et oculos septem: qui sunt septem spiritus dei, missi in omnē terram. Et venit, & accepit de dextera sedentis in throno, librū. Et cum aperuisset librū, quatuor animalia & viginti quatuor seniores ceciderunt cor̃ agno habentes singuli Citharas et Phialas aureas plenas odoramētorum, que sunt orationes sanctorum: et cantabant canticum nouum, dicentes. Dignus es domine accipere librū & aperire signacula eius: quoniam occisus es, & redemisti nos deo in sanguine tuo, ex omni tribu & lingua & populo et natiōe, & fecisti nos deo nostro regnū & sacerdotes, & regnabimus super terrā. Et vidi, & audiui vocē angelorū multorū in circuitu throni et aialiū & seniorū: & erat numerus eorū millia milliū, dicētium voce magna. Dignus est agnus qui occisus est, accipere virtutē, et diuinitatem, & sapiētiā, & fortitudinem, & honorem, & gloriam, & benedictionem. Et omnē creaturā que in celo est, et super terrā, & sub terra, & que sunt in mari, & que i eo: omnes audiui dicentes. Sedēti in throno, & agno, benedictio & honor & gloria & potestas in secula seculorum. Et quatuor animalia dicebāt. Amē. Et viginti quatuor seniores ceciderūt in facies suas: & adorauerūt viuentem in secula seculorum.

¶ L.S. Uisiones varij generis. Caput.vj.

Et vidi q̃ aperuisset agnꝰ vnū de septē sigillis, & audiui vnū de quatuor animalibus, dicens, tanq̃ vocem tonitrui, Veni, et vide. Et vidi: et ecce equus albus, & qui sedebat super illum habebat arcum, et data est ei corona, & exiuit vincens vt vinceret. Et cum aperuisset sigillum secundum, audiui secundū animal, dicens, Veni, et vide. Et exiuit alius equus rufus: et qui sedebat super illum, datum est ei vt sumeret pacem de terra, & vt inuicem se interficiant, et datus est ei gladius magnus. Et cum aperuisset sigillum tertium, audiui tertium animal, dicens, Veni, & vide. Et ecce equus niger, & qui sedebat super illum, habebat stateram in manu sua. Et audiui tanq̃ vocem in medio quatuor animalium dicentem. Bilibris tritici denario vno, & tres bilibres hordei denario vno, et vinū et Oleum ne leseris. Et cum aperuisset sigillum quartum, audiui vocem quarti animalis dicentis, Veni, et vide. Et ecce equus pallidus: et qui sedebat super eum, nomen illi mors, et infernus sequebatur eum. et data est illi potestas super quatuor partes terre, interficere gladio, fame et morte, et bestijs terre. Et cum aperuisset sigillum quintum: vidi subtus altare animas interfectorum propter verbum dei, & propter testimoniū qō habebant. & clamabāt voce magna, dicētes. Usq̃quo dñe, sanctꝰ, & verus, nō iudicas & nō vindicas sanguinem nostrū de his qui habitāt in terra? Et date sunt illis singule stole albe: & dictum est illis vt requiescerēt adhuc tēpus modicum donec cōpleantur conserui eorum, & fratres eorū qui interficiēdi sunt sicut & illi. Et vidi, cū aperuisset sigillum sextū: & ecce terremotus magnus factus est & sol factus est niger tanquam saccus cilicinus: & luna tota facta est sicut sanguis: & stelle de celo ceciderunt super terrā, sicut ficus emittit grossos suos cum a vento magno mouet. & celum recessit sicut liber inuolutus. & oīs mons & insule de locis suis mote sunt: & reges terre: et principes, et tribuni, et diuites, & fortes, et omnis seruus, & liber absconderunt se in spelūcis & in petris montum, et dicunt montibus et petris, cadite super nos, et abscondite nos a facie sedentis super thronum, & ab ira agni. quoniā venit dies magnus ire ipsorum. Et quis poterit stare?

¶ Capituli Summarium. Signātur electi dei ne cum impijs pereant. Caput.vij.

Post hec vidi quatuor angelos stātes sup̃ quatuor angulos terre, tenentes quatuor ventos terre ne flaret sup terrā neq̃ super mare, neq̃ in vllā arborē. Et vidi alterū angelū ascendentem ab ortu solis, habētem signum dei viui: & clamauit voce magna

quatuor angelis,quibus datū est nocere terre ⁊ mari,dicēs.
B Nolite nocere terre ⁊ mari,neq; arboribus, quoadusq; signemus seruos dei nostri in frōtib⁹ suis. Et audiui numerū signatorū,centū quadraginta quatuor millia signati ex omni tribu filiorum Israel. Et tribu Juda, duodecim millia signati. Ex tribu Rubē,duodecim millia signati. Et tribu Gad,duodecim millia signati. Ex tribu Aser, duodecim millia signati. Ex tribu Nephthalim,duodecim millia signati. Ex tribu Manasse,duodecim millia signati. Ex tribu Simeō,duodecim millia signati. Ex tribu Leui,duodecim millia signati. Ex tribu Issachar,duodecim millia signati. Ex tribu Zabulon, duodecim millia signati. Ex tribu Joseph,duodecim millia signati. Ex tribu Beniamin,duodecim millia signati. C Post hec vidi turbā magnā quā dinumerare nemo poterat ex omnibus gentibus,⁊ tribubus,⁊ populis ⁊ linguis,stātes añ thronū,⁊ in cōspectu agni,amicti stolis albis,⁊ palme in manibus eorū,⁊ clamabāt voce magna,dicētes. Salus deo nr̄o q sedet sup thronū,⁊ agno. Et oēs angeli stabāt in circūitu throni ⁊ seniorū,⁊ quatuor aīaliū:⁊ ceciderūt in cōspectu throni in facies suas,et adorauerunt deū dicētes, Amē. Benedictio,⁊ claritas,⁊ sapiētia,et gr̄arū actio,honor ⁊ virt⁹,⁊ fortitudo deo nostro in secula seculorū. Amen. Et rñdit vnus de senioribus:⁊ dixit mihi. D Hi qui amicti sunt stolis albis,qui sunt:⁊ vnde venerunt: Et dixi illi. Dñe mi, tu scis. Et dixit mihi. Hi sunt q venerunt de tribulatione magna,⁊ lauerunt stolas suas,⁊ dealbauerunt eas in sanguine agni. ideo sunt ante thronū dei,et seruiūt ei die ac nocte in tēplo eius:⁊ qui sedet in throno,habitabit sup illos. nō esurient neq; sitient amplius,nec cadet super illos sol,neq; vllus estus: qm̄ agnus in medio throni est,reget illos,⁊ deducet eos ad vite fontes aquarū,⁊ absterget deus omnem lachrymam ab oculis eorum.

Isa.xlj.e

Isaie xxv.c.

C Capituli Summarium. Sequitur cantum angelicarū tubarum orbis excidium. Caput.viij.

A Et cū aperuisset sigillū septimū,factū est silentiū in celo quasi media hora. Et vidi septē angelos stātes in cōspectu dei:⁊ date sunt illis septem tube. Et alius angel⁹ venit,et stetit añ altare,habēs thuribulū aureū:⁊ data sunt illi incensa multa,vt daret de orationibus sanctorū omniū super altare aureū,qđ est añ thronū. Et ascēdit fumus incēsorū de orationib⁹ sanctorū de manu angeli cor̄ deo. Et accepit angelus thuribulū aureum,⁊ impleuit illud de igne altaris,⁊ misit in terrā,⁊ facta sunt tonitrua ⁊ voces ⁊ fulgura et terremotus magnus. Et septem angeli qui habebāt septē tubas,prepararuerūt se vt tuba canerēt. Et primus angelus tuba cecinit,⁊ facta est grādo ⁊ ignis,mixta in sanguine:⁊ missum est in terrā,et tertia pars terre cōbusta est,⁊ tertia pars arborū cōcremata est,⁊ omne fenū viride cōbustū est. Et scōs angelus tuba cecinit: ⁊ tāq; mons magnus igne ardēs,missus est in mare.⁊ facta est tertia pars maris sanguis:⁊ mortua est tertia pars creaturē eorū que habebāt anīmas in mari,⁊ tertia pars nauiū interijt. Et terti⁹ angelus tuba cecinit,⁊ cecidit de celo stella magna ardēs tanq; facula,⁊ cecidit in tertiā partē fluminū, ⁊ in fontes aquarum:⁊ nomē stelle,dicit̄ absynthiū.⁊ facta est tertia pars aquarum in absynthium:⁊ multi hominum mortui sunt de aquis,quia amare facte sunt. Et quart⁹ angelus tuba cecinit:⁊ percussa est tertia pars solis,⁊ tertia pars lune,et tertia pars stellarū,ita vt obscuraretur tertia pars eor̄,⁊ diei nō luceret pars tertia,⁊ noctis similiter. Et vidi, et audiui vocem vnius aquile volantis per medium celi dicentis voce magna. Ve, ve, ve habitantibus in terra: de ceteris vocibus trium angelorum qui erant tuba canituri.

C Capituli Summarium. Ve et malum cōsequitur cantū reliquarum tubarum. Caput.ix.

A Et quintus angelus tuba cecinit,et vidi stellā de celo cecidisse in terrā. Et data est ei clauis putei abyssi. Et aperuit puteum abyssi:⁊ ascendit fumus putei,sicut fumus fornacis magne:⁊ obscuratus est sol ⁊ aer de fumo putei. Et de fumo putei exierunt locuste in terram:⁊ data est illis potestas,sicut habent potestatem scorpiones terre:⁊ preceptū est illis ne lederēt fenum terre,neq; omne viride,neq; omnē arborē: nisi tantū homines qui non habēt signū dei in frontibus suis. et datū est illis ne occiderent eos: sed vt cruciarent mēsibus quinq;,⁊ cruciat⁹ eorū,vt cruciatus scorpij cū percutit hominē. Et in diebus illis querēt homines mortē ⁊ nō inuenient eā:⁊ desyderabūt mori,⁊ fugiet mors ab eis. Et similitudines locustarū similes equis paratis in prelium:⁊ super capita earum tanquā corone,similes auro:⁊ facies earū tāq; facies hominū.⁊ habebāt capillos sicut capillos mulierū:⁊ dētes earū sicut dentes leonū erant:⁊ habebant loricas sicut loricas ferreas. et vox alarū earū sicut vox curruū equorū multorū currentiū in bellū. et habebant caudas similes scorpionū:⁊ aculei erant in caudis earū ⁊ potestas earū nocere hoīb⁹ mēsib⁹ qnq;.⁊ habebant sup se regē angelum abyssi cui nomē Hebraice Abadō. Grece añt apolyō:⁊ latine habēs nomē Exterminās. Ve vnū abijt.⁊ ecce veniūt adhuc duo ve post hec. Et sextus angelus tuba cecinit:⁊ audiui vocē vnā ex quatuor cornibus altaris aurei,qđ est ante oculos dei,dicentē sexto angelo q habebat tubā. Solue quatuor angelos,q alligati sunt in flumine magno. Eufrate. Et soluti sunt quatuor angeli,qui parati erant in horā ⁊ diem ⁊ mensem ⁊ annū: vt occiderent tertiam partem hominū. Et numerus equestris exercitus vicies millies dena millia. Et audiui numerū eorum. Et ita vidi equos in visione:⁊ qui sedebant super eos, habebant loricas igneas,et hyacinthinas ⁊ sulphureas,et capita equorum erāt tanq; capita leonū:⁊ de ore eorū procedit ignis,⁊ fumus,⁊ sulphur. Et ab his tribus plagis occisa est tertia pars hoīm,de igne et de fumo et sulphure,que procedebant ex ore ipsorum. Potestas enim equorū in ore eorum est,⁊ in caudis eorū nam caude eorū,similes serpentibus,habētes capita: et in his nocent. Et ceteri homines qui non sunt occisi in his plagis,neq; penitentiā egerunt de operibus manuum suarum vt non adorarent demonia ⁊ simulachra aurea ⁊ argentea ⁊ erea ⁊ lapidea ⁊ lignea,que neq; videre possunt,neq; audire,neq; ambulare, et non egerunt penitentiam ab homicidijs suis,neq; a veneficijs suis:neq; a fornicatione sua,neq; a furtis suis.

Isa.ij. d. Osee.x. b.luc.xx. iij.d. Sapien. xvj.b.

C Capituli Summarium. Loquuntur septem tonitrua,et deuorat Joannes librum. Caput.x.

A Et vidi aliū angelū fortem descendētem de celo amictū nube,⁊ iris in capite eius ⁊ facies eius erat vt sol,⁊ pedes eius tanq; columna ignis.⁊ habebat in manu sua libellum apertum:et posuit pedem suum dextrum super mare, sinistrum autem super terram,et clamauit voce magna,quēadmodum cū leo rugit. Et cum clamasset,locuta sunt septem tonitrua voces suas. Et cum locuta fuissent septē tonitrua voces suas,ego scripturus eram:⁊ audiui vocem de celo dicētem mihi. Signa que locuta sunt septem tonitrua:⁊ noli ea scribere. Et angelus quem vidi stantem super mare et super terram, leuauit manum suam ad celum, et iurauit per viuentem in secula seculorum,qui creauit celum et ea que in eo sunt, et terram et ea que in ea sunt,⁊ mare ⁊ ea que in eo sunt. Quia tempus non erit amplius,sed in diebus vocis septimi angeli, cum ceperit tuba canere, consummabitur mysterium dei, sicut euangelizauit per seruos suos prophetas. Et audiui vocem de celo iterum loquentem mecum,⁊ dicentem. Vade,⁊ accipe librum apertum de manu angeli stantis super mare ⁊ super terram. Et abij ad angelum,dicens ei vt daret mihi librum. Et dixit mihi. Accipe librum,et deuora illum:⁊ faciet amaricari ventrem tuum, sed in ore tuo erit dulce tanquam mel. Et accepi librum de manu angeli,⁊ deuorauī illum,et erat in ore meo tanquam mel,dulce.⁊ cum deuorassem eum,amaricatus est venter meus,et dixit mihi. Oportet te iterum prophetare gentibus,et populis,et linguis,et regibus multis.

Danie. xij.c.

Ezechi. iij.a.

C Capituli Summarium. Due olive et duo candelabra stant ante deum. Caput.xj.

Et datus est mihi calamus similis virge: et dictū est mihi, Surge, et metire tēplū dei, et altare et adorātes in eo. atriū aūt quod est intra templū, ejice foras, et ne metiaris illud: quiā datū est gētibus, et ciuitatē sanctā calcabūt mēsibus quadraginta duobꝰ. et dabo duobꝰ testibus meis, et pphetabūt diebus mille ducētis seraginta, amicti saccis. Hi sunt due oline et duo candelabra in conspectu dñi terre stātia. Et si quis voluerit eos nocere: ignis exiet de ore eorū, et devorabit inimicos eorum. et si quis voluerit eos ledere: sic oportet eū occidi. Hi habēt potestatē claudendi celū, ne pluat diebus prophetie ipsorū: et potestatē habēt sup aquas cōuertendi eas in sanguinem: et pcutere terrā omni plaga quotiescūqꝫ voluerint. Et cum finierint testimoniū suū: bestia que ascendit de abysso, faciet aduersum eos bellū, et vincet illos, et occidet eos. Et corpora eorꝫ iacebūt in plateis ciuitatis magne, qā vocat spūaliter Sodoma, et Egyptus, vbi et dñs eorū crucifixus est. Et videbūt de tribubus, et pplis, et linguis, et gentibus corpora eorū per tres dies et dimidiū: et corpa eorū nō sinēt poni in monumentis. et inhabitantes terrā, gaudebūt super illos, et iocūdabuntur: et munera mittent inuicē, quā hi duo prophete cruciauerunt eos q habitabāt sup terrā. Et post dies tres et dimidiū spūs vite a deo intrauit in eos. et steterunt sup pedes suos, et timor magnꝰ cecidit sup eos q viderūt eos. Et audierūt vocem magnā de celo, dicentē eis. Ascēdite huc. Et ascēderūt in celū in nube: et viderunt illos inimici eorū. Et in illa hora factus est terremotꝰ magnus: et decima pars ciuitatis cecidit: et occisa sunt in terremotu noia hoīm septē millia. et reliqui in timorē sunt missi, et dederūt gloriā deo celi. Ve secūdū abijt: et ecce ve tertium veniet cito. Et septimus angelus tuba cecinit: et facte sunt voces magne in celo dicētes. Factū est regnū huius mūdi domini nostri et Ihesu xpi eiꝰ et regnabit in secula seculoꝝ. Amē. Et viginti quatuor seniores qui in cōspectu dei sedēt in sedibꝰ suis, ceciderūt in facies suas, et adorauerūt deū, dicētes. Gratias agimus tibi domine deus noster omnipotēs qui es, et qui eras, et qui venturus es: quia accepisti virtutē tuā magnā, et regnasti. Et irate sunt gentes, et aduenit ira tua, et tps mortuoꝝ iudicari, et reddere mercedem seruis tuis prophetis et sanctis, et timētibus nomen tuū pusillis et magnis, et exterminādi eos qui corruperūt terram. Et apertum est templū dei in celo: et visa est arca testamēti eius in templo eius, et facta sunt fulgura, et voces, et terremotus, et grando magna.

¶ Capituli Summarium. Fit prelium in celo et deijcitur draco antiquus. Caput.xij.

Et signū magnum apparuit in celo: mulier amicta sole, et luna sub pedibus eius, et in capite eius corona stellarum duodecim, et in vtero habēs: et clamat parturiēs, et cruciat vt pariat. Et visum est aliud signū in celo, et ecce draco magnꝰ rufus, habēs capita septē, et cornua decē: et in capitibꝰ eiꝰ diademata septē, et cauda eius trahebat tertiā partē stellarū celi, et misit eas in terrā, et draco stetit ante mulierem que erat paritura: vt cum peperisset, filiū eiꝰ deuoraret. Et peperit filiū masculum, qui recturus erat oēs gentes in virga ferrea, et raptus est filius eius ad deū et ad thronū eius, et mulier fugit in solitudinem vbi habebat locū paratū a deo, vt ibi pascat eā diebꝰ mille ducētis seraginta. Et factū est prelium magnū in celo. Michael et angeli eius pliabant cū draconе, et draco pugnabat et angeli eius: et nō valuerūt: neqꝫ locꝰ inuētꝰ est eorū amplius in celo. et pjectꝰ est draco ille magnus, serpens antiquus, qui vocat Diabolus et satanas, qui seducit vniuersum orbē: et proiectꝰ est in terrā, et angeli eiꝰ cū illo missi sunt. Et audiui vocē magnā in celo dicentē. Nūc facta est salus et virtus, et regnū dei nostri, et potestas Christi eius, quia proiectus est accusator fratrū nostroꝝ, qui accusabat illos ante conspectum dei nostri die ac nocte. Et ipsi vicerunt eū propter sanguinem agni, et propter verbū testimonij sui, et nō dilexerūt animas suas vsqꝫ ad mortē. propterea letamini celi, et qui habitatis in eis. Ve terre et mari: quia descēdit diabolus ad vos habēs iram magnam, sciens quod modicū tps habet. Et postq̄ vidit draco qō proiectus esset in terram persecutus est mulierē que peperit masculū: et date sunt mulieri ale due aquile magne, vt volaret in desertū in locū suū vbi alitur per tēpus et tēpora et dimidiū temporis a facie serpentis. Et misit serpēs ex ore suo post mulierē, aquā tanq̄ flumen: vt eā faceret trahi a flumine. Et adiuuit terra mulierem, et aperuit terra os suum, et absorbuit flumē qō misit draco de ore suo. Et iratus est draco in mulierē: et abijt facere prelium cum reliquis de semine eius, qui custodiunt mādata dei, et habent testimoniū Ihesu xpi. Et stetit supra arenam maris.

¶ Capituli Summarium. Apparet bestia cum septē capitibus et decem cornibus. Caput.xiij.

Et vidi de mari bestiā ascendentē, habentem capita septē, et cornua decē, et super cornua eius decem diademata, et sup capita eius nomina blasphemie. Et bestia quā vidi, similis erat pardo et pedes eius sicut pedes vrsi, et os eius sicut os leonis. Et dedit illi draco virtutē suam et potestatem magnam. Et vidi vnum de capitibus suis quasi occisum in mortem: et plaga mortis eius curata est. Et admirata est vniuersa terra post bestiam. Et adorauerunt draconem qui dedit potestatem bestie: et adorauerūt bestiam, dicētes. Quis similis bestie: et quis poterit pugnare cum ea? Et datum est ei os loquens magna et blasphemias: et data est ei potestas facere menses quadraginta duos. Et aperuit os suum in blasphemias ad deum blasphemare nomen eius, et tabernaculum eius, et eos qui in celo habitant. Et est datum illi bellum facere cū sanctis: et vincere eos. Et data est illi potestas in omnem tribū, et populum, et linguam, et gentē: et adorauerunt eam omnes qui inhabitabāt terram, quorum non sum scripta nomina in libro vite agni, qui occisus est ab origine mundi. Si quis habet aurem, audiat. Qui in captiuitatē duxerit, in captiuitatem vadet: qui in gladio occiderit, oportet eum gladio occidi. Hic est patientia et fides sanctorum. Et vidi aliam bestiam ascendentem de terra: et habebat cornua duo, similia agni, et loquebatur sicut draco. Et potestatem prioris bestie omnem faciebat in conspectu eius: et fecit terram et habitantes in ea, adorare bestiam primā, cuius curata est plaga mortis. Et fecit signa magna, vt etiam ignem faceret de celo descendere in terram in conspectu hominum. Et seduxit habitantes in terra ppter signa que data sunt illi facere in conspectu bestie, dicens habitantibus in terra, vt faciant imaginē bestie, que habet plagā gladij et vixit. Et datum est illi vt daret spiritū imagini bestie, et vt loquatur imago bestie et faciet vt quicunqꝫ non adorauerint imaginem bestie, occidātur. Et faciet omnes pusillos, et magnos, et diuites, et pauperes, et liberos, et seruos habere characterem in dextera manu sua, aut in frontibꝰ suis. et ne quis posset emere aut vendere, nisi qui habeat characterem, aut nomē bestie, aut numerum nominis eius. Hic sapientia est. Qui habet intellectum: computet numerū bestie. Numerus enim hominis est: et numerus eius sexcenti sexagiata sex.

¶ C.S. Puri homines stant cum agno. Caput.xiiij.

Et vidi, et ecce agnus stabat supra mōtem Sion et cum eo centū quadraginta quatuor millia habentes nomen eius et nomē patris eius scriptum in frontibus suis. Et audiui vocem de celo, tanquam vocem aquarum multarum, et tanquam vocem tonitrui magni: et vocem quam audiui, sicut citharedorum citharizantium in citharis suis. Et cantabant quasi canticū nouum ante sedem et ante quatuor animalia, et seniores, et nemo poterat discere canticum, nisi illa centum quadraginta quatuor millia, qui empti sunt de terra. Hi sunt qui cum mulieribus nō sunt coinquinati, virgines enim sunt. Hi sequūtur agnum quocūqꝫ ierit. Hi empti sunt ex hominibus primitie deo et agno: et in ore eorum non est inuentum mendacium. Sine macula enim sunt ante thronum dei. Et vidi alterum angelū volantem per mediū celi habentē euangeliū eternū, vt euāgelizaret sedētibus super terrā, et super omnē

gentem

Universidad de Deusto Biblioteca

gentem,et tribum,et populum,dicēs magna voce.Timete
ps. cxlv. a. Actuum, xiij.c. Isa.xxj.c Jere.ij.a
dñm,z date illi honorē,quia venit hora iudicij eius,z ado-
rate eum qui fecit celū z terrā,mare et fontes aquarum. Et
alius angelus secutus est,dicens. Cecidit cecidit Babylon
illa magna que a vino ire fornicationis sue potauit oēs gen-
tes. Et tertius angelus secutus est illos,dicēs voce magna.
Si quis adorauerit bestiam z imaginem eius,et acceperit
L
characterem in fronte sua,aut in manu sua: et hic bibet de
vino ire dei,qđ mixtū est mero in calice ire ipsius,z crucia-
bitur igne z sulphure in conspectu angelorum sanctorum,z
ante conspectū agni.z fumus tormentorum eorū ascēdet in
secula seculorum:nec habent requiem die ac nocte q adora
uerunt bestiā z imaginē eius,z si quis acceperit characterē
nominis eius. Hic patiētia sanctorū est,qui custodiūt man-
data dei z fidē Jesu. Et audiui vocē de celo,dicentē mihi.
Matth. xiij.e. Joel.iij.c
Scribe,Beati mortui qui in dño moriunt. Amodo iā dicit
D
spiritus,vt requiescāt a laboribus suis,opera enī illorū se-
quuntur illos. Et vidi,z ecce nubē candidā: z super nubem
sedentem similē filio hominis,habentem in capite suo coro-
nam auream,z in manu sua falcem acutā. Et alius angel⁹
exiuit de templo,clamans voce magna ad sedentem super
nubem. Mitte falcē tuam z mete,quia venit hora vt metat,
quoniā aruit messis terre. Et misit qui sedebat super nubē,
falcem suā in terrā: z demessuit eā. Et alius angelus exiuit
de tēplo qđ est in celo,habens z ipse falcē acutam. Et alius
angelus exiuit de altari,qui habebat potestatē supra ignē:
z clamauit voce magna ad eum qui habebat falcē acutam,
dicens. Mitte falcē tuam acutā,et vindemia botros vinee
terre:qm̄ mature sunt vue eius. Et misit angelus falcē suam
acutā in terrā,z vindemiauit vineā terre,et misit in lacū ire
dei magnū: z calcatus est lacus extra ciuitatē,et exiuit san-
guis de lacu vsq; ad frenos equorū p stadia mille trecenta.

¶ C.S. Victores bestie laudant deum. Caput.xv.

A
ET vidi aliud signū in celo magnum z mirabile:
angelos septē,habētes plagas septem nouissi-
mas.qm̄ in illis cōsummata est ira dei. Et vidi
B
tanq̄ mare vitreū mixtū igne,z eos q vicerūt be-
stiā z imaginē ei⁹ z nūerū nois ei⁹ stātes super mare vitreū,
habētes citharas dei: z cantātes cāticū Moysi serui dei,et
Jere.x. a
cāticū agni,dicētes. Magna z mirabilia sunt opa tua dñe
L
deꝰ oīpotēs:iuste z vere sunt vie tue rex seculorū. Quis non
timebit te dñe,z magnificabit nomen tuū:q̄ solus pius es,
qm̄ oēs gētes venīēt,z adorabūt in cōspectu tuo,qm̄ iudicia
tua manifesta sunt. Et post hec vidi,z ecce apertum est tem
plum tabernaculi testimonij in celo: z exierunt septē angeli,
habentes septem plagas,de templo:vestiti lapide mundo z
D
candido,z precincti circa pectora zonis aureis. Et vnū de
quatuor animalibus,dedit septem angelis septem phialas
aureas plenas ira cūdie dei viuentis in secula seculorū. Et
impletum est templum dei fumo a maiestate dei,z de virtu-
te eius,z nemo poterat introire in templum donec consum-
marentur septem plage septem angelorum.

¶ Capituli Summarium. Mde effusionem septem phiala-
rum oriuntur plage in terra. Caput.xvj.

A
ET audiui vocē magnā de tēplo,dicentē septem
angelis. Ite,z effundite septē phialas ire dei in
terrā. Et abijt primus angelus,z effudit phialā
suā in terrā,z factū est vulnus seuū et pessimū in
B
homines qui habebāt characterē bestie: z in eos q adorauerūt
bestiā z imaginē eius. Et secūdus angelus effudit phialam
suā in mare,z factus est sanguis tanq̄ mortui:et oīs aīa vi-
uens,mortua est in mari. Et tertius effudit Phialam suam
super flumina z super fontes aquarum: z factus est sanguis.
Et audiui angelū aquarū dicentē,Justus es dñe,qui es,et
qui eras sanctus,qui hec iudicasti:quia sanguinē sanctorū
z prophetarū effuderūt,z sanguinē eis dedisti bibere.digni
enim sunt. Et audiui alterū angelū dicētē. Etiam dñe deus
omnipotens vera z iusta iudicia tua. Et quartus angelus
effudit phialam suam in solē,z datum est illi estu affligere
homines z igni,z estuauerūt homines estu magno,et blasphe-
mauerunt nomen dei habentis potestatem super has pla-
gas,neq; egerunt penitentiam,vt darent illi gloriā. Et quin
tus angelus effudit Phialam suam super sedem Bestie:et
factum est regnum eius:tenebrosum,z commanducauerunt
linguas suas pre dolore:et blasphemauerunt deum celi pre
doloribus z vulneribus suis,z non egerunt penitentiam ex
operibus suis. Et sextus angelus effudit Phialam suam
L
in flumen illud magnum Euphraten:et siccauit aquā eius,
vt prepararetur via regibus ab ortu solis. Et vidi de ore
draconis,z de ore bestie,z de ore pseudo prophete exire spi-
ritus tres immundos in modum ranarum. Sunt enim spi-
ritus demoniorum facientes signa,z procedunt ad reges to-
tius terre congregare illos in prelium ad diem magnū om-
nipotentis dei. Ecce venio sicut fur. Beatus qui vigilat et
custodit vestimenta sua,ne nudus ambulet,z videant tur-
pitudinem eius. Et congregabit illos in locum qui voca-
tur Hebraice Armageddon. Et septimus angelus effu-
dit phialam suam in aerem: z exiuit vox magna de templo
a throno,dicens,Factum est. Et facta sunt fulgura,z vo-
ces,z tonitrua z terremotus factus est magnus qualis num-
q̄ fuit,ex quo homines fuerunt super terram talis terremo
tus sic magnus. Et facta est ciuitas magna in tres partes:
z ciuitates gentium ceciderunt. Et babylon magna venit
in memoriam ante deum:dare illi calicem vini indignatio-
nis ire eius. Et omnis insula fugit,et montes non sunt in-
uenti. Et grando magna sicut talentum,descendit de celo
in homines: z blasphemauerunt deum homines propter
plagam grandinis:quoniam magna facta est vehementer.

¶ Capituli Summarium. Mulier cum poculo sedet su-
per bestiam. Caput.xvij.

A
ET venit vnus de septem angelis qui habebant
septem phialas: z locutus est mecū,dicens. Ve-
ni.z ostendā tibi damnationem meretricis ma-
gne,que sedet super aquas multas,cū qua for-
nicati sunt reges terre,z inebriati sunt qui inhabitabant
terram de vino prostitutionis eius. Et abstulit me in spiri-
tu in desertum. Et vidi mulierem sedentem super bestiam
coccineam,plenam nominibus blasphemie,habentem ca-
pita septem et cornua decem. Et mulier erat circundata
B
purpura z coccino,z inaurata auro,z lapide pretioso,et
margaritis,habens poculum aureum in manu sua,ple-
num abominatione z immunditia fornicationis sue. Et in
fronte eius nomen scriptum.mysterium:Babylon magna,
mater fornicationum z abominationum terre. Et vidi mu-
lierem ebriam de sanguine sanctorum,z de sanguine mar-
tyrum Jesu. Et mirat⁹ sum cum viderem illam,admira-
tione magna. Et dixit mihi angelus,Quare miraris? Ego
dicam tibi sacramentum mulieris,z bestie que portat eam,
que habet capita septem et cornua decem. Bestia quam
vidisti,fuit,z non est,et ascensura est de abysso,z in in-
teritum ibit: et mirabuntur inhabitantes terram (quorum
non sunt scripta nomina in libro vite a constitutione mun-
di) videntes bestiam que erat et non est. Et hic est sensus,
L
qui habet sapientiam. Septem capita:septē montes sunt,
super quos mulier sedet,et reges septem sunt. Quinq; ceci-
derunt,vnus est,z alius nondum venit,z cum venerit,opor-
tet illum breue tempus manere. Et bestia que erat et non
est:et ipsa octaua est,et de septem est,et in interitum vadit.
Et decem cornua que vidisti:decem reges sunt,qui regnum
nondum acceperunt,sed potestatem tanq̄ reges vna hora
accipient post bestiam. Hi vnum consilium habent: z vir-
D
tutem z potestatem suam bestie tradent. Hi cum agno pu-
J.tim.vj.c Infra. xix.c.
gnabunt: z agnus vincet illos,quoniā dominus dominorū
est,z rex regum,z qui cū illo sunt vocati: z electi z fideles. Et
dixit mihi. Aque quas vidisti vbi meretrix sedet: populi
sunt,z gentes,z lingue. Et decem cornua que vidisti in be-
stia:hi odient fornicariam,z desolatam facient illam z nu-
dam,z carnes eius manducabunt,z ipsam igni concrema-
bunt. Deus enim dedit in corda eorū,vt faciant quod pla-

citum est illi: vt dent regnū suum bestie, donec consumentur verba dei. Et mulier quam vidisti: est ciuitas magna, que habet regnum super reges terre.

A ¶ S. Judicium Babylonis describitur. Caput xviij.

Isa.xxj.c Jer.li.a. DEt post hec vidi aliū angelum descendentem de celo, habentem potestatem magnam, et terra illuminata est a gloria eius. Et exclamauit in fortitudine, dicens. Cecidit cecidit Babylon magna: et facta est habitatio demoniorū, et custodia omnis spiritus immundi, et custodia omnis volucris immunde et odibilis. quia de vino ire fornicatiōis eius biberūt omnes gentes: et reges terre cum illa fornicati sunt: et mercatores terre de virtute delitiarum eius diuites facti sunt. Et audiui aliā vocē de celo, dicentē. Exite de illa populus meus, vt ne participes sitis delictorum eius, et de plagis eius non accipiatis. Quoniam peruenerunt peccata eius vsq; ad celum, et recordatus est dñs iniquitatū eius. Reddite illi sicut et ipsa reddidit vobis: et duplicate duplicia secundum opera eius. In poculo quo miscuit vobis, miscete illi duplum. Quantum glorificauit se, et in delicijs fuit: date illi tormentū et luctū: quia in corde suo dicit. Sedeo regina, et vidua nō sum, et luctum non videbo. Ideo in vna die venient plage eius, mors, et luctus et fames, et igne cōburetur: quia fortis est deus qui iudicabit illam. Et flebūt, et plangent se super illā reges terre, qui cum illa fornicati sunt, et in delicijs vixerunt, cum viderint fumum incendij eius: longe stantes ppter timorem tormentorū eius, dicentes. Ue ve ciuitas illa magna Babylon, ciuitas illa fortis: qm̄ vna hora venit iudicium tuum.

B Et negotiatores terre flebūt, et lugebūt super illam: quoniā merces eorum nemo emet amplius, merces auri et argenti et lapidis ptiosi, et margarite, et byssi, et purpure, et serici, et cocci, et omne lignum thyinū, et omnia vasa eboris, et oia vasa de lapide pretioso et eramēto, et ferro, et marmore, et cinamomū,

D et amomum, et odoramentorum, et vnguēti, et thuris, et vini, et olei, et simile, et tritici, et iumentorum, et ouium, et equorum, et rhedarum, et mancipiorum, et animarum hominū. Et poma desyderij anime tue discesserūt a te: et omnia pinguia et preclara perierūt a te, et amplius illa iam non inuenient mercatores horum. qui diuites facti sunt: ab ea longe stabūt, propter timorem tormentorū eius flentes ac lugentes, et dicentes.

E Ue ve ciuitas illa magna, que amicta erat byssō et purpura, et cocco, et deaurata erat auro, et lapide ptioso, et margaritis: qm̄ vna hora destitute sunt tante diuitie: et omnis gubernator, et omnes qui in lacum nauigāt, et naute, et qui in

F mari operantur, longe steterūt, et clamauerunt videntes locū incendij eius, dicētes. Que similis ciuitati huic magne? Et miserunt puluerem super capita sua: et clamauerūt flentes, et lugentes, dicentes. Ue ve ciuitas illa magna, in qua diuites facti sunt, omnes qui habebant naues in mari de pretijs eius: quoniam vna hora desolata est. Exulta super eam celum et sancti apostoli et prophete: qm̄ iudicauit deus iudicium vestrū de illa.

G Et sustulit vnus angelus fortis lapidem quasi molarē magnū, et misit in mare, dicēs. Hoc impetu mittetur Babylō ciuitas illa magna: et vltra iam nō inuenietur. Et vox citharedorum et musicorū et tibia canentiū et tuba, nō audietur in te amplius: et oīs artifex omnis artis non inuenietur in te amplius, et vox mole nō audiet in te amplius, et lux lucerne nō lucebit in te amplius, et vox sponsi et sponse non audiet adhuc in te: quia mercatores tui erant principes terre, quia in veneficijs tuis errauerūt oēs gētes. Et in ea sanguis pphetarū et sanctorū inuētus est: et omniū q interfecti sunt in terra.

A ¶ S. Gaudent sancti in nuptijs agni. Caput xix.

POst hec audiui quasi vocē turbarū multarum in celo dicētium, Alleluia. Laus et gloria, et virtus deo nostro est: qui a vera et iusta iudicia sunt eius qui iudicauit de meretrice magna, que corrupit terrā in prostitutione sua, et vindicauit sanguinē seruorum suorū de manibus eius. Et iterū dixerūt Alleluia. Et fumus

B eius ascēdit in secula seculorū. Et ceciderūt seniores viginti quatuor et quatuor animalia, et adorauerūt deum sedentem super thronū, dicentes. Amen Alleluia. Et vox de throno exiit, dicēs. Laudem dicite deo nostro omnes sancti eius: et qui timetis eū pusilli et magni. Et audiui quasi vocē turbe magne, et sicut vocē aquarum multarū: et sicut vocem tonitruorū magnorū, dicentiū, Alleluia: qm̄ regnauit dñs deus noster omnipotēs. Gaudeamus et exultemus et demus gloriam ei: quia venerūt nuptie agni, et vxor eius preparauit se. Et datū est illi vt cooperiat se byssino splēdenti et candido. Byssinū enim: iustificationes sunt sanctorū. Et dixit mihi, Scribe, Beati qui ad cenam nuptiarū agni vocati sunt. Et dixit mihi. Hec verba dei, vera sunt. Et cecidi ante pedes eius, vt adorarem eum. Et dixit mihi. Uide ne feceris, conseruus tuus sum et fratrū tuorum, habētium testimonium Jesu. Deum adora. Testimonium enim Jesu, est spiritus prophetie. Et vidi celum apertū, et ecce equus albus: et qui sedebat super eū, vocabatur Fidelis et verax, et cum iustitia iudicat et pugnat. Oculi autem eius sicut flamma ignis: et in capite eius diademata multa, habens nomē scriptū, quod nemo nouit nisi ipse. Et vestit⁹ erat veste aspersa sanguine: et vocabatur nomen eius. Uerbū dei. Et exercitus qui sunt in celo, sequebantur eum in equis albis, vestiti byssino albo et mūdo. Et de ore eius procedit gladius ex vtraq; parte acutus: vt in ipso percutiat gētes. Et ipse reget eas in virga ferrea: et ipse calcat torcular vini furoris ire dei omnipotētis. Et habet in vestimēto et in femore suo scriptum. Rex regū et dominus dominantium. Et vidi vnum angelum stantem in sole, et clamauit voce magna, dicens, omnibus auibus q̄ volabant per medium celi. Uenite, et cōgregamini ad cenā magnam dei: vt manducetis carnes regum, et carnes tribunorum, et carnes fortium, et carnes equorum, et sedentium in ipsis, et carnes omniū liberorum et seruorum, et pusillorum et magnorum. Et vidi bestiam et reges terre, et exercitus eorū cōgregatos ad faciendum prelium cum illo qui sedebat in equo et cum exercitu eius. Et apprehensa est bestia, et cum ea pseudo propheta: qui fecit signa coram ipso, quib⁹ seduxit eos qui acceperunt characterem bestie, et qui adorauerunt imaginem eius. Uiui missi sunt hi duo in stagnū ignis ardentis sulphure: et ceteri occisi sunt in gladio sedentis super equū, qui procedit de ore ipsius: et omnes aues saturate sunt carnibus eorum.

¶ S. Satanas ligatus et seti cū xpo regnāt. Caput xx.

A ET vidi angelum descēdentem de celo, habētem clauē abyssi, et catenam magnā in manu sua. Et apprehendit draconē serpentem antiquum, qui est diabolus et satanas, et ligauit eum per annos mille, et misit eū in abyssum, et clausit, et signauit sup illū, vt nō seducat amplius gētes, donec cōsummētur mille anni. et post hoc oportet illū solui modico tēpore. Et vidi sedes: et sederūt super eas, et iudiciū datum est illis. et animas decollatorum propter testimonium Jesu, et propter verbū dei, et qui non adorauerunt bestiam neq; imaginem eius, nec acceperunt characterem eius in frontibus, aut in manibus

B suis, et vixerunt et regnauerunt cum Christo mille annis. Ceteri mortuorū nō vixerūt, donec cōsummentur mille anni. Hec est resurrectio prima. Beatus et sanctus q habet partem in resurrectione prima. in his secunda mors non habet potestatē: sed erūt sacerdotes dei et Christi: et regnabūt cum illo mille annis. Et cū consummati fuerint mille anni, soluetur satanas de carcere suo, et exibit et seducet gentes que sunt super quatuor angulos terre. Gog et Magog, et cōgregabit eos in prelium, quorum numerus est sicut Arena maris. Et ascenderūt super latitudinem terre, et circūierunt castra sanctorum et ciuitatem dilectam. Et descendit ignis a deo de celo, et deuorauit eos: et Diabolus qui seducebat eos, missus est in stagnum ignis et sulphuris, vbi et bestia et pseudo propheta cruciabuntur die ac nocte in secula seculorum. Et vidi thronum magnum candidum, et sedentem super eum, a cuius conspectu fugit terra et celum, et locus non est inuentus eis. Et vidi mortuos magnos, et pusillos

D stantes in conspectu throni, et libri aperti sunt: et alius liber

Matth. xxij.a. luc.xiij.d

C

Isa.lxij.a

p̄o.ij.c.

s.xvij.d. j.tim. v.c.

Exe.xl. c.xxxix.a

C

apertus

apertus est,qui est vite:& iudicati sunt mortui ex his que scripta erãt in libris fm opera ipsorum.& dedit mare mortuos qui in eo erant,& mors & infernus dederũt mortuos suos qui in ipsis erant,et iudicatũ est de singulis fm opera ipsorum. Et infernus & mors missi sunt in stagnũ ignis. Hec est mors secunda. Et qui non inuentus est in libro vite scriptus:missus est in stagnum ignis.

¶ Capituli Summarium. Renouabitur celum & terra,et erit deus omnia in omnibus. Caput.xxj.

A Isa.lxv.c lxvj.g. ñ.pe.iij.c

ET vidi celum nouum,& terrã nouam. Primum enim celum,& prima terra abijt,& mare iam non est. Et ego Joannes vidi sanctam ciuitatẽ Jerusalem nouam descendentem de celo, a deo paratam,sicut sponsam ornatam viro suo. Et audiui vocem magnam de throno dicentem. Ecce tabernaculum dei cum hominibus:& habitabit cum eis,& ipsi populus eius erunt: & ipse deus cũ eis erit eorũ deus.& absterget deus omnẽ lachrymam ab oculis eorum:& mors vltra non erit, neq; luctus,neq; clamor,neq; dolor erit vltra que prima abierunt. Et dixit qui sedebat in throno. Ecce noua facio omnia. Et dixit mihi. Scribe,quia hec verba fidelissima sunt et vera. Et dixit mihi. Factum est. Ego sum Alpha & o:principium et finis. Ego sitienti dabo de fonte aque vite gratis. Qui vicerit,possidebit hec:& ero illi deus:& ille erit mihi filius. Timidis autem & incredulis,& execratis,& homicidis,& fornicatoribus,& veneficis,& idololatris,& omnibus mẽdacibus pars illorum erit in stagno ardẽti igne & sulphure,quod est mors secunda. Et venit vnus de septem angelis habẽtibus Phialas plenas septem plagis nouissimis, et locutus est mecum,dicens. Veni,et ostendã tibi sponsam,vxorẽ agni. Et sustulit me in spiritu in montem magnum & altum:& ostẽdit mihi ciuitatem sanctam Jerusalem,descendẽtẽ de celo a deo,habentem claritatem dei.& lumen eius simile lapidi pretioso tanquam lapidi iaspidis,sicut crystallum. Et habebat murum magnum & altum,habentem portas duodecim:& in portis,angelos duodecim,& nomina inscripta,que sunt nomina duodecim tribuum filiorũ Jsrael. Ab oriente porte tres:& ab aglone,porte tres:& ab austro,porte tres: et ab occasu,porte tres. Et murus ciuitatis habens fundamenta duodecim:et in ipsis duodecim, nomina duodecim apostolorum agni. Et qui loquebatur mecũ,habebat mensuram arũdineam auream,vt metiretur ciuitatem:& portas eius,& murum. Et ciuitas in quadro posita est,& longitudo eius tanta est quanta & latitudo:et mensus est ciuitatem de arundine aurea per stadia duodecim millia,& longitudo et altitudo & latitudo eius equalia sunt. Et mẽsus est murum eius centum quadragintaquatuor cubitorũ,mẽsura hominis q̃ est angeli. Et erat structura muri eius ex lapide iaspide:ipsa vero ciuitas aurum mundum, simile vitro mundo. Et fundamẽta muri ciuitatis,omni lapide pretioso ornata. Fundamentum primum, Jaspis:secundum, Sapphirus: tertium,Calcedonius, quartum, Smaragdus:quintum, Sardonyx,sextum,Sardius:septimum,Chrysolitus,octauum,Berillus:nonum, Topazius:decimum, Chrysoprasus:vndecimum,Hyacinthus:duodecimum Amethystus. Et duodecim porte,duodecim margarite sunt per singulas:& singule porte,erãt ex singulis margaritis:& platea ciuitatis aurum mundum,tãquam vitrum perlucidum. Et templum non vidi in ea. Dominus enim deus omnipotens templũ illius est & agnus. Et ciuitas nõ eget sole neq; luna, vt luceãt in ea.nam claritas dei illuminabit eam,& lucerna eius est agnus. Et ambulabunt gentes in lumine eius:et reges terre afferent gloriã suam et honorem in illam. Et porte eius non claudentur per diem.nox enim non erit illic. Et afferent gloriam & honorem gentium in illam. Non intrabit in eam aliquid coinquinatum,aut abominationem faciens & mendacium:nisi qui scripti sunt in libro vite agni.

B Isa.xxv.c. Isa.xxv.c. Isa.xlix.c. ñ.co.v.d

C

D

E

F

G Isa.lx.d.

Isa.lx.c.

¶ Capituli Summarium. In regno dei nullius rei penuria erit. Caput.xxij.

ET ostẽdit mihi fluminm aque vive,splendidum tãq̃ crystallum,procedẽtem de sede dei & agni. In medio platee eius,& ex vtraq; parte fluminis lignum vite,afferẽs fructus duodecim per menses singulos reddens fructum suum,& folia ligni ad sanitatem gentium. Et omne maledictum nõ erit amplius:sed sedes dei & agni in illa erunt,et serui eius seruiẽt illi. Et videbunt faciem eius:& nomen eius in frontibus eorum. Et nox vltra nõ erit:& non egebunt lumine lucerne neq; lumine solis,qm̃ dñs deus illuminabit illos,& regnabunt in secula seculorum. Et dixit mihi. Hec verba fidelissima sunt,& vera, Et dominus deus spirituũ prophetarũ misit angelũ suum ostẽdere servis suis,que oportet fieri cito. Et ecce venio velociter. Beatus qui custodit verba pphetie libri huius. Et ego Joãnes qui audiui & vidi hec. Et postquã audissem et vidissem,cecidi vt adorarẽ ante pedes angeli,qui mihi hec ostendebat:& dixit mihi. Vide ne feceris.cõseruus eñ tuus sum,& fratrũ tuorũ pphetarũ,& eorũ qui seruãt verba pphetie libri huius. Deum adora. Et dixit mihi. Ne signaueris verba prophetie libri huius.tẽpus eñ prope est. Qui nocet, noceat adhuc:& qui in sordib⁹ est,sordescat adhuc,& q̃ iust⁹ est iustificetur adhuc:& sanct⁹,sanctificetur adhuc. Ecce venio cito:& merces mea mecum est,reddere vnicuiq; fm opa sua. Ego sum alpha & o,primus & nouissimus, principium & finis. Beati qui lauant stolas suas in sanguine agni:vt sit potestas eorũ in ligno vite,& per portas intrẽt in ciuitatem. Foris canes & venefici,& impudici,& homicide,& idolis seruientes,& oĩs qui amat & facit mendacium. Ego Jesus misi angelũ meũ,testificari vobis hec in ecclesijs. Ego sum radix & genus Dauid,stella splendida & matutina. Et spiritus et sponsa dicunt. Veni. Et qui audit,dicat. Veni. Et qui sitit, veniat:& qui vult,accipiat aquã vite gratis. Contesto: enim omni audienti verba prophetie libri huius. Si quis apposuerit ad hec:apponet deus super illũ plagas scriptas in libro isto. Et si quis diminuerit de verbis libri prophetie huius:auferet deus partem eius de libro vite.& de ciuitate sancta,& de his q̃ scripta sunt in libro isto. dicit qui testimoniũ perhibet istorũ. Etiam venio cito. Amen. Veni dñe Jesu. Gratia domini nostri Jesu xpi cũ omnibus vobis. Amen.

¶ Finis.

¶ Explicit liber Apocalypsis beati Joãnis Apostoli.

A

B

C

D

E

F

G

H

I

K

L



¶ Biblia cum concordantijs veteris & noui testamenti:necnon & iuris canonici:ac de diuersitatibus textuum:canonibus q; euangeliorum:ac quibusdã temporum incidentibus in margine positis:studiosissime reuisa,correcta & emendata:& ad instar correctissimorũ exemplarium:tam antiquorum q̃ nouorũ,incõtracta,comparata & collecta. Accedunt ad hec ex viginti de antiquitatibus & Judeor: bello Josephi libris exhauste auctoritates:quas vtrusq; iuris professor dñs Joannes de Gradibus concordantibus congruisq; apposuit locis. Impressa autem Lugduni:per Relictam Joannis Creipin Feliciter explicit. Anno salutis nostre.M.cccccxlvj.

Regestum huius operis.

a b c d e f g h i k l m n o p q r s t v x y z A B C D E F G H J K L. Oẽs sunt quaterni: preter. D. qui est duernus. Singule autem tabule ad partem sunt posite.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Incipiũt interpretationes Hebraicorum nominum secundũ ordinẽ alphabeti.

Ac: apprehendens vel apprehensio.

Ad testificans vel testimonium.

Adhar deprecatio vel deprecationi.

Adma: virgo abscondens vel abscõdita vel absconsio virginitatis.

Adra: montana vel mons fortitudinis.

Aaron: mons fortis vel mons fortitudinis' siue montanus aut mons eorum.

Aaronite: montes robustiuel montiũ fortitudines: siue mõtani aut montes eorum.

Aaron sol vel lumen siue illuminans aut illuminatio.

Aathar: de patre tuo vel tempore tuo: siue tu ante vel temporalis tuus.

Aaz: apprehendens vel fortitudo seu fortis vel apprehensio.

Aazis patruus vel patruelis seu apprehendens dominum aut fortitudo domini.

¶ Abba pater vel paternitas. Syrũ est non hebreum.

Abbachuc: luctator: fortis vel rigidus siue complerãs eos aut susceptio eorum: siue sustentatio eorum.

Abbadia: seruus domini vel seruiẽs. domino.

Abbaga: pater solennis vel patris solennitas seu pater loquens aut patris locutio.

Abbaia: pater dñs vel pater abũdãs siue pater meꝰ iste: aut patris mei abundantia.

Abbaim: pater eiꝰ vel paternitas eorum.

Abana: pater gratus: vel lapides colligens.

Abani patris requies: vel pater commotus seu pater gratus mihi vel pater gratificans me.

Abãna pater gratus domino vel pater gratificans deum.

Abarsa transiens dñs vel in transitu domini: siue pater suscitans dñm aut pater vigilans a domino.

Abarim: pertransiens aut pertransitio seu montes in trãsitu vel montes transeuntium.

Abaron: pater suscitans dolorem vel pater vigilans murmurationi siue pater suscitãs iniquitatem: aut pater vigilans iniquitati.

Abasbar: parcens vel pepercit seu pcẽs mihi aut parsimonia mea.

Abatha: pater tangens ridentem: vel patris tactus ridentis.

Abba: seruiens vel seruitium: siue seruus eius: aut seruiens ei.

Abdi: seruus meus vel seruiens mihi siue seruiẽs eius vel seruitus mea: vel seruitium eius mihi.

Abdebel: seruus dei vel seruiẽs deo.

Abdemelech: seruꝰ regis vel seruiẽs regno: siue seruus regiꝰ aut seruus regnator.

Abdenago seruus tacens vel seruiẽs taceo: vel domini auxilium aut dominus auxiliator.

Abdi: seruus meus: vel seruiẽs mihi.

Abdias: seruus domini vel seruiens domino siue domini testis aut dñi electus.

Abdiel: seruus dei vel seruiens deo.

Abda: seruus eius vel seruiens ei.

Abdai: seruus meus vel seruiẽs mihi siue seruitus eius vel mea: vel seruitium eius mihi.

Abdoni: seruiens eius vel seruus eorum.

Abdon: seruus merẽs vel seruus inutilis.

Abdon: seruus musitans vel seruus iniquus.

Abdon: ancilla dolens vel seruiens murmurando.

Abed: seruus populi: vel seruiens populo.

Abedia: seruiens dominovel seruitiũ domini.

Abel: committens vel commissio.

Abel: luctus: vel vapor seu vanitas aut miserabilis.

Abdela: committẽs ei vel commissio eius siue legens eum aut miserabilis ei.

Abelga: vapor vallium vel luctus deuorans.

Abelmain. vanitas habitaculi vel luctus inhabitantium.

Abelmeola: vapor vallis falsi: vel luctus parturiẽtium: seu vanitas domicilij vel miserabilitas inhabitationis.

Abelmeula: idem est.

Abelsatin: vapor spinosus vel luctus germinãs seu miserabilis positio: aut vanitas resurrectionis.

Abemboen: lapis pollicis eorum: vel lapis in medio eorum.

Abenezer: lapis adiutorij: vel lapis auxiliator eorum.

Abenner: lapis lucidus vel pater luminis.

Aber: commissit vel certamen inijt seu particeps aut participatio.

Abel: vulnꝰ vel luor siue luridus aut vulneratus.

Abessalõ: pax patris: vel pater pacis siue patris luctus aut patris amaricatio.

Abessan: pater abundans vel patris egressio.

Aberhã: patris repulsio vel via explorationis.

Abelhsethim: luctus lictorum vel vanitas germinis.

Abgata pater tangens ridentem vel patris tactus ridentis.

Abia: pater dominus vel patris dominum siue domini paternitas aut vbi pater fuit.

Abiabel: pater dñs deus: vel paternitas domini dei.

Abiail: pater meus exultans vel patris mei exultatio.

Abial pater meus cõtemptus vel patris mei despectio.

Abiasboni: pater meus subintelligens vel patris mei superintelligentia.

Abiam: patris mei populus: vel pater meus eorum.

Abiasab: pater meus colligẽs vel patris mei collectio.

Abiasaph: pater meus congregans vel patris mei congregatio.

Abiathar: pater meus ros: vel pater meus superfluus: siue pater meus suscitans peccatum: aut pater meꝰ peccato vigilans.

Abida: pater meus sciens vel patris mei scientia.

Abida: idem.

Abidam: pater meus sciens eos vel pater meus scientia eorum.

Abidã: pater meus iudex: vel patris mei iudicium.

Abiel pater meus datus vel patris mei deitas.

Abiem: patris mei mater vel pater meus maternus..

Abiezer: pater meus fortis vel patris mei auxilium siue pater meus separatus aut patris mei sanctificatio.

Abiezeri: patris mei auxilium vel pater meus auxiliator eius.

Abigaon: pater collis merentis aut patervallis mestitie: siue pater meꝰ vallis mesta vel pater meus collis merentium.

Abigail pater meus exultans: vel patris mei exultatio.

Abithail: pater rotis vel errotis siue patris mei aceruus aut patris mei inuolutio.

Abihel: pater meus deus: vel patris mei deitas vel imploratio.

Abilma: lugẽs vel ploras siue luctus aut ploratio.

Abilmei: lugentes vel ploranteo: seu vani aut miserabiles.

Abilmes idem.

Abimahel. pater meus a deo vel pater meus exaudiens deum.

Abimelech: pater meꝰ rex vel patris mei regnum.

Abim: pater mensure vel pater mensuratus siue pater fuit aut pater erit.

Abinaaz patris mei decus: vel patris mei commotio.

Abinadab: patris mei votum vel patris mei spontaneus.

Abinoen: patris mei fidelitas vel patris mei requietio.

Abira: pater meus magister: vel patris mei magisterium.

Abirã: pater meus excelsus vel pater meus exaltatus: siue pater meus sublimis aut meus mei sublimitas.

Abiron: pater meus musitãs vel pater meus magister murmurans siue pater meus magister iniquus aut patermeus magister inutilis.

Abisap: pater saluti vel patris salutare.

Abisa pater meus sacrificans vel patris mei sacrificiuz siue patris mei incensum: aut patris mei holocaustum.

Abisai: pater salutis mee: vel patris salutare mihi.

Abisai pater meus incẽsum mihi vel pater meus sacrificium meum.

Abisai pater meus superfluus vel patris mei rugitus.

Abisag: patris mei incensum: vel patris mei holocaustum.

Abisue: pater meus cantans: vel patris mei canticum: siue pater meus loquens aut patris mei locutio.

Abisur: pater meus mutus vel pater meus directus.

Abisur: pater meus robustus vel pater meus angustiatus: siue pater meus continens aut patris mei acerbitas.

Abithal: pater meus ros: vel pater meus irrorans siue patrem meũ apprehendens aut patris mei apprehensio.

Abitu: pater meus est: vel pater meꝰ ipse.

Abiud: patris robur vel patris robor siue pater eorum aut pater meus iste.

Abner: pater incidus vel patris lucerna vel pater luminis.

Abobi: pater incãtator: vel patris amplexatio.

Abor: pater montium vel patris foramen seu pater luminis aut pater iracundus.

Abra patris magisterium, vel patris exaltatio.

Abraam pater videns populum vel pater videns multitudinẽ seu pater multitudinis: aut pater multarum: subintelligitur gentiũ non est enim in nomine.

Abraã: pater excelsus: vel pater exaltatus seu pater sublimis aut patris sublimitas.

Abrech: pater delicatus vel pater tenerrimus. Ipse est ioseph qui filius Egyptiorũ cum esset teneri ac delicatus etate iuuentutis factus est pater senum merito sapientie et prelatus sapientibus.

Absalom pax patris vel pater pacis vel pacis luctus aut patris amaricati.

Absalom patrẽ meum pacificans vel patris mei amaricatio.

Absanias: pater egri. ..ius dño vel patris abundantia domini.

Abur: patris lumen: vel pater igneus seu pater incendens aut patris apertio.

Abur: liuor vel plaga: seu liuidus: aut luctatus.

¶ Achab frater patris vꝰ fraternitas paternitatis.

Acham frater patris sui vel fraternitas paternitatis sue.

Achachim: decẽter vel scorpiones.

Achaia: sorror laborãs vel sororꝰ que siue sororꝰ dñi aut frater eius dñs.

Achaicus frater laborans vel frater quis siue frater dñi aut frater eorũ dominus.

Achaici: fratres laborãtes vel fratres qui seu fratres domini: aut frater eorum dominus.

Achaim: pueruptꝰ vmbracula siue sororꝰ laboris aut frater eorum.

Achal omnia vel in olibus seu frater cõceptus aut fratris commixtio.

Acham: labor vel necessitas: seu coluber insidians aut fraternitas eorꝰ.

Achamon frater sapientie vel frater sapientissimus.

Achan: tribulator: vel necessarius.

Acean: necessitas vel tribulatio.

Acharan: retinẽs vel apprehendens siue retinens gratiã aut apprehensio gratie.

Achar: merces vel turbator: siue tumultus aut perversio.

Acharã: turbans populũ vel perversio populi: siue peruertẽs eos aut turbatio eorum.

Acharan: merces gratie vel turbans gratificatus.

Acharcha: infernus vel pauimentũ

Achatis: sterilis vel ingratus seu sterilitas aut ingratitudo.

Acharob: mures vel demolitio.

Acharon: in pascuis vel gregis pascua seu sterilitas aut eruditio tristitie.

Acharonite: in pascuis: vel in pascua gregum siue steriles aut erudimẽta tristitiarum.

Achas: tenens aut apprehendens siue retentio aut apprehensio.

Achã: cõuertens vel apprehendens fortitudinem id est resurrectionem domini.

Achasias: apprehendens dominum vel apprehensio domini seu cõuersus fortiter domino: aut apprehendens visionem dominicam.

Achasib: frater lupi vel frater deuorans seu tenens lupum: aut apprehendens rapacitatem.

Acsa claudicans vel fractura.

Acsaph: clauda collectio vel fractura congregationis.

Aces: hamus vel retentio siue humilis aut humilitas.

Acces: idem.

Acceret: dissipans vel disperdens siue demoliens aut interficiens.

Accerethi: dissipãs me vel disperdẽs me siue demolitio mea aut interfectio mea.

Achela: suscipiens eum vel susceptio eius.

Acheldemach: ager sanguinis vel ager sanguineus. Syrum est: non hebreum.

Acherubin: cognosce vel intellige-

Universidad de Deusto Biblioteca

sive sciens multitudinem aut multitudo scientie.
Achi: frater meus vel fraternitas mea.
Achias: vmbraculum vel preruptio seu frater domini aut fraternitatis domus.
Achiam: frater populi vel fratris populus sive vmbraculū eis aut preruptio eorum.
Achias: merces vel retributio seu frater dñs aut fraternitas domini.
Achie: vmbraculum vel in collibus.
Achila: suscipiens eum vel susceptio eius.
Achilai: suscipiens eum mihi vel susceptio eius mea.
Achim: fletus vel plorans sive frater eius aut fraternitas eorum.
Achimas: fratris mei onus vel fratris mei assumptio.
Achimat: frater meus reductus vel fratris mei reductio.
Achiman: frater meus quis vel frater meus quomodo.
Achimelech: frater meus rex vel fratris mei regnum.
Achimoth: frater meus mortuus vel fratris mei desertio.
Achimaam: fratris decor vel frater decorus.
Achinoem: fratris decus vel fraternitati delectabilis.
Achior: fratris mei lumen vel frater meus mōtanus seu fratris mei foramen aut fratris mei iracundia.
Achie: frater meus vel quō est.
Achis: frater vir vel veruntamen vir frater meus aut fraternitas viri.
Achisamech: fratrem meum corroborans vel fratris mei firmamentū.
Achisamech: fratrem adiuuans aut fraternitatis aditor: seu fraternitatis fultura aut fraternitatʒ erectio.
Achitob: frater meus bonus vel fratris mei bonitas.
Achitophel: frater meus reus vel fratris mei ruina.
Achitophel: frater meus cadens vel frater meꝰ irruens sive frater meꝰ tractās aut frater meus cogitans.
Achilib: stultitia vel mendacium seu frater meus deuorans aut fratris mei hostilis.
Accho: hamus vel vsque adhuc sive humilitas aut retentio.
Acchoe: hamus vel vsq; huc seu retinens eum aut humilitas eius.
Acchoite: hami vel vsq; huc sive humiles aut retenti.
Acchos: hamus vel vsq; huc sive humilitas aut retentio.
Achobor: mures vel deus flatio.
Achor: turbatio vel tumultus seu perueretens aut peruersio.
Achor: fratris lumen vel fratris altitudo seu fratris foramen aut fratris iracundia.
Achzion: retentio vel apprehensio seu retinens aut apprehendens.
Achub: hami grauitas vel humilitatis condemnatio.
Accupha: hamus subditus vel humilis eructatio.
Acchus: retinens consilium vel humilis consiliator.
Acchur: retinēs lumen vel humilitas ignea.
Achzib: retentio vel derelicta seu mēdacium aut stultitia.
Achziba: mentiens ei vel stultitia eius seu retinens eum; aut derelicta ei.
¶ Ada: testificans vel testimonium.
Adad: testis vel patruus sive precipuus aut patruelis.
Adada: testis eius vel vsque ad testimonium sive precipuus ei aut patruelis eius.
Addabarim: deuteronomium grece secunda legislatio latine.
Adadezer: decorum auxilium vel precipuus separator.
Adadezer: testimonium fortitudinis vel patruelis sanctificatio sive fortitudine precipuus aut testificatio sanctificationis.
Adaglam: congregans eos vel congregatio eorum.
Adai: robustus vel sufficiens sive testis meus aut fortitudo mea.
Adaia: seruiens domino vel testimonium domini.
Addaia: seruus domini vel testificās dominum.
Adalia: seruus laborans vel seruus labor: sive.
Adam: testificans eos vel testimoniū eorum.
Adam: homo aut terrenus sive indigena vel terra rubea.
Adame: humus aut terra sive terrena vel deyderabilis.
Adame: cruores vel sanguines plurali numero.
Adami: magnificans vel qui est magnificentia sive seruiens populo meo aut testificās populū meum.
Adar: grex vel populus.
Adar: pallium vel sublimis sive testis vigilans aut seruus suscitator.
Adar: pallium vel magnificus.
Adarsa: testificans solem vel seruus illuminator.
Adassa: pompa vel nouitas seu testis facies aut seruitus plasmationis.
Adasso: seruus seruis vel testis angustiatus seu seruiens petre aut testificans sagittam luminis.
Adgam: pater sordis vel testis sordidus.
Admata: seruus donator vel testificans consummationem.
Adrach: stola vel decorus sive indumenti aut indultio.
Adraim: mundans pessimos vel mundatio pessimorum.
Adramelech: stola regis vel decor regni: seu rex indutus aut regnator decorus.
Adenabeth: seruus bonus prophetizans vel testificator prophetizans vel testificator prophetie.
Ader: rex effusus vel turris gregis sive testis vigilans aut seruus consurgens.
Adesa: testis facture vel seruus plasmator sive seruitus nouitatis aut testificatio sanctificationis.
Adema: seruus dñi vel testificans dominum.
Adrahel: greges dei vel oues diuine seu decorans deum aut indultio dei.
Adermelech: stola regis vel decor regni sive rex indutus: aut regnator decorus.
Adremmon: testis sublimis vel seruus ecclesie.
Adrezer: stola fortis vel decor separatus seu decoris auxilium aut indumentum sanctificationis.
Adi: seruus meꝰ vel testimonii mei.
Adiada: seruiens testiꝰ vel fortitudo testificantium.
Adihel: seruus dei vel testificans deū deorum.
Adim: seruiēs cause vel testis iudicij.
Adina: seruiens cause eius vel testis iudicij eius.
Adino: tenellus vel delicatus seu fortis iudex aut fortis causator.
Adithaim: Fuiꝰ duplex vel testificatio
Adrias cōtinens mala vel locus malorum sive decor facture aut inductio plasmationis.
Adrihel: populꝰ dei vel oues diuine seu decorans deū aut indultio dei.
Ado: seruus seu testis vel seruiens domino aut fortitudo eius.
Adoar: seruus vigilans vel seruus suscitator.
Adoch: seruum tenens vel testificationis apprehensio.
Adollam: cōgregans eos vel congregatio eorum seu testimonium aque aut testificatio in aqua.
Adollamin: idem quod adollam.
Adollamites: cōgregans eos vel cōgregatio eorum seu testis aque aut testificatio in aqua.
Adom: seruiens eis vel fortitudo eorum.
Adomin: rubra vel ascēsus ruforum. Iste est locus ille cruentꝰ et sanguinarius quo descendit homo qui ab hierusalem descendit in hiericho et incidit in latrones.
Adom: seruus merens vel testis murmurans sive fortis iniquus aut fortitudo inutilis.
Adonai dominus vel dominator.
Adonaia: dominus dominās vel domini dominatio.
Adonias: dñator est dñs vel domini est dominatio.
Adonibezech: dñs micans vel dominus fulgurās vel dñs dñator egestatis aut dñs dominator vani cōtemptus.
Adonicham: dominus callidus vel dominator calliditatis.
Adoniram: dñs exaltatus vel dominatus sublimis.
Adonisedech: dñs pacis vel dominator iustitie.
Adopsithe: libertas vel gaudium.
Ador: seruitus generans vel testificatio generationis.
Adulam: testimonium pius vel seruiens eternitati.
Aduram: ruina exaltata vel fluuius exaltatꝰ vel decor excelsus aut fluuius generationis.
Aduram: decor excelsi vel generatio excelsa seu decor excelsus aut fluij exaltatio.
Adrumentina: visio sublimis vel videns sublimiter.
¶ Aegla: vitula vel iuuencula sive solennis aut festiuitas eius.
Aegyptus: tenebre vel angustia sive tribulatio coangustans aut tribulationis coangustatio.
Aegyptij: tenebre vel angustiantes seu tribulantes coangustatos aut tribulatores coangustatorum.
Aeglon: iuuencula vel vacca eorum seu vacca merens aut iuuencula inutilis.
Aelam: vestibulum vel ante fores seu postis aut superliminare.
Aelamite: vestibula vel ante fores seu postes aut superliminare.
Aelam: apposita vel obiecta seu despicies aut comparata.
Aelamite: appositi vel obiecti seu despicientes aut comparati.
Aelmoth: taberne vel officine seu taberne mortis aut officine mortuorum.
Aena: fons vel diuium seu fons eius aut oculus eius.
Aendor: fons generās vel oculus generationis.
Aenas: pauper vel miser seu respondens aut responsio.
Aengamin: fons horrorū vel obulus elatorum.
Aenon: fons eorum vel oculus eorum.
Aerima: acerus lapidum vel acerus lapidum.
Aesdrelon: auxilium merens vel misericordia dolentium.
Aesmon: terra deserta vel terra inculta seu terra merens aut terra inutilis.
Aetham: valida vel antiqua sive cadens aut fortitudo.
Aethi: obstupefaciens vel perterrens seu terror patris mei aut stupefaciens pater meus.
Aethiopia: tenebre vel caligo seu tenebrās aut caligans.
Aethiopes: tenebrosi vel caliginosi sive tenebrantes aut caligantes.
Aethonodofai: via inferior vel vltes inferius.
¶ Aphaim: humus eorū vel volatus eorum seu liberans eos aut securitas eorum.
Aphaidem.
Aphaim: humus vel volatus seu liberans pauperes aut securitas gratie.
Aphan: humus mea vel volatꝰ meus seu liberans pauperes meos aut securitas gratie mee.
Aphar: puluis suscitans vel humus vigilie seu liberans vigiles: aut securitas suscitatorum.
Aphara: terra eius vel puluis eiꝰ sive humus eius aut fodiens eum.
Aphara: puluis suscitans eum vel humus vigilie eius seu liberans vigilantes eis aut securitas suscitatorum eius.
Aphara: thanrus vel vitulus seu puluis eius aut fodiens eum.
Apharam: fodiens humum vel puluis inutilis.
Apharim: puluis suscitans eos vel humus vigilias eorū seu liberans vigilantes eis: aut securitas suscitatorum eius.
Apharim: puluis suscitans eos vel humus vigilie eorum seu liberans vigilantes eis aut securitas suscitatorum eius.
Arphasa: terra digna vel fodiens elevationem seu liberalitas solis aut liberantes illuminatos.
Apharsiral: tellus saluata vel terra salutis: sive puluis suscitans salutem aut humus vigilans salutioni.
Arphasotij: securitas vel libertas seu liberum germē aut securitas resurrectionis.
Apharias: iudicans dominus vel iudicium domini.
Aphech: continuit vel continentia sive continens aut furor nouus.
Aphec: continebit vel apprehendet sive continens aut apprehensio.
Aphecam: cōtinebit eum vel apprehendet eum sive continens eius aut apprehensio eius.
Aphee: furor alienus vel vita dissipata seu vitam dissipans aut vite discussio.
Aphelemi: mirabilis vel admirandus seu vinificans aut excludens.
Apher: humus vel fodiēs seu puluis aut vitulus.
Apherezei: separati vel absque meto seu fodientes obuiam aut vitulī forticantes.
Aphesdan finibus vel in extremis.
Aphes: donum in finibus rubentium vel in extremis ascensionis rufo-rum.
Aphes: libere egrediens vel securitas egressionis.
Aphiao: liberalis dñs vel liberalitas domini.
Aphica: fertilis vel augmentata.
Aphicam: fertiles vel augmēti.

Abhiba: colligens recte vel congregans cõuersione seu liber egressus aut securꝰ egressio.
Aphith: securꝰ vel liber seu securitas aut libertas.
Aphon: volans inique vel volatꝰ meroris seu libere murmurans aut securitas mutilis.
Aphonite: volantes inique vel volando merẽtes seu securi inutiliter aut libere murmurantes.
Aphue: volans consilio vel volatus consilij seu libere consulens aut securus festinator.
Aphuth: eius indumentum vel eius declinatio.
Aphutel: eius indumenta vel eius declinationes.
¶ Aga: festiua vel solennie.
Aga: loquens vel meditans seu meditatio aut loquela.
Agaba: festinus pater vel solennitas patrie.
Agabus: nuncius tribulans vel tribulationis annuntiatio.
Agad: planctus egypti vel planctus egyptiorũ seu seruitus festiua aut solenne testimonium.
Agad: doma vel tectum seu festiue solemnis aut festiua solennitas.
Agagite: domata vel tecta siue solennes festiue aut festiui solenniter.
Agai: cõstio aut festiuitas seu loquens mihi aut meditatio mea.
Agla: vitula vel iuuencula seu solennis aut festiuitas eius.
Agar: aduena vel conuertens seu festum suscitãs aut solẽnitas vigilie.
Agareni: aduene vel conuersi seu festa suscitantes aut solennitates vigiliarum.
Agaru: aduens vultur vel conuersio deuoratoris siue festinus magister meus aut solennitas magistri mei.
Age: questio vel solennis seu meditatio aut loquela.
Ageba: solennis pater vel festiuitas patris.
Ageddad: accinctus vel annuncians predo.
Agedgad: festiua seruitus predonis vel solenne testimonium accinctionis.
Agelon: solẽnis cando: vel annuncia iniquitatem meam.
Ageus: festiuus vel solennis seu querens cõsilium aut letus festinator.
Agi: questio vel solẽnis seu sciens me aut festiuitas mea.
Agia: querens dominum vel solennitas domini.
Agia: solennis domino vel festiuitas domini.
Agiremmon: fons sublimis vel fons ecclesie seu fons congregans aut fons malorum granatorum.
Agrippa: congregans subito vel congregatio subita.
Agrib: aduena vel incola siue aduena meus vel incola meus.
Agrath: festiua vel solennis seu meditatio aut loquela.
Agathe: festini vel solennes siue loquentes vel meditantes.
¶ Ahab: frater patris vel fraternitas paternitatis.
Ahaion: campi vallones seu valles grandes aut valles campestres.
Ahalath: mons diuidens vel mons lenis id est limpidus siue lubricus.
Ahamon: sapientia vel sapientissimꝰ.
Ahara: fratris odor vel frater odoris.
Aharel: post exercitum vel sequens exercitum dei ipse est obad cognatus moysi qui petro.
Ahares: testa vel sol seu siccitas aut auiditas.
Aham: patruus vel patruelis seu fortis aut apprehendens.
Ahasias: patruus dominus vel patruelis domino siue apprehendẽs dominum aut fortitudo domini.
Aheberim: hebreorum vel transeuntium seu transitus aut transitores eorundem.
Aheel: vmbraculum vel infecunditas.
Aheri: declinans vel declinatio.
Aheram: voluntas vel consilium vel voluntati aut consilio eorum.
Ahi: fraternitas vel vbi hec seu vallis aut questio.
Ahi: viuet vel viuit seu vita vallium aut questio vite.
Ahia: frater eius vel vbi hec ei seu vita eius aut viuit.
Ahia: querẽs eum vel vallis eius seu vita vallium eius aut questio vite eius.
Ahialim: serui vel seruorum lapides siue vallis fermenti aut questio malicie.
Ahialon: admirans vel admiratio seu vita merens aut vallis iniquitatis.
Ahiao: vita plasmata vel vita facture seu frater sustollens aut fratris plasmatio.
Ahidad: viuens gloria vel vita glorie seu frater meus glorians aut fratris mei gloria.
Ahaie: sterilitas vel obumbratio seu frater obumbrans aut fratris obũbraculum.
Ahihel: viuens deo vel viuens domini seu vita vallium dei aut questio vite diuine.
Ahiere: vallis amica vel vita amici seu frater meus amicus vel fratris mei amicitia.
Ahiere: frater meus fortis vel fratris mei auxiliator seu vite vallium separatarum aut questio vite sanctificationis.
Ailam: dolens vel parturiẽs seu ante fores vel ante vestibulum.
Ahiloth: frater vincens vel frater ligatus seu vallis declinãs aut vite vocatio.
Ahiluth: vallis inclyta vel questio nobilis seu frater inclytus aut fraternitatis nobilitas.
Ahiman: vita qualis vel questio que seu frater quis aut fraternitas quo modo.
Ahimelech: vita regum vel vallis regia seu frater meus rex aut fratris mei regnum.
Ahim: fons vel oculus.
Ahinadab: frater sponte vel frater spontaneus seu vita vallium spontanearum aut questio vite spontanee.
Ahin: frater merẽs aut frater iniquus seu vita vallium aut questio vite inutilis.
Ahiram: vallis excelsa vel vita exaltata: seu frater meus sublimis aut fratris mei exaltatio.
Ahiran: sculptor aut sculpens.
Ahiranite: sculpatores vel sculpentes
Ahiroth: sculptum scalptum.
Ahisamech: fratris mei sculptura vel fratris mei erectio seu frater meus adiuuans aut fratrem meum roborans.
Ahisar: frater meus princeps vel fratris mei leuamen seu vita vallium principis aut questio vite angustiantis.
Ahitub: frater meus bonus vel fratris mei bonitas seu vita vallium deserentium aut questio vite deserte.
Ahoi: spina vel compunctio.
Ahoites: spinosi vel compungentes.
Aholbam: spina sapientie vel cõpunctio intelligentis.
Ahomã: perturbans vel perturbator seu pungens quis aut spina quomodo.
Ahim: inutile velle iniquitas.
¶ Ai: vultur vel deuorator.
Aia: vultur eius vel deuorans eum.
Aiath: vultur vel condemnatio seu vultur declinãs aut deuoratio peccatorum.
Aicham: frater meus surgens vel fratris mei resurrectio: seu vultur callidus aut deuorator calliditatis
Aihel: vultur dei vel deuorator deus.
Ailath: dolens vel parturiens seu vultur victus aut deuorator declinans.
Airhon: vallis admirãs siue vbi erãt viri aut vbi visi sunt.
Ailud: vultur vinam vtilis vel deuorator vinam declinatus.
Aiful: vbi erant visi vel vbi visi sunt.
Aim: inutilis idololatra.
Aimam: idolum gratum vel inutilis donatio seu vultur quis aut deuorator quomodo.
Aim: fons vel oculus.
Aman: vultur decorus vel deuoratio pulchritudinis.
Ainagallim oculus vituli vel fons inundans siue oculus reuelatus aut fons transmigrationis.
Aimon: vultur merens vel vultur iniquus seu deuoratus murmure aut deuorator mutilis.
Air: ciuitas vel oppidum.
Airsames: ciuitas solis vel oppidum illuminatum.
Aimoth: desertio vel adductio mortis.
Aith: condemnatus vel condemnatio.
Aiud: vultur inclytus vel deuorans gloriosum.
¶ Aila: commixtio vel conscendens siue infirmus aut infirmitas.
Alab: lactea vel dulcedo.
Alach: lubricum vel pars mea.
Alacernasum: fermentum concidens duces vel cõmixtio diuidens principes.
Alal: laxitas vel lassitas siue lenitas: aut latitudo.
Alala: laxitas eius vel lassitas ei⁹ seu lenitas eius aut latitudo eius.
Alam: infirmans eos vel commixtio eorum.
Alamat: despiciens vtrem vel contẽnens indignationem.
Alamon: despectio vel desuper multitudinem: siue infirmans eos dolori aut commiscens eos iniquitati.
Alas: commixtio vel fermentum.
Alasar: triplicem vel consternatam seu commiscens populum aut fermentatio populi.
Albialbon: patris mei dolor vel pater meus.
Alchimus: fermentum vani consilij vel commiscens callidam festinationem subintelligens.
Ale: consensio vel commiscens siue infirmus aut infirmitas.
Aleph: mille vel doctrina tentationum.
Alepsim: ignis vel igneus seu doctrina mandati aut millia tẽtationum.
Allel: laus vel laudatio.
Alleluia: laudate dominum vel laudatio domini.
Alexander: alleuans tenebras vel auferens angustias tenebrarum.
Alexandria: idem.
Alexandrini: tenebras alleuantes vel tenebrarum angustias auferentes.
Alphalt: bitumen vel aque bituminis.
Alpheus: doctus vel documentum siue fugitiuus aut mollissimus.
Aliam: contemnẽs dominum vel despectio gratie.
Aliam: electus vel electio.
Alimoth: vestibulis vel superliminaribus.
Alinath: vter vel indignatio.
Alnathan: cõtemptor domi vel despiciens donatorem.
Almon: contemptus vel despiciens.
Almondeblathaim: contemptus palatarum vel despiciens opprobria.
Almoth: vter vel indignatio.
Aloes: laus facture vl laudatio plasmatoris.
Allon: laus doloris vel laus meroris siue laudator iniquus aut laudator inutilis.
Alua: despiciens vel contemnẽs siue contemptus aut despectio.
Alua: contemnens eos vel despiciens eos seu contemptus ei aut despectio eorum.
Alulam: contemptus vel despectus.
Alus: fermentum aut commixtio seu contemnens consilium aut despectus festinator.
¶ Am: gens vel populus.
Ama: gens mea vel populus meus.
Amaa: gens eius vel populus eius seu populi testis aut populum testificans.
Amaad: populum testificans vel populi testificatio.
Amad: populꝰ adhuc vel populus seruiens siue populus testis aut popularе testimonium.
Amadathi: populus seruiens peccato vel populo testificans tempore.
Amador: populus testes generans vel populus seruiens generationi.
Amal: gens commixta vel populus conscendens siue populus infirmꝰ aut populi despectio.
Amalasar: dixit princeps vel dictum principis siue gens commixta carceri vel populus despecte carceratus.
Amalech: gens bruta vel populus lambens.
Amalechite: gentes brute vel populi lambentes.
Aman: iniquus vel coangustans seu compumens me aut coangustatio mea.
Amana: iniquus ei vel coangustans eum: seu compumens eum aut coangustatio eius.
Amanite: iniqui vel coangustantes seu compumentes eos aut coangustatio eorum.
Aman: populo donatus est populi gratificatio.
Amanite: populo donati vel populi gratificationes.
Amman: cubitus vel mensura seu populus quis aut gens quomodo.
Ammanite: cubitati vel mensurati seu gentes que aut populi quomodo.
Amansame: cubitus fulciens vel mẽsura erectionis siue populus dono adiutus aut populus gratificatione confirmatus.
Amaraphal: dicto cadens vel dixit vt caderet: seu populus curatus deo: aut populus medicamentum dei.
Amaran: temulentus vel rubicatus sordidus: siue populus lau tatus tritico aut populus coacervatus interpretatur.

Amarias : dicens domino vel verbum domini seu gens suscitans dominum aut populus vigilans domino.

Amarite : dicentes domino vel verbo domini seu populi dominum suscitantes aut populi domino vigilantes.

Amas: furor vel indignatio seu populum tollens aut populus plasmationis.

Amata : furor eius vel indignans ei seu sustollens gentem aut popularis plasmatio.

Amasai : furor eius meus vel indignatio eius mihi seu gentem sustollens mihi aut populi plasmatio mei.

Amasi : furor meus vel indignatio mea sive populus tollens mihi aut plasmatio populi mei.

Amasia : indignans dominus vel furor domini seu gentem sustollens domino aut populi plasmator dominus.

Amath : vter vel indignatio sive populus donatus : aut populus consummatus.

Amath : veritas vel indignatio sive populus peccator aut populus tēporalis.

Amatha : veritas eius vel indignatio bilis eius sive populus declinans eum aut populus peccans ei.

Amathbeus: populus peccans vel indignator rigidus.

Amathi : veritas mea vel indignatio bilis mee seu populus peccans mihi aut populus declinans. Iste amathi est ionas propheta sarepte vidue filius quem resuscitauit Helias matre postea dicente ad eum: nunc in isto cognoui quia vir dei es tu et verbum dei verum est in ore tuo.

Amathia: veritas mea domino vel fidelitas mea domini sive populus peccans domino aut populus declinans dominum.

Amathim: veritas vel indignatio bilis eorū sive populus peccans eis aut populus declinans eos.

Amathiris : veritas viri vel indignatio bilis assumpte seu populus peccans viro vel populus declinans assumptionem.

Amadan : concupiscibilis vel concupiscens sive populus iudicēs eos aut populus iudex eorum.

Amaum : populum abijciens vel populi abiectio.

Amaus: populus abiectus vel populi abiectio.

Amen : vere veritas seu fiat aut fideliter.

Amessa: populum tollens vel populi ablatio.

Amessia: populum leuans domini vel populi subleuatio.

Amesech: populus timens vel populus prolōgatus seu populi germē aut populi resurrectio.

Ametha : luctus vel indignatio sive populi domum aut populi perfectio.

Amethen: populus ascendens vel populi fortitudo.

Amathi: luctus meus vel indignatio mea sive populus mecum aut populus obstupefactus.

Amphibolis: populus corruens vel populus ore corruens.

Amata : populus domini vel populi dominatio.

Amiel : populus meus dei vel populus meus deo.

Amiel: populus meus dei vel populi mei deus.

Amin : gens mea vel populus meus.

Amminadab: populus meus sponte vel populus meus spōtaneus sive populi mei vota aut populus meus vbanus.

Aminod: populus meus inclytus vel populus meus gloriosus.

Amisaddai : populus meus sufficiēs vel populi mei sufficientia.

Amithal : calefactꝰ ros vel calefactio roris sive populus meus irrorat⁹ aut populi mei irrorātio.

Amizabad: populi meus fluens torrens : vel populo meo torris fluuius.

Ammes: robustus vel fortis sive populus fugitiuus aut populi tentatio.

Amob: parcens vel sustinens sive populus dilectus aut populi amplexatio.

Amoch: populus tenens vel populi appetẽsio.

Amolum : flos farine vel defloratꝰ farina.

Amon: onerans vel onustus sive nutriens aut fidelis.

Amon: donans vel nutritius sive donatio aut matris fetus.

Amon: populus dolens vel populus murmurans sive populus iniquus aut populus inutilis.

Amon : populus parcens vel populus meroris sive filꝰ generis mei aut filius populi mei.

Ammona: compatiens vel congustatio eius.

Ammona: populus parcens ei vel populus meroris eius sive filius generis eius aut filius populi eius interpretatur.

Ammoni: compatiens me vel congustatio mea.

Ammoni: populus parcens mihi vel populus meroris mei sive filꝰ generis mei aut filius populi mei interpretatur.

Ammonite: compatientes me vel conangustiantes me.

Ammonite : populi parcentes mihi vel populus dolorum meorum seu filij generis mei aut filij populorū meorum.

Ammora: loquens vel amaricans sive populi sciens aut populi illuminati.

Ammorei : amari vel loquentes seu populi sciti aut populi illuminati.

Amos : fortis vel potens sive onerosus aut vir robustus.

Amos: onerauit vel fortitudo seu populum aut populi diuulsio.

Amesa : fortis ei vel potens ei : sive onerans eum : aut fortitudo eius interpretatur.

Amosa : vir robustus ei vel onerauit eum seu populum vel auellens ei aut diuulsio populi eius.

Anium: donum vnicum vel gratificatio sempiterni.

Anthiochus : pauper silens vel pauperis silentium.

Antiochem : pauperum silentia vel paupertate silentes.

Antipater : dans laudem vel dantis laudationem.

Antula: dolens vel parturiens.

Anon : donator merens vel gratis iniquus seu gratie inutilis aut gratificationi murmurans interpretatur.

Antiphas : dans transitum vel dantis transitu.

Amoth: calefactio vel calefaciens.

Amothdor : calefactio generationis vel calefaciens generationem.

Ampliatus populi malleum vel populus malleator sive populus ore contendens.

Amraphel dicto cadens : vel dixit vt caderet : sive populus curatus deo : aut populi medicamentum deus.

Amram : populus excelsus vel populi celsitudo : sive populus exaltatus aut populi exaltatio.

Amram: populus excelsus vel populi celsitudo sive populus exaltatus aut populi exaltatio.

Amramite : populi excelsi vel populi exaltati.

Amri : amaricans vel lacescens sive populus magister aut populi magisterium.

Amsi : populus indigens vel populi dominatio.

Amthar : populus patens vel populus ambigens sive populus explorator odoris aut populus explorator ascensionis.

Amuhel: populus calefactus deo vel populus cum quo est deus.

Amul: populus dolens vel populus parturiens.

Amula: populus dolens ei vel populus parturientium.

Amulite : populi dolentes vel populi parturientes.

Amuthal : calefactus ros vel calefactio roris sive populus irroratus aut populi irrorātio.

Ana: donatus vel gratificatus: seu donum aut gratificatio.

Anna: gratia vel respondens: sive donans aut donatio.

Anab: vua vel humilitas sive donum patris aut grata paternitas interpretatur.

Anaba: vua eius vel humilitas eius sive donum patris eius aut grata paternitas eius.

Anacham: humilis vel exurgens seu donum calidum aut gratificata caliditas.

Anaceb: cognomētum vel cognominatio.

Anachim : non est innocens humilitas renuens : sive monile collo sublimi aut humilitatis renuitio.

Anae : nunquid commotus est vel nunquid commotio.

Anaphalim: cadentes vel violenti sive gygantes aut gratiam declinantes.

Anahe : nunquid commotus est ipse vel nunquid est commotio ista sive donatus vite aut gratificatus susceptioni.

Anam : nubes vel obumbratio sive donum populi aut gratificatio eorum.

Annamaleeh: donum regni vel respōsio regis sive donas regnator aut gratificatio regia.

Anamim: respondentes aque vel gratificationes aquarum.

Anan: donum gratie vel donata gratificatio.

Ananeel : gratus deo vel responsio dei sive cui donauit deus aut qui est donatus deo.

Ananeth: dono viuens vel gratia paucus.

Anani: donatus mihi vel gratificatio mea.

Anani : respondens mihi vel gratificatio mea.

Ananias : donum gratie domini: vel donata gratificatio domino.

Ananias : respondens gratie deo vel gratificans gratie donum interpretatur.

Ananim: respondens aque vel donationes aquarum.

Anus : donans vel donatus seu gratiam tollens aut respondens.

Anath : grata vel respondens : seu gratie peccans aut responsio temporis.

Anatha : respondens ei vel gratificans eum seu gratie peccans eius aut responsio temporis eius.

Anathim : respondens eis vel gratificans eos seu gratia peccans eorum : aut responsio temporis eorum.

Anathin : humilitas vana vel responsio vana : seu monile colli aut humiles confurgentes interpretatur.

Anatoth: responsio vel obedientia aut respondens signo aut gratificatio designantis.

Anathothia : responsio domini vel obediēs domino sive respondens signo domini aut gratificans designantem dominum.

Anathothite : respondens vel obedientes : sive respondentes signo aut gratificantes designatore interpretatur.

Andreas respondens pabulo vel decorus in statione sive decus : aut secundum grecam etymologiam idest a viro virilis.

